Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex libris [illegible]

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DEMOSTHENIS ORATORVM GRAECIAE PRINCIPIS OPERA, QVÆ AD NOSTRAM AETATEM PERVENERUNT omnia.

PER Hieronymum Vuolfium Oetingenſem, è Græco in Latinum ſermonem conuerſa.

*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS MDL.

Digitized by Google

204. 11. D. 25

INTERPRES AD LECTOREM.

Ipſe parens Latij ſermonis Barbarus eſſet,
 Funderet Actæo ſi ſua uerba foro.
Quid nos miraris, quos educat horrida tellus,
 Perdere Gręca rudi ſcripta polita ſtylo?
Quiſquis Athenarum uult deguſtare lepores,
 Quiſquis Hymettei flumina mellis amat:
Acer inexhauſtas penetret Demoſthenis ædes,
 Quas habitant Muſæ, Gratia, Suada, Venus.
Has loquor, in ueteri quas Palladis incolit urbe,
 Quas bene Cadmeæ perpoliere notæ.
Sin iter ignotum, longum, graue, territus horres,
 Nec ſubeunda putas tanta pericla uiæ:
Crede mihi, cura non diſcruciaris inani,
 Et licet hanc ſubeas hoſpes amice caſam;
Impiger è uiuo qua nuper ceſpite ſtructa
 Vuolfius, hoſpitibus conſuluiſſe ſtudet.
Splendor abeſt, fateor, neq; ſurgit in æthera uertex:
 Eſt tamen aſsidui grande laboris opus.
Forſan & hic, uelut optata recreatus in umbra,
 Mœnia Cecropidum me duce clara petes.

AD NOBILEM VIRVM, IOANNEM IACOBVM *Fuggerum, Kirchbergæ & Vueiſſenhorni dominum, ingenio, doctrina, uirtute ornatiſsimum* [illegible] *in Demoſthenem, Latinum à ſe factum, præfatio.*

QVOTIES, Ioannes Iacobe fuggere, uir ornatiſsime, uitæ meæ, cogito ſtudiorumq́; rationem: fato quodam rapi mihi uideor ad hoc literarum genus, in quo multos iam annos, neſcio quàm feliciter, ſedulò quidẽ certè uerſor, & diligenter. Cum enim puerum olim nulla deſcendi occaſio, nullæ parẽtum & amicorum cohortationes inuitarent, ſed potius plurimi deterrerent: natura tamen ita mihi fuit inſitus & infixus incredibilis quidam græcarum literarum & poeſeos amor, ut in magnis, & ferè perpetuis, cùm fortunæ, tum ualetudinis incommodis, nunquam hactenus à ſemel inſtituto ſtudiorum curſu potuerim ullis rationibus dimoueri. Quàm prudenter in eo fecerim, non dico: & ſi quid peccatum eſt, ſatis graues erroris mei pœnas do, qui ex adamatis *literis*, nihil fero præmij, præter labores & moleſtias: neq; ullum proſpicio portum, in quo poſt diuturnas ueluti tempeſtatum iactationes, tandem conſiſtere liceat, cum hactenus quidem ab alio exilio (quid enim aliud dicam, perpetuas peregrinationes?) ſubinde fuerit in aliud abeundum. Siue igitur ea Fortunæ, præpotentis dominæ, ſiue ſimplicitatis meæ culpa ſit: ferendum eſt, non culpandum, quod iam mutari non poteſt: & miſerijs meis hæc fingenda conſolatio, ſtátionem hanc mihi diuinitus eſſe attributam, atq; in ea ſtrenuè pro parte uirili elaborandum. Id quod in hunc uſq; diem facere non deſiſto, maiore omnino contentione (ſi quid amicorum reprehenſionibus credendum eſt) quàm uires ac ualetudo mea patiuntur. Cum enim docendi prouincia me plus ſatis exerceat: quicquid reliqui temporis datũ, id uniuerſum, genio ſæpe defraudato, legendo meditando, ſcribendo conſumo. Quod cur faciam, ſi quis me roget, illud uerißimè reſpondebo, me ſine magna animi moleſtia non aliter poſſe facere ſiue quia ſic aſſueui, & natus fortaſſe ſum ad ærumnas: ſiue quòd (ut Plinius dicere ſolebat) omne perire tempus exiſtimo, quod ſtudijs non impendatur. Ac potuiſſem quidem & haud ſcio an debuiſſem, hanc ſedulitatem in alio uitæ genere conſumere, quod plus & fructus haberet, & dignitatis. Sed quia ſerum eſt poſt facta conſilium, Spartam quæ mihi obtigit, ornare ſtudeo. Anno igitur ſuperiore, in publicum edidit Iſocratem à me conuerſum: qui etſi propter neceſſariam feſtinationẽ

Fortuna et inſtitutum autoris.

Iſocratis conuerſio.

& alias incommoditates, non ſic emendari potuit, ut uel mihi ubiq; ſatisfaceret: ea tamen liberalitate ampliſsimi & prudentiſſimi Senatus, uius honorificis de me iudicijs non minus debeo, quam munificentiæ, ac ſemper debebo) eo candore doctorum eſt exceptus, ut me non adeò pœnitere debeat illius lucubrationis, quam nunc ſucciſiuis horis ſecundæ editioni adornare conor: ut tantorum uirorum fauore, & eruditorum approbatione dignior aliquanto uideatur. In quo autore cum tyrocinium non inauſpicatò feciſſem, ac maius opus aggrediendi tempus adeſſe uideretur: non magnopere ſum aduerſatus Ioannis Oporini, doctiſsimi uiri, mihiq; amiciſsimi iudicio, qui Demoſthenem latinum iam multis annis flagitari à ſtudioſis indicabat. A quo opere eo minus abhorrebam, quòd iamprìdem eius autoris non modò quaſdam orationes ingenij exercēdi gratia conuerteram, ſed & locutiones minus peruulgatas, & ſententias omnes inſigniores, in peculiare uolumē contuleram: & aſsiduitate diligentiæ fretus, me nauare aliquid atque efficere poſſe ſperabam, quod boni & docti uiri approbaturi eſſent. Neque tamen non prouidebam maleuolorum quoq; calumnias, & importuna ſciolorum iudicia: quæ tam multa, tam uaria, tam inter ſe diſcrepantia ſunt, ut ea perſequi & refutare ſit infinitum. Delibanda tamen pauca mihi ſunt, ut mei mihi conſilij ratio nō nulla conſtitiſſe uideatur. Ac primùm eorum ſolicitudo, qui metuunt, ne adoleſcentes conuerſionibus freti græcas literas negligere incipiant, ita mihi uidetur inanis, ut ſtudioſos adoleſcentes nulla ratione magis incitari poſſe ad græcas literas diſcendas exiſtimem, quàm ſi proſpiciant ſe fidelium interpretum auxilio, quaſi compendiaria uia, ſine magnis moleſtijs & difficultatibus ad elegantiſsimæ & eruditiſsimæ linguæ, iucundiſsimam ſimul & utiliſsimam cognitionem peruenturos. Quos enim prius, fortaſſe nec à præceptoribus, nec copia librorum ſatis inſtructos, deſperatio retardabat: ij fiducia interpretationis, difficilimū quēque ſcriptorem in ſua lingua ſuſcipere legendum audebunt: & eam ſibi felicitatem gratulabuntur, quòd, quæ in latino ſermone rudiora ſunt, & longè infra excellentiam ipſorum autorum, ea non mutilata, non inquinata, non deprauata, non imminuta, ſed integra, pura, correcta, ſolida, ut ab autore ipſo publicata ſunt, cognoſcant. Quod certè tanti refert, ut optabilius eſſet, omnes ijs eſſe ingenijs, ea induſtria, ea felicitate, ut trium linguarum coniuncta ſcientia, omnes res cognitu neceſſarias & utiles, ſiue ad pietatis cultum, ſiue ad rempublicam gubernandam, ſiue ad mores formandos, ſiue ad rem domeſticam cōſtituendā & curam ualetudinis pertinentes, non ex inquinatis interpretum

Conuerſio Demoſthenis.

Conuerſiones utiles græcæ linguæ ſtudioſis.

Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

riuulis, ſed ex limpidiſsimis ipſorum autorum fontibus haurirent. Sed uidemus eam ignauiam noſtri ſeculi, & faſtidium in ſumma diſcendi copia, ut hoc optare audaciæ, ſperare impudentiæ eſſe uideatur. Quare non improbandum erit eorum ſtudium, qui in id operam dant, ut præſtantiſsima ueterum monumenta, poſsint etiam à mediocriter literatis, aliquo modo intelligi.

Veterũm ſcripta meliora nouis.

Idq; nonnulli ſunt (graues profectò & eruditi uiri) qui non paulo utilius eſſe putent, quam quod nunc complures ſibi ſtudio habent, ut hinc inde malè conſutis quaſi centonibus, nouos, eosq; nugaces plerumque libellos (pauci enim uerè docti & èloquentes ſunt, ad quos hæc reprehenſio nihil pertinet) concinnent, & cramben non bis, ſed ſexcenties repetitam apponãt. Quiquid efficiunt aliud, quàm ut uarietate præceptionum ingenia diſtrahantur, & bibliothecis in immenſum exaggeratis, neglectis libris melioribus deteriores non rarò celebrentur? Plures ferè nunc ſunt (ut de alijs taceã) artium dicendi methodi, quam ipſarum artium ſtudioſi.

Iſagogæ utiles.

Quantò autem eſſet præſtabilius, Ariſtotelem & Ciceronẽ eruditis commentarijs illuſtratos, ſtudioſè legi, ac ediſci? Quanquam qui ſua compendia eò retulerunt, ut illis rectius intelligendis ſeruiant: eos profuiſſe plurimùm, nemo non intelligit & fatetur. Atque eandem etiam eruditarum interpretationum rationem eſſe cenſeo: & ego in Demoſthene conuertendo, eò reſpexi, non modò ut à rudibus græcarum literarum legeretur, ſed ut cum græco autore conferri mea poſſet interpretatio, & ei per omnia (quantum liceret) exquiſitè reſpõderet: ac nihil malim, quam ut (quod in multis autoribus factũ eſſe uideo) cum latinis ex aduerſo græca coniungerentur.

Demoſthenicæ conuerſionis ſcopus.

Non quòd uim illam, & (ut Græci uocant) δεινότητα Demoſthenicæ orationis, & Atticam uenerem, & numeros oratorios ulla ex parte me conſecutum ſperem. Quod quis ſibi arroget (his quidem temporibus) niſi prorſus amore ſui nimio & admiratione cæcutiat? ſed quòd ſententias ſententijs appendere ſumma fide ſum conatus, ad eamq; rem & tempus (quanquam id ſanè iuſto breuius) & diligentiam adhibui, quàm fieri potuit attentiſsimam. Quod ipſum in hoc autore conſequi, quam ſit arduum, ex eo apparet, quòd in tanto græcæ linguæ interpretum numero, nemo hactenus totum Demoſthenem conuertendũ ſuſcepit: alij profeſsi neſcio quid (neque enim tam facile eſt præſtare magna, ꝗ polliceri) diſtulerũt: alij ea ediderũt, quæ qualia ſint, aliorũ eſto iudicium. Neq; n. mihi propoſitum eſt, quenquã uel tacita cogitatione pſtringere: laudare qdem eos q in aliquot orationibus explicandis egregiã operã nauarunt, cuperẽ, & pro officio deberem, q idipſum ꝙ ego ſum conatus, ſi uellent, longe luculentius

Demoſthenes totus conuerſus à nemine.

præſtarent, niſi aſſentationis ſuſpicionem pertimeſcerem. Nunc dum alij uel ceſſant, uel quæ ſcripſerunt, Horatij ſecuti conſiliũ, in nonum annum premunt: hunc laborem imponi mihi paſſus ſum, partim hortantibus, partim ſuſceptum opus approbantibus eruditis non paucis. Non equidem ſum omnium audaciſſimus, nec ſine omni deliberatione & uirium mearum æſtimatione tantum opus ſum aggreſſus (quo q́d queat eſſe turpius?) aut me unum id efficiendi facultatem habere credidi, de quo cõplures alij deſperaſſent. Sed duabus rebus fretus p̃cipuè fui: tolerantia laborum, q́bus in honeſto propoſito non facile ſuccumbere ſoleo: & mediocri multorũ annorum græcæ linguæ uſu, & exercitatione. Præterea mihi Demoſthenem legenti, & ſæpius relegenti, non tantum ineſſe difficultatis uidebatur quantũ pleriq; perſuaſum habẽt: & ſi qua difficultas ſit, eam pẽdere partim ab ignoratione linguæ græcæ, quæ iam non autoris culpa eſt, ſed lectoris: partim ab exemplarium deprauatione, de qua nos quoque non iniuria conquerimur. Nam cum oratorẽ hunc noſtrũ ſic certè loqui oportuerit, ut à cerdonibus, à nautis, ab agricolis (hoc enim eius fuit auditorium) intelligeretur: putaui, me, quanquam in media Germania natum, aſsidua tñ optimorum græcæ linguæ ſcriptorum lectione id eſſe conſecutũ, ut Demoſthenes (toties præſertim relectus) nihilo mihi eſſet obſcurior, quam alicui nauiculario, aut agricolæ, qui quotannis eum ſemel atq; iterum pro concione dicentem, oſcitanter audiuiſſet. Ea tamen excipio inſtituta ueterum, de quibus nihil certi nobis eſt traditum: & codicum mendas, quæ certè maximam difficultatis opinionem pepererunt. Ego uerò ad eam ſuperandam quibuſdam artibus ſum uſus, quibus me profeciſſe aliq́d exiſtimo. Vna hæc eſt, quòd mihi non perſuadeo me quicquam ſcire, quod neſcio: quo uitio, multi, niſi multum fallor, laborant. Locos igitur ambiguos & dubios in omnem uerſo partem, & quàm attentiſsimè cum toto genere Demoſthenicæ orationis, aliorumq; bonorum autorum confero: diligenter inquiro, an aliqua uerba deſint, redundent, uitiata ſint aut tranſpoſita: ſi plura exemplaria habere poſſum, confero: ſi quem locum ab alijs citatum, declaratum, aut conuerſum eſſe memini, conſulo. Atque in hac quidem parte, non parum adiutus ſum BERENARDI FELICIANI doctiſsimi uiri diligentia, qui curauit ut exemplar Demoſthenis ex officina Franciſci Brucioli Veneti, quod Heruagius nuper ęmulatus eſt, multis in locis correctius haberemus: Quanquam is quoq; noſtræ induſtriæ permulta & inueſtiganda reliquit, & diuinanda, quę in noſtris Annotationibus indicata, eruditi lectoris iudicio cõmittemus. Altera eſt, quòd, ſi diffi-

Subſidia interpretis.

Facilitas Demoſthenis.

Prudens dubitatio.

Feliciani editio.

Inquiſitio diligens.

cultas nō corrupti exemplaris eſſe,ſed uel uerborū,uel ipſarū rerū uidetur:nullius me laboris,nullius operę piget, in cōſulendis & euoluēdis optimis quibuſq;,tū ueterū tum recentium,græcorum & latinorū cōmentarijs: nec doctos ēt uiros, ſi occaſio datur,ſciſcitari erubeſco. Atq; utinam laudabilis illa ueterum conſuetudo,qua illi opera ſua,priuſquam in publicum ederentur,in confeſſu doctorū,liberè candideq; iudicantium, pronunciabāt, reduceretur. Nam ea ratione infinitæ & uerborū & rerū ineptiæ uitarentur. Nemo.n.tam acutus eſt,nemo tā uigilans,quin aliàs incogitantia,alias ignorātia,& cæco amore ſui hallucinetur. Sed cum ut alia multa,ſic hoc quoq; bonum ætati noſtrę deſit:uno contentus fui, SEBASTIANO CASTALIONE, homine acerrimi ingenij, egregia trium linguarū cognitione (id quod ipſius monumenta & declarant,& declarabunt,neq; ullo alio p̄cone indigent) candore & humanitate ſingulari,& meliore fortuna & liberalis patroni benignitate dignißimo: q qua eſt facilitate,pro amicitia noſtra non recuſauit conferre mecū ad græcū exemplar magnā Demoſthenicarum orationum partem, & de multis ſermonis uitijs me admonuit, quæ ego, fretus autoritate recentiū ſcriptorum,quorū ab ineunte ætate plus ſatis fui ſtudioſus,antè pro uitijs non habebam:nunc admonitus, pleraq; facile cauere poſſe uideor. Deniq;,ubi me hæc omnia præſidia deſtituunt,non uideo cur non in æqui lectoris humanitate ſpem ueniæ certißimā repoſitam habere debeam:tametſi confitear,me uelut in ſalebris hærere. In quo ego ſuauiter interdum eorū ridere ſoleo puerilem arrogantiam, q inſcitiam ſuā ab acutis lectoribus deprehendi,q̄ ingenuè ipſi cōfiteri malunt. Quaſi uerò propterea ſis reprehendendus,ſi poſt adhibitā omnē diligentiam, q̄dam ignoraris? aut ullus omnino ſit autor, uel minimus in utraque lingua,de cuius locis aliquot non ſit homini prudenti,& iudicium non præcipitanti,dubitandū? Quid de Demoſthene dicemus,qui p̄ter loca deprauata cōplura, tam acutus, tā breuis, tam rotundus,tam lubricus eſt,ut ego quidē ijs ignoſcā,qui eius ſententiā alicubi nō ſunt aſſecuti:& ignoſcendū mihi putē, ſi in tā longo opere aliqn̄ ſomnus obrepſerit, diuturnitate laboris & uigiliarum defatigato:in magna p̄ſertim tp̄is breuitate,multiſq; incōmodis. Nam cum præter cætera mala & negocia, quæ non pauca nec opināti obiecta ſunt, docēdi labor me quaternas ſingulis ferè diebus horas detineret: cum non ut Demoſthenes in ſubterraneo ſpecu abditus laterem, ſed in loco turbulentißimo uerſarer:adeò ut interdū penè obſurdeſcerem ſtrepitu & clamoribus hominū:non pluribus tamē mēſibus (id quod conuictores mei, & familiares nō pauci norunt) totum latinè conſcripſi

Recitationes ueterum.

Sebaſtianus Caſtalio.

Ignoratio cū uenia.

Lapſus facilis in Demoſthene.

Interpretis incommoda.

Demoſthenem ab initio uſq; ad finem, quàm qui in tot occupationibus ad diligenter pellegendum requirātur. Quare beati iſti & ocioſi, qui, ſi unam atq; alteram Demoſthenis, aut Iſocratis, aliorúmue ſcriptorum oratiunculam, lõgiore etiam ſpacio quā elephanti pariunt, elucubratam ediderint, dij ſibi uidentur: iniqui in me iudices eſſe non debebunt. Ego enim, ſi fortuna pateretur, eorum tarditatem imitari facile poſſem, ipſi meam properationem fortaſſe non imitarentur. Neq; hæc oſtentationis cauſa dico (neque enim neſcio, non tam celeritatis eſſe laudem, quā bonitatis) ſed ad ueniam facilius impetrandam uolo pertinere. Cur enim non malim ſolidam potius laudem expetere, mora lõgiore interpoſita: quàm iuſtæ reprehenſioni nimia feſtinatione dare locum? Neq; profectò ualde metui, ne quis hanc uelut adoream mihi præriperet. Non enim is eſt Demoſthenes, qui ſe legi ab omnibus, nedum conuerti patiatur. Et qui id poſſent in Italia, Gallia, Germania, atque alijs nationibus, in quibus literarum ſtudia florēt, complures eruditi, maioribus occupati rebus hoc negligunt. Sed duæ me res uehementer incitarunt: una eſt, ac præcipua, ualetudinis (quam per ſeruitutem & inopiam ſatis curare non licet) perpetua ferè imbecillitas, quæ in hoc opere laborantem non ſemel in deſperationem uitæ coniecit. Sic quæ res alios ſegniores ad laborem ſolet reddere, ea mihi ingens calcar addidit, metuenti, ne cœptum opus in medio ueluti curſu, immatura morte abromperetur. Deinde uerebar (non ignarus fati mei, me nuſquam ferè diutius conſiſtere patientis) ne mihi aliò abeundū, & tota ratio ſtudiorū (id quod in peregrinationibus, multis de cauſis accidere ſolet) perturbanda ac mutanda eſſet. Hæc igitur incredibilem ardorem primo quoq; tempore cõuerſionis abſoluendæ, in animo meo excitarunt. Itaq; neque noctes neq; dies conquieui, repudiatis omnium uoluptatum illecebris, propulſatis uarijs difficultatibus, antequam adoptatum finem cæpti operis perueniſſem. Quod quū a ſtudioſis & bibliopolis uehementer flagitari cognouiſſem, non differendā diutius editionem eſſe cenſui. Quid.n. uetat hominibus interim & prodeſſe, & gratificari? Nā ſi uita mihi benignitate numinis contigerit aliqñ tranquillior (de quo non deſpero) ac diuturnior, quam polliceri mihi per ualetudinē uix audeo: ſemper erit emendandi & exornandi locus. Neq; hoc ſic accipi uelim, quaſi me ſenſus alios allaturum eſſe putem (dedi enim operam, ne in ea re ſocordiæ accuſarer) ſed quòd genus orationis multis in locis limari & ſplendeſcere cura & diligentia poterit Sic neque iacturam ullam facient, qui nunc legent (ſenſus enim Demoſthenis, quoad eius à me fieri potuit, germanos habebunt) & qui poſteriorem edi-

Cauſæ feſtinationis.

tionem emerint, id commodi capient, ut dictione minus horrida magis delectentur. Hic igitur labor meus, qualis qualis eſt, equidem opto ut ſtudioſis hominibus proſit, ſiue doctis ſiue rudibus græcarum literarum. Vtriſque ſanè conſultum uolui, ac toties & legi & relegi Demoſthenem, toties meam conuerſionem cum ipſo autore contuli, toties emendaui, toties in ſingulas propè ſyllabas cenſoria ſeueritate inquiſiui: ut ignoſcendum mihi eſſe putarem, ſi me aliquid prę ſtitiſſe profiterer, quod alios minus diligentes & attentos præteriſſet: ac ſperarem, tum latinè duntaxat doctos græcum codicem non magnopere deſideraturos: tum in græcis literis non ſatis exercitatos, conuerſionis meæ uelut adminiculis, ad ipſum autorem pellegendum, tanquam riuulo non inamœno duce ad fontem limpidiſsimum atque uberrimum, facile peruenturos. Ego certè, cum primum Demoſthenem meo Marte (nec enim diu magiſtrorum opera uti mihi licuit) legere cœpiſſem: quanta animi alacritate, quãta exultatione accepturus fui conuerſionem ſummi oratoris, hac mea nihilo meliorem, aut aliquãto etiam deteriorem? Nam ut ullius boni autoris interpretatio ſit exemplari melior, aut ęquè bona, fieri fortaſſe non poteſt, ego quidem nequaquã id mihi arrogo: ſed quoties rem cum re confero, & animo meo perpendo, tantũ intereſſe uideo inter meam & Demoſthenicam orationem, quãtum interfuit inter Demoſthenem dicentem & ſcribentem, hoc eſt, inter uiuentem & mortuum. Neque enim dubium eſſe debet, eam fuiſſe nõ modò dexteritatem & artem, ſed ſuauitatem etiam & uehementiam, eam uim, eum impetum actionis & pronunciationis Demoſthenicæ: ut nec ullis comprehendi literis, nec à nobis in hac (quantacunque uulgo putetur) eloquentiæ noſtratis barbarie, uel intelligi uel cogitari ſatis ab ullo poſsit. Hoc teſtatus eſt ipſe etiam Demoſthenes: qua de re præſtat audire Ciceronem, qui præceptioni decori, libro de Oratore tertio, hæc uerba ſubijcit: Sed hæc ipſa (inquit) omnia perinde ſunt, ut aguntur: actio inquam in dicendo una dominatur, ſine hac ſummus orator eſſe in numero nullo poteſt: mediocris hac inſtructus, ſummos ſæpe ſuperare. Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, quũ rogaretur, quid in dicendo eſſet primũ: huic ſecundas, huic tertias. Quo mihi melius etiã illud ab Aeſchine dictum uideri ſolet, qui cum propter ignominiam iudicij ceſsiſſet Athenis, rogatus à Rhodijs, legiſſe fertur orationem illam egregiam, quam in Cteſiphontẽ contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta, peritum eſt ab eo poſtridie, ut legeret illam etiam, quæ erat contra à Demoſthene pro Cteſiphonte edita, quã cũ ſuauiſſima & maxima uoce legiſſet, admirantibus oĩbus, Quanto, in-

Interpretis diligentia.

Diſcrimẽ græci & latini Demoſthenis.

Actio & pronunciatio magna pars eloquentiæ.

quit, magis admiraremini, ſi audiſſetis ipſum? Quo ſatis ſignificauit, quantum eſſet in actione, qui orationē eandem, aliam eſſe putaret, actore mutato. Hactenus Cicero. Quòd ſi tantus orator Aeſchines, quo idem Cicero nihil diuinius cogitari poſſe aſſerit: quem inimicus Demoſthenes à magnitudine uocis μεγαλοφωνότατον appellat, imparem ſe fatetur eloquentiæ Demoſthenicæ: quid de mutis literis eſt dicendum, q̄ ſolum inuentionem & diſpoſitionem reddunt integrā, ſed elocutionem, quæ ſine pronunciatione ſuum tueri nomen haud poteſt, dimidiam? Itaque longè falluntur, qui legendis Ciceronis & Demoſthenis aliorumque oratorum ſcriptis, ſe totam heroum illorum eloquentiam comprehendiſſe putant: multo ineptiores ſunt, qui ſe illis, una atq; altera oratiuncula nitidulis uerbis & ſententiolis, lucubratione multorum annorum quamuis bellè concinnata, non modo pares, ſed ſuperiores etiam, ſi dijs placet, eſſe opinantur. Longè, longè inquam alia res eſt, q̄ uulgus hominum exiſtimet, eloquentia. Cuius etiam præſtantiſſima quæq; ſcripta, quid aliud ſunt, quàm uita & ſpiritu carentia, eaq; mutila ſimulacra? Eſto, ut in corpore humano, caput & ſumma pectoris, quę Apelles in celebrata illa ſua Venere politiſsima arte perfecit, reliquā partem corporis inchoatā reliquit: ſic inuentio & diſpoſitio reliquis orationis partibus, ſi res ipſa ſpectetur, non uulgi applauſus, q multum à iudicio doctoꝝ diſsidet, antecellat: tamen ut illa ipſa Venus multo haud dubiè fuiſſet admirabilior, ſi manus etiā & pedes, ac cætera membra omnia pari elaborata artificio acceſsiſſent: ſic ea quoq; eloquentia multo præſtabilior eſt, quæ non dimidiatam duntaxat elocutionem habet, hoc eſt, uerboꝝ & ſententiarum ornamenta, ſed perfectam, quæ ſententijs & argumētis inuentis atq; ordine collocatis, non mutas figuras literarum, ſed uocem, uultum, geſtum, & motum totius corporis artificioſum ac decentem accommodat & adiungit. Neq; hæc in orationibus modò, ſed in poematis etiā, ac multo magis, animaduerti poſſunt. Virgilium enim (ut non ignobilis grammatici uerbis utar) pronunciaſſe maxima ſuauitate accepimus, & miris lenocinijs: ac Iulium quendam Montanū dicere ſolitum, inuolaturū ſe quædam Virgilio, ſi & uocē poſſet, & os, & hypocriſim. Eoſdem enim uerſus eo ꝓnunciante bene ſonare: ſine illo, inareſcere quaſi mutos. Quid iam de conuerſionibus eſt dicendum, quæ cum (ut ita dicam) ſimulacri ſimulacra, & umbrarum umbræ ſint, an fieri ullo modo poſsit, ut (quod paulo antè dixi) optimo exēplari pari & bonitate & fide optima reſpondeant, equidem neſcio. Vt enim nationis, ſic etiam linguæ cuiuſq; peculiaris & alicubi prorſus inimitabilis eſt Genius, diuerſi mores, diuerſa inſti-

Dimidiata librorum eloquentia.

Virgiliana pronunciatio.

Conuerſionū difficultas.

tuta, & ſæpe contraria, quę neceſſe eſt etiam ſuo quodam oratio nis genere explicari, quæ ſuis uerbis iucundè, alienis moleſtè dicuntur. Quòd ſi pro iiſdem ſimilia uelis ſubſtituere, maxima tamen erit nihilominus in ea ſimilitudine diſsimilitudo. Sed ut hoc Ciceronis diuinitati ingenij & meritæ autoritati fortaſſe conceſſum fuit, atq; alijs eiuſdem ætatis, qua & græca & latina lingua maximè floruerunt, præſtantiſsimis uiris: ita nobis, qui utriuſque fragmēta in ſcriptis habemus reliqua, qui magnis difficultatibus conflictamur, illud ſatis opinor eſſe debet, ſi ſententias bona fide, eodemq; ordine appenderimus, & genus orationis facile & mundum adhibuerimus: in quorum utroq; non parua certè eſt difficultas. Sed in eloquendo quàm intelligendo longè maior. Quare ualere eos iubeo (nam ob paucitatem & ignauiā minor eorum eſſe debet autoritas) qui à græcarum literarum interpreti bus ubiq; ſplendorem Ciceronianum, hoc eſt, aquam è pumice petunt. Quaſi uerò eadem ſint tempora noſtra, quæ Ciceronis: & non illud quoq; ſit operæprecium, adiuuare ſtudioſos homines, ut primùm per interpretem, utcunq; ita latinè balbutientem audiāt Demoſthenem, ut cum in littore balbutiebat antequam ἥκει φέρων τὸ ἐξειργασμένον, lapillis adhuc linguæ ſubiectis: pòſt ét expeditè, & magna ui in frequentia populi Athenienſis Atticè cōcionantem audituri? Quòd ſi nefas eſſe putant contaminari malè deſcribendo Demoſthenem: primū ab eis poſtulabo iure optimo, ut ea quæ reprehendunt, ipſi meliora faciāt: deinde rogabo, cur in omnibus ſcholis eius ſentētias latinis exponi uerbis æquo animo patiantur? Quod ſi utile eſſe cōcedunt, ſicut utiliſsimum eſſe adeò negare non poſſunt, ut nulla ratione alia gręca hoc tpe doceri commodius poſsint: quæ inuidia eſt, ſi quis conuerſionē eiuſdem autoris in publicum ediderit, eum proſcindere & calumniari? Quanquam contaminatum a me eſſe Demoſthenem, negare & poſſe & debere uideor. Etſi enim Ciceronianæ imitatio nis pręclaram laudem nec mihi arrogo (non enim, ut ille ait, cuiuis homini contingit adire Corinthum) neq; cuiquam inuideo: illos ipſos tamen, quibus maior ingenij uis & fortunæ fauor contigit, parum facere candidè puto, addam etiam imprudēter & temerè, ſi nitore uerborum omnia metiantur, de ſententiarum ueritate & grauitate parum laborātes. Quas ego me ſanè ſpectaſſe pręcipuè non diſsimulo, ſic tamen ut uerba non negligerē. Nam utramq; difficultatem (de quibus paulo antè memini) tum intelligendi tum eloquendi, aſsiduitate diligentiæ ſuperare ſtudui; & dictione uti uolui, quę nihil haberet ſalebroſum, aut barbarum, nihil affectatum, aut inſolens: ſed & latina, & facili ad intelligendum, & ad uerba Demoſthenis q̃ proximè accedente. Neceſſariò

Dictionis genus.

tamen interdum uſurpanda fuerunt quędam minus in ea notiõne trita fortaſſe ueteribus, quia tum meliora non occurrebant. Qua de re cum plura dicturi ſimus in noſtris Annotationibus (quas utinam fortunæ iniquitas ita me perficere pateretur, ut ad græcè legendum Demoſthenem omnibus optima cum ſpe accedere liceret) nunc non ero longior: ac mihi fore perſuadebo, ut quicquid eſt eiuſmodi, reſpectu ingentium laborum quos cepi, æquus & candidus lector, uel imbecillitati ingenij, uel occupationibus & incommoditatibus meis ignoſcat & cõdonet.

Dedicatio.

Nec enim uideo plura dicere quorſum attineat, apud te pręſertim, IOAN. IACOBE FVGGERE, uir ornatiſs, qui pro excellentia ingenij tui & exquiſita eruditione, quæ in tanto fortunæ opumq; faſtigio, eo eſt admirabilior, quo rarior, tanto melius æſtimare potes, quid ſit de hoc meo labore ſentiendum, quanto & græca & latina perfectius intelligis. Quare ego fretus & eruditione tua, & humanitate ſingulari, quã honeſtiſs. uir GEORGIVS HERMANNVS, qui (ut uiro dignum eſt, qui uirtutem & eruditionem cum naturę fortunæq; ornamentis coniunxit) inter cęteros ſtudioſos quibus ſedulò cõſultum uult, me quoq; magna beneuolentia proſequitur, mirum in modum mihi prædicauit: te non modò patrem & defenſorem, ſed iudicem etiam & cenſorem lucubrationum mearũ delegi.

Laudationes Demoſthenis.

Ac quod ad ipſum Demoſthenem attinet, ea eſt de eius eloquentia, ex quo tempore uixit, annis abhinc ferè bis mille præcepta opinio, ut quod de Virgilio quidam uſurpant, ad hunc quoque poſsit accommodari: ei nec accedere quicquam laudationibus, nec decedere uituperationibus aliorũ. Et ſi quis eius laudatores requirit, in promptu ſunt pręter cętera, Ciceronis & Quintiliani teſtimonia, & Plutarchi ac Luciani, quę reſeruauimus ad ſecundum noſtri laboris Tomum, qui Vlpiani enarrationes, Annotatiões noſtras in loca obſcuriora & dubia, nec non alia fortaſſe cõtinebit, quæ in his pædagogiæ moleſtijs & impedimentis, ſic a me abſolui non potuerunt, ut nũc ederentur, quãquam id maximè uoluiſſem.

Secundus Demoſthenis tomus.

Sed tamen ſatis ipſe Demoſthenes ſeſe laudat, ſi lectorem fuerit nactus prudẽtem & attentum.

Lector Demoſthenis qualis eſſe debeat.

Fuit enim & aquam bibere, & ad lucernã ſcribere, & in multam noctem lucubrationes producere, & antelucana opera opifices anteuertere ſolitus Demoſthenes. Quare ſobrium etiam & uigilantem lectorem, non minus q̃ interpretem, requirit, qui uim uerborum, qui pondera ſententiarum, qui acumen inuentionis, qui argumentorum copiam & uiolentiam, qui exemplorum grauitatem, qui diuinandi ſolertiam, qui collocationis artificiũ, qui exquiſitam ſimilitudinem noſtrorum temporum, qui ſummam deniq; (ne quę infinita ſunt, infantia mea conetur perſequi) cau-

tionem & prudentiam cum pari autoritate & ſeueritate coniunctam, conſideret, perſpiciat, admiretur: & quãtum quiſq; uiribus ingenij & diligentiæ ſubſidio conſequi poſsit, imitetur. Hæc inquam qui uel in una præſtiterit oratione, huic abunde laudatus erit Demoſthenes, domeſtico, non alieno præconio. Nam ubi teſtimonia rerum adſunt: quid opus eſt (ut Cicero ait) uerbis? Et hæc omnia multo erunt euidentiora & expreſsiora legenti græca, in quibus elucet Attica illa ſinceritas, quam nec Cicero expreſſerit, nedum homo quiſpiam ſemilatinus. Quod uerò ad ſententiarum ueritatem & germanam intelligentiam attinet fidem & induſtriã meã ſpero me oĩbus græcæ latinæq; linguæ peritis probaturum. Quòd ſi genus orationis alicubi ſterilius & exilius uidebitur: is cogitet uelim, ipſum Demoſthenem plus habere oſsiũ & neruorum, q̃ ſanguinis & carnis. Vt igitur illa (uolentes quidẽ) ei non detraximus, ita hæc addere non fuerit interpretis, ſed paraphraſtę, ſuo arbitratu declamantis. Cicero profectò, ſi ei cauſæ eædem agendæ fuiſſent, longè utiq; in pleriſq; maiorem apparatum uerborum adhibuiſſet: & quæ a noſtro autore indicata ſunt breuius & occultius, dicendo extẽdiſſet & illuſtraſſet. Quod an in conuerſione orationum Demoſthenis & Aeſchinis inter ſe contrariarum, ſibi permiſſurus fuerit, equidem neſcio. Sed ſi eas orationes conuertit (qua de re quoſdam acutos homines non omnino ſine cauſa dubitare uideo) eam rationẽ haud dubiè ſecutus eſt, quam ſe ſecutum eſſe profitetur. Atq; utinam extaret illa conuerſio: quæ quantumuis elegans fuit, talem fuiſſe tamen non puto, ut orationem pro Milone legere non mallemus. Eſt enim duriſsima prouincia, pectori alieno tuum os accommodare, ac eius ſententias tuis uerbis & ſtylo perſequi. Quod in ipſo argumento τῶν ἀντιπάλων λόγων explicando (neſcio enim quo modo dictio ſterilior ibi uidetur) ipſe Cicero non diſsimulat: a cuius ratione ſi mea multum diſsidebit, non erit id uoluntati, ſed imbecillitati meæ, & occupationibus, & breuitati temporis imputandum. Præſtiti quod potui: & potuiſſem plura, ſi iuſtum tẽpus & ſpacium datum fuiſſet. Nunc eſt hæc ſtudioſorum hominum conditio, ut ſint quouis cerdone miſeriores, & abiectiores: ut nõ mirum eſſet, aliquem pœnitere ingenij & induſtriæ ſuæ, ſi ita cõparatum eſt, ut qui fame perire nolit, ei ſint omnes penè indignitates perferendæ. Sed querelæ non ſunt huius loci, neq; mihi nũc ꝓpoſitum eſt ſcilicet fortunam meam deplorare. In eo potius eſt elaborandum, ut hoc meum opus, quocunq; ſiue ſucceſſu ſiue diſpendio confectum, Excellentię tuæ nõ improbetur. Quod ut fore confidam, multa in cauſa ſunt, ac in primis pręſtantia ingenij tui & eruditionis: qui cũ ſis propter ampliſsimas opes, quæ

Cicero Demoſthene uberior.

Conuerſiones Ciceronis.

Fortunã literatorum.

IOANNES IACOBVS FVGGERVS

& ipſæ inſigne Dei donum ſunt, & bono ac ſapienti uiro luculentum uirtutis inſtrumentum, ſuſpiciendus, & propter beneficentiam & liberalitatem colēdus: eæ ſunt ingenij & animi tui dotes, ut etiam ſine fortunæ ſplendore, in magnis uiris eſſes numerandus. Quanquam enim ego te corā nunquam uidi: natura tamen ita fert, ut quicquid in rebus humanis excellit, auribus magis q̃ oculis celebretur: ꝙ fama dimanare facilè ad multos, eadem uiuendi copia non omnibus contingere poteſt. Celebratur a multis, iiſq; præſtantibus uiris, felicitas ingenij tui, quod ubicunq; intendatur, ualeat, tam philoſophicis q̃ ciuilibus in rebus: celebratur eruditio, qua ſi uelles ad oſtentationē uti, animi tui conſcientia non cōtentus, ipſe nomen tuum poſſes tradere memoriæ poſteritatis. Neq; id mirum uideri debet. Solet enim in claris familijs uigor àc uis naturæ eſſe maior. Deinde accedunt alia commoda, liberalis educatio, eruditi præceptores, tranquillum ocium, iuſtum diſcendi ſpacium, optimorum librorum copia: quę magna ex parte homines tenues deſtituunt. ac proinde nemo miratur, ſi quibus ingenia liberalia contigerunt, ea fortunæ iniquitate ueluti ſordeſcere: in tanto præſertim contemptu bonarum literarum, & Mecœnatum, qui eas foueant, paucitate. Quo tu etiam maiorem laudem mereris IOANNES IACOBE FVGGERE, qui præter beneficentiam in homines afflictos & miſeros quotidianam, qui ueriſsimus & Deo gratiſsimus, generi mortalium utiliſsimus diuitiarum fructus eſt, & una ſtabiliendarum opum, & ad poſteros propagandarum firmiſsima ratio: complures ingenioſos adoleſcentes (id quod regum, & principum, & ciuitatum munus eſt) tuis ſumptibus nō modò in Germania, ſed in Gallijs etiam, & Italia, benignè foues & ſuſtentas, dum ſummū doctrinæ gradum aſſequantur. In quo laudatiſsimum exemplum REMVNDI patris, & ANTONII patrui tui, clariſsimorum uirorum, ſapienter imitaris: qui præter cætera ornamenta, quibus abundat honeſtiſsima ueſtra familia, immortalem ea re gloriam ſibi pepererunt. Non enim ingratæ ſunt Muſæ, quanquam orbæ & indotatæ puellæ uideātur, uel cultoribus uel patronis ſuis, ſed utroſq; honeſta fama & nominis memoria ſempiterna remunerantur. Quæ præmia qui contemnit, aut parui facit, eum aut celſitudine animi deo ſimilimum, aut abiectiſsimum hominem eſſe neceſſe eſt. Me quidem in multis incommodis, & malignis induſtriæ meæ ac miſeris præmijs, non parum (ut ingenuè quod ſentio fatear) cōſolatur ſpes, ꝙ ualde ſuſpicor fore (ſi qua modò fides aſtris eſt) ut etiā poſt obitum me honeſtè uixiſſe appareat, & non tranſegiſſe uitam (ut Saluſtij uerbis utar) more pecudis: ſed eorum bonorum, quæ in uita humana præcipua ſunt (etſi in

FVGGERI *Mecœnates noſtri ſeculi.*

REMVNDVS ANTONIVS

Præmia Muſarum.

aſſequendo fortunam habeam parum propiciam) uirtutis & ſa
pientiæ fuiſſe ſtudioſum. Quòd ſi rem uerè cōſideremus, homi- ἐκ μουσῶν ἀγα-
nes eruditi (quod ad hanc quidem uitæ partem attinet) ſummo θὸν κλέος ἔρχε-
rum etiam regum potentiam ſuperant. quorū memoria omnis, ται ἀνθρώποι-
niſi a doctis celebrarentur, uno, aut ad ſummū altero ſeculo fun σι.
ditus interiret. Rectè igitur Virgilius: Viuitur (inquit) ingenio, cæ
tera mortis erunt: rectè etiam tu IOANNES IACOBE,
atque adeò omnis ſplēdidiſsima FVGGERANA familia, qui
non contenta cæteris ornamētis, ut ſunt ampliſsimæ opes toto
terrarum orbe celebres, affinitates illuſtres, ſummorum principum
amicitiæ, atque apud illos talis autoritas, ut uos ad grauiſsimarū
rerum deliberationes adhibeant, quæ fortuna uobis largita eſt:
ſolida etiā & peculiaria ueſtra bona comungatis, uirtutem & ſa
pientiam: neque doctos foueatis ſolū, ſed tum ipſi eruditione flo-
reatis, tū liberos ueſtros ab ineunte ætate, liberaliter inſtitui cu-
retis: ut ſint omnibus & animi & fortunæ bonis cumulati: & ho
mine prudēti maximè dignam moderationem, qua una & Dei
& fortunæ & hominum fauor tum paratur, tum cōſeruatur, ue-
ſtro exemplo diſcant ac retineant: & hac uita ſic utantur, ut bea
tæ immortalitatis ſpem habere poſsint. Quæ cum ita ſint, omni
no mihi perſuadeo, uir ornatiſsime, te meum hoc opus, magno
ſtudio ac labore (quiſquis tandem ſit euentus, quem non malū
fore & opto & ſpero) confectum, æqui boniq́ue facturū: & in ſplē-
didiſsima bibliotheca tua, quam magnis ſumptibus in Italia cō
paraſſe diceris, inſtructam multis egregijs libris, qui hactenus à *Bibliotheca*
paucis ſunt uiſi, Latino Demoſtheni aliquid loci daturum: & me *Italica.*
una cum patruo tuo Antonio, a latinis (ut audio) literis nō ab-
horrenti &, fratre GEORGIO, qui & ipſe cum cæterarum di *Georgius*
ſciplinarum, tum diuinæ Matheſeos in primis ſtudioſus eſſe dici- *Fuggerus.*
tur: & altero fratre HVLDERICO, adoleſcente, ut audio,
ſummi ingenij, & optimis ſtudijs, magna modeſtię fama, deditiſ
ſimi, patrocinio tuo complecti & fouere nō dedignaturū. Equi
dem ſpero me hactenus eam uitæ ſtudiorumq́ue rationē & ſecu-
tum eſſe, & quo ad uixero ſecuturum, ut quicquid in me, pro li-
beralitate ueſtra & humanitate contuleritis, id non tam mihi ne
ceſſarium, quam uobis honorificum fuiſſe uideatur.

EORVM QVAE SINGVLIS HVIVS OPE-ris partibus continentur, Catalogus.

I. Pars continet Orationes ſuaſorias XVII.
Epiſtolas VI.
Exordia concionum LX.
Orationes demonſtratiui generis II.
II. Orationes publicas iudicialis generis XI.
III. Orationes priuatas iudicialis generis XXX.
Huic addita eſt uita Demoſthenis, à Libanio, Suida, Luciano, & Plutarcho deſcripta.

LIBANII ARGVMENTVM PRIMAE OLYNTHIACAE ORATIONIS.

OLynthus Tracia fuit urbs, quem Græci incoluerunt, Chalcide Euboica oriundi, quæ Chalcis Athenienſium eſt colonia. Multa autem & præclara Olynthij, ut & cum Athenienſibus, qui Græcis imperarunt olim, & item cum Lacedemonijs, bella geſſerunt: ac magnam tandem adepti potentiam, inter cognatas ciuitates excelluerunt. Non parua enim in Thracia Chalcidicæ gentis multitudo fuit. Poſt, inita cum Philippo rege Macedoniæ ſocietate, coniunctisq; cum eo uiribus, bellum primò cum Athenienſibus gerentes, idq; partim ob Anthemuntem oppidum acceptum, de quo inter Macedones & Olynthios contentio erat: partim ob Potidæam, quam Philippus expugnatam, erept[illegible] dideret: tandem ſuſpectum habere cœperunt regem, quòd et magna eius ſubitaq; incrementa, & parum fidum eſſe ingenium uiderent. Obſeruato igitur tempore, quo is aberat, miſsis legatis pacem cum Athenienſibus fecerunt, in quo ictum cum Philippo fœdus uiolabant. Pacti enim fuerant, ſe, & cõmuniter bellum geſturos cum Athenienſibus. & ſi aliud uiſum eſſet, cõmuniter compoſituros. Philippus autem iampridem cauſam contra eos queritans, tum uerò hanc nactus, bellum eis ut fœdifragis, & cum ſuis hoſtibus amicitia coniunctis infert. Quare hi legatos Athenas mittunt, ad petendum auxilium: ijs Demoſthenes patrocinatur, & opem ferre iubet Olynthijs, quòd in eorum ſalute ſita ſit Athenienſium ſecuritas. Philippũ enim, ſaluis Olynthijs, nunquam in Atticam uenturum: ſed Athenienſibus poteſtatem datum iri, nauigandi in Macedoniam, atq; in ea gerendi belli. Sin urbs hæc à Philippo ſubacta fuerit, apertam eſſe uiam regi ad inuadendũ Athenienſes. Ait antẽ Philippum non tam ſuperatu eſſe difficilem, quàm putetur: ut animos contrà eum faciat Athenienſibus. Diſſerit etiam de publica pecunia: ſuadetq;, ut ea militaris pro theatrali fiat. Ac morem, quo Athenienſes quondã ſunt uſi, ut minus notum, explicari neceſſe eſt. Cum olim non ſaxeum eſſet apud eos theatrum, ſed ex ligneis tabulis coaſſatum omnesq; locum occupare properarent: & uerberibus, & interdum etiam uulneribus, ſe mutuò afficiebant. Quod magiſtratus Athenienſium prohibituri, uenalia fecerunt loca, ut nemo niſi binis obolis numeratis, ad ſpectandum admitteretur. Ne uerò pauperes eo ſumptu onerari uiderentur, conſtitutum fuit, ut è publico binos illos obolos quiſq; acciperet. Quæ conſuetudo inde orta, eò uſq; proceſſit, ut non eo nomine duntaxat accipe-

Olynthi origo
Bella.
Potentia.
Societas cum Philippo.
Pacificatio cũ Atheniẽſibus
Petitio auxiliorum.
Patrocinium Demoſthenis
Theatralis pecunia.

rent, ſed in uniuerſum omnem publicam pecuniam diſtribuerent. Vnde etiam ad militiam ſegnes facti ſunt. Quam enim pecuniam olim ꝓpter expeditiones è publico in ſtipendium accipiebant, eam tum in ſpectaculis & feſtis domi manentes, partiebantur. Nolebant igitur iam egredi, & periclitari: ſed & legem tulerant de theatrali hac pecunia, quæ mortem minitaretur ei, qui autor eſſet, ut ea in ueterem ordinem reponeretur, fieretq; militaris. Quare Demoſthenes cautè hanc conſilij partem attingit, ſeq; ipſe interrogans: Túne author es, ut hæc militaris fiat? Reſpõdet, Minimè uerò equidẽ. Atq; hæc de theatrali pecunia. Diſſerit autẽ orator ẽt de urbanis copijs, ſuadens ut ciues ipſi militent, & non, ſicuti ſolebant, per milites peregrinos opẽ ferẽt: eamq; cauſam aſſerit eſſe, cur res malè geratur.

Lex de theatrali pecunia.

Delectus ciuium.

DEMOSTHENIS ORATORIS ATHENIENSIS OLYNTHIACA ORATIO PRIMA.

Attentè audiẽda conſilia in arduis deliberationibus.

ARBITROR Vos, Athenienſes, magnę prælaturos pecuniæ, rõnem, qua explicetur, ꝙd in hoc negotio ſit è republica futurũ, de quo nũc deliberatis. Qđ cum ita ſit, æquũ eſt, ut ultrò & alacriter, eos qui conſilium dare uolũt, audiatis. Necꝙ enim, ſi quid utile meditatus uenerit aliquis, id audire ſolum amplectiꝙ licebit: ſed & ueſtræ fortunæ eſſe puto, ut multa opportuna dictu, ſubitò nonnullis in mentẽ ueniant. Quãobrẽ ex omnibus facile uos utilia deligetis. Præſens certè tp̃s, ô Athenienſes, tantũ non edita uoce loqtur, uobiſmetipſis eſſe curam rerum illaꝝ ſuſcipiendã, ſi modò ueſtræ ſalutis rõnem habeatis. Nos uerò neſcio quõ mihi eſſe uidemur erga illas animati. Sũt aũt, quæ mihi ꝗdem uideant̃, hæc: & auxilia iam eſſe decernẽda, & ꝙ celerrimè apparandũ bellũ, ut hinc opem feratis, & non idem admittatis, qđ etiam prius: & legatos mittendos, qui hæc dicant, rebuſꝙ interſint. Nã hoc maximè timendũ eſt, ne Philippus (ut eſt homo callidus, & in rebus gerendis acer) partim cõcedendo, ubi res ita tulerit, partim minitando (qua ꝗdem in parte non immeritò illi fides adhibebitur) partim uos & abſentiam ur̃am calũniando, aliò traducat Olynthioꝝ animos, de totaꝙ re aliꝗd auellat. Veꝝ illud peropportunè cadit, Athenien

Vtẽdum occaſionibus.

Sũma cõſilij.

Ceſſatio periculoſa in ſumma hoſtis Philippi uigilãtia

Non metuen

ſes,ut,qđ ſummo Philippi rebus pręſidio eſt,idem & uobis ſit utiliſsimum. Nam ꝙ is unus oĩa & arcana & aperta moderatur, ſimulq́; & dux eſt & dñs, & quæſtor, & ipſe ubiq; adeſt exercitui: ad res ꝗdem bellicas celeriter & tempeſtiuè conficiendas multum ualet: ſed pacificationi,quã cum Olynthijs facere cupit,aduerſat̃. Neq;.n. obſcuꝝ eſt Olynthijs,ſe iam non de gloria, aut parte regionis belligerare,ſed de excidio & patriæ ſeruitute; norunt etiam qũo cum Amphipolitis egerit,qui urbẽ ei dediderunt: & cum Pydnæis, qui eum in urbem receperũt: & in uniuerſum,reſpublicę tyrannis nihil, opinor,adhibere fidei debent præſertim ſi ditionem finitimã habeant. Hæc igitur, Athenienſes, tenenda eſſe uobis, & alia quæ decet oĩa, cogitãda eſſe affirmo, ut uelitis & excitemini, belloq́; ſi unquam,nunc certè maximè,incumbatis,pecuniam promptè cõferentes,& ipſi militantes,& nihil prætermittentes. Neq;.n.ulla uobis ratio,aut excuſatio,quo minus officio fungi uelitis,relinquitur. Nam qđ omnes iactabatis,Olynthios in Philippi odium cõcitandos:id ultrò nunc accidit,eaq́; rõne,quæ maximè uobis expediat. Nam ſi noſtro impulſu bellum ſuſcepiſſent, ſocij fortaſſe parum firmi, atq; at tp̃s in ea ſñia fuiſſent. Poſtq; autem eum, ob illata ſibi crimina oderunt, firmas eos probabile eſt cum eo, ꝓpter ea quæ metuunt & perpeſsi ſunt,gerere inimicitias. Non igitur negligenda eſt talis oblata occaſio:neq; cõmittendum,ut idem uobis accidat,qđ ſępe iam prius accidit. Si.n.quũ Eubœenſibus auxiliati rediremus:atq; Hierax & Stratocles Amphipolitę hoc ſuggeſto cõſcẽſo,uos ſoluere, atq; oppidũ in fidẽ accipe iuberẽt, pari nos ſtudio nr̃is priuatis rõnibus conſuluiſſemus, quo ſalutẽ Eubœenſiũ defẽderamus: & Amphipolim tũ obtinuiſſetis,& oĩbus q̃ deinde ſecuta ſunt,negotijs eſſetis liberati,Rurſus,quũ Pydnã,Potidęã, Methonẽ,Pagaſas,cętera(ne ſingulis cõmemorãdis ĩmorer) obſideri nũciaret:ſi tũc uni hoꝝ primo,alacriter,& ut decuerat,opẽ tuliſſemꝰ ipſi:faciliore & multo humiliore nũc uteremur Philippo. Nũc,dum p̃ñtia ſemp̃ amittimus,& futura ſua ſpõte ſe rectè habitura opinamur: & auximus, Athenienſes,Philippum nos: & effęcimus tãtum;quãtus nemo un-

dum ab Olynthiorum incõſtantia.

Monarchia cõmoda.

Ratio: Quia Olynthij fidẽ Philippo non habent.

1 Periculi magnitudo.

2 Philippi pfidia.

3 Diſsidium tyrannidis & libertatis.

Adhortatio.

A uoto Athenienſium.

4 Vltrò ſuſcepta inimicitia.

Exẽpla ceſſationis pniciosæ Atheniẽſibus.

Vel p̃ſenti occaſiõe utẽdũ.

quam rex fuit Macedoniæ. Nũc autem offertur occaſio, quæ? hæc Olynthiorum, ultro ciuitati, nulla priorum illarum deterior. Ac, ut mihi quidem uidetur, ſi quis liberalitatis erga nos diuinæ iuſtus æſtimator conſtituatur: is tametſi multa non ita ſint ut deberent, magnam tamen dijs gratiam ſit habiturus merito. Nam quod multa in bello amiſimus, id negligentiæ noſtræ acceptum ferre iure poſsis. Quod aũt neq; olim hoc factum eſt, & oſtenſa eſt quędam nobis ſocietas, quæ ſit cladibus hiſce depellendis, modo uti uelimus: diuinæ beneuolentiæ beneficium equidem interpreter. Sed perinde fit opinor, ut & in paranda pecunia: ſi quis quam acceperit, etiam ſeruarit, magnam habet fortunę gratiam: ſin imprudens conſumpſerit, una conſumpſit & accepti à fortuna beneficij memoriam. Etiam in rebus gerendis ita fit: qui occaſionibus nõ rectę ſunt uſi, ij neq; ſi quid boni diuinitus obtigit, meminerunt. Nam ex ultimo euentu, de ijs quę pręceſſerunt omnibus, plerunq; fit iudicium. Quapropter etiam uobis ea quę reſtant Athenienſes, magnæ curæ eſſe debent, ut his uitijs correctis, acceptam ob ea quæ geſta ſunt, infamiam exteramus. Si uero, Athenienſes, hos quoq; homines proiecerimus, atq; ille Olynthum euerterit: dicat mihi aliquis, quid ſupererit quod illum quo minus eat quo uult, remoretur? Nũquis ueſtrûm cogitat, Athenienſes, & ſpectat, quemadmodum magnus euaſerit, infirmus cum eſſet initio, Philippus? primum Amphipoli capta, poſtea Pydna, mox Potidęa, deniq; Methone: poſtremo Theſſaliam inuaſit. Demũ, quum Pheras, Pagaſas, Magneſiam, oĩa ſuo arbitratu cõpoſuiſſet, in Thraciam abijt. Deinde ibi regibus alijs eiectis, alijs cõſtitutis, in morbũ incidit: ex eo paululũ recreatus, non ad ſocordiã ſe deflexit, ſed ſtatim Olynthios eſt aggreſſus. Eius aũt in Illyrios, & Pęones, & aduerſus Arymbam, & quo non? prætereo expeditiones. Quid igitur, inquiet aliquis, iſta cõmemoras nobis, nunc? Ut utrũq; cognoſcatis, Athenienſes, & ſentiatis, tũ proijcere ſingulatim ſemper aliquid rerum, quod non expediat: tum perpetuam in gerendis rebus alacritatem, qua erga uniuerſos Philippus utitur: pre qua fieri non poterit, ut rebus geſtis contentus, in ocio ſe cõtineat. Qui ſi in ea ſnia erit, ut agen

Nõ fortunam Atheniẽſibus, ſed Athenienſes fortunæ defuiſſe.

Deo de beneficijs noſtra culpa amiſsis, gratiã non habemus.

Excidiũ Olynthi Atenienſibus periculoſum.

Aſsiduitas Philippi in augẽdo imperio.

Vigilãtia Philippi, Atheniẽſium ignauiæ formidabilis.

do ſemp opes ſuas & gloriam augēdam cenſeat, uos, nullius rei curam conſtanter & ſerio ſuſcipiendam. cōſiderate quem tandem harū rerū exitum fore ſit ſpandum. Quis ueſtrûm, Deum immortalem, adeo ſocors eſt, q neſciat bellum inde ad nos uenturū, ſi neglexerimus? Verū id ſi fiet, uereor Athenienſes, ne ad eundem modum, ut qui facile pecuniam magno fœnore ſumunt, atq; illa pauliſper locupletati, poſt etiam patrimonijs euertunt: ſic & nobis ſegnitiem nr̃am magno cōſtitiſſe appareat: & dum ad uoluptatem oīa referimus, in eam tandē neceſsitatem ueniamus, ut multa & grauia facienda ſint, quę non uellemus: utq; incolumitas huius ipſius regionis periclitetur. Ac reprehendere qdem, dixerit forſan aliqs, eſſe facile, & cuiuſuis. qd aũt in pn̄tibus rebus agendum ſit, pnunciare, id eſſe cōſiliarij. Ego uero, quamq; illud non ignoro, ſępe uos non ijs qui ſunt in culpa, ſed his qui poſtremi ſn̄iam dixerint, iraſci, ubi quid ex ſn̄ia non euenerit: non tn̄ arbitror priuatæ incolumitatis ita hn̄dam eſſe rōnem, ut qcq; diſſimilem. qđ ē re ueſtra futurum eſſe ducam. Cēſeo igitur duobus uos oportere modis rebus ſuccurrere: tum urbes Olynthiorū tuendo, & milites q id agant, mittendo: tum eius ditionem infeſtādo & triremibus & militibus alijs. Qđ ſi alterutrum neglexeritis, uereor ne irrita futura ſit ueſtra expeditio. Siue.n. agrum ſuum a uobis infeſtari patietur, atq; ipſe interim Olynthum ſubiget facile in regnū reuerſus, ſua defendet: ſiue uos præſidia duntaxat Olynthum miſeritis, uidens rem domi in tuto eſſe, aſsidebit & ducet bellū: mora obſidionis eos ſuperabit. Oportet igitur multū & duplex eſſe auxilium. Et de auxilio hæc ſtatuo. Quod aũt ad pecuniā cōparandam attinet: eſt Athenienſes pecunia uobis, eſt, quanta oīum mortalium nemini, militaris: eam uero uos, ſicut uultis, capitis. quam ſi militantibus reſtituetis, nullo erit opus cōmeatu: ſin minus, opus erit, uel nullus potius ſatis erit cōmeatus. Quid igitur, dicat aliqs, túne autor es, ut ea militaris habeat? Ego uero, nequaq;. Ego.n. conſcribendum exercitum cenſeo, & hanc pecuniā eſſe militarem, & unū eſſe debere ordinē, eundē & faciendi & accipiendi q oporteat. Vos uero tā ita ferè abſq; negocio capitis ad feſta. reliquū igit̃ eſt

Vt æris alieni, ſic etiam ignauiæ tā triſtes exitus, quàm læta initia.

Vel cū priuato periculo, reipub. conſulendum.

Conſilium.

1 *Duo exercitus mittendi.*

2 *Pecūnia unde petenda.*

Ignauis nihil dandum.

Tributum conferendum.

opinor, ut omnes conferant: ſi multis opus erit, multa: ſin paucis, pauca. Oino certè pecunia eſt opus, & abſq; ea nihil põt ritè adminiſtrari. Indicãt & alias alij parãdę pecunię uias: è qbus eam eligetis, quę uobis maximè cõducere uidebitur: & rerũ curam, dum occaſio adeſt, ſuſcipietis. Illud etiam eſt opępretium cogitare & reputare, quo in loco nunc ſint res Philippi. Neq;.n. (ut uideatur, & dici poſsit, re non ſatis cõſiderata) præſens eius ſtatus præclarus eſt, neq; pulcherrimus. Neq; intuliſſet ille hoc bellum unquã, ſi gerendũ fore cenſuiſſet. Nam primo ſtatim impetu ſe oẽm rem tum confecturũ ſperabat. qua ſpe fruſtratus eſt. Hoc igitur primũ illũ turbat, cũ præter expectationem euenerit, & inijcit ei magnã deſperationem. Deinde & motus Theſſalorũ. Nam hi qdem natura nimirum & ſemp omnibus mortalibus infidi fuerunt: quales autem ſunt, tales eos nunc & ille cum primis experit. Decreuerunt.n. Pagaſas ab eo repoſcere, & Magneſiam munire uetuerunt. Præterea ego quoſdam audiui qui dicerent, non cõceſſuros ei Theſſalos amplius portoriorũ, & uectigalium uſumfructum, q Theſſalorũ reſpublicas ex eis adminiſtrari, non ea intercipi à Philippo oporteat. Qua pecunia fraudatus ſi fuerit, in arctum admodum ei ſtipendia peregrini militis redigentur. Iam Pęonem & Illyrium, & in uniuerſum cęteros oẽs exiſtimandum eſt ſui iuris & liberos q̃ ſeruos eẽ malle. Inſueti etenim ſunt cuiquam parère per oĩa: & homo importunus eſt, ut aiunt. neq; pfectò incredibile fortaſsis eſt. Nam ſucceſſus qui pter meritũ contingũt, occaſionẽ incautis prębent temeritatis & ſtultitię. Quare ſępe uidet eſſe parta tueri bona, q̃ parare difficilius. Statuetis igit, Athenienſes, incõmoditates illius urãs eſſe cõmoditates, & occaſionẽ, ſtrenuè urgebitis: ſic, ut & legatos mittatis quò oportet, & ipſi militetis, & extimuletis alios oẽs. Nã ſi Philippo talis cõtra nos daret opportunitas, & bellũ ppe nr̃os fines oriretur: q̃ cupidè putatis eum in nos inuaſurũ? Et nõ pudeat uos, ſi nec ea quę pateremini, ſi poſſet ille, data occaſione audeatis? Pręterea ne hoc qdem uos lateat, Athenienſes, optionẽ nunc dari uobis, utrũ uos illic oporteat bellũ gerere, an apud uos illũ. Si.n. Olynthiorũ opes mãſerint in-

Occaſio: Philippum rebus minus ſecundis uinci poſſe

1 Olynthiorum rebellio.

2 Theſſalorũ inconſtantia.

3 Barbari, excutiendi iugi auidi.

Fortuna quẽ nimium fouet ſtultum facit.

Imitanda Philippi aiacritas

Bellũ inferendum potius quàm propulſandum.

Victis Olyn-

columes,uos illic belligerabitis, & patriam illius ditionē infeſtabitis,& ſecurè hac ueſtra fruemini. Sin illa Philippus occuparit,qs eū porrò huc ire ꝓhibebit? Thebani?ne ſit dictu acerbius,etiā expeditè unà irrūpent. An Phocenſes?q ne ſua qdem ſine ueſtro auxilio tueri pñt. Aut alius qſpiam? Atqui ô bone non uolet? At oīum abſurdiſsimū fuerit,ſi quæ nunc,ēt cum ſtultitiæ reprehenſione, tñ eloquitur,ea data poteſtate non faceret. Quātum aūt interſit,hic an illic bellum geratur,uerbis nihil opus eſſe arbitror. Si.n.oporteret uos ipſos triginta dūtaxat dies foris eſſe,& quæ alendo ſunt exercitui, è noſtri agri ꝓuētibus petere,nullo hoſte in eo uerſante dico:plus dāni exiſtimo ueſtris agricolis datum iri, q̄ quantū in omne prius bellum illud inſumptum eſt. Qđ ſi bellum aliquod ingruet, quantę clades ſunt metuendæ? Accedit ꝓteruitas,atq; inſuper ipſius rei dedecus,nullo minus detrimento,ſanis qdem hominibus. Quare omnia hæc ob oculos ponere, atq; uniuerſi adiuuare,& bellum illuc amoliri debēt: diuites,ut,ꝓ multis,quæ Deûm benignitate hñt,pauca expēdentes, reliquis ſecurè fruantur:iuuenes, ut in Philippi regno parta bellandi peritia, terribiles incolumis patriæ cuſtodes fiāt:Oratores,ut acta ſua in republica,in reddēdis rationibus facilè tueri poſsint. Nam ut æres erunt, quæ uobis euenient, ita uos & de actis eoꝝ iudicabitis. Vtinam autem eæ bonæ ſint, & officio fungant omnes.

thijs,Philippū in Atticā uenturum.

Exercitus nūſquā ſine magna eē clade poteſt.

Concluſio.
Officium.
1 *Diuitum.*
2 *Iuuenum.*
3 *Oratorum.*

LIBANII ARGVMENTVM SECVNdæ orationis Olynthiacæ.

ADmiſerant legationem Olynthiorum Athenieńſes,& auxilia eis decreuerant,ſed expeditionem differebant,metuentes,ne ſibi difficile cum Philippo bellum futurum eſſet. Demoſthenes igitur progreſſus,confirmare populum ſtudet, oſtendens quàm infirmæ ſint opes Macedonis. Nam & ſocijs eum ſuſpectum eſſe ait, & ſuis uiribus parum ualere. Macedones enim per ſe infirmos eſſe.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA SECVNDA [redacted] *interprete.*

CVm multis in rebus,Athenienſes,pſpici mihi poſſe uidetur deoꝝ imortalium beneuolentia declarata erga rempublicam: tum uerò in pñtibus negotijs.

Gratulatur Athenienſib. Olynthiorum ſocietatem.

Quòd.n.hoſtes Philippi extiterunt ij,qui & finitimam ei
regionem tenent,& potentia nõnulla prędıti ſunt,&,qđ
oium maximum eſt,qui de hoc bello ita ſentiunt,ut paci

Vtēdum diui-no beneficio, hoc eſt occaſione.

ficationem cũ illo,primùm inſidam,deinde patrię ſuę ex-
cidium eſſe putēt:admirabile quoddam,ut appet,eſt, &
diuinum oĩno beneficium. Illud igitur iam ꝓuidendũ no-
bis eſt Athenienſes,ne ipſi de nobis peius mereri,ꝙ fortu
na uideamur. Nam turpe eſt,imò turpiſsimũ,non modò

παράλειψις laudum Philippi,& reprehēſionis Athenienſium.

urbes & loca,quæ aliqñ tenuimus,palàm abijcere,ſed ēt
à fortuna comparatos & ſocios & occaſiones. Ac Philip
pi qdem uires recenſere,Athenienſes,& ijs uerbis ad of-
ficium faciendum uos exhortari,non cõſultum eſſe exiſti
mo. quamobrem? qa qcqd ea de re dixeris, id ut ei aliqd
parere laudis,ſic à nobis non præclarè adminiſtratũ eſſe
uideatur. Quo enim is plura ſupra dignitatem ſuam geſ
ſit, eo admirabilior habetur apud omnes: uos, quanto
deterius negotiis, quàm decuerat, uſi eſtis, tanto maio-

Philippi opes oratorum proditionibus aucta.

rem ignominiam ſuſcepiſtis. Hæc igitur prætermittam.
Etenim ſi qs uerè conſideret, Athenienſes, hinc magnum
eum uideat eſſe factum,non à ſemetipſo. Proinde quas il-
le res acceptas illis ferre debeat,qui ex eius utilitate rem
publicam adminiſtrarunt; & uos eaſdem ſupplicio co-
hercere, nũc non eſſe uideo narrandi locum: Quæ aũt ēt
præter hęc ſe offerunt; & uobis omnibus utiliſsima ſunt

Se Philippi et ĩprobitatē & imbecillitatē oſtēſurum profitetur.

auditu, & magno; Athenienſes, illi eſſe probro appebit,
ſi qui rectè æſtimare uelint,ea dicere conabor.Eum igitur
periurum & perfidum uocare ſine demonſtratione faci-
norum,conuicium eſſe inane iurè,dicas. Quę autem unꝙ
geſsit,recenſere, illaꝙ́ coarguere omnia, fit ut & breuem
orationem reqrat, & duabus de cauſis utilia eſſē putē di-
ctu:tum ut ille,id quod & uerum eſt, improbus appeat:
tũ ut q timore attoniti ſunt Philippi, tanꝙ inſupabilis,ui
deāt,eũ pcurriſſe oĩa, qbus dudũ per impoſturā magni-
tudinē hāc ſuā auxit, & ad ipm accedere finē res eius.Ego

Potentia Philippi aucta impoſturis.

Athenienſes,ualde ducere & ipſe formidabilē eſſe,& ad
mirabilē Philippũ, ſi iuſtis eum creuiſſe actionibus uide-
rem.Nunc dũ rem diligenter cõſidero,repio Philippũ, ea

Decepti Athenienſes.

re nrām ab initio ſocordiā, cũ Olynthios qdā hinc repu-
lerunt,orōnē apud nos habituros, ꝙ ſe Amphipolim no

bis traditurum, & illud quod aliqñ iactabatur, clã con fecturum diceret, pellexiſſe: Olynthiorum deinde amicitiam ſibi adiunxiſſe, expugnanda Potidæa noſtro oppido, & ereptam nobis prioribus ſocijs per iniuriam, illis tradendo: Theſſalos nunc poſtremo ſibi conciliaſſe, promittendo, ſe eis Magneſiam traditurum: & recipiendo, ſe Phocenſe bellum pro eis geſturum. Denicꝫ nemo eſt quem non deceperit ille, eorũ qui ipſo uſi ſunt. His enim artibus creuit, ut ſemper eorum, à quibus ignoraretur, imprudentiam deciperet atcꝫ adſciſceret. Vt igitur per hęc altè aſcendit; dum quiſcꝫ aliquo ſe ab eo beneficio affectum iri putabat: ſic per hęc eadem etiam deijci rurſus eũ oportet, poſtq̃ compertum eſt, eum ad ſuam utilitatem referre omnia. In eo igitur loco res Philippi nunc ſunt, Athenienſes, aut prodeat aliquis, & mihi, ac potius uobis, oſtendat, uel hæc à me non uerè dici, uel eos qui primum decepti ſunt, in cæteris ei credituros: uel aliter q̃ merebãtur, ſeruitute oppreſſos Theſſalos, nunc non teneri deſiderio recuperandæ libertatis? Quòd ſi quis ueſtrum hęc quidem ita eſſe ducit, ſed eum ui retenturum imperiũ opinatur, ꝗ loca & portus & alia eius generis pręoccuparit non rectè opinatur. Cum enim beneuolentia res componuntur, & omnibus belli ſocijs eadem expediunt: & conferre operam, & ferre ęrumnas, & perſeuerare uolunt homines. Si quis autem per auaritiam & improbitatem, ut ille, fit potens: prima quæcꝫ occaſio & paruum erratum omnia retrahit & diſſoluit. Non enim fieri, non fieri poteſt Athenienſes, ut per iniurias & periuria & mẽdacia, ſtabilis potentia comparetur. Nam talia ſemel & ad breue tempus conſiſtunt, & ſpem de ſe fortaſſe magnã præbent: ſed tandem pateſiunt, & ultrò collabũtur. Nã, mea quidem ſententia, ſimile. Vt ædium & nauis & aliarum rerum eius generis infimas partes firmiſſimas eſſe oportet, ſic etiam actionum initia & fundamenta uera & iuſta eſſe conuenit. Id uerò non ineſt nunc in rebus à Philippo geſtis. Itacꝫ cenſeo à nobis & opẽ ferendam eſſe Olynthijs (quod quo pulchrius & celerius quiſcꝫ fieri iuſſerit, eo magis mihi probabitur) & ad Theſſalos legationem mittendam, quæ alios hæc edoceat, alios exhorte-

Decepti Olynthij.

Decepti Theſſali.

Imperium male partum, male dilabitur.

Violenta imperia nõ ſunt diuturna.

Sine iuſtitiæ fundamento nihil poteſt eſſe ſtabile.

Conſilium.

Auxilia.

Legatio.

Nō uerbis, ſed rebus mouentur homines.

tur. Nunc etenim Pagaſas repoſcere, & de Magneſia uerba facere decreuerunt. Illud tamen prouidete Athenienſes, ne uerba duntaxat afferant legati noſtri, ſed & opus aliquod oſtendere poſſint, exercitu à uobis pro dignitate ciuitatis educto, & re ipſa ſuſcepta. Nam cum omnis oratio, ſi res abſint, friuolum quiddam uidetur & inane: tum uerò ea quæ à noſtra urbe proficiſcitur. Qua quo expeditius uti uidemur, eo magis ei diffidunt omnes. Oſtēdenda autem eſt inſignis conuerſio, & magna mutatio, conferendo tributo, militando, omnia ſtrenuè gerendo,

Etiā patrium Philippi imperium eſſe infirmum.

ſi modo quiſquam uobis fidem adhibere debeat. Quę ſi uoletis, ut conuenit & oportet, abſoluere: non ſolū, Athenienſes, fœderatos infirmos & infidos apparebit eſſe Philippo, ſed ēt domeſticum eius imperium & potentiam laborare deprehendetur. Omnino, n. Macedonica potētia & imperium, additamenti uice non paruum ſanè quiddam eſt: cuiuſmodi uobis aliquando fuit, impatore Timotheo, contra Olynthios: atq; iterum contra Potidæā Olynthijs: uiſum eſt eſſe aliquid utrunq; coniunctū. Nūc Theſſalos ſeditione laborantes & conturbatos, idē contra tyrannicam familiā adiuuit. Deniq; nihil eſt opinor,

Diſſimilia ſtudia regis & ſubditorum, diſſidia pariunt.

quin quātumuis paruis additis uiribus adiuuetur. Ipſum uerò per ſe infirmum, & multis malis eſt refertū. Etenim iſte his rebus omnibus, ob quas magnum eum putes, bellis & expeditionibus, ruinoſius etiam id q̄ ſuapte natura fuerat, ſibimet effecit: Neq;.n. puteris Athenięſes, ijſdē delectari rebus & Philippum, & ſubditos eius. Nā ut il-

Ambitio Philippi.

le gloriam appetit, eamq; rem admiratur, atq; inſtituit, gerendis rebus atq; periculis adeundis nullum caſum recuſare, & hanc opinionem, ut ea perfeciſſe dicatur, quæ

Subditi tranquillitatis cupidi.

nullus alius Macedonū rex, uitæ ſecuritati anteponit: ſic illarum rerum gloria nihil ad hos attinet. quin moleſte ferunt, ſe aſſiduis illis ſurſum deorſum obeundis expeditionibus conflictari, & continenter ærumnas perpeti: ut qui nec rei dare operam, nec uiuere domi ſuæ ſinantur. Neq; etiam quæ ſic quęſita tenent, ſuo arbitratu collocare poſſunt, clauſis propter bellum Macedonicis emporijs. Ac, ut uulgus Macedonum erga Philippum ſit affectum, ex his facile intelligitur. Qui autem cū eo uerſantur peregri-

hi milites & ſatellites, opinionem illi quidem excitarũt, ſe eſſe admirandos & ſtrenuos bellatores: ſed, ut ego è quodam qui in Macedonia natus eſt, audiui, optimæ fidei uiro, nihilo ſunt alijs præſtantiores. Nam etſi qui inter eos uiri ſint rei militaris & pugnandi periti: eos, ut eſt ambitioſus, omnes ab eo repelli dixit, uolente omnia faci nora uideri ſua eſſe. præter enim cætera; & ambitionem uiri eſſe immenſam. Si quis autem modeſtus, aut alioqui uir bonus, quotidianam uitæ intemperantiam & ebrietatem & ſaltationes obſcœnas ferre nequeat, eum negligi, et nullo eſſe numero. Reliquos igitur, quibus familiariter utatur, eſſe latrones, & adulatores, & tales homines qui inebriati ſaltare non recuſent, & ad eum ſaltare modum ut ego nunc apud uos dicere uerear. Perſpicuum aũt eſt, hæc eſſe uera. Etenim quos hinc omnes expellebant, ut præſtigiatoribus multo nequiores, Calliam illum miniſtrum publicum, & eius generis homines, ridiculosq; imitatores, & opifices turpium canticorum, quæ in ſodales conficiunt, ut rideatur: hos amat, & ſecum habet. Quę tametſi parua exiſtimari queunt, magna ſunt tamen, Athenienſes, indicia, ſi quis uerè cogitet, illius ingenij & infelicitatis. Nimirum enim hæc nunc eius ſucceſſibus obſcurantur. quandoquidem res ſecundæ magnam uim habẽt ad occultanda & obumbranda talia probra. At ſi paulũ impegerit, tum in omnem eius uitam & fortunas inquiretur. Id quod ipſe, mea quidem opinione, uidetur, Athenienſes, breui oſtenſurus, ſi & dij annuent, & uos uoletis. Vt enim in corporibus noſtris, dum ualeas, nullum adeò ſenſum doloris afferunt ſingulæ partes labefactæ: ſin in morbum incideris, omnia mouentur, ſiue ruptum ſit, ſiue luxatum, ſiue quid aliud uitiatum. Sic & ciuitatum & tyrannorum, dum foris bella gerunt, obſcura uulgo mala ſunt: quando autem finitimum bellum conſeritur, omnia elucescunt. Si quis aũt ueſtrum, Athenienſes, eo difficilẽ oppugnatu Philippum eſſe putat, quod fortunatũ eſſe uidet, utitur is quidem ſobrij hominis cogitatione. Multum. n. in fortuna momẽti eſt, ac ea potius ſola in omnibus mortalium rebus dñatur. Ego tñ, ſi optio mihi det, nr̃æ urbis fortunã (modo uos ipſi uel paululũ officio fungi uelletis)

Extenuatio ſatellitum Philippi.

Bonis in aula non eſt locus.

Ecce tibi aulicum comitatum.

Felicitas tegit, infortunium aperit uitia.

Simile.

Philippum nõ eſſe feliciorẽ, ſed ſtrenuiorem Athenienſibus.

fortunæ illius anteferrem. Multò enim plures uobis occa ſiones ad diuinam beneuolentiam obtinendam ineſſe uideo, quã illi. Verum ſedemus, opinor, ocioſi. Neq; uero fas eſt, ut qui ipſe ignauus eſt, uel amicos aliquid agere ſua cauſa iubeat, nedum deos immortales. Non igitur eſt mirandum, ab illo, cum ipſe militet & laboret, & omnibus rebus interſit, & nullam uel occaſionem uel horam prætermittat, uos, dum cunctamini, & decernitis, & ſciſcitamini, ſuperari. non equidem ego miror hoc. Contrarium quidem eſſet mirum, ſi nos nihil agendo, quod belligerãtibus conuenit, eũ qui ubiq; officio fungitur, uinceremus. Illud autem demiror, cũ uos olim Lacedæmonijs, o Athenienſes, bellum intuleritis pro defenſione Græcorum: & multa ſæpe priuata emolumenta, quæ arripere licuit, ſitis aſpernati: utq; alij ius ſuũ obtinerent, ueſtras opes impenderitis, & tributum conferendo, & militando pericula pro alijs adieritis: nunc uos dubitare exire, & ſegniter conferre pro ueſtris priuatis poſſeſſionibus: cũ ſæpe alios ſeruaueritis, quà uniuerſos, quà ſingulos, ueſtris amiſſis opibus uos deſidere. hæc miror: atq; illud etiã, an ueſtrũ nemo reputare poſſit, Athenienſes, quandiu bellum cum Philippo geratis: & qua re occupatis uobis, omne id tẽpus præterierit? Noſtis enim hoc ſcilicet, ceſſantibus uobis, alios quoſdam rem geſturos ſperantibus, alijs alios culpantibus, accuſantibus, rurſus ſperantibus, eadem ferè quæ nunc agentibus, uniuerſum tẽpus abijſſe. Et adeò ſocordes eſtis, Athenienſes, ut per quas, è ſecundis aduerſæ res factæ ſunt ciuitatis: per illas ipſas ſperetis actiones eas ex aduerſis fore ſecũdas? At iſthuc & incredibile eſt, & rerum naturæ contrariũ. Multo enim facilius quæ habeas, defendi ſolent omnia, quã parari. Nunc, poſſeſſionum ueterum quod tueamur, nihil à bello eſt reliquum, ſed de integro parandæ ſunt. Veſtrum igitur ipſorum id iam officium eſt. Quare ſuadeo ut pecuniam conferatis, ipſi militetis alacriter, neminem culpetis ante recuperatũ imperium. Tum ex ipſis factis, facto iudicio, & laude dignos honoribus & maleficos pœnis afficite: excuſationes item tollite, ceſſationemq; ueſtram. Neq; enim fas eſt in aliorum facta acerbè inquirere, niſi in primis ipſi officiũ

Non poſtulandum, ut Deus dormientibus nobis omnia conficiat.

Amat uictoria curam.

Athenienſes olim aliena defenderũt, nũc ſua neglıgũt.

Res per ignauiam perditæ ſi ne ſumma uigilantia in integrum reſtitui nequeunt.

Conſilium.

Qui alios reprehẽdere uelit, ipſum omni crimine uacare oportet.

faciatis. Nã cur putatis, Athenienſes, duces omnes quos mittitis, hoc fugitare bellum, & priuatim inuenire bella? Si quod res eſt, etiam de ducibus eſt dicendũ: ꝙ hic præmia, de quibus bellum geritur, ueſtra ſunt: Amphipolis ſi capta fuerit, è ueſtigio uos eam recipietis: pericula autẽ ſunt imperatorum priuata, merces nulla: illic, ut pericula minora, ſic emolumenta ducum ſunt, & militũ: Lampſacus, Sigeum, nauigia quæ ſpoliauerint. Id igitur quiſq; ſequuntur, quod è re ſua eſt. Vos autem cum in res intuemini parum proſperas, præfectos arceſſitis; ubi uero facta dicendi poteſtate, neceſſitates audiuiſtis, eos abſoluitis. Nobis igitur id eſt reliquum, ut inter nos litigemus & diſſideamus, alijs aliud ſentientibus: Reſpublica uero male habeat. Olim enim, Athenienſes, per claſſes tributa cõferebatis: [illegible] blicam geritis: Orator utrorumq; dux [illegible], & impera[illegible] ſubiectus, & trecenti qui ſuffragentur, reliqui attributi eſtis, alij alijs. Iſta igitur nunc ſaltem relinquetis: & ad uoſmetipſos redibitis, & tum dicendi, tum conſultandi, tum agendi munus cõmune facietis. Sin ueſtrum aliquibus, tanq; regnum poſſideant, mandandi licentiam dabitis, alijs inſtruendarum triremium, conferendi, militandi neceſſitatem imponetis alijs id negocij dabitis, ut contra hos decreta dũtaxat faciant, aliaq; in re nulla operam nauẽt; nihil quod uſus poſtulat, unquã tempeſtiue geretur. Semper enim ea pars quæ affecta fuerit iniuria, ceſſabit. Deinde uobis eos pro hoſtibus punire erit reliquum. In ſumma igitur iubeo, ut omnes: pro ſuis quiſq; facultatibus, conferatis; ut omnes exeatis per uices, donec omnes militaueritis; ut omnibus ijs qui prodeunt, dicendi poteſtatem detis, & ex auditis optima amplectamini, non quæ hic uel ille dixerit. Quæ ſi feceritis, non oratorem duntaxat in præſentia laudabitis: ſed uoſmetipſos etiam poſt, ſtatu rerum ueſtrarũ multo florentiore.

Duces ſuum, nõ reipublicæ commodum ſpectant.

Criminatiões ciuium.

Factiones.

Aequitati ſtudendum.

Cõcludit enumeratione.

ARGVMENTVM ORATIONIS
Olynthiacæ tertiæ.

Miſerant auxilia Olynthijs Athenienſes, & aliquid per ea profeciſſe uidebantur. Quod cum eis nunciaretur: & populus gaudio exultabat, & oratores hortabantur ad ultionem Philippi. Demoſthenes autem

ueritus, ne fiducia pleni, ut qui uiciſſent omnia, & ſatis magna auxilia miſiſſent Olynthijs, reliqua negligerent: ea de cauſſa progreſſus, reſecat eorum arrogantiam, & ad cautionem modeſtam animos traducit: dicēs, non de Philippi ultione nunc eis eſſe deliberandum, ſed de ſalute ſociorum. Sciebat enim & Athenienſes & alios fortaſſe nonnullos, cum in ſuis retinendis curam ſuſcipiant, de ulciſcendis aduerſarijs minus laborare. In hac oratione etiam conſilium de theatrali pecunia apertius attingit, & leges abrogari poſtulat quæ mulctam imponant decernentibus ut ea fiat militaris, ut ſuadere quæ ſint optima, liceat. Hortatur autem in uniuerſum, ut ad æmulationem maiorum excitentur, & ipſi ciues militent. gnauiterq́; obiurgat & populum eo tempore remolleſcentem atq; effœminatum, & magiſtratus, ut qui non rectè præſint reipublicæ.

DEMOSTHENIS OLYNTHIACA TERTIA

[illegible] interprete.

Non de ulciſcendo. Philippo, ſed de ſocijs defendendis eſſe deliberandum.

NOn idem ſtatuere poſſum, Athenienſes, & cum in res intueor, et cum in orationes quas audio. Nam orationes de ulciſcendo Philippo haberi: res autē eo progredi uideo, ut, ne ipſi prius infortunium feramus, ſit prouidendum. Nihil igitur aliud mihi uidentur ĳ qui talia dicunt, quàm errare: cum argumentum tractent prorſus à præſenti ueſtra deliberatione alienum. Ego uero aliquando licuiſſe ciuitati & ſua tenere tuto, & Philippum ulciſci, optimè ſcio. Mea enim ætate, non olim, contigerunt hæc utraq;. Nunc autem perſuaſum habeo ſatis eſſe nobis, ſi hoc primũ anteuerterimus, ut ſocios conſeruemus. Quorum ſalus ubi in tuto collocata fuerit, tum & qua ratione illum ulciſci poſſitis, diſpicere licebit. Antequàm autē principium rectè conſtituatur, ſuperuacaneum eſſe duco de fine ullum facere uerbum. Ac præſens quidē occaſio, Athenienſes, ſi unquam, nunc in primis magnam ſolicitudinem, & prudentiam requirit. Ego uero, non quid in hiſce rebus ſuadendum ſit, difficilimum eſſe duco: ſed illud dubito, quo ſit pacto, Athenienſes, apud uos de eis dicēdum. Perſuaſum.n. habeo, quantum præſens atq; audiēs cognoui, in pleriſq; uos fruſtrari negocĳs, propter officĳ ueſtri neglectũ, non ex inſcitia. Peto igitur à uobis, ut me, ſi paulo liberius uerba fecero, feratis, et id ſpectetis, an ue

Tempora periculoſa.

Grata ſuadere difficilius, quàm utilia.

Plura peccata negligentiæ, quã inſcitia.

ta dicam. eaq; de cauſa, ut reliqua fiant meliora. Videtis enim ex eo, q̄ quidam ad gratiam concionantur, in omnem progreſſa eſſe calamitatem præſentia negotia. Neceſſarium autem exiſtimo, ut pauca uobis ex ijs quæ facta ſunt, in memoriam reuocē. Meminiſtis Athenienſes, nunciatum fuiſſe uobis, Philippum in Thracia, tertio aut quarto abhinc anno, Iunonium caſtrum obſidere. Tunc igitur menſis erat October. Multis autem uerbis & tumultu facto apud uos, decreuiſtis quadraginta triremes producendas: & qui infra annum ætatis eſſent quintum & quadrageſimum, ijs ipſis conſcendendum, & talenta ſexaginta eſſe conferenda. Poſt, eo anno elapſo, Iunius, Quintilis, Sextilis: eo menſe uix poſt Initia Cereris, Charidemum decem naues habentem uacuas ablegaſtis, & quinq; talenta argenti. Vt enim nunciatum fuit, Philippū ægrotare, & eſſe mortuum (nam uterq; rumor afferebatur) nihil iam opus eſſe auxilio rati, omiſiſtis, Athenienſes, claſſem. Erat autem ea ipſa occaſio. Nam ſi tunc illo auxilia miſiſſemus, ut ſtrenue decreueramus: non moleſtus nobis nunc eſſet Philippus, tum conſeruatus. Quę igitur tum facta ſunt, infecta fieri non poſſunt. Nunc autem alterius belli offertur occaſio. quæ: hæc, propter quam & harum rerum mentionem feci, ne uobis eadē uſu ueniāt. Quo igitur ea pacto utemur, Athenienſes? Niſi. n. omni robore, quantum poteſtis, opem tuleritis: ſpectate, ut à uobis omnia ex Philippi commodo, quaſi duces eius eſſetis, adminiſtrata erunt? Potentiam quandam Olynthij tenebant, & ita res habebat, ut neq; philipphus hos inuadere auderet, neq; hi philippum. fecimus nos & illi pacem inter nos. Erat id tanq; impedimentum quoddam philippo, & incommodum, urbem magnam uelut in ſtatione eſſe ad eum prima quaq; occaſione infeſtandum, nobiſcum reconciliatam: concitandos in eum homines omnibus modis exiſtimauimus: & quod omnes tum dictitabant, id nunc perfectum eſt quomodocunq;. Quid ergo ſuper ſit Athenienſes, niſi ut opitulemini fortiter & ſtrenue, equidem non uideo. præter. n. eam, q̄ ex ceſſatione & negligentia caperemus, ignominiā: non parū etiam ea quæ ſecutura ſunt, metuenda eſſe uideo: dum quidem

Veniam petit ut libere, ſic utili oratione.

Commonefacit Athenienſes ceſſationis quæ nocuit.

Nunc ſaltem aduigilādum.

Occaſio.

Dedecus.

Metus.

& Thebani ita erga nos animati ſunt, ut ſunt, & Phocen-
ſes pecunia deficiuntur: & Philippum, ubi ea quæ nunc
agit expedierit, nihil futurum ſit quod impediat, quo mi-
nus ad hæc ſe negocia cõuertat. Verum ſi quis ueſtrum
eo uſq; ceſſare in officio inſtituit, is propè uidere uult ca-
lamitates, cum liceret eas quæ alibi acciderent, procul
audire: uult quærere ſibi adiutores, cum nunc ipſi liceret

Conſilium: Si rẽ bene gerere uelint, uitioſas leges eſſe abrogãdas.

alios adiuuare. Nam eo tãdem rem eſſe redituram, ſi præ-
ſentia neglexerimus, ferè omnes ſatis ſcimus. At auxiliũ
eſſe ferendum, dixerit aliquis, omnes ſtatuimus, & fere-
mus: quomodo autẽ, id dicito. Ne uero miremini Athe-
nienſes, ſi quid præter uulgi opinionem dixero. Legum
latores conſtituite: per eos autem legumlatores, nullam
ſancite legem: ſunt enim uobis ſatis multæ: ſed eas q̃ uos
in præſentia lædunt, abrogate. iſtas autem dico, & non
diſſimulanter dico, quæ ſunt de theatrali pecunia, & de
militantibus quaſdam: quarum illæ militarem, ijs qui do
mi manẽt, ad ſpectacula diſtribuunt: hæ, deſertores & in-
compoſitos indemnes conſtituunt, & ſic ijs etiam q offi-
cio fungi uolunt, deſperationẽ inijciunt. Poſtq̃ uero hæc
ſuſtuleritis, & optima conſulendi uiam tutam præbueri-
tis: tum qui ea ſcribat, quæ omnes eſſe ſcitis è republica,
quæritote. Priuſq̃ autem hæc acta ſint, ne circumſpicite
quis nam uobis optime cõſulendo, a uobis interire uelit.
neminem enim reperietis. præſertim, cum id unum ex eo
futurum ſit, ut & qui ea dixerit & ſcripſerit, per iniuriam
mulcetur, & rebus nihil conſulatur: ſed optima ſuadere
in poſterum magis etiam q̃ nunc eſt, reddatur periculo-

Legem qui tullit, idẽ tollat.

ſum. Ac poſtulandum eſt, ut eas leges abrogent iſti ipſi
qui tulerunt. Non enim æquum eſt, gratia, quæ totam ci-
uitatem læſit, illos frui, qui tum tulerunt: odium autem, ꝑ
quod cum omnibus nobis melius ageretur, ei qui nunc
optima ſuaſerit, eſſe fraudi. Sed priuſq̃ hæc rite compa-
rata fuerint, nequaq̃ Athenienſes, quenq̃ apud uos ueli-
tis eſſe tantum, ut legibus hiſce a ſe uiolatis, pœnas non
det, aut adeo uæcordem, ut in euidens malum ſemetip-
ſum conijciat. Quin nec illud uobis eſt ignorãdum, Athe

Et decernẽda ſunt utilia, &

nienſes, decreta nullius eſſe momenti, niſi & hoc acceſſe-
rit, ut quæ decreta ſunt, nos alacriter facere ſtudeamus.

Nam

quæ decreta fuerint, & exequenda.

Nam ſi eam uim decreta haberent, ut aut uos ad officiū faciendū cōpellere, aut ea quæ cōtinent, pficere poſſent: neq; uos multa decernendo, pauca uel nihil eorū potius ageretis: neque Philippus tā diu ſe inſolēter geſſiſſet. Neque.n. p decreta quidē ſtetiſſet, quo minus olim pœnas dediſſet. Sed hęc non ita ſe habent. Actiones.n. ut orationibus & ſuffragijs ordine poſteriores ſunt, ita ui priores & potiores. Hoc igitur adiungendum eſt: reliqua pręſtò ſunt. Nā qui prudēter dicere poſſint, ſunt apud uos, Athenienſes: & omniū acutiſſimè uos orationes intelligitis, atq; adeò nūc exeq; poteritis, ſi rectè facietis. Quod.n. tps, aut quā occaſionem, Athenienſes, pręſente meliorē quęritis? aut qñ ea quæ fieri debent agetis, ſi nunc non agetis? Nón ne omnia uobis homo loca pręripuit? Qđ ſi & hęc terra potieť, rem flagitioſiſſima admittemus. Nón ne qbus ſi bellarēt, ſtrenuè nos opitulaturos pollicebamur, hi nunc bello petunť? An nō hoſtis eſt? non ueſtra tenet? non barbarus? & qd non? Sed, Deum immortalē, ſi hæc omnia reliquerimus, & ei tantum non ad ea obtinenda operam nauauerimus: tum autores harum rerū qui ſint, quæremus? Neq; enim nos in cauſa eſſe fatebimur, ſatis hoc ego ſcio. Nā & in belli periculis fugientiū nemo ſeipſum accuſat, ſed tum ducē, tum cōmilitones, & quoſuis potius: ut uincerentur tamē, per omnes eos profectò factum eſt, qui fuggerunt. Manere enim licuiſſet ei q alios accuſat. Quod ſi facerent ſinguli, uiciſſent. Ita nunc, non ſuadet aliqs optima? ſurgat alius, et ſniam dicat, nō illum criminetur. Alius aliqs meliora dicit? ea facite dijs propitijs. At ea iucūda non ſunt? nō hęc iam dicentis culpa eſt, & iniuria: niſi, cum uota eſſent facienda, non fecit. Nam paulo momento temporis, omnia quæ uelis, in unū tanquā faſcem colligata optare facile eſt amplecti aūt, cùm de negocijs conſultatio inſtituitur, non ęquè promptum eſt. ſed utiliſſima iucūdiſſimis, ſi utraq; nequeunt obtineri, præferenda ſunt. At ſi quis theatralem nobis reliquere poſſit, & oſtēdere alios ſumptus militares: nō ne is potior? dixerit aliquis. Aſſentior equidē, ſi modò oſtēderit, Athenienſes. Sed miror, ſi cui unq; mortaliū aut euēnit, aut eueniet, ſi pñtia cōſumpſerit in ea q nō deberet, ut

Nulla ceſſandi cauſa reliqua.

Fungi officio quiſque, non in alios culpā cōferre debet

utilitas uoluptati anteponenda.

Deſuturos eſſe belli ſumptus, niſi pecunia theatralis in ueterē locum reſtituatur.

Nō cupiditas, ſed rerum naturæ ſpectanda.

abſentibus abūdet ad ea quę deberet. Sed magnum iſtiā rationibus ex uniuſcuiuſque uoluntate nimirum pręſidiū eſt. Quare omnium facilimum eſt, ſemetipſum decipere. Quod enim quiſque uult, id etiā ſibi fingit. Sæpe autem natura rerum alia eſt. Iſta igitur ita conſiderate, ut res patiuntur: tum & militare poteritis, & ſtipendium accipietis. Non ſanè prudentium, neque generoſorum hominum eſt, aliquid in bello negligere propter pecuniæ penuriā, & leuiter talia probra ferre. aut cōtra Corinthios & Megarenſes, correptis armis proficiſci: & Philippum Gręcas urbes pati excindere, propter inopiā commeatus, quo exercitus ſuſtentetur. Atq; hæc non fruſtra dicere inſtitui, ut quorundam è uobis odia ſuſciperē: (neq;.n. ita demēs aut infelix ego ſum, ut cum ulla ſpe publici fructus priuatum mihi odium quæram) Sed boni ciuis officium eſſe puto, ut reipub. charitatem ſuauitati orationis anteponat. Nam oratores apud maiores noſtros audio, quemadmodum & uos fortaſſe, quos ut omnes qui conciones habent, laudare, ita parum imitari ſolent, hac ratione & hoc inſtituto in republica gerēda uti ſolitos: Ariſtidē illum, Niciam, eum qui idē mecū nomē habuit, Periclē. Ex quo āt ſciſcitātes è uobis iſti oratores extiterūt: Quid cupitis? qd ſcribā? qua uobis re gratificabor? breui uoluptate & gratia reipub. negocia, quaſi ꝓpinata pereunt, & talia contingunt: iſtorꝝ res omnes pręclarè ſe habent, ueſtrę turpiter. Atqui conſiderate Athenienſes, quę capita rerū, & ſuperiorum & horum temporum, cōmemorari poſſint. breuis autem erit & nota nobis oratio. Non enim alienis uos utentes exemplis, ſed domeſticis, Athenienſes, felices fieri licet. Illi igitur quibus non adulabantur oratores, quos non ita amabant, ut uos iſti nunc, quinque & * quadraginta annos Græcis uolentibus imperarūt, & amplius decies mille talenta in Arcē congeſſerunt: & regē iſtius prouinciæ dicto audientē habuerunt, ſicut æquum eſt parēre Gręcis Barbarū: & multa præclaráque tropæa terra mariq; parta erexerunt, ipſi militantes, & ſoli mortaliū eam rerum geſtarum gloriam: ad quam nullus inuidie patēret aditus, reliquerunt. Ac intuēda Gręcia fuere tales. In ipſa uerò urbe ſpectate:

Salutaria dicenda potius quàm iucūda

Aſſentatio pniicioſa.

Collatio ueteris & præſentis reipub.

Vetus reſpu. laudabilis & fortunata.

** ſexaginta fortaſſe legendum.*

quales & publicis & priuatis in rebus ſe præbuerint. Publicè igitur ædificia & ornamenta talia & tāta inſtruxere nobis fanorum, & quæ his continentur, donariorū, ut nihil addi poſſit à poſteris ad illorum excellentiā. Priuatim aūt adeò modeſti fuerūt, et tāta cura īſtitutū reipub. obſeruarūt, ut ſi qs forte ueſtrûm Ariſtidis & Miltiadis, & illius ætatis illuſtriū hoīum ędes uidit cuiuſmodi ſint, uicini ædibus nihilo eſſe ſplendidiores uideat. Necp.n. augendę rei familiaris gratia rempub. gerebāt, ſed qſcp ſibi rem communē augendā eſſe putabat. Cū aūt res Græcorum fideliter, religionē Deorum immortaliū pie, commercia inter ipſos æquabiliter adminiſtrarēt: non iniuria magnā ſibi felicitatem pepererunt. Tunc igitur ad hunc modum, dū illi quos dixi, ſummę reipub. præerant, ſe res habuerunt. Nunc, dum lenes iſti præſunt, quis rerum ueſtrarum ſtatus eſt? Idem ne, & ſimilis? Ac cętera quidē taceo, cum haberem multa dicere. Sed quanquā in tantam incidimus ſolitudinē, quantam uidetis omnes cū, & Lacedæmonij perierint, & Thebani occupati ſint, & cæterorum nemo tantas uires habeat, ut nobiſcum de principatu contendere auſit: cum'qp nobis liceret & priuata noſtra ſine periculo tenere, & reliquorū controuerſias diſceptare: tamen priuati ſumus noſtra prouincia, & amplius mille & quingenta talēta nullo cū fructu inſumpſimus, & quos in bello ſocios parauimus, hi pacis tpe perierūt, & hoſtē cōtra noſmetipſos tm̄ exercuimus. Alioqui progrediatur aliquis, & mihi dicat unde, niſi per noſmetipſos, ita ſint auctæ Philippi opes? Sed heus, tu ſi uitioſa hęc ſunt, at urbanarum rerū ſtatus eſt melior? Ecqd autem dici queat? Num propugnacula, quę tectorio inducimus? & uię, quas reficimus? & fontes? & nugę? Eos quæſo intuemini, quorū hęc acta ſunt in republica: quorū alij è mendicis facti ſunt diuites, alij ex obſcuris clari, nōnulli priuatas ædes publicis ſuſtructionibus ſplendidiores cōpararunt, & quāto reſpub. plus detrimēti cepit, tāto res iſtorū factę ſunt auctiores. Quę igitur cauſa eſt horum omniū? & cur tādem oīa ſe tum pręclarè habuerūt, & nūc haud rectè? Primū, qp populus, cum ipſe militare audêret, dn̄s erat magiſtratuū, & bona oīa in ſua ptāte

Præſens uitioſa reſpub. & infœlix.

Principatus, quem nemo ſibi uēdicat, neglectus.

Etiam urbanæ adminiſtratio futilis.

Inſectatio magiſtratuum

Cauſæ corruptæ reſpub.

habebat: bene ſecum agi putabāt cæteri omnes, ſi à populo & magiſtratū, & honorē, & beneficiū aliqđ conſequuti eſſent. Nūc cōtrà, bona oīa ſunt in poteſtate magiſtratuum, & per hos geruntur oīa uos: populus eneruati, & ſpoliati pecunia, ſocijs, famuli & additamenti uicem obtinetis: contenti theatrali pecunia, quam iſti uobis impertiunt: aut bucculis, ſi quas fortè miſerint. Et qđ eſt omnium ignauiſſimum, cum ea uobis dātur ueſtra quę ſunt: & gratiā etiā habetis, quaſi beneficia in uos conferant. Qui uerò uos in hanc urbem tāquam carcerē incluſere, ad talia uos alliciunt, & cicurant, ut uos ad nutum paratos habeant.

Studia in mores abeunt.

Neq; uerò fieri unquam poteſt, niſi fallor, ut magnos, & generoſos animos cōcipiant ij, qui paruis & uilibus rebus occupantur. Nā qualiacunque hoīum ſtudia fuerint, talibus eos & animis eſſe ꝓditos neceſſe eſt.

Delicatæ populi aures.

Hęc mediusfidius haud miratus ſim, ſi mihi, q dixerim, plus apud uos nocuerit, ꝙ ijs qui ea fecerunt, neq; enim ſemper apud uos omnibus de reb. liberè loq licet, id' ꝙ ego uel nunc licuiſſe miror.

Diligentia rē poſſe in integrum reſtitui

Quod ſi nūc ſaltem, morib. iſtis relictis, militare uoletis, & agere pro ueſtrapte dignitate, atq; iſtis domeſticis opibus, uelut inſtrumentis, uteminí ad extrema bona comparanda: fortaſſis, Athenienſes, fortaſsis perfectum aliquod & magnum, bonū cōſequemini, talibus lucellis repudiatis, quę cum cibis, quos dant ęgrotis medici, conferri poſſunt.

Theatralis pecuniæ extenuatio.

Etenim illi neq; uires augent, neq; emori patiuntur. Sic & iſta quæ uos nūc ꝑcipitis, neq; tanta ſunt ut iuſtam utilitatē aliquam afferant: neque uos ad alia conuerti patiuntur, ſed alimenta ſunt ueſtrûm oīum ſocordię. Proinde tu ſtipendiū facere iubes? inq et aliquis. Sanè: & è ueſtigio eundē eſſe ordinē omnium, Athenienſes, ut partē quiſque reipub. capeſſat, quęq; res ciuitati opus fuerit, in ea ſuam operam ſtrenuè nauet.

Quiſque pro ſe rei pub. inſeruire debet

Licet agere ocium? Cum domi naues, melior eſt tua conditio, q ad nullum turpe facinus inopia te cōpellit. Incidit huiuſmodi quippiā, quale nunc? De iſtis ipſis emolumētis ꝓ patria, ut ęquū eſt, militabis.

ἐπιφόνημα.

Eſt ueſtrū aliquis natu grandior? Is quę nunc ſine ordine capit, ad nihil utilis, ea in ęquabili ordine accipiat, oīa inſpiciens & adminiſtrans quę ſunt agenda. In uniuerſum, neq; de-

De cōmoditate huius rationis.

traxi quicquã,neq; addidi,pter pauca: confuſione ſublata, rempub. in ordinẽ redegi: eodẽ accipiendi, militandi, iudicandi & agendi id quod pro ætate quiſque poteſt, quodq; tempus poſtulat, ordine inſtituto. Nuſquã ego dixi, nihil agentibus ea eſſe diſtribuenda, quæ functuris officio debentur: aut ut ipſi deſideant, & ocientur, & egeant: illius autẽ peregrinos uincere milites, id audiant. Hæc.n. nunc fiunt. Neque reprehendo eos q reipubli. inſeruiunt. Sed & uoſipſi ea debetis agere, propter q̃ alios honoratis: neque cedere ſtatione uirtutis, Athenienſes, quam uobis maiores magnis periculis partam reliquerunt. Ferè dixi, quæ conducere putem, Vos aũt ea amplectimini, q̃ & reipub. & uobis uniuerſis pfutura ſunt.

Ignaris nihil dandum.

Clauſula.

LIBANII ARGVMENTVM PRIMAE
In Philippum orationis.

Athenienſes, quum bellum inſeliciter cum Philippo gererent, in concionem conuenerunt deſperabũdi. Orator igitur & deſperatiõẽ tollere conatur, dicẽs nõ eſſe mirũ, ſi in tãta ſocordia uicti ſint, & docet, qua ratione bellũ rectiſſimè adminiſtrent, iubet aũt geminas copias cõparari: alteras maiores urbanas, q̃ domi maneãt, in oẽm euẽtum paratæ: alteras minores, q̃ militibus peregrinis cõſtent, pmiſtæ ciuibus. & eũ exercitum nõ Athenis manere, neq; ex urbe opẽ ferre iubet: ſed circa Macedoniã uerſari, belligerãtẽ cõtinenter, ne flatu Eteſiarum Philippus obſeruato, aut ẽt hyeme, cũ Athenis in Macedoniã nauigari nõ poteſt, rem aggrediatur, & per abſentiã Athenienſium omnia obtineat: ſed ut exercitus cum eo dimicaturus, uicinus ei ſit.

DEMOSTHENIS IN PHILIPPVM ORATIO PRIMA, [redacted]
[redacted] interprete.

SI de nouo aliquo negocio cõcio idicta eſſet, Athenienſes, expectaſſem, dũ plurimi eorũ qui ſolẽt, ſentẽtias dixiſſent: ac ſi qd ab eis dictũ mihi placeret, quieuiſſem: ſin minus, tũ & ipſe meũ conſiliũ explicare ſtuduiſſem. poſtquã aũt accidit, ut qb. de rebus iſti ſępe prius dixerũt, de his nunc ẽt ſit deliberãdũ: arbitror me, tametſi primus ſurrexerim, iurè tñ ueniam impetraturũ. Nam ſi ſuperiore tẽpore opportunè ipſi cõſuluiſſẽt, nihil uos nũc neceſſe eẽt deliberare. Primũ igiť, nõ deſperãdũ eſt Athenienſes, de præſenti ſtatu, etſi is omnino malus eſſe uidea-

Deprecatio impudentiæ crimen.

PROPOSITIO.

Non deſperan-dum, ſed emē-dāda ignauia

tur. Nam quod in eo ſuperiorioribus tēporibus fuit peſſimum, id eſt ad ea quæ reſtant, optimū. Quid illud igitur eſt? Quòd propter ſocordiam ueſtram, & neglectum officij, res aduerſæ ſunt. Quòd ſi uobis omnia quæ decet agentibus, res ita ſe haberent: ne ſpes quidem ulla relinqueretur, eas fore meliores. Deinde cogitandum

Ab exēplo ipſorum Athenienſium.

id, quod partim ex alijs auditis, partim ipſi noſtis: atque in memoriam reuocandum, quanta aliquando potentia Lacedæmonijs præditis, idq; non ita olim, quàm præclarè, & conuenienter, nihil alienum dignitate urbis admiſeritis, ſed pro defenſione iuris bellum illorum ſuſtinueritis. Qua igitur gratia hæc dico? ut ſciatis Athenienſes, & uideatis, neque quicquā præcauentibus uobis eē formidabile: neque, ſi neglexeritis, ex animi ueſtri ſententia quicquā ſucceſſurum.

Ab exemplo Philippi, κατὰ ...

Vtq; exemplis utamini, potētiæ quæ tum fuit Lacedæmoniorum, quā uigilantia ueſtra ſuperaſtis: & nunc inſolentiæ Philippi, ꝑpter quā æſtuamus, propterea ꝙ nihil eorum quæ curanda erant, curauimus. Si quis autem ueſtrū, Athenienſes, & multitudinem copiarum quas Philippus habet, cōſiderans, & oīa loca amiſſa à noſtra republica intuens difficilem oppugnatu eum eſſe opinatur: is etſi rectè ſentit, illud tñ reputet, habuiſſe nos aliquando, Athenienſes, Pydnam, & Potidæam, & Methonem, & undique omnem illū locū cōiunctum: & multas, quæ nunc cū eo, ſunt, gentes, ſui fuiſſe iuris & liberas, & ueſtrā amicitiam illius coniunctioni prætuliſſe. Philippus igitur, ſi tum eum habuiſſet animum, eſſe difficile belligerare cum Athenienſibus, q tales arces additionem eius oppugnandam haberent, qui ſocijs deſtitueretur: nihil eorum quæ nunc fecit, egiſſet, neque tantam potentiam comparaſſet. Sed illud, Athenienſes, is præclarè norat, loca illa omnia belli eſſe præmia, in medio poſita: & naturam ita ferre, ut opibus abſentium præſentes, & qui laborare periclitariq; uolunt, negligentium potiantur. Proinde cum ita ſentiret, oīa ſubegit & tenet: alia, ut bello capta teneri ſolent: alia, inita ſocietate & amicitia. Nam adiungere ſe & adhærere illis uolunt omnes, quos inſtructos eſſe uident, & ea quæ opus ſunt agere uelle.

Loca & ſocij ſunt belli ſtrenuè adminiſtrati præmia

Concluſio.

Quare ſi & uos, Athenienſes, eo-

idem uelitis eſſe animo nunc, quando prius id factum non eſt, & quiſq; ueſtrũ in eo quod & opus ſit, & præſtare ipſe poſſit, in uſum reipub. omni omiſſa tergiuerſatiõe, facere ſit paratus: locupletes tributo cõferẽdo, iuuenes militando: & ut ſimpliciter breuiter'q; dicã, ſi ueſtri cõpotes ipſi fieri uolueritis, & deſieritis ipſi nihil agere, dũ ſperatis aliũ ꝑ uobis facturum eſſe omnia: & ueſtras opes recuperabitis, annuente Deo, & ꝑ ſocordiã amiſſa denuó recipietis, & illũ ulciſcemini. Neq;.n. putetis, tanquã Deo, res illi præſentes fixas eſſe, & immortales: ſed & odit eũ aliqs, & metuit, Athenienſes, & inuidet, eorũ & qui nunc ei uidentur eſſe coniunctiſſimi: & uniuerſa q̃ in alĳs quibuſdã hominib⁹ inſunt, ea in eius quoq; familiaribus exiſtimandum eſt ineſſe. Nunc tñ hæc oĩa ſupprimuntur, cum nullũ confugium habeant, propter ueſtrã tarditatem & ſocordiam. quã deponendam eſſe dico iã. Videtis enim, Athenienſes, rem: quò improbitatis homo euaſerit, qui nec optionem uobis dat res gerendi, aut quieſcendi: ſed minitatur, & uerba ſuperba, ut aiunt, uſurpat: & non ĳs habendis quæ ſubegit, contentus eſſe poteſt, quin ſemper plura moliatur, & circùm undiq; uos cunctantes & deſidentes irretit. Quando igitur, Athenieſſes, agenda quæ ſunt, agetis? Vbi aliquid acciderit? Vbi credo neceſſitas aliqua fuerit? Quid uerò de ĳs quæ nunc fiunt, eſt exiſtimandum? Nam ego quidẽ opinor liberis hominibus maximam eſſe neceſſitatẽ, ſuſceptũ in rebus gerendis dedecus. Num uultis, circumeuntes alius percõtari alium in foro: Age dic mihi, nunquid affertur noui? Poteſt'ne quid magis nouum fieri, q̃; q̄ homo Macedo ſubigit Athenienſes, & Græciam adminiſtrat? Obĳt Philippus? Nõ certè quidem, ſed ægrotat. Quid uerò ueſtra intereſt? Etſi enim aliquid ei acciderit, celeriter uos alium Philippum facietis, ſi rebus ita eritis intenti. Neque enim tam ſuis uiribus auctus eſt, q̃; ueſtra negligentia. Quanquam illud etiam, ſi quid ei accideret: & fortunæ fauor nobis adeſſet, quæ ſemper nos melius quàm noſmetipſi curamus (etenim fortaſſe abſoluet rem, ſuumq; beneficium conſummatum reddet) ſcite uos, ſi ꝓpè eſſetis, & rebus oĩbus turbatis ingrueretis, eãs uos ueſtro arbi-

Ab infirma pótẽtia Philippi

A' neceſſitate belli.

Exagitat futilitatẽm Athenienſium.

Summa conſilii. stratu poſſe adminiſtrare. Vt uero nunc eſtis, nec ſi uobis tempora darent Amphipolim, accipere poſſetis, ueſtris & apparatibus & animis fluctuantes. Itaq; illud dicere *παραλείψις,* prætermitto, oportere uos ultrò ad faciendum officium, oẽs eſſe paratos, tanquam uos ita ſentiatis, idq; perſuaſum habeatis. De rõne aũt inſtructionis, qua uos talibus liberari poſſe negotiꝭs putem, & multitudo quanta eſſe debeat, & quæ pecuniæ ſubſidia, cæteráq; ut mihi rectiſſimè & celerrimè cõparanda uideantur, eqdẽ operã dabo ut dicã: tm̃ precatus à uobis, poſtquã audieritis omnia, ut iudicetis, neq; prius anteuertatis: neq;, tametſi primùm uidebor nouam inſtructionem dicere, res à me differri quiſquã exiſtimet. *Audientiam poſtulat.* Neq; enim qui feſtinari & hodie rem geri iubent, opportuniſſimè dicunt (cum quo quidẽ in loco res nunc ſunt, auxiliꝭs, quæ nunc mittimus, picula ꝓpulſare non poſſimus) ſed qui oſtenderit, quæ & quanta inſtructio eſſe, & unde cõparari atq; retineri poſſit, donec aut pacẽ æquis conditionibus fecerimus, aut hoſtes uicerimus. Sic.n. deinceps nullis malis conflictabimur. Me igitur hæc poſſe dicere arbitror, nec impedio ſi qs alius pollicetur aliquid. Ac ꝓmiſſum qdẽ eſt adeò magnum, ipſa res aũt ſe iam oſtendet, uos iudices eritis. *Quo pacto Athenienſes ad bellum parare ſe debeant.* Primũ omnium, Athenienſes, triremes quinquaginta comparandas eſſe dico: deinde uos ꝭs animis eſſe oportere, ut ſi quid ſit opus, ipſi cõſcenſis eis, nauigetis. *Expedita claſſis & equitatus.* Pòſt, dimidiæ parti equitum, equeſtres triremes & copiã nauigiorum inſtrui iubeo. Atq; hæc in promptu eẽ opinor oportere, ad ſubitas iſtas eius è regno ſuo eruptiones, i Pylas, & Cherſoneſum, & Olynthũ, & quolibet. Hæc.n. in ei9 animo excitanda eſt opinio: uos ex immenſa iſta negligentia, ut in Eubœam, & prius aliquando ad Haliartũ, & poſtremò nuper in Pylas, fortaſſe cũ impetu erupturos. Non omnino, tametſi non feceritis, ut ego faciendũ eſſe dico, fuerit hoc cõtemnendum, ut aut metu ſi ſcierit paratos eẽ uos (certò.n. ſciet. ſunt enim, ſunt apud uos ipſos, qui de omnibus rebus eum certiorem faciant, plures quàm expedit) ocium agat: aut his deſpectis, incautus opprimatur: obſtante nemine, quo minus in eius regnũ, ſi per occaſionem licuerit, nauigetis. Hæc igitur

ſunt, quæ probata eſſe uobis oportere dicã: & ut inſtru-
cti ſitis, conuenire arbitror. Præter hæc, copias aliquas, *Delectus ci-*
Athenienſes, in procinctu habendas cenſeo, quæ cõtinẽ- *uium.*
ter belligerent, & illũ infeſtent. Nemo mihi dicat decies
mille, neq; uicies mille peregrinos, neq; * cõducticios il- ἐπιστολιμαίους
los exercitus: eas uolo copias, q̃ ciuibus conſtent. q̃, ſiue
uos unũ, ſiue plures, ſiue illũ, ſiue quẽcunq; ducẽ creaue-
ritis: ei pareant, & ſequãtur. & his cõmeatũ curari iubeo.
Quæ autem erunt hæc copiæ, & quantæ, & unde com-
meatum habituræ? & qũo hæc facere uoletis? Ego dicã, *Numerus mi-*
& horum ſingula ſeorſim explicabo. Peregrinos dico *litum.*
(neq; id feceritis, quod ſæpe uobis nocuit, dum minora
putatis omnia quàm oporteat, & maxima in decretis
ſuſcipientes, cum ad rem uentum eſt, ne parua quidẽ fa-
citis: ſed ubi parua feceritis & cõparaueritis, illis adijci-
te, ſi minora uidebuntur) Dico igitur uniuerſos milites eſ-
ſe oportere, bis mille. Ex his Athenienſes oportere eſſe di-
co quingentos, e quacunq; illi uobis ætate deligendi ui-
debuntur, qui certum tempus militent, non lõgum illud,
ſed quantum cõmodum eſſe uidebitur, ut ſubinde alijs
alij ſuccedant. reliquos peregrinos eſſe iubeo: & cum his
equites ducentos, quorũ quinquaginta ſint Athenienſes
minimũ, eodem quo pedites modo militaturi, & eque-
ſtres naues quib. hi utantur. Eſto: quid ad hæc amplius?
Celeres triremes decem. opus enim nobis eſt, cum ille
claſſem habeat, & uelocibus triremibus, ut tutò cupiɡna
uigent. Vnde igitur hæ alentur? Ego & hoc dicã, & oſtẽ- *Cur copias nõ*
dam, poſtquam, cur tantulas copias ſatis eſſe putem, & *maiores eſſe*
ciues militare iubeam, docuero. Tantulas, Athenienſes, *iubeat.*
propterea quòd nobis nunc exercitũ parare non licet, q
collatis ſignis cum eo dimicet: ſed latrocinari eſt neceſ-
ſe, & hac gerendi belli ratione utendum primũ. Quare
nec immenſas eas (nec enim ſtipendia & cõmeatus ſup-
petunt) nec prorſus exiguas eſſe oportet. Ciues aũt ad-
eſſe, & nauigare unà propterea iubeo, quod prius etiam *Cur ciues ad-*
aliquando audio peregrinũ aluiſſe Corinthi militem no- *iungendi ſint.*
ſtram urbem, cui Polyſtratus præfuerit, & Iphicrates. et
Chabrias, & alij quidam, & uoſmetipſos unà militaſſe.
& ut auditione cognoui, pegrini illi uobiſcũ cõiuncti, &

uos cum illis, Lacedæmonios uiciſtis. Poſtquam aũt ipſi peregrini bella uobis obeũt, amicos uincunt & fœderatos: hoſtes autẽ facti ſunt maiores quã expediret, & cũ uix noſtræ ciuitatis bellum attigerũt, ad Artabazum & quocunque potius abeunt: imperator eos ſeqtur: meritoque: neq; n. is imperare poteſt, qui ſtipẽdia non ſoluit. Quid igitur iubeo? cauſas adimi & duci & militibus, mercede numeranda: & domeſtico milite, uelut eorum inſpectore q̃ à duce geruntur, adiungendo, Nam ut nunc fit, ridicula eſt noſtra rerũ adminiſtratio. Si quis enim uos roget, Pacem agitis Athenienſes? Minimè certè nos qdẽ, dicturi ſitis, ſed cum Philippo bellũ gerimus. Nõne uerò creaſtis è ueſtris ciuibus decem centuriones, & duces, & tribunos, & magiſtros equitum duos? Quid igitur iſti plus agunt uno uiro, quẽ miſeritis ad bellum? reliqui pompas uobis obeunt cum ſacrificulis. Vt enim qui luteos fingũt, in forum creatis centuriones & tribunos, nõ ad bellum. An non n. oportuit, Athenienſes, centuriones ciues, magiſtros equitum ciues, magiſtratus domeſticos eſſe: ut reuera eſſent copiæ ciuitatis? At in Lemnum ueſtro magiſtro equitum nauigandum eſt: eorum aũt qui pro noſtræ urbis poſſeſſionibus præliantur, Menelaus eſt magiſter equitũ. Neque hæc hominis reprehendendi cauſa dico: ſed à uobis eum creatũ eſſe oportebat, quiſquis tandem ſit. Fortasſis aũt hęc rectè dici putatis. Quod autẽ ad pecuniã attinet, quanta ea & unde futura ſit, maximè audire cupitis. Id igitur ſanè expediã. Ea eſt pecunię ratio, ut ad alendum hunc exercitum, & cibaria duntaxat militibus cõparanda, nonaginta ſint talẽta numerãda, & paulo amplius: decẽ celeribus nauibus quadraginta talẽta, uicenæ minę in nauem ſingulis menſibus: militũ duobus millib. totidem, alia ut duas ſinguli milites drachmas in menſem pro cibarijs accipiãt: equitibus ducentis numero, ſi tricenas drachmas in menſem accipiãt ſinguli, duodecim talenta. Si quis uerò putat, commeatũ paruo eſſe ſubſidio militantibus, non rectè ſentit. Ego enim compertum habeo, ſi hoc factum fuerit, ipſum exercitum è bello ſibi reliqua comparaturum, ſine ulla uel Græcorũ, uel ſociorum iniuria, ut integrum ſtipendium habeat. At

Atheniẽſium nulla in bellis autoritas.

Pecunia quanta eſſe debeat

que ego ultrò nauigabo unà, quiduis pati paratus, niſi hæc ita erunt. Vnde igitur pecunia, quam reqro à uobis, cõparabitur? Hoc iam dicã PECVNIARIA RATIO. Quę nos, Athenienſes, inuenire potuimus, hęc ſunt. Poſtquam autem ſententias rogaueritis, ea quę uobis probata fuerint, decernite: ut non tantũ decretis & litteris belli geretis cũ Philippo, ſed etiam factis. Multo aũt melius, ut mihi uidetur, de bello & tota inſtructione deliberabitis, ſi locum, Athenienſes, regionis cui bellũ inferetis, cogitabitis: & conſiderabitis, uentis & anni tẽporibus anticipatis, pleraq; perficere Philippũ, & expectatis Eteſijs, aut hyeme, bellum aggredi, cum nos illuc peruenire non poſſumus. His itaq; conſideratis, non mittẽdo tumultuario milite uobis bellãdum eſt (negligemus enim oẽs occaſiones) ſed inſtructione ꝑpetua atq; exercitu. Licebit aũt uobis in Lemno, & Thaſo, & Sciatho, & alijs illius loci inſulis hybernare cũ exercitu, in quibus & portus, & frumentum, & oia quæ reqrit exercitus, parata ſunt. Eo aũt anni tempore, cũ & appellere ad terrã facile eſt, & à uentis nihil periculi: ad ipſam regionẽ, & mercatuũ aditus, facile milites accedent. Quemadmodum igitur, & quando utendum ſit exercitu, ipſum tempus docebit eum, in quem uos imperii autoritatem cõtuleritis. Quæ autem à uobis præſtari debent, hęc ſunt quæ ego ſcripſi. Si hanc, Athenienſes, pecuniam cõparaueritis, primùm quã dico: deinde cætera ẽt omnia inſtruxeritis, milites, triremes, equites, perfectè omnes'q; copias lege obſtrinxeritis, ut bello continenter incumbant, ipſi uos pecunię q̃ſtores & præbitores, ab imperatore autem rerũ geſtarum rationes requiretis: ijſdem de rebus ſine ullo ſucceſſu deliberare perpetuò deſinetis. Accedet illud etiã, Atheniẽſes maxima illi emolumenta intercipietis. Ea quę ſunt? A noſtris ſocijs extorta pecunia nos oppugnat, nauibus, hoſtiliter deripiendis. Quis præterea. Vos illud eſitis conſecuti, ut uobis noceri nõ poſsit: nõ ea fient, quę ſuperiori tempore, cum in Lemnum & Imbrum facta impreſſione, ueſtros ciues captiuos abduxit: & ad Geraſtũ comprehenſis nauibus, immẽſam pecuniam collegit: poſt terriò in Marathonem excendit, & ſacra triremẽ hoſtia ditia,

Autore Dionyſio Halycarnaſſeo noua hæc eſt oratio, ſine exordio.

Perpetuus exercitus alendus.

Vtilitatẽ ſui cõſilij oſtẽdit.

ne abrepta,abijt: Vos autẽ neq; hæc potuiſtis ꝓhibere, neq; conſtitutis à uobis tẽporibus opitulari. Verùm cur tãdem putatis, Athenienſes, Panathenęorũ ferias & Bacchanalium, ſemper conuenienti tempore fieri, ſiue peritis harum utrarumq; curatio ſorte obuenerit, ſiue imperitis: in quos tãtos ſumptus facitis, quãtos nec in unã claſſem: & tantam turbã adhibetis, & tm̃ apparatũ quãtũ haud ſcio an ullus omniũ habeat: claſſes autem omnes ueſtrę, occaſionibus demum amisſis, ueniant: illa Methonen, illa Pagaſas, illa Potideam miſſa? q; illa omnia lege ſancita & ordinata ſunt, & quiſq; ueſtrûm multo antè nouit, quis ędilis aut gymnaſiarchus trib⁹, qñ & à quo & quid accipiendũ, qd q; faciendũ ſit. Nihil nõ exquiſitũ, nihil nõ definitum, nihil deniq; neglectũ eſt. In rebus autem bellicis, & belli apparatione, inordinata, indefinita, incõpoſita omnia. Quapropter ſimulatq; audiuimus aliqd, & triremium præfectos conſtituimus, & inter eos permutationes opum inſtituimus, & de parandę pecunię ratione deliberamus. Poſtea decernitur, ut inquilini conſcẽdant, & libertini, qui ſuam ipſi rem familiarẽ adminiſtrãt. Deinde ut ciues illis iterum ſuccedant. Sic interim dum hæc prorogatis, interierunt ea quò claſſem mittimus, añ aduẽtum noſtrum. Nam rei gerendę tẽpus in apparando conſumimus: rerum aũt occaſiones non expectant noſtram tarditatẽ & ſocordiam. Quas uerò interiecto tp̃e copias nos habere putamus, eæ, cum ad ipſam rẽ uentum eſt, nihil poſſe gerere deprehenduntur. Ille autem eò uenit inſolentię, ut ſcribat Eobœenſibus tales iam literas. LITERAE. Hęc igitur, Athenienſes, quę lecta ſunt, uera pleraq; ſunt, aliter q̃ oportebat: nõ aũt fortaſſe iucunda auditu. Verùm, ſi res, offenſionis uitãdę cauſa, ut taceri à dicente, ſic ẽt reuera poſſent amoueri: ad uoluptatem auditorum cõciones inſtituendę eſſent. Sin orationis iucunditas, alieno tẽpore uſurpata, reipſa detrimentoſa ſit: turpe eſt ſemetipſum decipere, & ea oĩa quę moleſta ſunt, differendo, negligere omnes rei gerendæ occaſiones: ac nec illud poſſe intelligere, eorum eſſe officium qui bellũ adminiſtrant, non ſequi res, ſed reb. antecedere. & quemadmodum receptum eſt, ut exercitum ducat imperator:

Ordo & prouidẽtia quantum ualeat.

Cõfuſionis & imprudentiæ damna.

Salutaria potius audiẽda, quàm iucunda.

Prudẽtiæ munus.

ſic & à cordatis uiris res ducẽdas eſſe, ut q̃ ipſis uident, ea gerãtur, nõ ut euentũ pſeq̃ cogantur. Vos aũt Athenienſes, cũ copias habeatis oĩm maximas, triremes, legiões, equites, pecuniæ reditus, ne harum quidem rerũ i hodiernum uſq; diem ulla unquam oportunè eſtis uſi, & neminẽ non ſequimini: & ut Barbari pugiles dimicare ſolent, ita uos bellũ geritis cum Philippo. Ex ĩjs.n. is qui ictus eſt, icturi ſemper inhæret: quod ſi eum alibi uerberes, illò manus transfert: ictum autem depellere, aut contrà intueri neq; ſcit, neq; uult. Ita & uos. Si eſſe in Cherſoneſo Philippum auditis, illuc mittenda eſſe auxilia decernitis: ſi in Pylis, illuc itis: ſi alibi uſpiam, aſſectamini ſurſum & deorſum: & eum, ut ducem milites, ſequimini: neq; ullum uobis utile de belli gerendi ratione conſilium initis, neq; qò quam proſpicitis, antequam aut factum eſſe aliquid, aut fieri audiatis. Iſta uerò factitare olim fortaſſe licuit: nũc in ipſum diſcrimen rerum uentum eſt. Quare nõ iam idem licet. Ac mihi cogitanti uidetur, Atheniẽſes, deorũ aliqs, quem noſtræ urbis uicem, eorum quæ fiunt, pudet, illum rerum gerendarum ardorem inieciſſe Philippo. Qui ſi q̃ ſubegit & intercepit, ea tenere & quieſcere uellet, neque quicquam præterea moliretur: ueſtrûm quidã non ęgrè laturi mihi uiderentur, quæ reipubli. dedecus & ignauiæ crimen & ſumma omnia probra attuliſſent. Nunc, dum ſemper aggreditur aliquid, & plus appetit, fortaſſe uos euocabit, niſi de uobis oĩno deſperaſtis. Ego uerò miror, ſi nemo ueſtrum neq; cogitat, neque indignat, qñ uidet, Athenienſes, bellum cœpiſſe initium de ulciſcendo Philippo: finem autem in eo iam uerſari, ne ipſi cladibus afficiamur à Philippo. Verùm eum nõ quieturum perſpicuum eſt, niſi ab aliquo coherceatur. Id igitur nos expectauibus, & triremes uacuas, & ſpem à neſcio quo factã ſi miſeritis, omnia præclarè ſe habere putabitis? Nõ egrediemur? non exibimus ipſi, parte ſaltem aliqua domeſticorum militum nunc, ſi quidem id prius factum nõ eſt? non ditionem eius claſſe inuademus? At quò appellemus? roget aliquis. Inueniet ac deprehendet labefactatas res illius, Athenienſes, ipſum bellum, modò aggrediamur. Verùm ſi domi ſedebimus, cõuiciantes audi-

Sic Chriſtiani fere cũ Turcis hactenus bella geſſunt.

Vel hoſtis exẽplo et iniurijs tandẽ gerendum aliquid.

Ab imminente periculo.

Receptus non deeſt ſtrenuè

rē gerētibus. turi & criminãtes inter ſe oratores,non fieri ulla ratione unquam pōt,ut quicquã ritè conficiamus. Nam, ut mea quidem fert opinio,quocunq; pars aliqua ciuitatis able-gabitur,tametſi tota non adiit:ibi & deorum & fortunę beneuolentia nobis opitulabitur. Cum autē imperato-rem,& decretum inane & ſpes concionales mittitis:ni-hil à uobis fœliciter geritur.ſed ut hoſtes derident iſtiuſ-modi expeditiones,ita ſocij metu emoriuntur. Nō.n.po-teſt,non poteſt fieri,ut unus uir unquã uobis ea cõficiat omnia,quæ uultis:polliceri quidem & affirmare,& ac-cuſare hunc & illũ licet.Sed his rebus oīa perierũt. Si.n. dux miſerorum mercede fraudatorum militũ ſuccubue-rit,qui uerò de reb.illis ab eo geſtis,ad uos ex hoc loco expeditè mentiantur,extiterint,& uos ex auditu, qcqd in mentē uenerit,temerè decreueritis: quid, quæſo uos, expectandũ eſt?Sed quodnam iſtis malis remediũ inue-nietur?Hoc:ſi uos,Athenienſes,eoſdem deſignabitis mi-lites & teſtes actorũ ducis:et ubi domũ reuerſi fuerint,iu-dices rationũ referendarũ. Necq;.n. uobis audienda tan-tum ueſtra ſunt,ſed & corã intuenda. Nunc eò flagitij uentum eſt,ut quique duces bis & ter capitis cām apud uos dicant:cum hoſtibus autem eorum nemo uel ſemel de uita dimicare ſuſtineant,utq; plagiariorum & furũ inte-ritum honeſtæ morti præferant. Malefici.n.eſt, iudicum ſententia condemnatum emori:ducis,cum hoſtibus prę-liantē. Veſtrũ autem alij circũeuntes, cũ Lacedæmonijs agere dicunt Philippum,de Thebanorum euerſione,& reſpublicas diuellere:alij,eum miſiſſe legatos ad regem Perſarum:alij,oppida munire in Illyrijs:alij,ſuas quiſque commenti fabulas,obambulamus. Ego uerò equidem exiſtimo Athenienſes,ebrium eſſe eum rerum geſtarum magnitudine,& eiuſmodi ſomnia multa ſuo cum animo agitare,cum qa uidet neminem eſſe qui impediat,tũ ma-gnitudine ſucceſſuũ elatum:non tñ ea ſic agere inſtituiſ-ſe,ut qui apud uos ſunt amentisſimi norint, quid ille ſit facturus. Stolidisſimi enim ſunt iſti nugatores, At ſi, his omisſis, illud ſpectemus,hominem eſſe nobis inimicum, & noſtras nobis opes eripere, & longo iam tempore in-ſolenter ſe gesſiſſe, & quæcunque ſperauimus aliquem

Neceſſarium eſſe, ut ciues ipſi militent.

Ducum ignauia.

Nugæ Athenienſium.

Peroratio, qua in ſummã argumenta colligit.

pro nobis eſſe acturum, ea, ut cōſtat, contra nos eſſe omnia, & cętera in nobiſmetipſis eſſe poſita: & ſi nunc illic belligerare noluerimus cum eo, idem fortaſſe nobis hic facere neceſſe fore: hæc ſi ſtatuerimus, & rectè ſentiemus, & inanes fabulas miſſas faciemus. Neque enim q̄ ſint futura, quęrendum eſt: ſed aduerſa futura, niſi rebus gerendis intenti fueritis, & fungi officio uolueritis, pro cōperto habendum. Ego igitur nec unquam aliàs ad gratiam loqui inſtitui, niſi idem & profuturum uobis perſuaſum haberē, & nunc quæ ſentio ſimpliciter oīa, ſine ulla tergiuerſatione liberè q; ſum elocutus. Velim aūt, ut exploratū habeo, è re ueſtra eſſe, ut ea quę optima ſunt, audiatis: ſic ſcire me, etiā fidelisſimo ſuaſori idem profuturū. Multo enim minus gr[illegible] Nunc, quanquam obſcurum eſt, quid nā hinc conſe[illegible]us ſim: tn̄ quia pſuaſum habeo, hæc factu uobis fore utilia, dicere inſtitui. Vincat autem id, quod uobis omnibus profuturum eſt.

Veniā petit libertati orationis.

LIBANII ARGVMENTVM IN ORATIOnem Demoſtenis de Pace.

Qvum bellum de Amphipoli ſuſceptum, diu prorogaretur, pacē tā Philippus quā Atheniē. expetiuerāt: Atheniēſes, quòd fortūa in eo utebantur aduerſa: Philippus, quia præſtare cupiebat ea, quæ tum Theſſalis, tum Thebanis promiſerat. Pollicitus autē fuerat Thebanis, ſe Orchomenum & Coroneā Bœotiæ oppida eis traditurum: utriſque, ſe Phocenſe bellum confecturum. id quod ab eo fieri non poterat, dum hoſtes haberet Athenienſes. Nam prius etiam in Phocidem impreſſionem facturus, quia Athenienſes claſſe circumuecti, eas quæ Pylæ (à nonnullis etiam Termopylæ) uocantur, occuparant: regionis aditu prohibitus eſt. Nunc, pace facta cum Athenienſibus, obſiſtente nemine, intra Pylas progreſſus, gentem Phocenſem funditus euertit, locum quæ Phocenſium inter Amphyctiones, illorumq; in concilio ſuffragia, à reliquis Græcis accepit. & legatos etiam ad Athenienſes miſit, poſtulans, ut & ipſi idem ratum haberent. Demoſthenes igitur monet, eſſe concedendum, non quòd rem ipſam probet, aut iuſtum eſſe dicat, ut Macedo Græci concilij ſit particeps: ſed metuēdum eſſe affirmat, ne totius Græciæ infeſtis armis oppugnentur. Athenienſibus enim alios alijs de cauſis eſſe infenſos, qui communi conſilio ipſos inuaſuri ſint. communem hanc (inquit) occaſionem dabimus contra nos, quod ſoli hi ſumus, qui decretu Amphictyonū intercedimus. Proinde cōſultius ē tueri pacē (pſertim

Occaſio expetitæ pacis.

Phocēſium excidium.

Scopus orationis.

Philippo intra Pylas progreſſo, Atticęq; inuadendę poteſtatem nacto) quàm ob rem tantillam, tantum adire periculum. Hæc oratio inſtituta quidem fuit, ſed habita eſſe in publico mihi non uidetur. Oratorē enim in Aeſchenis accuſatione, de hoc etiam eum inter cætera criminatur, quòd autor fuerit, ut Amphictyonica Philippo dignitas decerneretur, cum nemo alius, de hoc referre auderet, ne Philocrates quidem omnium impudētiſsimus. Quod ſi ipſe hæc ſuaſiſſet, haud utique Aeſchinem ob hæc eadem culparet. Satis igitur apparet, eum ſuſpicionem ueritum, ne Philippi ſtudioſus, & largitionibus à rege corruptus, ſententiam hanc dixiſſe uideretur. Nam & in hac ipſa oratione, talem quandam ſuſpicionem amouere nititur, dum ſeipſum ut patriæ amantem, & ab accipiendis munerib. abhorrentem commendat.

Cur hæc oratio dicta eſſe non uideatur.

DEMOSTHENIS DE PACE ORATIO, [redacted]

[redacted] interprete.

VIdeo, Athenienſes, præſentia negotia multas habere difficultates & turbas, nō eo tantū, ꝙ multa per incuriam ſunt amiſſa, & præclarè de eis diſputando nihil proficitur: uerū ob hoc etiā, ꝙ, ſi qua adhuc ſunt integra, non oēs, ulla ex parte, quid factu ſit optimū, conſentiunt: ſed hi ſic, illi aliter opinantur. Eſt autē cū ſuapte natura periculoſum ac difficile, dare cōſilium: tum uos, ò Athenienſes, hoc multo difficilius effeciſtis. Nam quum omnes alij ante rem deliberent, uos re iam perfecta id facere ſoletis. Ex quo per omne tēpus, quod ego meminerim, accidit, ut is qui delicta ueſtra reprehenderet, laudaretur, uereꝙ dicere uideretur: & rerum gerendarum, quæ in deliberationem caderēt, occaſiones, uos ammitteretis. Quæ quanquam ita ſunt, tñ arbitror, & quia hoc perſuaſum habeo, ſurrexi, me, ſi omiſsis tumultibus & rixis, audire uolueritis (id quod de rep. tantisꝙ negotijs deliberantibus, omnino faciendū eſt) ea dicturum & ſuaſurum, per quæ & præſens ſtatus emendetur, & amiſſa recuperentur. Quum uerò ſatis ſciam Athenienſes, ſemper expedire plurimū apud uos, (ſi quis mō audeat) ea q̃ antè dixerit, repetere, ac de ſemetipſo uerba facere: ego tñ id adeò moleſtū & odioſum eſſe puto, ut, quanquam neceſsitatem hoc poſtulare uideo, tamen ab eo abhorream. Exiſtimo tamen uos de his quæ nunc dicam,

Athenieſibus conſulere difficile eſt.

Poſt facta, cōſilium.

Incogitantiæ pœna.

Pollicetur reſtitutionē in integrum

Modeſta occupatio.

Prius à ſe habitas orationes

cam,rectius iudicaturos,ſi pauca, prius aliquando à me dicta, in memoriam reuocetis. Ego, Athenienſes, primum,quum uobis turbato Eubœe ſtatu, quidam ſuaderent,ut opem, Plutarcho ferretis bellumq́ ignobile & ſumptuoſum ſuſciperetis: primus & ſolus pro cocione aduerſatus ſum:parũq́ abfuit,q̄n iſti,q parui lucelli cauſa,uos ſuis conſilijs in magnas & multas clades coniecerunt,me dilaniarent.Deinde paruo tp̄e preterito,uos,ſimul & ignominiā reportaſtis, & ijs iniurijs affecti eſtis, qualib.nulli hoīum unq̄,ab ijs quib.opē tulerāt: eadēq́ opa oēs cognouiſtis tum iſtiuſmodi cōſiliariorũ improbitatē,tũ meā qui utiliſſima reip.dixerā,integritatē.Pòſt, iterũ Atheniēſes,quũ perſpexiſſem hiſtrionē Neoptolemũ,per ſpeciē ſuę artis quiduis impunè agere, ac interim pernicioſiſſimũ eſſe reipub.opeſq́ ueſtras oēs & p̄ſidia, ſolerti adminiſtratione trāsferre ad Philippũ:prodij, publiceq́ id uobis expoſui, nullis priuatis uel inimicitijs, uel calũniādi ſtudio impulſus:quēadmodũ facta q̄ ſecuta ſunt,declararũt.Atq; in his nō iā Neoptolemi defenſores accuſabo,(neq;.n.unus aliqs fuit) ſed uos ipſos. nā ſi Bacchanalib.tragœdos ſpectaſſetis, non de ſalute reip. ſermo eſſet habitus:nequaq̄ uel eũ tā ęqs,uel me tā infēſis animis audiſſetis. Atqui hoc ſaltē uos opinor nũc uniuerſos ſenſiſſe,eũ tũ ad hoſtes p̄fectũ,ut coacto ęre alieno,q̄ ſibi illic deberi dicebat, huc reuerſus,publica munera obiret,& hac oratione plurimũ eſſe uſum : iniquũ eſſe quenq̄ iō q̄d opes quas illic haberet, huc ìueheret, accuſari:cum primũ facta pace tutò id facere potuit, q̄ bona manifeſta hic poſſedit,ea uēdidiſſe:factāq́ pecuniam,properé ad illũ profectũ,auexiſſe.Duo hæc q̄ prędixi ego.teſtant̄,tũ habitas orationes fuiſſe ueras& rectas ipſaſq́ res fuiſſe tales,quales ego eas eſſe pronũciaram. Tertiũ eſt,ò Atheniēſes,(unico aũt hoc dicto, de p̄nti negocio uerba faciā)quũ nos legati,exacto de pace iure iurando,rediſſemus,& qdā pollicerent̄, fore ut Treſpiæ & Platęę inſtaurarent̄:ut Philippus Phocēſes,ſi eos in poteſtatē redegiſſet,cōſeruaret, Thebanorũ autem urbem diſsiparet:quin & Oropum ueſtrum futurũ, & Eubœā pro Amphipoli uos recepturos,cum deniq; plures eius

ciuibus in memoriam reuocat.

1. Euboica expeditio diſſuaſa.

2 Hiſtrio Neoptolemus accuſatus.

Athenienſiũ iniquitas.

Neoptolemi ſimulatio et fuga.

Euentu cõprobata conſilia.

3 Vanæ pollicitationes proditorum repudiatæ.

generis ſpes & impoſturæ iactarentur, quibus uos inducti neque utiliter, neque æquitatis neq; dignitatis ueſtræ habita ratione. Phocenſes deſeruiſtis: hæc inquam cum fierẽt, apparebit me in horum nullo uel ſtruxiſſe fraudẽ, uel diſsimulaſſe quid ſentirem, ſed prædixiſſe uobis (idq; haud dubiè meminiſtis) me talia neq; ſcire, neq; expectare, ſed exiſtimare nugas agere illum, quicunq; talia profiteretur.

Ingenioſa & modeſta etiologia, cur plus alijs uideat.

Hæc igitur omnia, quę me rectius quã alios præuidiſſe conſtat, nequaquam Athenienſes ſingulari meæ prudentiæ adſcribã, neq; arroganter prædicabo, aut ob aliud quicquã me intelligere & p̃ſagire ꝓfitebor, niſi ob duas cauſas, quas uobis exponã. Vna eſt, ô Athenienſes,

1 Fortuna.

2 Integritas.

Fortuna, quam ego omni humano ingenio & ſapientię imperare uideo: altera, quòd gratis negocia iudico & cõſidero, neq; quiſquã ullum emolumentum proferre põt, quod ego uel in gerenda republica, uel dicenda ſentẽtia ſpectare, propoſitumq; habere ſoleam. Rectà igitur bonum publicum, quod res ipſæ ſuppeditant, in meos oculos incurrit.

Largitionum corruptela.

Quod ſi uerò in utramuis partẽ ueluti in trutinam, argentũ impoſueris, id argentũ pręcipitat cogitationẽ, & ad ſeſe deorſum abripit. Quod qſquis admittit, fieri non poteſt, ut deinceps ulla de re uerè cogitet.

Propoſitio: ita cõſulendum reipub. facta pax ut ne uioletur.

Iam unũ hoc ego in primis tenendum eſſe dico, ſiue quis tributum indicere, ſiue ſocios adſciſcere, ſiue alijs p̃ſidijs rẽpub. firmare conat̃, id ita uti faciat, ne p̃ſens hęc pax aboleatur. non ꝙ ea tam pręclara ſit, aut è dignitate ueſtra:

Ratio: quia intẽpeſtiuum.

ſed qualiſcunq; tandem eſt, opportunius utiliuſq; ad res gerendas fuiſſet, eam nunquã fuiſſe factam, q̃ nũc, poſtquam facta eſt, per uos abrogari. Multa.n. temerè proiecimus, quæ quia tũ nobis integra erant, bellum & tutius & facilius q̃ nunc, gerere potuiſſemus.

2 Quia metuenda græcorum conſpiratio.

Secũdo loco prouidendum eſt, ne in neceſsitatem, o Athenienſes, adducamus, aut cauſam ſuppeditemus iſtis, qui inter ſeſe conſpirarunt, & ſeſe iam Amphictyones eſſe dictitant, belli cõmunis cõtrà uos ſuſcipiendi.

Græcos priuata philippi bella non adiuturos.

Thebani.

Ego.n. ſi inter nos & Philippum denuò bellum ob Amphipolim, aut aliam aliquam priuatã cõtrouerſiã oriretur, quod neq; ad Theſſalos, neque ad Argiuos, neque ad Thebanos quicquã attineret: non puto uobis horum quenquam bellum il-

laturum, ac minimè omniũ (ne uerò quiſquam obturbet, priuſquam audierit) Thebanos. non quod nobis tã bene cupiant, aut obſequi Philippo nolint: ſed optimè ſciũt (quãtumuis dicãtur ſtupidi) ſi bello nobiſcum implicentur, & ſe malis omnibus afflictum iri: & aliũ cõmoditates occioſè deſidentem, atq; aucupantẽ, ad ſeſe pertracturum. Nũquam igitur eò ſeſe pręcipitabunt, niſi origo & cauſa belli cõmunis fuerit. Nihil etiam nos, ſi cum Thebanis denuò propter Orupum, aut priuatũ emolumentũ aliqđ belligeremus, cladis accepturos arbitror. Nã eos q fortaſſe uel nos, uel illos adiuuarẽt, ſi noſtros agros uaſtari uideãt, opem eſſe laturos arbitror, ſed neutris ad alienam ditionẽ oppugnandam præſtò futuros. Societatũ n. ea eſt omnino ratio, quæ & diligenter cogitanti ſeſe offert, & quã ipſius rei natura patitur. Neq;. n. ulli uel nobis uel Thebanis adeò bene cupiunt, ut ſimul & incolumes eſſe nos, & alijs imperare uelint, ſed incolumitatẽ omnes ſuæ ſalutis cauſa nobis optant: ut uerò alterutri potiti uictoria, ipſis dominenť, nemo. Quid igitur exiſtimo formidabile? & quid uobis eſſe dico prouidẽdũ? Ne bellũm hoc quod agitatur cõmunem occaſionem & cõmune crimen uniuerſis ſuppeditet. Nã ſi Argiui & Meſſenij & Megalopolitæ, & reliqui Peloponnenſes qui cũ hiſce conſentiunt, ob petitas à Lacedæmonijs inducias, nobis inimici erũt, & propter acta quędã ſua impedita: ſi Thebani nobis, ut aiunt, infenſi, inimiciores etiam fiẽt, q ab eis actos in exiliũ, tuemur, & noſtras aduerſus eos inimicitias omnibus modis declaramus: ſi Theſſali, qđ Phocenſium exules defendimus: ſi Philippus, q participem eſſe Amphictyonicę dignitatis phibeamus, metuò ne omnes, priuatis quiq; offenſis iritati, communi bello nos adoriãtur, Amphictyonum decreta pręteχentes: ac deinde attrahantur ſinguli, ut etiam contra ſuam utilitatẽ, nos oppugnent, id quod etiam in Phocenſi bello uſuuenit. Nec enim hoc ſcilicet ignoratis, nũc Thebanos & Philippũ, & Theſſalos, quũ non eadẽ ſinguli potiſsimũ urgerent, eadem omnes perfeciſſe. Nã Thebani Philippum, ne penetraret, atq; anguſtijs potiretur, prohiberę non potuerunt, nec obſiſtere, quo minus is qui poſtre-

Græcos nec Thebanis præſtò futuros.

Socij Thebanos atque Atheniẽſes incolumes eſſe uolunt, eoſdẽ dominari nolunt

Cauẽdum, ne Græcorum ſimultates erumpant.

1 Peloponnenſium.
2 Thebanorũ
3 Theſſalorũ.
4 Philippi.

Societas multos implicat, ut dũ quędã adipiſci ſtudẽt, aut amittere, aut admittere cogantur, q̃ minimè uellent.

Exẽplum de

Phocẽſi bello. Thebanorum ſtudium & fruſtratio.

mus aduenerat,magno ipſorũ labore partam gloriã in-
terciperet,ac in ſe tranſmoueret. Nunc. n. Thebani,qđ
ad occupationem regionis atq; poſſeſsionem attinet, rẽ
præclarè geſſerunt:ſin honorem & gloriam ſpectes, tur-
piſsimè. Niſi enim Philippus intra Pylas penetraſſet, ni-
hil habituri fuiſſe uiderentur. Neq; uerò hęc eis propoſi-
ta fuerunt,ſed qa & Orchomeno & Coronea potiri cu-

Quid Philippus ſpectarit.

piebant,neq; tamen poterãt,ideo hæc oĩa ſuſtinuerunt.
Sunt autem quidam qui dicere audeãt,Philippũ non ul-
trò,ſed coactum, Thebanis Orchomenũ & Coroneam
tradidiſſe. Ego uerò hæc ualere iubeo:illud aũt ſcio,non
magis ei hæc curæ fuiſſe,quã ut aditum Thermopylarũ
occuparet:eamq; gloriã cõſequeretur,ut bellum illud ip
ſius armis eſſe repreſſum diceretur,utq; ſuo arbitratu Py
thia adminiſtraret. Hęc fuere,quorũ ille deſiderio potiſ-
ſimum æſtuabat. At Theſſali neutrum horum uoluerũt,

Theſſalorum deſideria.

ut,uel Thebanorũ uel Philippi opes augerentur, quorũ
utrunq; ſibi periculoſum fore p̄uidebãt:ſed hæc duo ſpe
ctarunt,ut & Pylæam,& emolumenta Delphica obti-
nerent: eorũq; deſiderio,ad eas res Philippo adiutores

Epiphonema.

fuerunt. Sic ob priuata compendia quoſq; reperietis ad
multa facienda eſſe compulſos,quorũ nihil in animo ha

Refutatio: Nõ eſſe operæpretium, ob umbram Delphicam ſuſcipere bellum.

buerunt. Quod quum ita ſit,cauendum uobis eſt. Nun-
quid igitur harum rerum metu facienda erunt, quæ iſti
iuſſerint? Tuq; eius rei nobis autor es? Minimè uerò eq-
dem. Sed nos nihil indignũ nobis facturos,neq; bellum
paſſuros,& prudentiæ laudẽ conſecuturos eſſe, meamq;
ſententiam eſſe ueram hæc me confido probaturũ. Illos
aũt,q confidenter quiduis eſſe periculi ſubeundũ cẽſent,

Conſeruandæ pacis ſtudio quàm multa perdiderint Athenienſes.

nec belli clades ob oculos ſibi ponunt,hæc uelim conſi-
derare:Nos Oropũ Thebanos tenere ſinimus. Quod ſi
quis nos roget,ac uera fateri iubeat,quãobrem? Ne bel-
lo conflictari ſit neceſſe,reſpõdebimus. Et Philippo nũc
ex fœdere, Amphipolim conceſsimus: & Cardianos à
Cherſoneſitis reliquis exẽptos eſſe patimur: & Cariæ ſa
trapã inſulas occupare, Chion,& Con, & Rhodum: &
Byzantios in mari exceptare naues nõ prohibemus. ob
hoc nimirum,quòd pacis tranquillitatem plus commo-
dare putamus, quàm inimicitias & contentiones hiſce

de cauſis ſuſceptas. Proinde ſtultũ ac ſupra modũ abſurdum fuerit, quum in proprijs, & maximè neceſſarijs rebus, ſingulatim erga quoslibet nos tales præbuerimus, cum uniuerſis de umbra Delphica nunc belligerare.

LIBANII ARGVMENTVM SECVNDAE *in Philippum orationis.*

MOnet Athenienſes hac oratione Orator, Philippum ut hoſtem ſuſpectum eſſe habendum, neque pace fidendum nimis, ſed expergiſcendum, & rebus gerendis animum adijciendum, & bellum apparandum eſſe. Criminatur.n. Philippum, ut & Athenienſibus & Græcis omnibus inſidiantem: idq; ſatis ipſius teſtari facta dicit. Pollicetur etiam, ſe reſponſurum legatis quibuſdã uenientibus, quòd Athenienſes æſtuabãt, cum reſpondendum erat. Vnde uerò illi, & quibus de rebus uenirẽt, etſi in oratione non exprimitur, tamen è Philippicis hiſtorijs cognoſci poteſt. Per id enim tempus legatos miſerat Philippus ad Athenienſes, conquerens, ſe apud Græcos ſine cauſa traduci, ut qui multa et magna pollicitus, nihil eis præſtitiſſet. negat enim ſe uel pollicitum, uel fruſtratum eſſe, et ea probari poſtulat. Atque etiã Meſſenij & Argiui legatos cum Philippo Athenas miſerant, & ipſi criminantes populum, qui Lacedæmonijs Peloponneſum opprimentib. & faueret, & adeſſet: ſibi autem de libertate dimicantibus, aduerſaretur. Athenienſes igitur non habent, quid uel Philippo uel ciuitatibus reſpondeant. Nam & Lacedæmonijs bene cupiunt, & Argiuorum ac Meſſeniorum cum Philippo conſpirationem, ſimul & oderunt, & ſuſpectam habent: neque tamen pronunciare audẽt. rectè facere Lacedæmonios, Quod uerò ad Philippum attinet, ſpe quidã fruſtrati ſunt, non tamen ab eo decepti eſſe uidentur. Philippus enim neque ullam pollicitationem literis inſcripſerat, neque p ſuos legatos quicquam promiſerat, ſed Athenienſium quidam in ſpem erexerant populum, fore ut Philippus Phocenſes conſeruaret, & Thebanorum ferociam retunderet. Propterea Demoſthenes reſponſionum facta mentione, ſe eas daturum pollicetur: ſed iuſtum eſſe ait, ut ab illius difficultatis autoribus, etiam reſponſiones exigantur, illis nimirum qui populum deceperunt, & Pylas Philippo aperuerunt. Quibus uerbis Aeſchinem obſcurè perſtringit, iam tum (ut aiunt) contra eum falsæ legationis actionem inſtruens, qua pòſt eum petijt, & eum multo antè apud Athenienſes criminans.

DEMOSTHENIS IN PHILIPPVM ORATIO SECVNDA, [redacted] *interprete.*

Iniurias Philippi non uerbis, ſed armis eſſe reprimendas.

CVm, Athenienſes, uerba fiunt de philippi factis & uiolẽtia, & pacis uiolatiõe ꝑpetua, ueſtri defenſiones & ęquas & humanas apparere uideo: ſempq́ꝫ probari orationes eorum, qui philippũ accuſarint: ſed ut ingenuè dicã, nihil rectè geri, aut eiuſmodi ut ſit illas audire operæprecium. Nam eò iam tota reſpub. redacta eſt, ut quo magis & euidentius oſtẽſum fuerit Philippũ & pacem nobiſcum factam uiolare, & Græcis omnibus inſidiari: eo difficilius ſit ſuadere, quid agi cõueniat. In cauſa hæc ſunt. Cum, Athenienſes, omnes ĳ qui ꝑ iniuriam plus æquo concupiſcunt, facto cohercendi ſint, & actionibus, non orationibus: primũ nos qui ſuggeſtum conſcendimus, hæc decernere & ſuadere, metu ueſtre offenſionis dubitamus: quæ uerò deſignet, quã atrocia & grauia & eius generis alia, cõmemoramus. Deinde uos auditores ad æqua cum dicenda, tum dicente alio, intelligenda, melius Philippo parari eſtis: ad eius autem conatus, in quib. nunc eſt, prohibendos, omnino eſtis ignaui.

Ingeniũ ubi intenderis, ualet.

Euenit igitur res neceſſaria, opinor, nec minus conſentanea: in q̃ utriq́ꝫ ſtudetis, in ĳs utriq́ꝫ ut excellatis: ille actionibus, uos uerbis. Quod ſi nunc æquiora dicere, ſatis habetis: facile id quidẽ eſt, nulloq́ꝫ labore cõſtat. Sin, ut p̃ſens ſtatus corrigatur, prouidẽdũ eſt, ne nobis omnibus inſcĳs, ruat in deterius, néue ea magnitudo copiarum ingruat, cum qua ne congredi quidem poſsimus non eadẽ ratio eſt: quę prius fuit, conſulendi. Sed & oratores omnes, & uos auditores oportebit optima & ſalutaria facilimis & iucundiſsimis anteferre.

Propoſitio: Philippum, ut potentem hoſtem, eſſe metuendum.

Primũ igitur, ſi qs Athenienſes, ſecurus eſt, cũ uideat quãtus iam, & quã multis potius ſit Philippus, & nullũ putat periculũ ex eo impẽdêre ciuitati, neq́ꝫ contra uos ea oĩa comparari, miror, & æquè uos omnes oratos uolo, ut meas ratiões paucis audiatis, quib. adductus diuerſum expectem, & hoſtem eſſe Philippũ iudicẽ: ut ſi longius alĳs proſpicere uidebor, mihi obtẽperetis: ſin ſecuri iſti, & ĳ qui eo freti ſunt: illis aſſentiamini. Ego igitur, Athenienſes, conſidero, quæ Philippus primùm poſt pacem obtinuerit, Pylas & Phocenſem regionem. Quid igitur? quomodo his uſus eſt? Quæ Thebanis expediunt, non quæ reipub. noſtræ, agere in-

a Amicus Thebanis, Argi-

ſtituit. Quamobrem tādem? Nimirum quod ad opes & potentiam quo iure qua iniuria augendam, conſilia ſua referens, non ad pacem aut tranquillitatē, aut ullam æquitatē, prudēter hoc intelligit, ſe noſtræ ciuitati, noſtrisq́ institutis, nihil eiuſmodi poſſe uel polliceri, uel præſtare, quo adducti uos, priuati emolumenti gratia, cæterorum Græcorum aliquos ipſi condonetis. Sed & iuſtitiæ ſtudio & coniunctæ cum ea re ignominiæ fuga, & prouidētia rerum quæ decent omnium: æque aduerſaturos, ſi qd tale conaretur, ac ſi bellū gereretis. Thebanos autē putabat, id quod accidit, modo ipſi lucrum facerent, ſituros, ut ſuo arbitratu cætera adminiſtraret: & adeo nō aduerſaturos & prohibituros, ut armis etiam adiuturi eſſent, ſi iuſſiſſet, & nūc, eodem conſilio, de Meſſenijs & Argiuis bene meretur: quæ maxima ueſtra laus eſt, Athenienſes. Vt.n. ex his factis apparet, de ſolis uobis ita iudicatur uos nullius emolumenti gratia, Græcorum defenſionem deſerturos, nulla gratia, nullo cōmodo beneuolentiā erga Græcos cōmutaturos. Atq; adeo iure & de uobis ita ſentit, & de Argiuis & Thebanis aliter, nō modo in præſentia tpa intuens, ſed & ſuperiora conſiderans. Inuenit enim ſcilicet, atq; audit ueſtros maiores, cum eis liceret reliquis imperare Græcis, ut ipſi Regi Perſarum parérent, eam conditionem non modo eſſe aſpernatos, cum Alexander, à quo iſti oriundi ſunt, ea de re nuncius ueniſſet: ſed et urbem deſerere maluiſſe, & nullas, pati ærumnas recuſaſſe: talesq́; res geſſiſſe poſtea, quas ut omnes celebrare perpetuo geſtiunt, ſic ꝑ dignitate ornare nemo potuit. Qua de cauſa eas & ego iure prætereo. Maiora.n. ſunt eorū facinora, quā quæ oratione explicētur. At Thebanorū & Argiuorū maiores, partim in exercitu fuiſſe Barbari, partim ei nō aduerſatos. Intellexit igitˉ utroſque priuato cōmodo fore cōtētos, nō cōmunē Græciæ utilitatē ſpectaturos. Proinde putauit ſe, ſi uos amicos delegiſſet, pp iuſticiam fuiſſe delecturum: ſin illis ſe adiunxiſſet, adiutores habiturum ſuæ cupiditatis. Ob hæc illos uobis & tunc & nunc præfert. Neq; enim triremes eis plures adeſſe uidet, quā uobis: neq;, cū in mediterraneis qddam inuenerit imperium, maritimum imperium & mer-

uis, & Meſſenijs, propter amplificandi imperij cupiditatem.

2 Soli Athenienſes incorrupti, & ſeruitutis impatientes obſtant cupiditati Philippi.

Refutatio: Philippū neq; in-

ſticiæ ſtudio, neque coactũ, Thebanis amicum eſſe.

catus contemnit: neq; oblitus eſt uerborum & pollicitationum, p quas pacem impetrauit. At mehercule, dicat aliquis, eum ſcire hæc omnia, neque ex auaricia, ĩis'ue de cauſis, quas ego criminer, tum hæc egiſſe: ſed quod æquora, quã nos, Thebani poſtularint. Verũ hanc uel ſolam cauſam ex omnibus ei nunc prætexere non licet. Qui.n. Meſſenam Lacedæmonios relinquere iubet, quo pacto Orchomeno & Coronea tum Thebanis tradita, ſe illa feciſſe, q; æqua eſſe putaret, ſimulabit? At uerò coactus eſt? Hoc enim reſtat ſcilicet: & pręter animi ſui ſententiã, a Theſalico equitatu, Thebaniſq; legionibus circumuentus, illa conceſsit? Bene. Proinde dicunt, Thebanos ei ſuſpectos fore: & fabulantur quidã paſsim, eum Elateam muniturum. Is uerò hęc nondum facit, nec ut ego iudico, unquã faciet. Cum Meſſeniĵs autẽ & Argiuis contra Lacedæmonios impreſsionem non faciet: ſed & milites iam eò mittit, & pecuniam ſuppeditat, & ipſe cum magno exercitu expectatur. Igitur eos qui Thebanorũ hoſtes ſunt, Lacedęmonios euertit: quos uerò prius ipſe pdidit, Phocẽſes, i itegrũ nũc reſtituit. Ecqs iſta credat? Ego uerò exiſtimo Philippũ, neq; ſi primũ coactus feciſſet, neque ſi nunc eis diffideret, eorũ hoſtibus cõtinẽter aduerſaturum: ſed ex his quę nunc facit, illa etiam conſilio ſe feciſſe declarat. Quod ſi quis rectè æſtimet, ex omnibus

Concluſio.

perſpiciet, eum hęc inſtruere & moliri contra noſtrã rẽpublicam: idq; nunc, neceſſariò quodammodo ei uſuuenit. Cogitate enim: Imperare uult. in eo autem uos ſolos eos eſſe putat, qui poſsint aduerſari: iniurius eſt longo iã tempore, idq; ipſe ſibi eſt optimè conſcius. Iis enim quæ nobis erepta tenet, utitur ad cætera omnia in tuto collocanda. Nam ſi Amphipolim & Potidęam amitteret, nec domi ſe tutò poſſe manere duceret. Vtrunque igitur ſcit, & ſe uobis inſidiari, & uos id, animaduertere. Cũ autẽ uos cordatos eſſe putet, ſe iurè uobis eſſe odio exiſtimat, & concitatus eſt, malum ſe accepturum putans, ſi occaſionem nanciſcamini, niſi ipſe anteuerterit. Propterea uigilat, imminet urbi, colit Thebanorum quoſdam & Peloponenſium, qui illis aſſentiuntur: quos ut propter auariciam præſenti ſtatu acquieturos putat, ſic

propter ingenĳ ſtuporem, nihil eorum quæ ſequētur, pro ſpecturos. Ac ſi qui uel mediocri prudentia ſunt, euidentia ĳs exempla eſt cernere: quę cum res ita ferret, & apud Meſſenios, & apud Argiuos retuli. Præſtat autem fortaſſe uobis etiam exponi eadem. Quā ægrè, inquam, Meſſenĳ, audituros fuiſſe putatis Olynthios, ſi quis in Philippum dixiſſet illis temporibus, cum Anthemuntem eis concederet, quam urbem ſibi omnes priores Macedoniæ Reges uendicarant? cum Potidæam donaret, Atheniensium colonis eiectis? ac & noſtras inimicitias ipſe ſuſciperet, & prouinciam illis fruendam daret? Nunquid expectaſſe ita ſecum actum iri, aut aliquo dicente credituros? Ne uerò putetis. Sed tamen, inquam, cum exiguo tempore alienæ terræ fructus percepiſſent, longo ſuapte priuantur ab eo, turpiter eiecti, non uicti tantum, ſed & proditi alĳ ab alĳs, & uenditi. Neq; enim tuta eſt liberis ciuitatibus nimia iſta tyrannorū familiaritas. Quid porrò Theſſali? Num putatis, inquam, cum eorū tyrannos eĳceret, & rurſus, Nicæam & Magneſiam daret, expectaſſe decurionatum fore apud ſe, nunc receptū? aut qui Pylęam reddidiſſet, eū priuatos ipſorum reditus intercepturum? Nequaquā credidiſſent. Sed tñ facta ſunt hęc, & in conſpectu omnibus. Vos autem, inquam largientē & pollicentem ſpectatis Philippum: cum autem cū iā deceperit & in fraudem pellexerit, deprecamini: ſi ſapitis, ne uideatis. Sunt qdē certè, inquam, uaria reperta ad urbium cuſtodiam & defenſionē, ueluti, aggeres & mœnia & foſſæ, & quæ ſunt eius generis alia: quæ oīa manu fiunt, & magnos ſumptus poſtulant. Vnū autē quoddā cōmune natura prudentiū in ſemetipſa poſsidet pſidiū, q cum omnibus bono eſt & ſalutare, tum uel maximè liberis ciuitatibus cōtra tyrannos. Quod'nā igitur illud eſt? Diffidentia. Hanc cuſtodite, hanc amplectimini. hāc ſi conſeruabitis, extra omne periculum eritis. Quid uerò quæritis, inquam? libertatem? An uerò non uidetis, Philippum alieniſsimas huic uel appellationes habere? Rex enim & tyrannus omnis, eſt libertatis inimicus, & legibus infeſtus. Non proſpicietis, inquam, ne dum belli finem quæritis, dominum inueniatis? His illi auditis, &

Narratio, qua oratione Meſſenios & Argiuos à Philippi ſocietate deterruerit.

Olinthĳ.

Theſſali.

Diffidētia unicum munimentum contra Tyrannos.

Homines cum meliora uideāt & pbēt, deteriora ſequuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

applaudentes ut rectè dictis, & multis etiã alijs orationi-
bus à legatis, & præſente me, & denuò pòſt habitis, ut
credibile eſt, nihilo magis auellẽtur à Philippi amicitia,
eius'ue pollicitationibus. Neq; hoc eſt abſurdũ, ſi Meſſe-
nij & Peloponnenſes quidã contra ea quæ animo eẽ o-
ptima perſpiciunt, aliquid agent: ſed uos ipſi, qui & intel-
ligitis ipſi, & è noſtris cõcionibus auditis, uobis inſidias
fieri, uos circũuallari, quæ iam ueſtra ſocordia eſt, oĩbus
his, ut mihi uidetur, nec opinantes opprimemini. Sic bre-
uis uoluptas & ocium plus ualet aliqũ, pòſt ſecutura uti-
litate. Ac de ijs quidem quæ uobis agenda ſint, ipſi dein-
ceps ſeorſim deliberabitis, ſi ſapietis. Quæ uerò nunc re-
ſpondere poſſitis, ut ueſtra decreta recta eſſe uideantur,
ea iam dicã. Aequũ eſſet, Athenienſes, eos qui pollicita-
tiones attulerunt, q̃bus adducti pacẽ feciſtis, citari. Neq;
enim ipſe unquã ſuſtinuiſſem obire legationẽ, neq; uos,
ſatis ſcio, belligerare deſiſſetis, ſi ita acturum Philippũ,
pace impetrata, putaſſetis. Nam quæ tũ dicebãtur, mul-
tum ab his diſſidebant. Et rurſus alios citari eſt æquum.
Quos? Eos qui, cũ ego facta iam pace, à poſteriore ue-
niens legatione, quæ ad exigendũ iuſiurandũ mittebatẽ,
& fucum reipub. fieri ſentiens, prædicebã, & intercede-
bam, & amitti non ſinebam Pylas & Phocẽſes, dicebãt:
Me, qui aquam potarẽ, non iniuria difficilem & moroſũ
eſſe hominem: Philippũ aũt, quod optaretis uos, ſi intra
Pylas progreſſus eſſet, facturum, & tum Theſpias, &
Platæas muniturum, tum Thebanorum ferociam repreſ-
ſurum, tum Cherroneſum ſuis ſumptibus perfoſſurũ, tũ
Eubœam & Oropum pro Amphipoli uobis redditurũ.
Nam hæc omnia hic pro ſuggeſto, ſat ſcio, meminiſtis eſ-
ſe dicta, quanquam parum acres in animaduertendis im-
proborum iniurijs. Et quod eſt omnium turpiſſimum, ẽt
poſteros, ad quos eius ſpei quam uos habetis pertinet
hæreditas, eadem pace implicuiſtis. Vſque adeò in frau-
dem eſtis illecti. Quid igitur hęc nunc dico? & illos cita-
ri iubeo? Ego, ita me dij ament, uerum apud uos liberè di-
cam, & non diſſimulabo: non ut in conuicium delapſus,
efficiam ut ego uiciſſim conuiciis à uobis inceſſar: iis au-
tem qui ab initio mihi infeſti fuerunt, nouam præbeam

Secunda orationis ps, quid legatis reſpondendum.

Perſtringit legatorum inanes pollicitationes, & æmulos ſuos.

Excuſatio liberioris orationis, & grauis admonitio.

occaſionem aliquid accipiẽdi à Philippo, neq; ut fruſtra garriã:ſed aliquando uobis moleſtiora fore Philippi facta puto, q̃ ea quæ nunc à me ſunt dicta liberius. Rem enim progredi uideo, ueq; ſanè uelim coniecturas meas eſſe ueras: ſed uereor ne id iam nimis in propinquo ſit. Quando igitur uobis non iã liberũ erit, ea quæ eueniunt negligere: neq;, iſta contra uos parari & ſtrui, ex me audietis, aut alio quopiam, ſed ipſi omnia uidebitis, & probè ſcietis: iracũdos & aſperos fore uos exiſtimo. Vereor aũt, ne, cũ ea legati reticuerint, ob quæ ſe largitionibus corruptos eſſe ſciunt, iis qui ea q̃ per iſtos perierunt, inſtaurare conantur, ueſtrã experiri iracundiam uſuueniat: cũ uideam quoſdã plerunq; non in ſontes, ſed in proximos quouſque potiſſimũ, iræ dirigere impetum. Dum igitur res differtur, & comparatur, & alius alium exaudimus, unumquemq; ueſtrũ, licet probè gnarum, tamen commonefactum uolo: quis ille ſit qui Phocẽſes & Pylas uobis deſerendas ſuaſerit: quibus ille potitus, uia potitus ẽ & in Atticam, & in Peloponneſum inuadendi, eoq; rem redegit, ut uobis non iam de tuendo iure Græcorum & prouincijs defendendis conſultandũ ſit, ſed de patrij ſoli agris, & bello Atticæ imminente: quod ubi aderit, ueſtrũ unicuiq; moleſtum erit, ſed illo die factũ eſt. Niſi enim tum decepti eſſetis uos, reſpub. non laboraret. neque enim nauali bello ſuperior, claſſe unquam in Atticã ueniſſet Philippus: neq; itinere pedeſtri ſuper Pylas & Phocenſes pualuiſſet: ſed aut æqua feciſſet, & ſeruata pace quieuiſſet: aut e ueſtigio bello eſſet non minore circũuentus, q̃ id fuit, propter quod tum prius pacem expetiuerat. Hęc igitur, ut admonendi gratia, nunc dixiſſe ſufficiat: abſit aũt, idq; Dij oẽs phibeant, ne experiũdo certiſſimè cõprobent. Neminẽ.n. uelī eqdẽ, etſi exitio ſit dign⁹, cũ oim periculo & dãno, ſuæ improbitatis dare pœnas.

Boni ciues in maiore periculo ſunt quàm proditores.

Iterũ perſtringit Aeſchinẽ

Votum.

LIBANII ARGVMENTVM IN orationẽ de Haloneſo.

*I*Nſcribitur hæc oratio, De Haloneſo: ſed fortaſſe rectius nominabitur, reſponſio ad Philippi epiſtolam. Scripſerat enim ad Athenienſes, multiſque de rebus diſſeruerat, in quo numero fuit etiam hoc de Haloneſo: que cum antiquitus Athenienſium eſſet, Philippi temporibus à Haloneſiis

Orationis inſcriptio.

Controuerſia nominū. Cur oratio falſo inſcripta Demoſtheni uideatur.

Demoſthenis libertas ſine conuicijs.

Hegeſippi eſſe hanc orationem.

Temeritas Criticorum.

latronibus tenebatur. quib. Philippus eiectis, repetentibus Athenienſibus inſulam, non reddit, quòd ſuā eſſe dicat, petentibus eam, ſe daturum pollicetur. Hæc autem oratio mihi non uidetur eſſe Demoſthenis: idq; tū ex genere orationis, tum ex compoſitionis concentu poteſt animaduerti, quæ à forma Demoſthenis longè recedunt: quum & remiſſæ ſint, & diſſolutæ omnino, quòd ab huius oratoris dicendi genere abhorret. Quin illud etiam dictum in fine orationis (Si mō uos cerebrum in temporibus, & non in calcibus conculcatum geritis) non paruo teſtimonio eſt, adulterinā eſſe hanc orationem. Nam Demoſthenes libertate quidem in dicendo ſolet uti: ſed hæc contumelia eſt, & conuicium excedens modum. Supra modum ēt humilis ineſt elocutio, Præterea ſtultitia eſt, exiſtimare, homines in tēporibus habere cerebrum, Atque adeò ueteres quoque hāc orationē non eſſe noſtri oratoris, ſuſpicati ſunt: & deprehendere quidā, eē eam Hegeſippi, forma ſermonis conſiderata (is. n. tali uſus eſt) & rebus ipſis. Nam huius orationis ſcriptor, ſe Callippum Pæanienſem uiolatarum legum reum feciſſe dicit. Conſtat autem, Callippum non à Demoſthene, ſed ab Hegeſippo fuiſſe accuſatū. Atqui, dicat aliquis, hæc oratio ſuadet Athenienſibus, ut Haloneſum non accipiant, ſed recipiant, & controuerſia nominis torquetur: Aeſchines autem hæc Demoſthenem conſuluiſſe dicit Athenienſibus. Quid tum poſtea? Nihil. n. prohibet, quo minus idē conſilium & Demoſthenes & Hegeſippus Athenienſibus dederint. Nam & alioqui idem in repub. gerenda inſtitutum ſequebantur, & oratoribus Philippi ſtudioſis aduerſabantur. Meminit ipſe etiam Demoſthenes Hegeſippi, ut qui collega ſuus in obeunda legatione fuerit, & Macedoni ſeſe oppoſuerit. Perſpicuum igitur eſt, quum oratio Demoſthenis de Haloneſo habita non extare, ſed periiſſet: illos eam quæ inuenta eſt, illi attribuiſſe: hac reductos, quòd Demoſthenes orationem de Haloneſo habuiſſet: neque ſcrutatos eē diligētius, an hæc eē uideretur illa ſcripta p eū oratio.

DEMOSTHENIS, SIVE (VT LIBANIVS VVLT) HEGESIPPI ORATIO,

De Haloneſo, [redacted] interprete.

Profitetur ſe neglectis Philippi minis, liberè conſulturum reipub.

Propoſitio bipertita.

Narratio quid Philippus prætexat.

MInimè cōmittendū eſt, Athenienſes, ut pp̄ ea crimina q̄ Philippus, ius & cām ueſtrā defendentibus obiicit, à dādo uobis utili conſilio deterreamur. Nō ferendum enim fuerit, miſsis ab eo literis, liberè pro concione dicendi facultatem nobis eripi. Ego uerò, Athenienſes, primùm ea de quibus ſcripſit Philippus, ordine percurram. Pòſt, delegatorum oratione & ipſi dicemus. Philippus auſpicatur ab Haloneſo, eamq́; quum

ſua ſit,ſe uobis donare dicit:uos uerò iure eã repetere negat,quam dum ueſtra eſſet,neque ceperit,neq; nunc teneat. Ad nos etiam,quum apud ipſum legatione fungeremur,in hunc modum uerba fecit, Se inſulam hanc latronibus ereptam occupaſſe,equum eſſe igitur,ut ea ſua ſit. Neque uerò difficile eſt,hanc rationem ut iniquam, ei extorquere. Omnes enim latrones aliena loca occupãtes,eaq; munientes,inde alios infeſtant. Quod ſi quis latrones ultus eſt,& ſuperauit,non ſanè probanda dicat,ſi uideri uelit,ea quæ illi per iniuriam & aliis erepta tenuere,ſua fieri. Nam ſi hæc concedetis,quid prohibet,ſi quẽ alium Atticæ ditionis locum,uel Lemni, uel Imbri, uel Scyri,prædones inuaſerint,& aliqui eoſdem armis expulerint,quin ſtatim is quoque locus,in quo prædones fuerãt,quum ueſter ſit,illorum fiat,qui latrones ulti fuerint? Philippus autem nõ ignorat,iniuſta eſſe ea quę dicit: ſed quum id optimè norit,fucum uobis poſſe fieri ſperat per eos,qui cauſam ipſius ita hic acturi ſunt, ut ipſe uult, quod id & antè promiſerunt, & nunc etiam agunt. Præterea nec hoc eum præterit ſcilicet,per utrunque nomen, utro uti malueritis, uos inſulã habituros, ſiue accipiatis, ſiue recipiatis. Quid igitur eum mouet,quo minus iuſto uocabulo uſus,uobis reſtituat: ſed iniuſto, dono det? Non hoc utique,ut in uos contuliſſe beneficiũ uideri uelit (ridiculũ enim hoc beneficium fuerit) ſed ut Græcis oĩbus oſtendat,bene ſecum agi putare Athenienſes, ſi maritima loca à Macedone accipiant, Hoc uerò uobis, Athenienſes,non eſt committẽdum. Quum autem dicit, ſe de his uelle iudicio experiri,nihil aliud niſi uos deridet. primùm,quum poſtulat,ut Athenienſes, cum eo qui Pella oriundus eſt,de inſulis apud iudicem ambigant, utrum ueſtræ an illius ſint. Nam ubi ueſtra potentia, quæ Græcos in libertatem aſſeruit,maritima uobis loca tueri non poterit,ſed iudices,quibus re permiſſa, ferendæ ſentẽtiæ poteſtatem dederitis. hi uobis eas conſeruabunt, ſi tamẽ à Philippo largitionibus nõ corrumpentur: nõne uos, ſi hęc admiſeritis,ſine ulla controuerſia,continente, in uniuerſum ceditis,& omnibus hominibus oſtenditis, uos pro nulla re certamen cum eo ſuſcepturos,ſiquidem pro

Refutatio: Nõ iuſtè poſſideri, quæ extorta latronib. eripentur.

Periculoſũ eſſe Athenienſibus philippi ratiocinationẽ

Philippũ proditoribus fretum, iniqua poſtulare.

Philippum oſtentare ſuã potentiã, cum Atheniẽſium contemptu.

Non eſſe è dignitate Athenienſium, ut cum Macedone de inſulis in iudicio litigent.

Aliud caput orationis, de teſſeris.

Athenięſium autoritas imminuta.

Inſidiæ de eliciende confeſſione.

Potideatæ ſpoliati à Philippo.

maris imperio,in quo uos potentes eſſe gloriamini,non pugnabitis,ſed ſententiam iudicis expectabitis? Iam qđ ad teſſeras & pactiones attinet,ſe quoſdam miſiſſe ait, q eas facturi ſint:ratas tamen futuras,non ubi in ueſtra curia comprobatæ fuerint,quemadmodum lex: iubet, ſed quum ad ſe relatæ fuerint.ita ſe ueſtrę cognitionis iudicē autoremq́ facit.Nam in hoc uos anteuertere uult, & in teſſeris pro confeſſa conſtituere: ſe de factis circa Potidęam iniurÿs,à uobis tanquam lęſis nequaquam accuſari:ſed cõfirmari,iurè ſe eam & occupaſſe,& tenere. Atq quotquot Athenienſes Potidæę habitarunt,quanquã eis cum Philippo non bellum,ſed ſocietas erat, & iuſiurandum interceſſerat,fidemq́ Philippus Potidęæ habitantibus dederat:tamen facultatibus ſuis ab eo ſpoliati ſunt.

Nihil opus eſſe teſſeris Macedonibus aduerſas Athenienſes.

Vult igitur,ut undiq́ confirmetis,ſe de hiſce criminibus nec accuſari à uobis,nec ullis affectos eē uos iniurÿs,pſiteri. Nam Macedonib. teſſeris aduerſus Athenienſes nihil omnino eſſe opus,præteritũ tempus euidenti uobis argumēto ſit. Nec.n.uel Amyntas Philippi pater, uel reliq Macedoniæ reges:unquã teſſeras cum urbe noſtra fecerunt,quãuis tunc plura cõmercia: quã nunc, nobiſcũ eis intercederent.Nã in noſtra poteſtate erat Macedonia,& tributa nobis pendebat,& emporÿs tunc magis quã nunc,tã nos illorum quã ipſi ueſtris utebãtur: & iudicia mercatorũ non erãt ita accurata:ut hodie:q̃ ga ſingulis menſibus exercentur,efficiunt, ut tanto locorũ interuallo ſeiuncti,teſſetis nihil indigeãt.Sed tñ quum illis tēporibus tale nihil in uſu eſſet,non expediebat, ut teſſeris factis ad iura petenda, uel ex Macedonia Athenas, uel Athenis in Macedoniam nauigaretur: ſed ut nos cõtrouerſias illorum,ſic illi noſtris inſtitutis & legibus iudicari patiebantur. Scitote igitur,teſſeras iſtas fieri, ut uobis deinceps nullam eſſe cauſam probabilem Potideæ uendicandæ concedatis.

Tertiũ caput: Philippũ ſub prætextu piraticæ prohibēde, affectare maris imperium.

At de prædonibus,æquum eſſe inquit:ut qui piraticam in mari exercent,à uobis & a ſe cõmuniter pellantur.In quo non aliud quã hoc poſtulat,ut ſibi à uobis tradatur maris imperiũ : utq́ confiteamini, uos ſine Philippo,nec mare tueri & cuſtodire poſſe.Hãc etiam licentiam dari ſibi uult, ut quocunque nauigans,

inſulas ingrediens, ibiq́ deſidens, per ſpeciem arcendi p̄dones, inſulares corrumpat, & à ueſtra ſocietate & ditione abalienet. neq; contentus Macedonicos exules p̄ ueſtros imperatores Thaſum tranſportaſſe, reliquas etiam inſulas ſibi uendicare uult, mittēdis hominibus, q ſe noſtrorum ducum claſsi adiungant, tanquā cuſtodię maris cōſortes futuri. Sunt ſanè q dicant, nihil illi eſſe opus mari. At is qui mare negligit ſcilicet, triremes comparat, & naualia extruit, & claſſes mittere deſtinat, neq; paruos ſumptus facit in exercitationes naualis pręlij, quibus nihil habet antiquus. Hęc igitur, Athenieſes, an putatis Philippum concedi ſibi à uobis poſtulaturū, niſi & uos cōtemneret, & in iſtis, quorum amicitiā hic expetēdam et conciliandam ſibi duxit, ſummā fiduciā haberet? Quos non pudet Philippo uiuere potius, q̄ ſuæ patriæ, à quo ea munera quę accipiunt, ferre ſe domum putant, quum interim ea quę domi ſunt, uendant. Iam de pacis emēdatione, quam legati ab eo miſsi penes nos eſſe iuſſerunt, quia correximus id quod totius humani generis conſenſu iuſtū eſt, ut utrique ſua teneant: id ſe cōceſsiſſe negat, neq; hoc legatos ad uos dixiſſe: p̄p nullā aliam cauſam, niſi quod ab iſtis quibus amicis utitur, perſuaſum ei eſt, uos ea q̄ pro cōcione dicta ſunt, non meminiſſe. Atqui ſolum hoc obliti eſſe non poteſtis. Nam in eodē cōuentu & legati ad uos ab eo miſsi uerba fecerunt, & ſenatuſcōſultum ſcriptum eſt. Quare fieri nequit, quū in re pręſenti uerba facta eſſent, & poſt ea ſtatim ſenatuſconſultum recitaretur, ut uos iſtud decretum, quod in legatos mentiretur, ueſtris ſuffragijs comprobaueritis. Quare hoc nō cōtra me, ſed contra uos ſcripſit: uos ijs de rebus, de quibus nihil audiſſetis, reſpōſio dato, decretū illud ad ſe miſiſſe. Ac legati quidem ipſi, qui (ſi dijs placet) decreto fallebantur, quū ipſis de ſcripto reſponderetis, & eos hoſpitaliter inuitaretis, non auſi fuere prodire in publicum, ac dicere, Iniuriam nobis facitis, Athenienſes, & ea nos dixiſſe iactatis, q̄ non diximus, ſed taciti ſe proripuerunt.

Philippi nautici apparatus.

Inſectatio proditorum.

Quartum caput: De fœderis emendatione.

Philippum impudenter negare, quæ per legatos liberaliter conceſſerit.

Legatos coràm non queſtos eſſe de falſitate decreti.

Volo autem uos, Athenienſes, (nam Python, qui tum legatum agebat, apud uos in concione laudatus fuit) eorum uerborum quæ dixit, commonefacere. Scio enim

Pythonis concio apud Athenieſes habita.

uos ea meminiſſe. Fuerūt autē perquam ſimilia etiā hiſce Philippi literis. Nam dum in nos, qui Philippū criminamur, inueheretur, etiā uos incuſabat. Quum enim Rex incitatus eſſet ad bene de uobis merendū, & ueſtrā amicitiam præ cæteris Grecis in primis experiuiſſet, uos illius deſiderijs obſiſtere, calumniatorum orationē approbantes, qui eundē à quo pecuniam peterent, criminarentur: quū uerò illi tales orationes, quibus ipſe proſcindatur, uos oblectemini, allatę ſint, mutari eius animum, quòd illis inſidiari putetur, de quibus bene mereri decreuerit. Proinde uetuit, ne populares oratores pacem reprehenderent, nec enim eam eſſe diſſoluendā: ſed ſi in pacis conditionibus aliquid perperam ſcriptum uideretur, id corrigere iuſsit. Philippum enim facturum eſſe omnia, q̄ uos decreuiſſetis. Quod ſi oratores calumniari pergerēt, & ipſi tamen nihil ſcriberent, per quod & pax firmaret, & perfidiæ opinio a Philippo amoueretur talibus hominibus non eſſe auſcultandum. Hæc uos audientes, ꝓbabatis, & æqua poſtulare Pythonem dicebatis: & erant illa quidem æqua. Dicebantur autem non ut aliq̄d illi utile, aut ea pro quibus perficiendis magnam pecuniam dilargitus fuerat, è fœdere tollerentur: ſed à noſtratibus iſtis magiſtris prius edoctus illa fuerat, qui putabāt, fore neminem qui Philocratis, ꝑ quē Amphipolis perijt, decreto intercedere auderet. Ego uerò, Athenienſes, nihil contrarium legibus promulgare auſus ſum, ſed decreto Philocratis, quod cum legibus pugnabat. contraria ſcripſi: ut ego demonſtrabo. Nam ſenatuſconſultum Philocratis, quo uos Amphipolim ꝑdidiſtis, prioribus ſenatuſcōſultis aduerſabatur, per quę uos eam regionē obtinuiſtis. Ac illud quidē ſenatuſcōſultum Philocratis, erat legibus contrarium, neque fieri poterat, ut is qui leges in ꝓmulganda ſententia ſequeretur, ſenatuſconſulto cōtrario legibus, conſentientia ſcriberet. Quum aūt illis prioribus ſenatuſconſultis, quæ & legitima erant, & ueſtram ditionem tuebantur, conſentanea ſcriberem: cū legitima ſcripſi, tum Philippum coargui, eum & fucum uobis facere, & pacem emendari nolle, ſed id agere, ut oratoribus reipubli. ſtudioſis, fides apud uos abrogaretur. Ac

Qua ſpe Pytho tam prolixè cum Athenienſibus egerit.

Philocratis decretum abrogatum.

Quintum caput: De Amphipoli.

cum

eum emendationem fœderis, quam uobis permiſit, nunc à ſe ꝑmiſſam eſſe negare, omnes ſcitis, & Amphipolim ſuam eſſe dicere. Nam uos eam ſibi tradidiſſe, quum decerneretis, ut quæ iã tenebat, retineret. Enimuero uos tale quidẽ ſenatuſconſultũ feciſtis: ſed Amphipolim ipſius eſſe nunquã decreuiſtis. Teneri enim poſſunt ẽt aliena, & non omnes qui tenent, ſua tenent. Nam multi etiam aliena poſsident. Quare iſtæ illius argutiæ & captiones friuolę ſunt, & ineptę. Ac decreti quidẽ Philocratis meminit, ſed eius epiſtolę quã ad uos, dũ Amphipolim obſideret, miſit, oblitus eſt: in qua confitebatᷓ, Amphipolim eſſe ueſtram. & promittebat, ſi expugnaſſet, eã ſi uobis redditurum, ut quæ ueſtra eſſet, non eorum qui tum tenebant. Proinde qui prius Amphipolim quã Philippus expugnaſſet, incolebant, Athenienſiũ regionem habebãt. Sed eandẽ, poſtquam Philippus cœpit, non Athenienſiũ regionem, ſed ſuam tenet? Imò ne Olynthum quidẽ? nõ Apolloniam? non Pallenen, ut alienas, ſed ut ſuas regiones tenet? Nũquid uobis uidetur, cautè & circumſpectè ad uos omnia ſcribere, ut appareat eum & dicere & agere, quæ omnes homines iuſta eſſe fateantur? an potius hominum exiſtimationẽ è ſublimi deſpicere? qui regionẽ, quã Græci & Rex Perſarum pronunciarunt & confeſsi ſunt eſſe ueſtram, eam ſuam eſſe, & nõ ueſtram aſſeueret? Alterum caput, quod in fœdere emendaſtis, hoc fuit, ut Gręci, qui fœdere non continerentur, liberi eſſent, ſuiſq; legibus uiuerent: ac ſi quis eos inuaderet, ut fœderati illis opem ferrent. Nam & æquum hoc & humanum eſſe ducebatis, ut nõ nos ſolũ, ſociiq; noſtri, & Philippus eiuſq; ſocii in pace uiuerent: alii uerò, qui neque noſtri, neq; Philippi ſocii eſſent, in medio diſcrimine poſiti, à potentioribus perderentur: ſed ut hi quoq;, propter ueſtrã pacẽ eſſent incolumes, utq; nos, armis poſitis, reuera pacẽ ageremus. Quanquam autem hanc correctionem in epiſtola fatetur, ut auditis, & æquam eſſe, & à ſe recipi: Pheræis tamen urbem eripuit, & arci præſidium impoſuit, ut ſcilicet ſuis ipſi legibus uiuant: contra Ambraciam ducit exercitum: tres urbes in Caſſopia, Pandoſiam, Bucheta, & Elatiam, Eleorum colonias, exuſtis agris, oppi-

Amphipolim ex decreto Athenienſium, non eſſe Philippi.

Philippus confeſſus Amphipolum eſſe Athenienſium.

Sextum caput: De libertate Græcorum.

Græci à Philippo contra fœdus ſubacti.

diſq́ui ſubactis, Alexādri affinis ſui ſeruituti ſubiecit. Proinde uehementer cupit Græcos eſſe liberos, ſuiſq́ uiuere legibus, ut res ipſæ declarant. De pollicitationibus, quibus perpetuò uos obruit, tanquam ingentia in uos beneficia collaturus, ſe falſò à me accuſari, & apud Græcos ī inuidiā adduci dicit: quū uobis nihil unquā ſit pollicitus. Vſq́ adeò impudens eſt is ipſe, qui in ea epiſtola, q̄ adhuc in Curia habet̄, affirmabat, ſe nobis, aduerſarijs ſuis, ora obturaturum, ſi pax fieret, tot ſe beneficia in uos collaturū, quæ iam tum ſcripſiſſet, ſi ſciſſet pacem eſſe futuram. Nimirum bona illa quæ accepturi eramus, prōpta & expedita fuerunt, mō pax conciliaretur. At, facta pace, beneficia in nos conferenda, in uentos abierunt: tantaq́ Grçciæ uaſtatio conſecuta eſt, quantam uos ſcitis. Vobis aūt in præſenti epiſtola pollicetur, ſi & ſuis amicis & defenſoribus credatis: & nos, à quibus apud uos conuicijs proſcindatur, puniatis: ſe in uos fore beneficentiſſimū. At illa beneficia huiuſmodi erunt: neq́ ueſtra uobis reddet (ſua.n. eſſe dicit) neq́ dona ex orbe hoc habitabili promentur, ut ne apud Græcos in crimen ueniat: ſed ueriſimile eſt fore, ut aliqua alia regio, & alius aliquis locus ſubitò emergat, ubi uobis dona illa dentur. De oppidis, quæ uobis tempore pacis eripuit, fœdere rupto, & pace diſſoluta, poſtquam non habet quid dicat, ſed palā iniuſtè feciſſe conuincitur, de his iudicium æquæ & communi Curiæ pmittere ſe paratū eſſe dicit: quum ea ſola ſententiam iudicis non requirant, ſed ipſe dierum numerus ſit iudex. Omnes.n. ſcimus quo menſe, quotóq́ die pax facta ſit. Quemadmodum autē hæc ſcimus, ſic nec illa ignoramus, quo menſe, quotóq́ die Serrium caſtrū, Ergiſce, & Sacer mons capta ſint. Nō utiq́ res ſic geſtę, obſcuræ ſunt, ut diſceptatio requiratur: ſed notum omnibus, priorem fuiſſe menſem eum quo pax facta eſt, quā quo illa oppida capta ſunt. Ait aūt, quotquot in bello è ueſtris capti ſint, eos captiuos ſe uobis reddidiſſe, quum Caryſtium, procuratorem noſtræ urbis, cuius uiri repoſcendi gratia uos tres legationes miſiſtis, tam uehementer in ueſtram gratiā dimittere uoluerit, ut nec à ſe interfecti cadauer ad ſepulturam dederit. De Cherſoneſo q̄ ad

Septimum caput: uane Philippi pollicitationes.

ἀφωνάς

Irriſio pollicitationum Philippi.

Octauum caput: De urbibus tempore pacis ereptis.

Nonū caput De captiuis redditis.

uos ſcribat, examinare fuerit operæprecium, & prætereà & ea quæ agit, noſſe. Nam locum oẽm qui extra Forũ eſt, ut ſuum, & nihil ad uos attinentem, Apollonidæ Cardiã no fruendũ cõceſſit. Atq Cherſoneſi limites ſunt nõ Forum, ſed ora mõtani Iouis, q̃ eſt intra Pteleum (ulmũ) & albam Actam (littus) quo in loco inſtitutũ fuit, Cherſoneſum foſſa ducta diſterminare: id quod aræ inſcriptio montani Iouis indicat, his uerbis:

Decimũ caput: de Cherrone, o.

Locus extra Forum, ἔξω ἀγορᾶς

Cherſoneſi limites,

Limes ut in medio Leucæ, Pteleiq; uotetur,
Hæc eſt excellens ara ſacrata Ioui.
Ne populos turbet contentio, Iuppiter ipſe,
Rex ſuperum medius limite ſignat agros.

Hac igitur regione, quæ tanta eſt, quantam plerique ueſtrûm norunt, partim ipſe fruitur, partim alijs dono dedit, omnes que fundos ueſtros ſibi ſubijcit. Nec eam duntaxat regionem quæ extra Forum eſt, uobis eripit: ſed & in hac epiſtola ſcribit, uos oportere iudicio tranſigere cum Cardianis qui extra Forum habitant: cum Cardianis inquam, qui in prouincia ueſtra habitant, ſi qua uobis cum illis controuerſia ſit. Eſt autem illis controuerſia uobiſcum, atque ea num parua de re, conſiderate. Se regionem incolere dicunt quæ ſua ſit, & non ueſtra: & quicquid uos ibi poſsideatis, id uos poſsidere tã quam in aliena ditione partum: atquæ ipſi teneant, ſe tenêre tanquam fundos in ſua terra. Et hæc ueſtrum ciuẽ, Callippum Pæanienſem, ſenatuſconſulto promulgaſſe. In quo haud ſanè mentiuntur: promulgauit enim. Quem quum ego uiolatarum legum reum feciſſem, uos abſolui ſtis. Proinde id effecit, ut ea de regione controuẽſiã haberetis. Quòd ſi de hoc in iudicium uenire contra Cardianos non pudebit, utrum ea regio ueſtra, an uerò ipſorum ſit: cur non eodem etiam contra Cherſoneſitas reliquos iure utimini? Quin adeò contumelioſe uobis inſultat, ut aiat, ſi Cardiani uenire in iudicium recuſent, ſe eos coacturum, quaſi uerò uos ne Cardianos quidem adigere poſsitis, ad ea uobis præſtanda quæ iuſta ſunt, quod quum uos nequeatis, ipſe ſe illos ad id faciendum coacturum dicit. An non ingentia in uos beneficia confert? Nec deſunt tamen, q hanc epiſtolã bene

Philippi litera de Cardianis.

Controuerſia Cardianorum cum Atheniẽſibus.

Callipus Pæanienſis.

Nõ diſceptandum cum cardianis.

Philippum deridere Athenienſium imbecillitatem.

Proditores maiore odio eſſe dignos, quam Philippum hoſtem.

ſcriptam eſſe dicant: qui quidẽ maiore ueſtro, quam Philippus, odio digni ſunt. Is enim dum uobis in rebus omnibus aduerſatur, ſibiipſi gloriam & magnas opes acqrit. At quicunq;, Athenienſes quum ſint, beneuolentia Philippum, non patriam proſeqnuntur: hi, ut eorum malitia meretur, à uobis malè perdi debent: ſi modò uos cerebrum in temporibus, & non in calcibus conculcantum geritis. Reliquũ odhuc mihi eſt, ut & ad pręclaram iſtã epiſtolã, & dicta legatorum, tale reſponſum ſcribam, q & ęquum eſſe, & uobis profuturum exiſtimem.

Reſpõſum ad epiſtolam, huic orationi nõ inſertum.

LIBANII ARGVMENTVM ORAtionis de Cherſoneſo.

Summa orationis.

Cherſoneſus Clerucħ.

Cardiani.

Bellum.

Philippi litera.

HAc oratione Diopithes defenditur, & crimina illi apud Athenienſes obiecta diluuntur. Fuit. n. Thracia Cherſoneſus antiqua poſſeſſio Athenienſium: ac Philippi temporibus colonos è ſuis ciuibus illuc miſerunt, pro ueteri more ſuo, quo pauperes atque inopes ciues, in extera ſua oppida habitatum ablegabant, armis & uiatico è publico datis. Id quod nunc quoque factum eſt, miſſis in Cherſoneſum colonis, Diopithe cum imperio eis præfecto, Ac Cherſoneſitæ quidẽ reliqui, eos qui aduenerant, in ſocietatem ædium & agrorũ receperunt. ſed Cardiani quòd regionem ſuam tenere ſe dicerent, non Athenienſium, repulerunt. Hinc à Diopite Cardiani bello quum peterentur, ad Philippum confugiunt. Is igitur per literas Athenienſibus edicit, ne Cardianis, ſuis clientibus, uim faciant, ſed iurè agant, ſi quam ſibi factam eſſe iniuriã querãtur. Quod quum Athenienſes detrectarent, auxilia Cardianis mittit. Quam rem

Diopithis excurſiones.

Accuſatio Diopithis.

Defenſio Diopithis.

Adhortatio ad bellum.

Diopithes grauiter ferens, dum Philippus in mediterraneis ſupioris Thraciæ cum Odryſiorum rege bellum gerit, maritimam Thraciam, q̃ Macedoni paret, incurſionib. uexat, & populatur: ac antequam Philippus reuerteretur, regreſſus in Cherſoneſum, in tuta ſe recipit. Quare quum Philippus armis eum ulciſci non poſſet, per literas ducem illum apud Athenienſes, accuſat, ut qui omnino pacem uiolaſſet. Oratores igitur Philippi ſtudioſi, in Diopithen inuecti, ſupplicium de eo ſumi iubent. Eis Demoſthenes aduerſatur, ac duplici ratione Diopithen defendit. Enim. n. iniquè feciſſe quicquam negat. Nam quum Philippus longè prior pacem uiolarit, & urbi Athenienſium noceat, non iniuria hunc etiam ſe pro hoſte gerere: nec eſſe è republi. eum imperatorem ſupplicio affici: & eius exercitum dimitti, qui nunc Philippum Cherſoneſi aditu prohibeat. Denique ad bellum hortatur, & uehementer Philippum accuſat, ut iniurium & fœdifragũ, & Athenięſib. ſimul & reliquis Græcis inſidiantẽ.

CVIVS GENERIS SIT HAEC ORATIO.

*Quidam putarunt, hanc orationem ad iudiciale genus ptinere, quòd tum Diopithis defenſionem, tum Philippi accuſationem contineat. Sed Epiphanius Technicus, deliberatiui generis eam eſſe dicit, quod in dando conſilio, quàm accuſationi, diutius immoretur. Verius autem ita dicetur: ſi et reus & accuſator aſtitiſſent, rectè, cum hi in foro & iudicio uerſarētur, diceremus iudicialis generis eſſe orationem. Sed quia neque cauſa apud iudices agebatur, neque uel Diopithes aderat, uel Philippus: atque oratori non magis defenſio Diopithis & accuſatio Philippi propoſita fuerit, quàm illud, ut conſilium utile reipub. daret: rectè dicemus, orationē ſuaſorij eſſe generis. Exordium à beneuolentia & ſuæ perſonæ commendatione ducitur. Poſtquam enim alterum accuſat, alterum defendit, odij atque amicitiæ ſuſpicionem diluit, * dum alios officij cōmonefacit.*

DEMOSTHENIS DE CHERSONESO ORATIO, [redacted] interprete.

διὰ τῆς πρὸς ἑτέρους ἐναντιώσεως.

AEquū eſſet, Athenienſes, ut oratores ueſtri oēs, neq; odio impulſi, neq; ad gratiam cuiuſq; uerbum ullum loquerētur, ſed quod quiſq; optimū duceret, id ꝑferret: uobis p̄ſertim de publicis magniſq; negotijs deliberantibus. Sed quia nonnulli aliàs emulatione, aliàs quacunq; tandem de cauſa, ad dicendū impelluntur: ueſtri, Athenieſes, officij eſt, ut alijs rebus omnibus omiſſis, quæ futura eſſe putatis è repub. ea & decernatis, & exequamini. Agitur aūt nunc de Cherſoneſo, & expeditiōe illa, qua philippus ſuſcepta, undecimū iam in Thracia menſem uerſatur. Sed pleræque orationes de rebus geſtis Diopithis, & conatibus habentur. Ego uerò de criminibus, quæ illis, quos in ueſtra poteſtate eſt, quando uoletis, punire ex legibus, obijciuntur, nihil referre arbitror, ſiue nunc, ſiue mora aliqua interpoſita deliberetis: neq; eſſe neceſſarium, ut uel ego uel quiſquam alius, ea de re magnam contentionem ſuſcipiat. Quæ uerò Philippus, noſtræ ciuitatis hoſtis, magnasq; copias circa Helleſpontum habens, occupare, uobisq; præripere conatur: quę que nos, occaſione ſemel neglecta, recuperare atq; reſtituere in integrum nunquā poterimus: de his expedit opinor quamprimum & decerni, & paratos eſſe: neque ea ꝑ turbas aliarū rerum & cri-

Vtiliſsima reip. tum dicē da, tum decernenda.

De ulciſcendo Philippo, quàm de Diopithe puniendo, magis eſſe cogitandum.

minationes ſubter fugienda ſunt. Quanquã autẽ multa q̃ apud uos dici ſolent mirer, dudũ tamẽ uel in primis eũ demirabar Athenienſes, quẽ in ſe natu dicentẽ audiebã; decere omnino conſulentem, ut planè uel bellum gerere uel ſeruare pacẽ iuberet. Sic aũt ſe res habet, ut ſi Philippus quieſcit, neq; rupto fœdere quicquã uobis ereptum tenet, neque omnes homines conſpirationẽ inita, cõtra uos armat, concitatq́;, nihil dicẽdum ſit, quo minus pax ſine dubitatione retineatur. Et quod ad uos quidem attinet, parata eſſe oĩa uideo. At ſi quæ nos iurauimus, & quibus conditionibus pacem iurauimus, ea in cõſpectu ſunt, & relata in tabulas: Philippũ uerò cõſtat, antequã Diophites cum colonis (in quos concitati belli crimen nũc cõfertur) hinc ſolueret, multa uobis per iniuriã eripuiſſe (quibus de rebus ſenatuſcõſulta hæc ueſtra, eáque rata, extant, quæ illum accuſent) & omni reliquo tempore continenter tũ cæteris Græcis, tum Barbaris ſibi coniungendis, nihil aliud agere, niſi bellũ moliri contra uos: q̃d eſt cur iſti dictitent, planè eẽ uel gerendũ bellũ, uel pacẽ retinendã? Nec.n. utrũ uelitis, optio datur: ſed illud oĩum operũ iuſtiſſimũ uobis, maximéq; neceſſariũ relinquitur, quod iſti de induſtria tranſiliunt. Quod nã illud eſt, ut eum ulciſcamur, qui prior bellũ nobis intulit. Niſi fortè illud dicunt, dum abſtineat Attica Piræcóque Philippus, eum neq; uiolare urbem, neq; bellum facere. Qui, ſi ius & æquum iſta regula metiũtur, & iſtos pacis huius limites conſtituunt: eos utiq; nec æqua nec ferenda dicere, nec tuta uobis, perſpicuũ eſt omnibus. Præterea his ipſis uerbis ĩjdem Diopithẽ, quẽ accuſant, omni crimine liberant. Nã q̃ conuenit, ut Philippo q̃dvis agendi licentiam demus, mõ Atticam non inuadat: Diopithem uerò nec Thracibus opitulari ſinamus: aut ſi opituletur, concitare bellum dicamus? Sed hæc ſcilicet exagitantur: non ferenda ſunt quæ agunt mercenarij milites, quum Helleſpontum populantur: & iniuſtè facit Diopithes, qui piraticã exerceat nauigĳs intercipiendis, neq; hoc eſt ei permittendũ. Eſto: fiant hæc, nihil cõtradico. Verũtamen decere arbitror, ſi reuera & ex animo iſta conſulunt, æquitatem q; ſpectãdã putãt, ut, quẽ

Perſtringit ſe natoris cuiuſdam dictum.

Philippum hoſtẽ eſſe iudicandum.

Vis ui repellenda.

Inuerſio argumenti aduerſariorum: ...

Cõceſſio cum refutatione.

admodũ cõſtitutas noſtræ urbis copias diſſipare conã-tur, ducẽ earũ, ſuáq; induſtria parta ſtipendia ſoluentem, apud uos calũniando: ita oſtendant, ſi uobis hæc perſuaſa fuerint, ẽt Philippi exercitum dilapſurum. Quod niſi demõſtrarint, nihil aliud eos agere cogitate, niſi ut denuò reipub. nr̃æ fortuna ſit eadẽ, qua ſuperiori tpe factũ eſt, ut oẽs noſtræ opes interirent. Scitis .n. profectò, nihil omnium rerum tã profuiſſe Philippo ad noſtrã urbẽ ſuperãdã, q̃ q; prior omnes occaſiones arripuit. q cũ ſemper expeditũ circũ ſe atq; inſtructũ exercitum habeat, et quid facturus ſit, iã antea deliberarit: derepentè quos libitum eſt, aggreditur atq; opprimit. Nos uerò, ubi iam aliqd factũ eſſe audiuimus, tum demum tumultuarum, & bellũ paramus. Quare, ut par eſt, ita ſit, ut ipſe, q̃ occupauit, cũ ſummo ocio teneat: nos actum, quod aiunt, agamus, & fruſtra impenſas ſumptusq́; omnes faciam⁹ oſtenſis quidem inimicitijs, & eius conatibus obſiſtendi uoluntate prodita: ſed neglectis occaſionibus, & rebus infectis, dedecus etiã inſuper ſuſcipiamus. Ne igitur ignoretis, Athenienſes, etiam nunc cætera uerba eſſe atque prætextus: hoc uerò agi, & omni ratione ſtrui, ut dum uos domi maneatis, & nullæ noſtræ urbis copiæ foris ſint: per ſummum ocium, quæcunq; uult Philippus conficiat. Videte primũ, quid in præſentia fiat, Nunc ille cũ magno exercitu in Thracia uerſatur, & magnas uires, ut præſentes hi dicunt, accerſit è Macedonia & Theſſalia. Quòd ſi expectatis Eteſijs, Byzãtium aggreſſus fuerit, & obſederit, primũ an putatis fore, ut Byzantij in eadẽ qua nunc ſunt amentia maneant, & uos non accerſant, auxiliaq́; ueſtra non poſtulent? Equidẽ non opinor: ſed ſi qbus minus ẽt fidunt q̃ uobis, eos quoq; potius in urbem recipient, quàm urbẽ illi tradant, niſi ui prius occupant. Cũ uos igitur hinc nauigare nõ poteritis, illic nulla præſidia parata erunt: nihil obſtabit, quo minus intereãt. At intẽperanter agitant hoíes illos, nec ad illorũ amentiam addi quicquã põt? Omnino: ſed incolumes tñ eos eſſe oportet. id enim eſt è republica. Præterea ne illud quidem compertum habemus, fore ut Cherſoneſum non inuadat. Sed ſi ex eius epiſtola, quam ad uos mi-

Magni referre mature ad bellum paratum eſſe.

Quæ pericula Athenienſibus immineant, ſi ſint imparati.

Byzantium contra Philippum defendendum.

Cherroneſus

etiã à Philippo imminere periculum.

ſit, iudicandum eſt, ulturum ſe ait milites Cherſoneſitanos. Proinde ſi exercitus hic iam conſtitutus, retinebitur, et regionem tueri noſtram poterit, & illius ditionem nonnihil infeſtare. Sin ſemel perdetur ac dilabetur, quid agemus, ſi Philippus Cherſoneſum inuaſerit? Diopithẽ in iudiciũ adducemus ſcilicet? Sed quid ea re ꝓficietur? At ipſi hinc auxilia mittemus? Quid uerò, ſi uẽti nos impedierint, ut nauigare nequeamus? At nõ ueniet credo? Quis uerò huius rei ſponſor eſt? Nunquid cernitis & cõſideratis, Athenienſes, imminens anni tempus, ſub qđ nonnulli exiſtimant. Helleſpontum ueſtris præſidijs deſtitutum, tradi oportere Philipppo? Quid uerò ſi Thracia relicta, ne quidem ad Cherſoneſum acceſſerit, aut Byzantiũ (nã & hęc conſiderare debetis) ſed Chalcidẽ aut Megara inuaſerit, eodem modo quo nuper Oreum? Vtrũ ne pręſtabit hic illi occurrere, ac permittere ut bellum ad Atticæ fines accedat an uerò id machinari, ut illic alijs negotijs detineatur? Ego quidem hoc præferendũ cenſeo. Omnes igitur, his cognitis & conſideratis, exercitum, quem Diopithes in reipub. præſidiũ comparare conatur, nõ adducere in inuidiam, necꝫ id agere ut diſsipetur: ſed ipſi ẽt alias maiores uires adijcere debent, tum ſuppeditanda pecunia, tum cæteris rebus ritè adiuuando. Nam ſi quis Philippũ percontetur: Age dic, utrũ malles iſtos milites, quos nũc Diophithes habet, quales quales ſint (nihil.n. contradico) pollêre, & in gloria eſſe apud Athenienſes, atcꝫ eorum numerũ, uires ſuas reipub. conferente, augeri: an uerò propter quorundã calumnias & accuſationes diuelli, ac interire? Poſterius hoc, opinor, ſed uelle reſpõderet. Quę igitur Philippus à dijs immortalibus p̃caret, ea noſtrûm quidã hic moliuntur? Et quęritis adhuc, qua de cauſa noſtra ciuitas peſſum ierit? Velim aũt liberè uos ſtatum noſtræ urbis præſentem examinare, & conſiderare, quid ipſi faciamus nunc, & quomodo res adminiſtremus. Nos necꝫ tributum conferre uolumus, nec ipſi militare audemus, necꝫ publica pecunia abſtinere poſſumus, necꝫ aſsignatã Diopithi pecuniã pendimus, nec q̃ ipſe ſua induſtria compararit, laudamus: ſed inuidemus, & ſpeculamur, unde & quid ſit facturus: alia denique

Metuẽdum, ne Philippus ad Atticã propè accedat.

Exercitus Diopithis Philippo moleſtus reipub. utilis.

Accuſatio peruerſitatis Athenienſium.

In hunc modum agimus omnia. nec, quum his animis ſimus, noſtrum negocium agere uolumus: ſed quum uerbis eos laudemus, qui pro dignitate reipub. dicũt, reipſa cum horum aduerſarijs nos coniungimus. Proinde quẽadmodũ uos eum ſubinde qui ſuggeſtum conſcendit, rogitare ſoletis. Quid igitur faciendum eſt? ſic ego uos interrogabo, Quid igitur eſt dicendũ? Nam ſi uos neq; tributum conferetis, neq; ipſi militabitis, neq; publicæ pecuniæ parcetis, neq; conſtitutã Diopithi pecuniã numerabitis, nec quę ipſę ſibi cõpararit reliquetis, neq; ueſtrũ negocium agere uoletis: non habeo quid dicã. Nam ſi iã tantam licentiam criminari & calumniari uolẽtibus datis, ut illis quoque de rebus, quas acturum eum eſſe aiũt, antequam fiant, accuſantes audiatis, quid aliquis dicat? Quid uerò his rebus proficiatur, ueſtrũ quibuſdã eſt cognoſcendũ, idq; ego liberè dicã: nec enim poſſum aliter.

Quid agẽdũ. Quid dicẽdũ.

Diopithẽ propter calumniatores, commeatũ amplius nõ habiturum.

Quotquot ueſtri duces è ueſtro portu unquã ſoluerũt, hi omnes (aut ego me quo uis ſupplicio dignũ fatebor) & à Chijs, & ab Erythręis, & à quib. quiſque potuit (his dico qui Aſiam incolunt) pecuniam accipiunt. accipiũt autem qui naues habent ſingulas, aut binas, minorẽ: maioribus inſtructi copijs, maiorem. Dant autẽ, quicunque dant, ſiue parum ſiue multum, non gratis & fruſtra (nec enim ita inſaniunt) ſed illa pecunia redimũt ſuorũ mercatorum ſecuritatẽ, ne illi à militibus uiolẽter, aut ſpoliẽtur, ſed ut incolumes ſuæ naues deducantur. Aiunt autẽ eam pecuniam benignitate et ſtudio ueſtri dare ſe, idq; nomẽ huiuſmodi largitionibus accomodatur. Iam igitur etiam Diophiti minimè dubium eſt, exercitum habenti, quin iſti omnes pecuniam daturi ſint. Nam unde aliàs eũ, qui nec à uobis quicquã accepit, nec ipſe habet unde ſtipendia ſoluat, milites alere putatis? Num de cœlo? Minimè id quidem. ſed his prouentibus, quos congregat & emẽdicat & mutuatur, eos ſuſtentat. Quare qui eũ apud uos traducunt, quid illi agunt aliud, niſi quod omnibus denũciant, ne quid ei dent: ut qui pœnas daturus, ſit non eorum modo facinorum, quorum ipſe uel autor uel adiutor extiterit, ſed horum etiam quæ facturus fuerit? Huc pertinent iſti ſermones: Obſidione cinget, Græcos hoſti-

Emolumenta ducum.

Coacta liberalitas.

In calumniatores Diopithis.

Diopithi non dandum eſſe ſucceſſorem.

bus obĳcit. Nunquid.n. iſtis curæ ſunt. Aſiam incolẽtes Græci? Maior igitur eorũ uirtus eſt ad conſulendũ alĳs, q̃ ad patriã defendendã. Atq; hoc ſcilicet illud eſt, ſi in Heleſpontum mittatur alius imperator. Nam ſi grauiter peccat Diopithes, parua, Athenienſes, parua tabella, hæc omnia prohibuerit: leges'q; iubent, eos q in hũc modum delinquunt, publicè accuſari: tantis uerò ſumptibus, tot triremibus cuſtodiri à nobis nequaquã. Nam ea quidem eſſet extrema inſania. Contra hoſtes qui legibus coherceri nequeunt, milites cõſcribendi ſunt, & mittendæ triremes, & pecunia conferenda: idq; neceſſariò fit. At ubi cum ciuibus res eſt, ſenatuſconſulto, publica accuſatiõe, tributis iudicĳs, tota res cõficit: nec pluribus eſt opus. Hęc prudentium hominum officia ſunt. at quę iſti agunt, inſultantium, & negotia corrumpentium. Ac iſtorum quidẽ nonnullos eſſe tales, quanquam ferendũ grauiter, non tamen grauiter eſt ferendum: ſed hoc potius, uos in hoc cõſeſſu ita iam eſſe animatos, ut ſi qs pro concione dixerit, Diopithem eſſe, aut Charetem, aut Ariſtophontem, aut quemuis ciuium, cui mala omnia accepta ferenda ſint, ſtatim aſſentiamini, & eius orationi applaudatis. At ſi quis progreſſus in mediũ, uera dicat: Nugas agitis, ò Athenienſes: Malorum omniũ & rerum harum Philippus eſt caput: qui, ſi quieuiſſet, nihil negotĳ eſſet reipub. non quidẽ uera eum dicere, negare poſſetis: ſed grauiter laturi tñ uidemini, atq; exiſtimaturi, eum ueluti cladẽ afferre. In cauſa hoc eſt (ſed oro per deos, ut q̃ ad ueſtrã ſalutem pertinent, liberè dicere mihi liceat) iã olim quidã reipub. gubernatores ita uos parauerunt, ut in concionibus metuendi ſitis, & acres: in bellicis uerò apparatibus remiſſi, & aſpernandi. Si quis igitur autorẽ malorũ eum eſſe diceret, quem ſciretis inter uos poſſe comprehendi, aſſentiremini utiq;, & uelletis. at ſi quis eũ deſignet, qui niſi uictus armis, affici ſupplicio nõ poteſt, neſcitis opinor quid ſit agendum, ſed uos coargui moleſtè fertis. Atqui dicebat, Athenienſes, diuerſum fieri: ut magiſtratus uniuerſi uos aſſuefacerent, in concionib. ad clementiam & humanitatem (nã in his de iure ueſtrorum ciuium & ſociorum agitur) in apparandis uerò bel

Athenieñſium credulitas & negligentia.

Philippus, non duces accuſandi.

Imò improbitas & ſtulticia hominum meretur talẽ correctorem.

Athenieñſes in concionib. feroces, in bello gerendo futiles.

Philippus armis uincẽdus.

lis metuendos uos & acres efficerent. Ibi.n.cũ hoſtibus & aduerſarijs res eſt. Nunc, dum uobis aſſentanẽ, & mirabilibus artificijs atq; obſequijs ueſtram gratiam aucupantur, id uobis contulerunt, ut in concionibus factũ prę uobis feratis; & ab adulatorib. nihil audiatis, niſi quod auribus blanditur: res uerò eo redierint, & hi negociorũ ſint euentus, ut de ſalute & incolumitate pericliteminis Agite uerò, per Deos immortales, ſi Græci à uobis tarũ occaſionum, quas p ignauiam modò amiſiſtis, rationes repoſcerent, uoſq; interrogarent: Subinde, ô Athenieñſes, legatos ad nos mittitis, dictitantes, Philippum nobis & Græcis omnibus inſidiari, & hominẽ eſſe cauendum, & ſi qua ſunt eius generis alia: neceſſe erit nos aſſẽtiri, & fateri, Faciamus enim hęc. At ô mortalium omniũ ignauiſſimi (dicẽt) quũ homo iſte perpetuos decẽ mẽſes abeſſet, ita & morbo & hyeme & bellis interclusus, ut domum regredi omnino non poſſet: uos nec Eubœam in libertatẽ aſſeruiſtis, nec ueſtrarũ opum quicquam recuperaſtis. Ipſe uerò dum uos domi ſedetis, dum ocium agitis, dum ſani eſtis (ſi qui tamen his factis ſani dicendi ſunt) duos i Eubœa tyrannos conſtituit; quorũ alterum ẽ regiõne Atticę tãquam propugnaculũ oppoſuit, alterũ ad Sciathũ collocauit. At uos ne hęc quidem (ſi qdẽ nihil aliud uelletis) impediuiſtis, ſed conuenientes, de iure utiq; ueſtro illi conceſsiſtis, ut iam nemini dubium eſſe poſsit, etiã ſi Philippus decies moreretur, uos nihilo magis commotũ iri. Quorſum igitur legatos mittitis? cur accuſatis? quid negociũ nobis faceſsitis? Hæc ſi dixerint, qd afferemus, aut reſpondebimus, Athenienſes? Ego quidẽ nõ uideo. Sũt autem qui putent ſe oratorem ita redarguere, poſtquam interrogarint, Quid'nam igitur agendũ eſt? Quibus ego ſumma æqtate, ueriſsimeq; ſic reſpondebo. Hęc non agenda ſunt, quæ nunc agitatis: et tamen ſingulatim et accurate omnia dicam, modò illi ut prompti ſunt ad percontandum, ita & ad rẽ gerendã ſint alacres & parati. PRIMVM, Athenienſes, perſuaſum omnino habere debetis, Philippum ciuitati noſtræ bellum intuliſſe, pacem'que uiolaſſe: quare de his deſinite uos inuicem accuſare. Hoſtẽ eſſe prętere a toti urbi, & ſolo urbis ad-

Quomodò Athenieñſes p Græcis accuſari poſſint.

Conſilium argutiſsimum, & uerißimum.

Philippus hoſtis iudicãdus

ſtam etiam, omnibus hominibus qui in urbe degunt, atque illis in primis, qui ſe in maxima eſſe apud eum gratia putant. Quod ſi creditu difficile uidetur, intueantur Euthycratẽ & Laſthenem Olynthios. qui, cum ei eſſe intimi uiderentur, poſtquã urbẽ prodiderunt oium peſſimè perierunt. Nulli tamen rei tã infenſè aduerſatur, atq; inſidiatur, ut libertati noſtræ urbis: nec in quicquã aliud tãto ſtudio incumbit, quã ut hanc demoliatur. Idq;, nunc quidem, nõ ſine ratione propemodum agit. Satis. n. hoc perſpectum habet, etiã ſi cæteros omnes ſuæ dominationi ſubiecerit, ſe tamẽ nihil ſecuré conſtanterq; tenere poſſe, dũ uos libertate fruamini. Nã ſi qui caſus aduerſus inciderit (quales homini euenire multi poſſunt) omnes qui iam ui ſubacti, illi parent, fore ut ad uos confugiant. Ita enim res habet: non ea ueſtra ingenia ſunt, ut ipſi aliĳs ui oppreſsis, imperia teneatis. at in eo magnę ſunt uires ueſtrę, ut alium potiri principatu prohibeatis, aut eo potitũ exturbetis. Denique affectantibus imperium faceſſere negocium, & omnibus hominibus libertatem reſtituere parati eſtis. Non igitur uult, libertatẽ noſtram ſuis imminere occaſionibus. multum abeſt ut hoc uelit, cum rẽ nõ malé, nec ſegniter conſideret. Primũ igitur ob hoc exiſtimandum, eſt hoſtem illud eſſe reipub. ac libertatis irreconciliabilem. Niſi enim hoc animis ueſtris infixum ſederit, rerum curam ſerió ſuſcipere non uoletis. Secundo loco illud certó ſciendum eſt, omnia quæ molitur & apparat nunc, ad urbem noſtram oppugnandam pertinere: atq; ubicunq; aliquis eum ulciſcetur, id pro defenſione ueſtra futurũ eſſe. Neque. n. quiſquam ueſtrũ ita ſimplex eſt, ut Philip. exiſtimet mala illa in Thracia (nã quo alio noie appelles Drongilũ, & Cabylen, & Maſtirã?) & ea quæ nunc expugnat, ſibiq; ſubĳcit, cupere, utq; illa obtineat, & labores & hyemes & extrema pericula ſuſtinere: Atheniẽſium ueró portus, & naualia, & triremes, argentifodinas, & tãtos prouẽtus non cupere? aut paſſurum, ut uos iſta teneatis: cum propter panicum & ſiliginem in Thracĳs cuniculis defoſſa, in Barathro non dubitet hybernare? Non ita eſt. Sed & illa, ut his potiatur, & cætera omnia molitur. Quid igitur? Prudentium ho-

Philippus democratiæ, id eſt libertatis inimicus.

Athenienſes libertatis aſſertores.

1 *Hoſtis.*

2 *Accerrimus inſidiator.*

Legiones alẽdæ.

minum, eſt quum hæc ſciant & cognorint, inſignem iſtã pernicioſamq́; ſocordiam deponere, & pecuniam cõferre, idemq́; ut faciant à ſocijs petere, ac prouidere atq; agere omnia, cõſtitutus iſte exercitus ne dilabatur: ut quẽadmodum ille paratas legiones habet ad uiolandos & ſubigendos oẽs Græcos, ita uos legiones habeatis ad ſeruandos omnes & tuendos paratas. Nam auxilijs mittẽdis, & milite tumultuario, nunquam poteſt quicquã rectè perfici. Sed conſcribendæ legiones ſunt, & cõmeatus illis ſuppeditãtibus, & publici quęſtores deligẽdi, & q̃ fieri põt diligẽtiſsma cõſeruãdę pecunię ratio eſt iẽũda. His factis pecunia à quæſtoribus, rerũ geſtarũ rationes à duce repoſcent. Quod ſi hæc uobis cordi fuerint, ſi hæc ſuſceperitis, reuera licebit iuſtã habere pacẽ, & Philippũ domi ſe continere cogetis, quo maius bonũ nullum eſſe queat: aut ęquo Marte bellũ geretis. Si qs uerò hęc ſine & magnis ſumptibus, & multis laboribus poſſe cõfici nõ putat, rectè omnino putat. Sed ſi idẽ cõſideret, q̃ pericula urbi impẽdeãt, niſi ita fecerimus: inueniet expedire, ut ultro qđ fieri debet, faciamus. Nã ſi qs deorũ uobis ſponderet (nec. n. mortaliũ ulli tãta de re fides adhiberi tutò poſſet) ſi quieueritis, & omnia neglexeritis, eũ tandem in uos ipſos impetum non eſſe facturum: turpe quidẽ certe, ô Dij immortales fuerit, atq; indignũ, tũ uobis, tũ florẽte republica, tũ rebus geſtis maiorũ, ob priuatũ ueſtrum ocium reliquos Gręcos oẽs deſertos obijcere ſeruituti. Ac ego qui dẽ ipſe malim emori, quã talis alicuius autor eſſe conſilij. Verũ ſi quis alius talia dicit, et uobis pſuadet, eſto ne, defendite uos, abijcite omnia. Sin hoc cõſultum eſſe nemo putat, contraq́; præſcimus omnes, quãto plura eum ſibi ſubijcere permiſerimus, tãto cũ grauiore & potentiore hoſte nobis fore confligendum: quid tergiuerſamur, aut quid lentè agimus? aut quando, Athenienſes, rerum curã ſuſcipiemus? Tum credo, cum ingruerit aliqua neceſsitas? Atqui ea neceſsitas, quam homo liber ita nominet, non tantum iam adeſt iampridem etiã præterijt. Seruilis uerò neceſsitas ne ingruat, utique eſt optandum. Quid uerò intereſt? Hominem liberum hęc maximè neceſsitas urget, ſi res temerè, & cum dedecore

Sumptus et labores nõ fugiendi.

Saltẽ Græcos defendendos eſſe.

In ſummo ipſos Athenienſes periculo uerſari.

Amarulenta conceſsio.

Neceſsitas liberi hominis & ſerui.

adminiſtrentur. hac ego maior quæ neceſsitas ſit dicenda, neſcio. Seruo autem plagæ & corporis excarnificatio, quæ abſint ut fiant, & dictu indigna ſunt. Quanquã autem reliqua omnia libenter dixiſſem, & oſtendiſſem quo pacto uos aliqui magiſtratuum circumuenire ſoleãt, cætera miſſa faciam. Sed cum primum aliqua mentio fit Philippicarum rerum, quidam ſurgens dicit, Pace frui quàm optabile eſt? magnum exercitum alere quàm moleſtũ? Diripere quidam ærarium uolunt, aliaq́ſimilia uerba, quibus uos remorantur, & illi occaſionem præbent, ſuo arbitratu per ocium quiduis peragendi. Ita fit, ut uos ocium adipiſcamini, atque in prǽſens nihil agatis: (quæ uereor, ne uobis aliquando magno conſtitiſſe credituri ſitis) iſti uerò gratiam ueſtram auferant, & harum rerũ mercedem. Ego uerò ſuperuacaneũ eſſe puto, uobis ſuadere pacem, qbus iam perſuaſum id eſt: ſed illi ſuadendũ. hoc eſt, qui bellis gerendis occupatur. Cui ſi perſuaſum fuerit, in uobis nulla mora eſt. Difficilia autem habenda ſunt, non quæ tuenda ſalutis gratia inſumpſerimus, ſed ea quæ patiemur, ſi hæc facere noluerimus. Direptio porrò pecuniæ, diligenti cura & conſeruatione prohibenda eſt. non neglectu & abiectione utilitatis. Ego uerò Athenienſes, hoc ipſum ǽgrè fero, ſi pecuniæ direptio (quã ut tueri, ſic peculatores punire, penes uos eſt) quibuſdã ueſtrũ eſt moleſta, Philippus autem, qui totam Græciam ordine diripit, & ueſtro malo diripit, non eſt moleſtus.

Inſectatio eorum qui pacis quæ nulla eſt conſeruandæ ſtudium ſimulant.

Stultum curare pecunias, homines negligere.

Quæ igitur cauſa tandem eſt, Athenienſes, cum Philippus ita manifeſtè bella gerat, per iniuriam graſſetur, urbes occupet: ut iſtorum nemo unquam dixerit, eũ iniuſtè agere, bellumq́; facere: ſed ut concitati belli crimen illis duntaxat impingant, qui conatibus illius obſiſtendũ, & libertatis defenſionem ſuſcipiendam eſſe ſuadent? Ego docebo. Volũt, ſi quas è bello moleſtias ceperitis *, irã, quã cõcipere ſoletis, in eos cõuerti, qui uobis utiliſsima dicunt, ut hos cauſam dicere cogatis, non Philippũ ulciſcamini: atque ipſi & accuſent, & ſua facinora, quæ nũc patrant, impunè ferant. Hoc illud eſt quod dicunt, uelle quoſdam apud uos excitare bellum. hinc illa oritur altercatio atque interceſsio. Ego uerò certò ſcio, Philip-

Perſtringit Philippi proditores.

** In 4 Philippica additur (Neceſſe. n. neceſſe eſt ori*

pum, cum nemo Athenienſium bellum decreuiſſe, tum alia multa quę noſtra fuerunt occupaſſe, tum nunc auxilia miſiſſe Cardianis. Si nos igitur diſsimulare uolemus, ab eo nos bello peti: mortalium omnium ſtolidiſsimus eſſet, ſi ipſe id coarguere uellet. Sed quum nos ipſos inuaſerit, quid tum dicemus? Ipſe enim ſe nobiſcum bellū gerere negabit, quemadmodum & Oritis fecit, cum milites in eorum agro eſſent: & Pheræis, priuſquam mœnia oppugnaret: neque cum Olynthijs ſtatim in principio ſe bellum gerere pro feſſus, eſt donec in ipſa regione adeſſet cum exercitu. Num tum quoque bellum illos concitare dicemus, qui propulſare uim iubebunt? Hoc igitur ſupereſt, ut ſeruiamus. Nec enim medium quicquam eſt, ſi nec uis propulſetur: nec ab hoſtibus ocium concedatur. Neque uerò nos in pari cum cæteris periculo ſumus. Neque enim urbem ſubigere uult Philippus, ſed penitus excindere. quia ſatis intelligit, uos ſeruire neq; uelle: neque ſi uelletis, poſſe. nam imperare conſueuiſtis: atque occaſione oblata, ſibi plus negocij poſſe faceſſere, q̃ reliquos homines uniuerſos. Proinde ſic ſtatuẽdū eſt, nobis eſſe de excidio aut incolumitate reip. dimicãdū: q́q; ſe illi uendiderūt, & odio ꝓſequẽdi, & in cruciatū abripiẽdi sūt. Nō.n. fieri, non fieri pōt, ut externi hoſtes ſuperenť, niſi prius domeſticos hoſtes punieritis, qui illi ſubſeruiūt: ſed neceſſe eſt, ubi ĩ hos, tãquã ſcopulos quoſdã, impegeritis, ut illi uobis anteuertãt. Nam cur eū ito fero citer & contumelioſe uobis inſultare nunc putatis? (nihil enim aliud mihi quidem facere uidetur, niſi hoc) & cum alios benefaciendo, ſi non aliud, ſaltem ſeducat, uobis iam ẽt minitari? Veluti Theſſalos multis datis muneribus, in p̃ſentẽ hãc ſeruitutẽ pellexit. Neq; dicẽdo quiſquã conſeq pōt, q̃ uarijs artibus miſeros Olynthios, data prius Potidæa, multis 'que alijs deceperit. Thebanos etiam nunc ad ſe allicit, ſibiq; obnoxios facit, tradita Bœotia, poſteaquam eos magno grauiq; bello liberauit. Itaque hi omnes dum aliqua commoditate fruuntur, alij iam perpeſsi ea ſunt quæ omnes norunt, alij, quic quid tandem contigerit, pacientur. At uos, ut quæ perdideritis, taceam: id ipſa pacificatione, quoties decepti? q̃

ri multas è bello calamitates.

Athenieñsibus non ſeruitutẽ ſed excidium eſſe metuendum.

Proditores è medio tollẽdi

Philippum ꝓditoribus fretum, Atheniensibus inſultare.

Reliquõ Græci beneficijs inescati.

Athenienſes ſpolia

multis ſpoliati eſtis? Non'ne Phocēſibus? nōne Pylis? nōne Thracia, Doriſco, Serrio, Cerſoblepte ipſo? nōne nūc urbem Cardianorum tenet, ac confitetur? Cur igitur alia ratione illos, nec eodem modo uos tractat? Quia in ſola noſtra urbe ex omnibus alijs, impunè hoſtium commodis patrocinari licet: acſi quis pecuniā ipſe accepit, concionandi poteſtatem habet, etiam ſi uos ueſtris opibus interim ſpoliati ſitis. Olynthi, cūm Philippi agere tutū non fuiſſet, niſi populus Olynthiorū delinitus eſſet illo traditæ Potidæę, qua unà frueretur, beneficio. Nō tutum fuiſſet in Teſſalia Philippi cauſam agere, niſi multitudo Theſſalorum, eiectis à Philippo ipſorum commodo tyrannis, atq; Pylęa reſtituta, in ſocietatem beneficiorum, & ipſa ueniſſet. Nō fuit Thebis tutum, priuſquam Bœotiam illis, deletis Phocenſibus, reddidiſſet. Athenis uerò, cum non Amphipolim tantum, & agrum Cardianorū nobis eripuerit, ſed Eubœam ita muniat, ut ueluti arx ſit ad nos excludendos & oppugnandos, & nunc Byzantium inuadat: tutum eſt dicere pro Philippo. Proinde horū aliqui ex mendicis repētè ditati & ex ignotis & obſcuris celebres ſunt facti, et illuſtres: uos cōtrà ex illuſtribus obſcuri, è copioſis inopes. Nam urbis ego qdē opes in ſocijs, fide, beneuolentia eſſe poſitas exiſtimo: quarū rerum oīum penuria uos laboratis. Quas dū uos negligitis, & uobis eripi ſinitis, ille beatus factus eſt, et magnus, & formidatur ab oībus Græcis & Barbaris, uos humiles, & deſerti, rerum uenalium copijs ſplendidi, earum apparatu quæ uos decebant, ridiculi. Nō autē eodē modo uobis & ſibimetipſis quoſdam oratores cōſulere uideo. Vobis.n. quieſcēdum eſſe dicunt, etiā ſi uiolemini: ipſi uero apud uos quieſcere non poſſunt, tametſi nemo eis iniuriam faciat. Deinde quiſquis tandem ſuggeſtum conſcenderit, Non uis (inquit) autor fieri aut periclitari, ſed timidus es & mollis? Ego uerò audax & importunus atq; impudens neq; ſum, neq; fieri uelim: fortiorem tamen lōgè lateq; illis, qui proteruè apud uos publica negocia tractant, me eſſe exiſtimo. Qui enim, Athenienſes, poſthabita utilitate reipub. in iudiciū adducit, proſcribit, dat, accuſat: nulla quidem hęc fortitudine facit, ſed quia ſcit,

Licētia proditorū apud Athenienſes.

Philippus reli quas urbes beneficijs ineſcauit.

Proditorū ſucceſſus.

Athenarū inopia.

Inſectatio aſſentātium populo oratorū.

Confidentia.

dum quæ uobis placeant, loquatur, & nullã reipub. partem uacillantẽ, quæ creare periculum queat, attingat, ſe quaſi pignus habere ſuę ſalutis et ĩcolumitatis, audax & confidens ẽ. Qui uerò publici boni cã crebrò ueſtris uoluntatibus aduerſatur, & nihil ad gratiã loquit̃, ſed ſemper utilitatẽ ſpectat, & eam gerendæ reipub. rõnem eligit, in qua Fortuna magis ꝙ Ratio dominatur: & tamen haud recuſat, quo minus utriuſque a ſe rõnes repetatis: hic demum uir fortis, atq; etiam bonus idẽ ciuis eſt: non iſti auræ popularis captatores, qui breuibus iſtis obſequijs ſumma reipub. præſidia perdiderunt. Quos ego tãtum abſum ut æmuler, aut dignos repub. ciues eſſe putem, ut ſi quis me roget. Dic mihi, tu uerò quid contuliſti reipublicæ? Quanquã poſſem, Athenienſes, & trierarchias, & ędilitia munera, & pecuniæ collationes, & captiuorũ redemptiones. & alia ſimilia humanitatis officia commemorare: nihil tamen huiuſmodi referã: ſed hoc dicam, me ab iſta gerendæ reipub. formula prorſus abhorrere. Nam cum fortaſſis & ipſe non minus ꝙ alij accuſare poſſem, & donare, & ꝓſcribere, & cætera quę iſti factitant, facere: nunꝙ ne ad unũ qdẽ taliũ aucupiorum uel uoluntate mea me contuli, uel ſpe lucri aut ambitione ſum impulſus: ſed ea perpetuò dico, qbus ego id cõſequor, ut minus apud uos autoritate ualeã & grã, ꝙ alij multi: uos, ſi mihi auſcultaretis, ampliores fieretis. Sic enim dicere, fortaſſe non inuidioſum eſt. Neq; mihi uidetur boni ciuis eſſe officiũ, talia gerendę reipubli. artificia excogitare, per quæ ſtatim ego princeps inter uos exiſterem, uos aliorũ ultimi: ſed rempub. unà cum bonorũ ciuiũ actionibus & gubernatione, augeri atq; amplificari decet, omnibusq; ſemper non facillima, ſed optima dicenda ſunt. Nam illò natura ſuopte nutu fertur: ad hæc boni ciuis doctrina & eloquentia eſt prouehenda. Iam quendam etiam tale aliquid dicentem audiui: Me qdẽ ſemper dicere optima, ſed quicqd à me proficiſcat̃, uerba tantũ eſſe, cũ operib. ſit opus reipubli. & actione aliqua. Ego uerò quid de his ſentiã, exponã uobis, neq; diſſimulabo. Non arbitror ullũ aliud opus atq; offm̃ eẽ cõſiliarij, niſi ut maximè ꝓfutura dicat. & hoc ita eſſe, me

Fortis oratoris & boni ciuis deſcriptio.

Collata in rẽpub. à Demoſthene beneficia liberalitas integritas

Conſilia.

Vtilia, nõ facilia ſuadẽda.

Oratoris eſt dare cõſiliũ: populi, rem gerere.

Timothei concio. facile puto probaturum. Illud enim utiq; ſcitis, Timotheum quondam illum apud uos orationẽ habuiſſe, de adiuuandis & conſeruandis Eubœẽſibus, quũ eos Thebani oppreſſum irent: & hęc ferè uerba eius fuerunt: Agite uerò, deliberatis (inquit quum Thebanos in inſula habeatis, quæ ratio intuenda, quid' ue agendum ſit? Non mare implebitis, Athenienſes, triremibus? non iam ſurgitis, in Piręeum abituri? non claſſem in mare trahetis? Hęc Timotheus dixit, uos feciſtis. quę cũ utraq; cõiũgerent, res cõfecta eſt. At ſi is quã optima, ut tum dixit, dixiſſet: uos uerò ignauia impediti, non obtemperaſſetis: eſſet' ne aliquid eorum actum, quę tum ciuitati contigerunt? Fieri non poteſt. Sic igitur quicquid uel ego nunc, uel quiuis alius dixerit, res & actiones apud uoſmetipſos quæritote: utiliſsimum cõſilium * ſcienter explicatum, apud oratorem. Sed ubi orationem meã in ſummã & capita quædam redegero, deſcendam. Sic igitur cenſeo: Conferendam eſſe pecuniam: & exercitum iam comparatũ, eſſe conſeruandum: atq; ſi quid non rectè fieri uidebitur, corrigendum, non ob cuiuſuis cauillationes totũ deſtruẽdum: legatos quócunque terrarum eſſe mittẽdos, qui doceant, moneant, conficiant reipub. quicquid poterunt. Præter hæc omnia, qui corrupti largionibus negocia pſidè corrumpunt, tum puniendi, tum ſemper & ubique odio habẽdi ſunt: ut moderati homines & boni uiri rectè prudenterq; uitam inſtituiſſe, tum alijs: tum ſibimetipſis uideantur. Qđ ſi hanc rationem ſequuti, negligere omnia deſieritis: bona, bona inquam ſpes etiam nunc eſt, cætera melius ſucceſſura. Verùm ſi deſidebitis, hactenus duntaxat ut plaudatis & laudetis orationẽ, rerũ cura ſuſcepta: cũ uerò agendum erit, tergiuerſemini: nullã uideo orationem, quę ſine ueſtra opera & diligẽti cura ciuitatem ſeruare poſsit.

δ᾽ἐπιστήμη λόγων

Epilogus.

Agenda, quæ probata ſunt.

LIBANII ARGVMENTVM TERTIAE in Philippum orationis.

Simplex orationis huius eſt argumentum. Nam cum Philippus uerbo pacem ageret, reuera Athenienſes multis iniurijs laceſſeret: ſuadet Orator, ut inſurgãt, & regem ulciſcantur, quòd magnum periculum & ipſis impendeat, & omnibus communiter Græcis.

DEMOSTHENIS IN PHILIPPVM ORATIO TERTIA, [redacted]

[redacted] *interprete*

Aſſentatorib. potiſs. & calumniatorib. res aduerſæ acceptæ ferēda.

QVum multa uerba fiant, Athenieſes, in oībus ſere cōcionibus, de iniurijs Philippi, ꝗbus, ex quo pacē fecit, nō ſolū uos, ſed & reliquos Græcos afficit: cum'q; oēs, res ipſa cōfiteri cogat (etſi ꝗdē id non faciūt) neceſſe eſſe & cōuenire, ut oēs ea tum dicant, tū agant, per quæ eius inſolentia reprimatur & puniatur: eo rediſſe tn̄ oia negocia, & per incuriā prolapſa eſſe uideo, ut uerear, ne dictu odioſum, uerum tamen ſit: Si omnes oratores dicere, uosq; decernere uelletis ea, per quę res q̄ afflictiſsimæ fierent, exiſtimare me ſtatum earum quam nunc eſt, non poſſe fieri deteriorem. Ac multæ fortaſſe ſunt cauſæ, cur hæc ita ſe habeant, neque propter unum atque alterum uitium res huc redierunt: potiſsimum tn̄, ſi recte conſideretis, ij ſunt in culpa, qui iucundiſsima dicere malūt, quā utiliſsima:

Aſſentatio.

quorum alij, Athenienſes, dummodo quibus rebus ipſi gloria florent & ualēt, eas tueātur, nullam futurorum rationem habent, quare nec uos habere putant: alij, eos qui in rerum adminiſtratione cōſtituti ſunt, criminando & calumniando, nihil aliud faciunt, niſi ut ciuitas ipſa de ſe pœnas ſumat, & ea re occupetur: Philippo aūt quiduis & agere, & dicere liceat.

Calumnia.

Quæ inſtituta ut uſitata uobis, ita cauſæ ſunt ꝑturbatiōis & delictorū. Peto autem à uobis, Athenienſes, ſi ꝗd ueri liberè dixero, ne propterea mihi iraſcamini.

Veniam petit liberæ orationi.

Sic enim conſiderate: uos loquendi libertatem in alijs rebus ita communem putatis eſſe oportere omnibus in urbe degentibus, ut & hoſpitibus & ſeruis ipſis eā īpertieritis, & multos apud uos ſeruos uidere eſt, quiduis loqui liberius, q̄ ciues in quibuſdam alijs urbibus: ī conſulendo autem, omnino eādem repuliſtis. Vnde id cōſequimini, ut in cōcionibus faſtidiatis, aſſentationibus deliniti, & omnia q̄ uoluptati ſunt audiatis: in reb. autem & factis, de extremis iam periclitemini.

Aſſentatio in conſilijs, calamitati eſt negocijs.

Quod ſi nunc etiam ſic affecti eſtis, non habeo quid dicam. Sin quæ in rem ueſtram ſunt, ſine adulatione audire uoletis, dicere ſum paratus. Tametſi enim res omnino malè ſe habent, multa'q; p ſo-

Vigilātia reg

poſſe reſtitui in integrum, quæ oſcitantia perierunt.

cordiam perierunt:tamen eæ,ſi uos uel nunc officio fungi uelitis,omnes corrigi poſſunt. Ac mirum fortaſſe uidebitur quod dicam,ſed uerum quod præteritis temporibus fuit peſsimum,id ad futura eſt optimum. Quid igitur id eſt? Qđ,dum nos neque magnũ neque paruũ quicquam quod oporteret,facitis:res malè ſe habent. Quę ſi uobis omni officio fungẽtibus,in hoc loco eſſent:ne ſpes quidem reliqueretur,eas fore meliores.nunc,ſocordiam ueſtram & negligentiam ſuperauit Philippus,ciuitatem non ſuperauit:neq; uicti eſtis uos , imò ne loco qđẽ moti eſtis.

Non eũm excitare bellum, qui ulciſcẽdas Philippi iniurias ſuadeat, ſed Philippũ.

Quod ſi omnes in eo cõſentiremus,Philippum gerere bellũ cum repub.& pacem uiolare:nihil aliud ſuaſorem dicere & conſulere oporteret, quã quo pacto Philippum & tutiſsimè & facilimè ulciſceremur. Cum autẽ eę ſint quorundã ineptię,ut urbes illo occupãte, & multa quæ ueſtra ſunt obtinente,& omnes mortales exagitante,quoſdam ferant in cõcionibus ſubinde dictitãtes, noſtrũ eſſe quoſdam qui bellum excitemus:cautè nobis agendum,& ea opinio minuenda & refutanda eſt. cum uerendũ ſit,ne quis ubi ſcripſerit & ſuaſerit,ꝓpulſandas eſſe iniurias,in crimen excitati belli ueniat.Ego uerò hoc primũ omnium dico & pronũcio; Si ciuitati uel pacem agere,uel gerere,bellũ licet, idq́ in noſtra poteſtate eſt, ut hinc ordiar:affirmo ego,pacẽ agendam eſſe nobis: & poſtulo,ut is qui hęc dicit,decernat & agat,nõ faciat impoſturam. Sin alius arma in manibus habẽs,& magnas copias circa ſe,nomẽ pacis nobis obĳcit,factis belli ipſe utitur:quid reliquum eſt aliud , præter ultionem? Quod

Nõ uerba, ſed facta Philippi ſpectanda.

ſi profiteri uultis,ut ille,uos pacem agere,nõ refragor. Si quis autẽ eam pacem eſſe putat,per quam ille,cæteris captis oibus , contra nos uenturus eſt,is primũ inſanit: deinde pacem ueſtram erga illũ,non illius erga uos,cõmemorat.Illud autem eſt quod omnibus ſuis largionibus Philippus mercatur,ut cũ ipſe bellum uobiſcum gerat,à uobis bello non putatur. Verùm ſi tantiſper contabimur, dum ſe nobiſcum belligerare fateatur, erimus omnium ſtolidiſsimi. Neque enim,tametſi Atticam ipſam inuaſerit, & Piræeum,hoc dicet,ſi ex ĳs quæ in alios fecit, coniectura capienda eſt.

Olynthĳ.

Nam & Olynthĳs,cũ quadra-

ginta ab urbe ſtadijs abeſſet, edixit, alterutrũ fieri oportere, uel Olyntho illis excedendum, uel ſibi Macedonia. Superiore autem tempore, ſi quis ei tale aliquid crimini daret, indignabatũ, & ſe per legatos excuſabat: & ad Phocenſes, tãquã ad ſocios & amicos eſt profectus, & legati Phocenſium eum proficiſcẽtem comitabantur: & apud nos multi cõtẽdebant, eius ingreſſum non è re fore Thebanorum. Quin & Pheras nuper, ut amicus & ſocius in Theſſaliam ingreſſus, occupauit & tenet. Ac poſtremò miſeris illis Oritis dixit, ſe miſiſſe ad eos ex beneuolẽtia milites, qui eos uiſerent. audire enim ſe, laborare illos, & ſeditionibus agitari. Eſſe autem ſocij et ueri amici, in huiuſmodi adeſſe temporibus. Putatis igitur eũ eſſe Philippum, qui cũ eos homines qui ei nihil nocere potuiſſent, ne uerò ſibi noceret, fortaſſe cauere potuiſſent, deciperẽ, quã indicto bello cogere maluerit: uobiſcum ſit ex profeſſo belligeraturus? idq́, dũ ultro fallimini? Nõ ita eſt. Etenim mortalium omnium uecordiſsimus eſſet, ſi, dum uos qui iniurijs afficimini, nihil eũ accuſatis, ſed ciuiũ ueſtrorum quoſdã culpatis, & mulctare uultis: ipſe cõſopita ueſtra inter uos lite & contentione, denunciaret, in ſe arma eſſe conuertẽda, & mercenarijs ſuis ea uerba eriperet, quibus uos differũt, negãtes eũ gerere bellũ cũ republica. Verũ eſt ne, proh Diuũ fidẽ, quiſquam ſanę mẽtis, qui uel pacem ſeruantem, uel bellum ſecum gerentem è uerbis magis quã è factis æſtimarit? Nemo ſanè. Atqui Philippus ab initio, pace recẽs facta, Diopithe nondum ducente exercitum, nec miſsis ijs qui nunc in Cherſoneſo ſunt: Serriũ & Doriſcũ occupabat, & Serrij caſtri & Sacri mõtis milites ejciebat, quos noſter imperator ibi collocarat. At iſta agẽdo qd faciebat? In pacem quidem ſaluitarat. Neque qſquam dicat, Quãti uerò iſta ſunt? aut, Quid iſta attinent ad rempublicã? Vtrum enim ea parua ſint, aut nulli curæ uobis fuerint, alia erit ea diſputatio. Sed iuriſiurandi religio, & iuſtitia, ſiue in paruis, ſiue magnis in reb. uioletur, eandem utrumque uim habet. Age iam, cum in Cherroneſum, quam Rex Perſarum omnes'que Græci noſtram eſſe iudicarunt: & milites immittit, & has literas mittit: quid agit? Se belligerare negat.

Phocenſes.

Pheræ.

Oritæ.

Hoſtilia Philippi facta.

Quicquid à iuſticia receſdit, ad iniuriã accedit.

Ego uerò tantum abſum ut eum agentem talia, pacem uobiſcum factam ſeruare fatear, ut & Megaris inuadendis, & in Eubœa tyrannide molienda, & nunc in Thraciã prodeundo, & inſidijs in Peloponneſo cõparandis, et q̃ facit, oĩa cum exercitu faciendo, ſoluere affirmem pacem, & bellũ uobiſcum gerere. Niſi eos fortaſſe qui machinas admoliuntur, pacem agere dicatis, donec eas iam ad ipſa mœnia adduxerint. Sed non dicetis. Qui enim q̃bus ego capiar, ea agit & inſtruit, is bellum mecũ gerit, etſi me nondũ uel iaculis uel ſagittis petat. Quo igitur uos in periculo eritis, ſi quid acciderit? In eo, quòd Helleſpontus à uobis alienabitur: ꝗ is qui uobiſcum bellũ gerit, Megaris & Eubœa potietur: ꝗ Peloponnenſes cũ eo conſpirabunt. Eum igitur qui hanc machinam cõtra urbem erigit atq; apparat, pacem agere dicam erga uos? Multũ certè abeſt. Nam quo die Phocenſes ſuſtulit, ab eo ego uobiſcum eum belligerare ſtatuo. Vos autem, ſi nunc eum propulſetis, prudenter facturos dico: ſin differetis, id neque cũ uoletis, facere poteritis. Et uſque adeò ab aliorum conſilijs mea diſcrepant, ut mihi uideať, nec de Cherroneſo, nec de Byzantio eſſe nunc conſultandũ: ſed cum his ſucurrendum, & præcauendum, ne q̃d eis accidat, & ducibus q nunc ſunt illic, omnia quibus indigẽt mittenda: tum de omnibus Græcis deliberandum, ut in maximo periculo conſtitutis. Exponam autẽ uobis, qua de cauſa rebus ita metuã: ut ſi rectè ſentio, ſententiæ meæ accedatis, & rationem aliquã ueſtrũ ipſorꝫ ſaltem, ſi omnino alios negligitis, habeatis: ſin nugari et mentis affici errore uidebor, neq; nunc, neque in poſterum mihi ut ſano auſculetis, Philippum igitur magnũ è paruo & humili ab initio paulatim eſſe factũ, & Græcos diffidere mutuò, & agitari ſeditiõibus: & multo minus credibile fuiſſe, tantum eũ è tãtillo fore, quam nunc, cum adeò multa interceperit, etiam cætera ſubacturũ, & reliqua eius generis oĩa quæ cõmemorare poſſem, prætermittã, ſed illud uideo, cõceſsiſſe ei mortales omnes, à uobis initio facto, ea de quib. antea ſemper uniuerſa Græca bella extiterũt. Quid igitur illud eſt? Agere quicquid ei libet, & ſingulatim quoſuis ita concidere, et ſpoliare Græcos & aggre-

Inſidiator pro hoſte habẽdus

Magnitudo periculi.

Totam Græciam periclitari

Captat attentionem.

παράληψις. Incrementa philippi.

Licẽtia philippi, nemine prohibente.

ſtiat que opprimere urbes ſeruitute. Atqui patroni uos, tres & ſeptuaginta annos Græcorũ fuiſtis: patroni item undetriginta, Lacedæmonij. Fuerunt & Thebanorum extremis hiſce temporibus aliquæ uires, poſt pugnam Leutricam. Sed tamen neque uobis, neque Thebanis, neque Lacedæmonijs ullo unquam tempore, Athenienſes, conceſſum fuit hoc à Græcis, ut quod libitũ eſſet, ageretis. Neque multis uerbis eſt opus. Sed & uobis, ac potius illius temporis Athenienſibus, cũ quoſdam non tractare moderatè uiderentur omnes putabãt bellũ eſſe inferendũ, non modò q affecti erant iniuria, ſed ĳs etiã q nihil queri de eis póterant. & rurſus, Lacedæmonĳs imperantibus, & eundẽ quem uos tenueratis, principatum adeptis, cum inſoleſcere cœpiſſent, & immoderatius inſtituta uetera conuellerent, omnes bellum intulerunt, ĳ etiã qui nihil de eis quærebantur. Et quorſum attinet referre cæteros? Quin nos ipſi, & Lacedæmonĳ, cum ab initio nihil dicere poſſemus; quo alteri ab alteris uiolati eſſemus: tamen ptopter iniurias, quibus alios affici uidebamus bellũ eſſe gerendũ putauimus. Verũ oĩa q̃ à Lacedæmoniis peccata ſunt per triginta illos annos, & à maioribus noſtris per ſeptuaginta, minora ſunt, ô Athenienſes, ĳs quæ Philippus trib. & decem non totis annis, quibus aliquid eſſe cœpit, in Græcos commiſit, imò nec minima pars illa ſunt horum. idq́ paucis oſtendi uerbis facile poteſt. Ac Olynthũ quidem, et Methonem, & Apolloniã, & duas & triginta urbes in Thracia omitto, quas uniuerſas adeò crudeliter excidit, ut ſi acceſſeris, nec an unquam habitatæ fuerint, facile dicas: & gentẽ tantam Phocenſiũ deletã taceo. Sed Theſſaliæ qui ſtatus eſt? Nõne & urbes & reſpublicas eis ademit? & Theſſaliã in quatuor præfecturas diuiſit, ut non oppida duntaxat, ſed gẽtes ẽt ſeruirent. Euboicæ porrò urbes nonne iam tyrãnis párent, eæq́ in inſula uicina Thebis & Athenis? non'ne apertè ſcribit in literis, Mihi uerò pax eſt cũ ĳs, qui mihi parêre uolunt? Neque uerò hæc ſcribit, rèipſa non exequitur: ſed Helleſpontum inuadit, & pridem Ambraciã aggreſſus fuit. Elidem habet, tan tam Peloponneſi urbem: Megaris nup inſidiatus ẽ. neq; Grçcia, neq; Barbaria ho

Olim in Græcia nemini graſſari licuiſſe

Exaggeratio iniuriarum philippi, per collationem

Græcorũm oſcitantia in potentis inſidiatoris uigilãtia

minis auariciam & ambitionem capit. Quę cum Græci omnes & audiamus, & uideamus, non alij legatos mittimus ad alios, non indignamur: ſed adeò ſumus amẽtes; atq; oppidatim, tãquam foſsis interiectis & uallis, ſeparati, ut in hodiernũ uſq; diem neq; rationibus noſtris cõſulere quicquam, neque officio ulla ex parte ſungi poſsimus, neq; inire cõcordiam, neq; ſocietatẽ auxilij & amicitiæ ullam facere, ſed incrementa potẽtię Philippi ſecurè negligamus: idq; tempus dum alius perit, unuſquiſq; in lucro deputare decreuerit, ut mihi quidem uidetur, nõ de procuranda Gręcorum ſalute cogitationis aliquid laboriſq; ſuſcipiat. Atq; eũ tanquã conuerſionem atq; acceſsionem febris, aut alicuius alterius mali, etiã in illum qui ſibi procul à periculo nunc abeſſe uidetur, inuadere; nemo eſt q neſciat. Iam illud quoque noſtis: q̃cq̃d à uobis & Lacedęmonijs Gręci perpeſsi fuerũt, ea ſaltẽ à germanis Græciæ ciuibus eſſe ꝑpeſſos: idq; perinde ęſtimari potuit, ac ſi filius natus in ampla familia legitimus, aliquid non bene neq; rectè adminiſtraret: Is, ob idipſum dignius eſſet reprehẽſione et accuſatione: ſed eũ ut alienũ aut non hęredẽ eorũ, illa facere, non poſſet dici. Qđ ſi ſeruus aut ſubditicius ea quę nihil ad ipſum attinerẽt, perderet & uaſtaret, ô Iupiter, quãto id indignius & grauius ferendum eſſe omnes dicerent? Num uerò erga Philippum & eius actiones ita nunc affecti ſunt? qui tamen abeſt ut Græcus ſit, Gręcis'ue ullo modo coniũctus, ut nec inter Barbaros ſit honeſto loco natus, ſed perditus Macedo; unde frugi mancipium olim nullũ ęmi potuit. At qua extrema contumelia abſtinet? Non'ne præterquam quòd urbes euertit, etiã Pythijs pręeſt, communibus Græcorũ ludis: q; ſi ipſe abfuerit, ſeruos ſuos mittit certamini præfuturos? Nõne Pylas, & Gręcię aditus tenet? nonne pſidijs & peregrino milite loca illa tuet? Nõne etiã in * accipiẽdis Apollinis oraculis prærogatiuã habet, repulſis nobis & Theſſalis & Dorienſibus, & alijs Amphictyonibus, in cuius dignitatis ſocietatem nec Græci omnes ueniunt? Non'ne Theſſalis præſcribit rationem gerendæ reipublicę? nonne peregrinos milites ad Porthmum mittit, populum Eretrienſiũ eiecturos? non'ne alios Oreũ,

Exaggerat indignitatẽ, perſona philippi uituperanda.

Similitudo.

Philippus Barbarus.

Iniurius et inſolens.

* τὴν προμάντειαν τοῦ θεοῦ.

Philiſtidem tyrannum impoſituros urbi? Sed Græci tamen hæc uidere ſuſtinēt: eodemq́ modo quo qui grandinem, ut mihi quidem uidetur, ſpectant, optat quiſque: ne in ſuos agros deferatur, prohibere conatur nemo. Tantum autem abeſt, ut illatas ab eo Græciæ contumelias quiſquā uindicet, ut neque ſuas quiſque iniurias ulciſcat: hoc enim iam extremum eſt. Nonne Corinthiorū oppida, Ambraciam & Leucadem, inuaſit? non'ne Achæis Naupactū ademptam, Aetolis traditurū iurauit? nonne Thebanis Echinum eripuit? An non contra Byzantios nunc ducit exercitum, ſocios quorum? nō'ne ueſtros? Omitto cętera. ſed Cherroneſi maximā habet urbem Cardiam. Cum in hunc modum tractemur omnes, cūctamur, & effœminati ſumus, & ad proximos reſpicimus alijs alij diffidentes, eo tam apertè nobis inſultāte. Quid uerò facturum putatis eum, qui in uniuerſos ita eſt petulans, ubi nos ſingulatim omnes ſubegerit? Quę igitur cauſa eſt harū rerum? Neque enim ſine ratione & iuſta cauſa, uel tum adeò alacres erant ad libertatem defendēdā oēs Gręci, uel nunc ad tolerandā ſeruitutē? Fuit tum aliquid, fuit, Athenienſes, in populi animis, quod nūc non eſt, quod & Perſarum uicit opulentiam, & Gręcię libertatem aſſeruit, & neq; naualibus, neq; terreſtribus in prœlijs ſuccubuit. id poſtquam nunc perditū eſt, omnia corrumpit, & totam Græciam ſurſum deorſum permiſcuit. Quid igitur fuit illud? Nihil multiplex, aut artificioſum, ſed uniuerſale, & perpetuum odium eorum q à dominādi cupidis, aut etiam Græciam corrumpere conantibus pecuniā accipiebāt. Grauiſsimum crimē erat ſi quis accèpiſſe munera cōuincereť: eumq́ maximis pœnis afficiebant, neq; deprecationi erat, aut uenię quicquā loci. Proinde occaſionem ſingularum rerū, quam Fortuna etiam negligentibus contra attentos, & ignauiſsimis contrà ſtrenuiſsimos ſæpe ſuppeditat, à nemine uel oratore, uel imperatore nundinari licebat: neq; etiā concordiam mutuam, neq; diffidentiam de Barbaris & tyrannis, neque denique tale quicquam. Nunc tanquam è foro & diuendita ſunt hæc omnia; & contrà importata ea; per quæ Græcia & periit, & laborauit. Ea q́ ſunt? Admiratio, ſi

Similitudo illuſtris, & ignauiæ Græcorū picturæ.

Cā ignauiæ eſt luxus ſeruiens auaritia, ad proditionem impellens.

Integritas ueterum.

Corruptelæ præſentiū temporum.

quis aliquid accepit: Riſus, ſi confitetur: Venia, ſi conuincitur. Odium, ſi quis iſta reprehendit: cætera omnia, quæ pendēt à corruptelis. Nam & triremes, & multitudo hominū, & pecuniarij reditus, & reliqui apparatus copia, cætera denique quibus urbium uires ęſtimari ſolēt, nunc uniuerſa multo & plura & maiora ſunt, quā ſuperiori ętate. ſed uniuerſa hæc inutilia, irrita, manca fiūt per eos qui cauponantur. Ac eū quidē eſſe nunc ſtatū rerū, ipſi profecto uidetis, neq; meo teſtimonio indigetis. Superioribus autem temporibus contrariam fuiſſe rationem ego declarabo, nō mea uerba proferendo, ſed ſcriptū maiorum noſtrorum oſtendendo, quod illi in ęream pilam inciſum, in arce collocarunt: non ut ipſis uſui eſſet (nam uel ſine illo ſcripto ſatis erant prudētes) ſed ut uos monita & exēpla haberetis, quāta res tales ſolicitudine ſint curādę. Quid igitur ait illud ſcriptū? ARTHMIVS, inquit Pythonactis F. Zelites, ignominioſus eſto, & hoſtis populi Athenienſes & ſociorum, ipſe & genus. Dein de cauſa eſt ad ſcripta, propter quā id factū eſt: ſcilicet, q aurum è Media in Peloponneſum uexit, nō Athenas. hoc ſcriptum illud eſt. Conſiderate igitur, per Deos, & cogitate uobiſcū, q mens fuerit Athenięſium illius temporis, qui talia facerent, quę ue dignitas? illi Zelitē quēdam Arthmium, ſeruum Regis (Zelea enim Aſiæ eſt oppidū) quod de domini mādato aurū uexiſſet in Peloponneſum, non Athenas, hoſtem iudicarunt & ſuum & ſociorū, ipſum & cognationē eius, & ignominia notarunt. Id uero nō eſt uſitatum quoddā genus ignominię. Quid enim Zelitæ illius intereat, ſi repub. Athenienſi nō frueretur? Scriptum igitur hoc non uult ſed cum in legibus capitalibus contineatur, QVARVM rerū pœnas non dederit, capitis angratur: fas erat eum occidere. &, Ignominioſus. inquit lex, moriat. Proinde cædis abſoluit eū, qui horum aliquem occiderit. Itaq; putabant illi, curam ſibi ſalutis Græcorum omnium ſuſcipiendā eſſe. Alioq non curaſſent, ſi quis in Peloponneſo aliquos emeret, aut corrumperet, niſi ita ſenſiſſent: neque ſic mulctaſſent: atque ulti eſſent, quos accipere munera ſenſiſſent, ut eos in pilis proſcriberent. Quæ cum fierent, meritò Græcia

Arthmij Zelitæ proſcriptione, ueterum ſe ueritatem probat.

Interpretatio & exaggeratio proſcriptionis.

Veteres Athenienſes totam Græciam curarunt.

Barbaro erat formidabilis, non Barbarus Græcis. Nũc aliter. Vos enim non ita animati eſtis, neque talibus, neq; cęteris in rebus. Sed quomodo? Noſtis ipſi quorſum .n. attinet accuſare, uos in omnibus? Eadem planè ratio eſt cęterorum Græcorum omnium, qui nihilo ſunt meliores uobis. Quapropter ego aſſero, & magnum ſtudiũ, & bonum cõſilium requirere præſentia negocia. Quod, dicã? iubetis? & non iraſcemini? E' tabula recita. RECITATIO TABVLAE. Obijcitur aũt inepta quædã rõ ab ijs, qui conſolari ciuitatẽ uolunt, Philippũ nondũ eſſe talem, quales aliquando fuerint Lacedęmonij, q & mari dominarentur, & terra uniuerſa, qui Regem Perſarum ſocium haberent, quibus nihil obſiſteret: & tamen illos ultam eſſe noſtram ciuitatem, & non abreptam è medio. Ego uerò, cum omnia, ut in uniuerſum dicam, magna incremẽta ceperint, & hęc ueteribus nulla re ſimilia ſint: nihil eſſe magis arbitror, quàm res bellicas, mutatũ & auctũ. Primũ, audio Lacedæmonios tũc & omnes cęteros Gręcos, quatuor aut quinq; menſes, * opportuno belli tẽpore militaſſe: atq; eo tempore impreſsione facta, et hoſtiũ agro infeſtato, legionibus & urbanis copijs, domũ redijſſe. Adeò autem fuerũt ſimplices, uel potius ciuiles, ut ne pecunia quidem quicquam ab ullo redimerent: legitimũ quoddam & apertum bellum gerebatur. Nũc uidetis uti que proditorũ opera, plurima perijſſe, nihil inſtructa acie collatiſq; ſignis geri. Auditis Philippũ, nõ quia legiones armatas ducit, ire quò libet: ſed quod ferẽtarijs, equitibus, ſagittarijs peregrinis, tali exercitu iſtructus eſt. Quibus dũ pollet, cum in eos irruit qui diſcordia laborant, turbatiq; ſunt, quorum nemo pro defenſione regionis propter diffidentiam prodit, adductis machinis oppugnat. Vt interim taceam, nihil eum habere diſcriminis inter hyemẽ & æſtatem: neq; ullum illi eſſe tempus eximiũ, quod intermittat. Quæ cum omnes ſciatis, prouidendum uobis, & nõ committendum eſt, ut bellum in noſtram ditionem ingruat: ne, dum ad Laconici belli ſimplicitatem reſpicitis, colla frangatis. Sed quàm longiſsimè antè cauẽdum, ac rebus gerendis & apparatibus, ne domo ſe moueat, efficiendum, non conſertis manibus decertãdũ.

Quo cæteri negligentiores ſunt, eo nos uigilantiores eſſe conuenit.

Non tã philippi metuẽdã eſſe potentiam, quã uigilantiã calliditatẽ largitiones.

Mutata belli gerendi ratio τὴν ὥραν αὐτὴν.

Proditores.

Exercitus philippi.

Calliditas.

Aſsiduitas.

Conſilium.

Philippus in Macedonia eſt timendus.

Nam ad bellũ, multæ natura nobis ſunt cõmoditates, mõ ea facere uelimus, quæ debemus, Athenienſes: natura regiõis illius, cuius magnã partẽ hoſtiliter diripere & infeſtare poterimus: alia ſexcenta. Sed ad præliũ melius ille, quàm nos, eſt exercitatus. Neque uerò ſolũ ita ſentiendum eſt, aut ille belli operibus ulciſcendus, ſed & animo & cogitatione: qui'que apud uos eius cãm agunt, odio proſequendi ſunt. Neq; .n. hoſtes extra urbẽ ſupari pñt, priuſquã eos qui intra urbem illi operã nauant, puniueritis. Quod, ita me amet Iupiter, aliíq; dij, neque poteſtis uos facere, neq; uultis. Sed in eam ſtulticiã uenistis, aut deliriũ, aut, neſcio quid dicã) ſæpe enim illud etiam uereri mihi ſubit, ne quod numen reges agitet) ut conuicij, aut inuidię, aut dicterij gratia, quæcunq; uobis cã in mẽtem inciderit, homines mercenarios, quorum quidam haud negaturi ſint ſe eſſe tales, dicere iubeatis, & rideatis, ſi quib. conuicia fecerint. neq; dũ hoc graue eſt, quanquam graue: ſed & illud eis dediſtis, ut minore cum periculo in republica uerſentur, quàm ueſtri defenſores. Atqui ſpectate, quanta ex eo mala exiſtant, quòd eos qui tales ſunt, audire uultis. Dicã aũt ea quæ omnes intelligetis. Erant Olynthi qdã in magiſtratu, Philippi ſtudioſi, & in omnibus ei rebus obſequentes: quidã optimè ſentiebant, & ſeruitutẽ à ciuibus depellere nitebantur. Vtri autẽ pãtriam perdiderunt? aut utri equites prodiderunt, quibus proditis Olynthus interijt? Philippi ſtudioſi: atq; ijdem, urbe incolumi, eos qui optimè conſulebant, ita calũniabãtur & criminabantur, ut etiã ad eijciendũ Apollonidem populus Olynthiorũ impelleretur. Neq; uerò apud hos ſolos iſta conſuetudo malorũ omniũ cauſa fuit, alibi uerò nuſquã: ſed Eretriæ, poſtquã digreſſos Plutarcho, & peregrino milite populus urbem tenebat, & Porthmũ: alij ſummã rerum ad nos transferebant, alij ad Philippũ. his in pleriſq;, ac potius in omnibus auſcultantes miſeri & infelices Eretrienſes, tandem adducti ſunt, ut ſuos defenſores eijcerent. Proinde miſſo Hipponico, ſocius et amicus eorum Philippus, & peregrinis mille, muros porthmi diruit, & tres impoſuit tyrannos, Hipparchũ, Automedontem, Clitarchum: & poſtea bis regione expu-

Bellum.

Prælium.

Fatalis Athenienſium uecordia in fouẽdis proditorib.

πολλάκις ἐμοιγ' ἐπελήλυθε κ, τοῦτο φοβεῖσθαι, μή τι δαιμόνιον τὰ πράγματα ἐλαύνῃ.

Exempla proditionum.

Eretria.

ſit,cum iam ſeruari uellent, miſsis primũ illis cum Eurylocho militibus,deinde alijs cum Parmenione: & quorſum atinet agere pluribus? At Orei, Philippi negotium agebant,Philiſtides & Menippus,& Socrates,& Thoas,& Agapeus,qui nunc tenent urbem: & hæc norant oẽs.Homo aũt quidã Euphræus,qui aliquãdo hic apud nos habitauit,hoc efficere conabatur,ut liberi eſſent, & ſeruirent nemini. Quibus is iniurijs & contumelijs ab Oritano populo fuerit affectus,multa dici poſſent. Anno autẽ ante excidium, proditionis reũ fecit Philiſtidẽ, & gregales eius,animaduerſis eorũ conatibus.Concitati autẽ homines multi,& præbitorem habentes Philippum,& conſilijs eius inſtructi,abducunt Eupręũ in carcerem,ut qui conturbaret rempublicã.Ea uidens populus Oritanus,hunc adeó non adiuuit,illos'ue in cruciatũ egit,ut nec his iraſceretẽ, & illũ meritó illa ferre diceret, atq; inſultaret.Deinde illi tantam nacti poteſtatẽ, quantam uoluerant,id agebant,ut oppidum caperetur: & rẽ confecerunt.Quod ſi quis é populo ſenſiſſet,tacebat,& erat attonitus,memor quid Euphræo accidiſſet. adeoq́ miſeré cũ eis agebatur,ut nõ prius auderet quiſquã, tali imminente malo,uocem rumpere, q̃ inſtructa acie ad muros accederent hoſtes.Tum demũ hi oppidũ defendebant,illi ꝓdebant.Oppido ita capto,flagitioſe & malé,iſti imperant,& tyrannide potiuntur:ijs qui tum & ſemetipſos & Euphræum defendebant,partim eiectis,partim occiſis.Euphręus aũt ille ſemetipſum iugulauit: reipſa teſtatus,ſe iuré & integré pro ciuibus reſtitiſſe Philippo.Quid'nam igitur cauſæ ſit,miramini fortaſſe, cur & Olinthij,& Eretriẽſes,& Oritę magis Philippi defenſorib⁹ fauerint,q̃ ſuis? Eadẽ cauſa,q̃ & apud uos: Quod ij qui reibub.conſultum uolunt,ne quidẽ ſi cupiant, quicquam ad gratiam dicere aliquando poſſunt. Nam res ipſæ ut incolumes ſint,prouidendum eſt:illi,his ipſis quæ in Philippi commodum agunt,gratiam ineunt. Tributum conferre iubebant:illi nihil. bellum gerendum eſſe dicebant,& diffidendum:illi pacem agendam,donec circumuenti ſunt. Cætera eodem feré modo omnia, ne ſingula referam. Alteri igitur ea dicebant, quæ in præſen-

Oreus.

Proditores cur ſint uulgo gratiores.

tia delectarent: alteri, quæ ad incolumitatem in poſteriũ retinendam pertinerent, ea'que cũ offenſione coniuncta.

A desperatione revocat Athenienses.

Multa autem uulgus etiam poſtremò, non tam uel gratię cauſa, uel per ignorationem ferebat, quàm quod cedendum eſſe temporibus uidebatur, poſtquã ſe in uniuerſum eſſe impares putabant. Quod idem, ita me amet Iupiter & Apollo, uereor, ne uobis accidat, poſteaquã uideritis uos conſilio nihil proficere. Atque eos qui uos eò redigunt, nõ horreo, ſed abominor. Aut enim de induſtria, aut per ignorantiam, in difficultatem adducunt rempublicam. Verũ abſit, Athenienſes, ut res eò redeant. Mori enim millies præſtat, quàm per aſſentationẽ Philippo quicquam conficere, & aliquos ueſtri defenſores abijcere. Præclara nũc Oritano populo relata eſt gratia, quòd Philippi amicis ſe commiſerunt, Euphræum aũt impulerunt. Præclara populo Eretrienſium, quòd ueſtros legatos repulerunt, Clitarcho ſe dediderunt. Seruiũt illi ſanè, flagris afficiuntur, & torquentur. Præclarę Olynthijs pepercit, qui ut Laſthenem magiſtrum equitum creauerunt, ſic Apollonidem eiecerunt. Stultitię & ignauiæ eſt talia ſperare, atque interim malè conſulere, & nuſquã officio fungi uellę: ſed iis, qui hoſtium cauſam agunt, audiendis, urbem tãta magnitudine ſe incolere exſtimare, ut extra omne periculũ poſita ſit. Atqui turpe illud eſt, ſi quid pòſt acciderit, dicere; Quis uerò putaſſet hæc futura? Hercule uerò: illud enim atque illud faciendum fuerat, & hoc non faciẽdũ. Multa nũc dicere poſsint Olynthii, quæ tum ſi pręuidiſſent, non periiſſent: multa Oritæ, multa, Phocenſes, multa quicunque perierunt. Sed quid nã hæc eis proſunt? Dũ nauis eſt incolumis, ſiue ea maior ſiue minor ſit, tũ decet & nautam, & gubernatorem, & omnem uirum eſſe ſtrenuum, & ne uel de induſtria uel imprudens quiſquam eã euertat, prouidere: ſed ubi mare ſuperat, inane eſt ſtudiũ. Quare nos quoque, Atheniẽſes, dum ſumus incolumes, dum urbem maximã habemus, dum opportunitates plurimas, dum autoritatẽ honeſtiſsimam, * quid agamus, iã dudũ aliquis in hoc cõſeſſu libenter fortaſsis rogaret? Ego profectò dicam, atque etiam decernam, ut ſi uoletis, exequamini. Vbi ipſi in primis uim propulſamus, &

Maturè cauẽdum, non accepto demum malo ſapiendum.

Illuſtris ſimilitudo.

Videtur ἀποσιώπησιν interrupta eſſe oratio.

ſtruimur, triremibus, pecunijs, & militibus dico (etenim ſi alij uniuerſi in ſeruitutem conſentiant, uobis certè pro libertate certandum eſt (hæc igitur oĩa ubi inſtruxeritis, & Græcis declaraueritis: cęteros iam conuocemus, & qui hæc edocturi ſint, legatos paſsim dimittamus, in Peloponneſum, Rhodum, Chium, ad Regem Perſarum inquam. Neq; enim ab illius rationibus abhorret, ne iſtũ euertere ſinamus omnia: ut, ſi perſuaſeritis, ſocios habeatis & periculorum & ſumptuum, ſi ſit neceſſe: ſin minus, rem ſaltem differatis. Quia enim cum uiro, nõ cũ coniunctæ ciuitatis uiribus bellum eſt, ne hoc quidem nullum habet uſum [illegible] ſuperioris anni legatiões in Peloponneſum illæ fuerunt irrite, quas ego [illegible] Polyeuctus, optimus ille uir, & Hegeſippus, & Clitomachus, & Lycurgus, & alij legati paſsim obiuimus, neq; accuſationes: & effecimus, ut ille ſe reprimeret, & nec Ambraciam inuaderet, nec in Peloponneſum irrueret. Illud aũt non dico, ſi ipſi nihil quod neceſſe eſt, pro nobiſmetipſis agere uelimus, alios conuocandos. Etenim abſurdũ fuerit, ut qui ipſi ſua deſerũt, aliena ſe curare profiteantur: & dũ præſentia negligunt, rerum futurarũ metum aliis ꝓponant. Nõ dico hæc: Sed Cherroneſitanis militibus pecuniã dico eſſe mittendã, & alia quæcunq; poſtulant, facienda: ipſi aũt nos inſtruamur, & fungamur officio primi, ac tũ demũ cæteros Gręcos cõuocemus, cõgregemus, doceamus admoneamus. Hęc ſunt ciuitatis tãta prędıtę autoritate, quantã uos obtinetis. Sin putatis Chalcidẽſes Græciã ſeruaturos, aut Megarẽſes, uos moleſtias actionũ uitaturos: nõ rectè putatis. Bene. n. cũ illis agitur, ſi eoꝝ quiſque manſerit incolumis. Sed uobis id eſt agendum: Vobis maiores ueſtri munus id pepererũt & reliquerũt, per multa & præclara & magna diſcrimina. Sed ſi unuſquiſque, quod cupit, id requirens ſedebit, & hoc ſpectabit, ne quid ſibi laboris capiendũ ſit: primũ nunq; eos inueniet qui rem gerant. Deinde metuo, ne omnia quæ nolumus, facerę ſit neceſſe. Nam ſi qui eſſent, iam olim inuenti eſſent, cum quidem uoſipſi nihil agere uelitis. Sed non ſunt. Ego igitur hæc dico, hæc decerno, & puto nunc etiam res poſſe emendari, ſi hęc fiant. Si qs aũt

Summa conſilij: Bellum ſumma ui parandum.

Etiã mora prodeſt ijs qui bellum cum uno hoĩe gerunt.

Athenienſib. ipſis, ut princip. Græciæ defenſionẽ ſuſcipiendam.

his melius aliqd habet, dicat & ſuadeat. Qđ aũt uobis probatũ fuerit, id oẽs deos precor ut ſit ex uſu reipublicę.

LIBANII ARGVMENTVM QVARTAE IN Philippum orationis.

Idem & huius orationis argumentum eſt, quod praecedentis: neque quicquam in ea ineſt amplius aut peculiare, praeter illam de concordia rationem. Quum enim diuites à pauperibus diſſentiant, Demoſthenes operam dat, ut ſeditionem compeſcat: plebi ſuadens, ne diuitum fortunas publicet: diuitibus, ne lucellum illud è publico, tenuioribus inuideãt. Suadet ẽt Athenieſib², ut regis Perſarũ p legatos ſocietatẽ expetãt.

DEMOSTHENIS IN PHILIPPVM ORATIO QVARTA, [redacted] *Vuolfio interprete.*

Attentionem captat.

QVum & grauibus uos, Athenienſes, & reipub. neceſſarijs de rebus deliberare putẽ: operã dabo ut ea dicã, quę è repub. eſſe arbitror. Quanq̃ autem nõ pauca peccata ſunt, neq̃ parua tpe cumulata, per quæ in hæc mala incidimus: nihil tamen omniũ eſt, Athenienſes, in prę'entia difficilius, q̃ quòd uos animis à rebus gerendis abhorretis, & tantiſper nauatis operam, dum ſedetis & auditis, ſi quid noui nunciatũ fuerit: deinde ueſtrũ quiſque digreſſus, non modò non curat ea, ſed nec meminit. Ac petulantiæ quidem & auariciæ, quæ erga uniuerſos mortales Philippus utitur, tanta magnitudo eſt, quantam auditis. Eum autem non poſſe cohærceri uerbis & concionibus, nemo certè ignorat. Etenim ſi è nulla re alia id cognoſci poſſet, ita conſiderandum eſſet: Nos nullo unquam loco, cum de iure diſputandum fuit, uicti, nec iniuriam feciſſe uiſi ſumus, ſed omnes ubiq̃ ſuperamus & uincimus oratione. Nunquid igitur propterea illi res aduerſæ ſunt, aut reipublicæ proſperę? Multum certè abeſt. Cum.n. ille ſumptis pòſt armis, progreditur, oẽs fortunas alacriter in diſcrimẽ 'adducẽs: nos uerò ſedemus, poſtq̃ alij æqua diximus, alij audiuimus: fit ut facta orationibus anteuertãt, & oẽs curent non ęquitates quaſcunque tandam nos diximus, aut nunc dicemus, ſed ea quę facimus. Atqui eiuſmodi ea ſunt, ut neminẽ oppreſſum iniuria, ſeruare poſsint. neq̃ .n. plura de his dici opus eſt. Proinde cũ oppidani in duas haſce ſint diuiſi

Negligentia Atheniẽſium.

Philippus non uerbis, ſed armis cohercendus.

diuiſi partes, alij, ut neque ui imperare uelint, neque ſerui re cuiquam ſed in libertate & legibus ex æquo uiuere: alij, ut ciuibus imperare cupiant, & alteri parêre, per quē cūque id ſe cōſecuturos putarint: ij q tyrannides & principatus concupierunt, ubique dominantur: & urbes in qua conſtanter colatur libertas populi, haud ſcio an ulla ſit reliqua ex omnibus, ueſtra excepta: & ſunt, qui illius arbitratu præſunt oppidis, oībus ijs rebus quibus negocia conficiuntur, ſuperiores. ac illud primū oium & maximū eſt, qđ præbitorem habent, ad eos corrumpendos, q pecuniam accipere uolūt. alterū, & nihilo minus hoc, qđ copiæ, quibus eorum aduerſarij euertantur, quocunque tempore poſtularint, præſto ſunt. Nos uero non his modo rebus ſumus inferiores, Athenienſes, ſed nec expergefieri poſſumns, hominibus qui mādragorā, aut ſimile aliquod uenenum biberunt, ſimiles. Deinde (uera enim, ut ego iudico, fatenda ſunt) eo utique pacto, in eam calumniam & contemptum uenimus, ut qui in ipſis periculis uerſantur, partim de principatu uobis contradicāt, partim de concilij loco; quidā etiam ſoli potius, quā uobis adiutoribus ſe defendere decreuerint. Qua tādem gratia hæc dico, & recēſeo? Neqꝫ.n. ita me amet Iupiter, oēsqꝫ dij, odium quæro: ſed eo, ut unuſquiſque ueſtrûm, Athenienſes, hoc cognoſcat, & uideat quotidianam ſegniciē & ſocordiam, ut in priuata uita, ſic etiā in urbibus, non in ſingulis quę negliguntur, ſtatim aīaduerti, ſed in ſumma rerum occurrere. Videtis Seruium & Doriſcum: hæc enim primum neglecta ſunt poſt pacem factam, quę multis ueſtrûm nec nota ſunt fortaſſe: ea tamen tū neglecta & deſpecta, perdidêre Thraciā & Cerſobleptē ſociū ueſtrum. Rurſus ea negligi cum uideret, & nullis defendi ueſtris auxilijs: ſubruit Porrhmū, & tyrannidem e regione Atticæ, tanquam uallum uobis, obiecit in Eubœa. Hac neglecta, Megara propemodū capta ſunt. nihil curaſtis, neque commoti eſtis harum rerū ulla neque oſtendiſtis hoc, uos ei hęc agere non permiſſuros. Antronas largitionibus cum emiſſet, non multo poſt Orei potitus eſt. multa prætereo, Pheras, uiam ad Ambraciā, factas Elide cædes, alia infinita. Non.n. ut enumerarē ui ſubactos &

Regni appetētes à Philippo adiuuātur, æqualitatis ſtudioſi ab Athenienſibus deſeruntur.

Largitiones.

Exercitus.

Athenienſes ignaui, & cōtempti.

Parua in principio neglecta magnas tandem clades pariunt.

iniurijs affectos à Philippo, hęc recenſui: ſed ut hoc uobis oſtenderem, non deſiturum omnes mortales uexare, omnia ſuæ ditionis facere Philippum, niſi quis eũ prohibuerit. Sunt aũt quidam, qui priuſquam rem perfectè audierint, ſtatim interrogare ſoleant: Quid igitur eſt agendũ? non ut eo audito faciant: oíum enim utiliſsimi eſſent: ſed ut audiendi moleſtia liberentur. Dicendũ tamen eſt, qd ſit agẽdũ. Primùm Athenienſes hoc certò apud uos ſtatuetis Philippum bellum gerere cum noſtra republica, & ſoluiſſe pacem, & maleuolum atq; hoſtem eſſe toti urbi, & urbis ſolo, addam etiam dijs urbanis, qui eũ eradicent, cũ nulla re tamen æquè bellũ gerere, ut cũ forma reipublicæ: neque per inſidias quicquã aliud omniũ moliri ac meditari magis, quã ut eam deſtruat idq; neceſſariò quodammodo, nunc quidem agit. Cogitate. n. Imperare uult: eius rei æmulos & aduerſarios ſolos uos eſſe exiſtimat. Iniurius eſt longo iam tempore, idq; ipſe ſibi eſt optimè conſcius. Quæ enim ueſtra ſunt, ijs utitur ad omnia cætera defendenda, & tutò tenenda. Si. n. Amphipolim & Potidæã amitteret, ne in Macedonia quidẽ tuto ſe manere poſſe exiſtimaret. Vtrunq; igitur ſcit, & ſe uobis inſidiari, & uos id animaduertere. Quia uerò uos cordatos uiros eſſe putat, iurè ſe uobis inuiſum eſſe cẽſet. Præter hæc tam multa, compertum habet, etſi cæterorũ oíum potiatur, ſe, dum popularis ſtatus apud uos erit, nihil firmi habiturum, ſed ſi quã cladem aliquando acceperit (multæ autem homini accidere poſſunt) fore, ut qui nunc ui tenentur, ueniant, & ad uos confugiant. Non. n. uos eſtis ipſi ad auariciam & dominatum ui obtinendũ à natura bene parati: ſed ad impediendum aliũ, quo minus & potiatur, & ſi teneat, ut eripiatis: ac denique ad uexandos imperij cupidos, & omnes homines in libertatẽ aſſerendos, inſtructi. Non igitur uult ueſtram libertatem ſibi in rebus aduerſis eſſe formidoloſam. In quo nõ malę nec ignauę ſunt eius rationes. Primũ igitur hac de cauſa hoſtis reipublicæ eſt exiſtimandus, & popularis ſtatus irrecõciliabilis. Secundo loco, certò tenendum, cùm omnia quæ molitur atq; apparat nunc, cõtra noſtram urbẽ apparare. Neque enim quiſquam ueſtrûm ita uæcors

Conſiliũ a Philippum ꝑ inimico habẽdum.

Tyrannidis et libertatis naturale diſsidium.

Atheniẽſium ingenium.

à Philippi conatus tendere ad euerſionẽ Athenienſiũ.

eſt,ut Philippum exiſtimet,mala illa in Thracia (quo.n. alio nomine appelles Drongilum, & Cabylen, & Maſtiram,& ea quę nunc tenêre dicitur) hæc inquā eum appetere,& ut ea obtineat,& labores & hyemes & extrema pericula tolerare:Athenienſes autē, portus & naualia,& triremes,& argentifodinas, & tantos reditus, & locū & gloriam,quib.abſit ut uel ille,uel quiſquā alius, urbe noſtra ſubacta,potiatur,non deſiderare: ſed futurū eſſe,ut hęc uos habere ſinat:propter panicū autē & ſiliginē in Thraciȷs ſpecubus conditā,in Barathro hybernaturū? Non hæc ita ſunt. Sed & illa,quo his potiat̄, & reliqua molitur omnia. Hæc igitur unuſquiſq; ſcire & tenere debet:neque iubere mediusfidius,ut decernat bellum qui optimo animo utiliſsima ſuadet. Id enim * eorū eſt. qui detrectandi belli cauſam quærunt,non ea quę ſint ex uſu reipub. agere decreuerunt. Videtis enim,ſi quis ꝓpter ea,in quibus Philippus primū,ſecundū, aut tertiū, fœdus uiolarat (multa enim ordine ſunt) decreuiſſet,ei bellum eſſe inferendum: is uerò æquè ut nunc, nemine Athenienſium bellum decernente, Cardianis opē tuliſſet:an nō abreptus eſſet è medio decreti autor,& omnes queſti eſſent, Philippum propter id decretum Cardianis opem tuliſſe? Ne igitur quærito te,quem pro Philippi delictis oderitis,& illius mercenarȷs dilaniandū obȷciatis: neq;, ſi bellum ipſi decreueritis,uelitis inter uos diſceptare,utrū id uos feciſſe decuerit,uel non decuerit:ſed quemadmodum ille bellum infert,ita uos propulſate: ȷs qui nunc propulſant, pecuniam date, & cætera quibus egent:ipſi autem tributom conferte,Athenienſes,& cōparate exercitum,triremes celeres,equos, nauigia equeſtria,& cætera quæ ad bellum requiruntur. Vt enim nūc res adminiſtramus,ridiculū eſt. Quin ipſum etiā Philippū,ita me Dȷ ament,optare puto,ut non aliud agat reſpub.noſtra,quā quę nunc agitis:ceſſatis, ſumptus facitis cui res mādetis quæritis,ſuccēſetis,alius aliū accuſatis. Vnde autem iſta fiant,ego docebo: & quemodo compeſcenda ſint, dicam. Nihil unquam, Athenienſes, ab initio rectè inſtituiſtis,aut inſtruxiſtis. ſed euentum ſempꝛ ſectamini:deinde,ſi ſerius ueniſtis,ceſſatis,Rurſus ſi qd

3 Bellum ab ipſis Athenienſibus et decernendum & gerendum.

** Vel,eſt, cū quo bellum geratis quærere. uariant enim exemplaria.*

4 Legiones ꝑpetuò alendæ

aliud euenerit, inſtruitis uos, & tumultuamini: quum non ita ſit agendũ. Neque.n. fieri poteſt, ut mittẽdis auxilijs quicquã rectè unquã conficiatur: ſed comparandus exercitus eſt, & huic de cõmeatu proſpiciendum, & publici queſtores conſtituendi, & ea ratio ineunda, qua quàm accuratisſimè poteſt, pecunia cuſtodiatur. Sic agendũ eſt, & expenſi rationes a quæſtoribus repoſcẽdæ: rerum geſtarum, a duce: neque nauigandi aliò, aut aliquid aliud agendi cauſa ulla duci relinquẽda. Quod ſi ſic feceritis, & hoc uolueritis, reuera iuſtam ſeruare pacem, & manere domi, ſuoque contentum uiuere Philippum cogetis, aut bellum ex æquo geretis. Et fortasſis, Athenienſes, fortasſis, ut uos nunc ſciſcitamini, Quid agit Philippus? quo proficiſcitur? ſic & ille ſolicitus erit, quo noſtræ urbis copię ſe contulerint, quo erupturæ ſint. Quòd ſi cui uidentur hęc & magni & ſumptus, & laboris ingentis atque occupationis eẽ, oĩno rectè uidentur. Sed ſi reputet quę reipub. poſt euentura ſint, niſi hęc facere uoluerit: inueniet, expedire ut officium ultrò faciamus. Nam ſi quis deorum ſponſor nobis ſit (neque.n. mortaliũ ulli tanta de re fides haberi põt) eũ, ſi uos ocium agatis, & negligatis omnia, nõ tandem uos ipſos inuaſurum: turpe tamẽ fuerit (ita me amet Iupiter, omnesque dij) & indignum uobis, & autoritate ciuitatis, & rerũ a maioribus geſtarum gloria propter ueſtrũ ociũ alios Græcos uniuerſos obijcere ſeruituti. Atque egomet emori me malim, quàm huius conſilij eſſe autorem. Verum ſi quis alius id dicit, uobisque perſuadet, eſto: ne defendite uos amittite omnia. Sin hoc nemini conſultum uidetur, ſed contrarium p̃ſcimus omnes, quo pluribus eum potiri ſinamus, eo nos acriorem illum & potentiorem hoſtem habituros: quid tergiuerſamur? quid ceſſamus? qñ, Athenięſes, officio fungi uolemus? quando, mehercule, neceſſitas aliqua fuerit? Sed quæ liberorum hominum neceſſitas dici queat, ea non mõ iam adeſt, ſed etiã olim præterijt: at ſeruilis illa, ne quando ingruat, optandũ eſt. Quid uerò intereſt? Quòd ingenuo homini maxima eſt neceſſitas rerum geſtarum dedecus, eaque maior haud ſcio an ulla ſit: ſeruo autem, plagæ, & corporis cruciatus. quod abſit ut fiat, & dictu indignum eſt. Ac illud quidem,

Pro defenſione patriæ & libertatis græcorum, nullis parcendũ ſumptibus.

Neceſſitas hominis liberi & ſerui.

Athenienſes,ad ea eſſe ſegnes & tardos, quę corporibus & facultatibus præſtanda reipublicæ ſunt ab omnibus: non probandum eſt ullo modo. Neque uerbis eſt opus: ueruntamen excuſationis aliquid habet. At nec ea quæ audienda ſunt,quæ'q; in deliberationem cadunt, audire uelle:id uerò meretur omnem reprehenſionẽ. At uos nec audire,priuſquã res ipſæ adſint,ut nunc:nec ulla de re deliberare ſoletis per ocium.ſed dum ille ſe contra uos inſtruit,idem agere,& uiciſſim inſtrui ceſſatis: & ſi quis aliquid tale dixerit,eĳcitis. Poſtquã aũt periſſe,aut obſideri aliquid intellexiſtis:tum demum auditis, & inſtruimini. Fuiſſet autem audiendi & cõparandi ſeſe, tum tẽpus, cum uos noluiſtis:rei aũt gerendæ, & utendi apparatu, nunc cum auditis. Itaq; his moribus ſoli mortaliũ omniũ, contrà q̃ aliĳ ſolent,factitatis. Nam omnes aliĳ hoïes ante negotia deliberare ſolent:uos,poſt negotia. Quod igitur eſt reliquum,& olim factum oportuit,ſed neque nũc ſerũ eſt,id dicam. Nihil omnium rerũ,ad ea negotia quæ inſtant reipub. perinde eſt opus ut pecunia. Vltrò autem felicitas quędam nobis offertur, qua ſi rectè utamur, fortaſſis ẽt nunc aliquid utile cõfici poterit. Primũ. n. quib. Rex Perſarum fidem habet,quos'que de ſe bene eſſe meritos putat,hi oderunt,& bello infeſtant Philippũ. Deinde qui adiutor & conſcius fuit omnium Philippi contra Perſarum regem inſtructionum,is abreptus eſt. & omnẽ rem Rex non nobis accuſantibus audiet,quos ꝑpter priuatam utilitatem uerba facere putauerit:ſed ex eo q ipſe egit,& adminiſtrauit. Quare fides habebitur accuſationibus,& ea ueſtris legatis reliqua erit oratio,qua Rex maximè delectabitur:eum qui utroſq; læſerit, cõmuniter eſſe ulciſcendum: &, Regi multo fore formidabiliorem Philippum,ſi nos priores inuaſerit.ſi qd enim nobis derelictis acciderit,ſecurè in illum eſſe impetũ facturũ. Propter hæc igitur omnia,cenſeo legatos eſſe mittendos,qui cum Rege colloquantur:& ſimplicitatem iſtã deponendam,quę uobis ſæpe detrimento fuit: ENIM uerò barbarus eſt, & cõmunis omnium hoſtis,& reliqua eius generis omnia. Ego enim,cum uideo eſſe quoſdam, qui illũ qui Suſis & Ecbatanis degit,metuant, & reipubli. male

Athenienſes nec admoneri ſe de officio patiuntur.

Athenienſes accepto demum malo ſapiunt.

Societas Regis Perſarum expetẽda propter pecuniã.

μὴ μνησι. Stultũ eſſe Iuuari nolle à Barbaro, cum poſſis et egeas.

uelle dicant,qui prius etiam ad rempub. noſtrã erigendã adiutor fuit,& nuper pollicebatur(quod ſi uos non accepiſtis,ſed ſenatuſconſulto repudiaſtis,per illum quidẽ non ſtetit)de eo autem,qui in forib. adeò, propè in media Græcia creſcit,prædone Græcorũ,aliud aliqd dicat: demiror,eumq́ꝫ metuo quiſquis tandẽ ille ſit, cum ipſe Philippum non metuat.Eſt & alia res, quæ reipub. nocet,iniuſta maledicentia,uerbisq́ꝫ non cõuenientibus adducta in inuidiam: quæ ijs occaſionem qui nihil æqui agere uolunt in repub.ſuppeditat, Deniqꝫ oium quę deſunt,cum id ab aliquo fieri oporteat,in eam rem transferri culpam inuenietis.De qua omnino dicere uereor,ſed dicam tamen.Puto enim me habiturum,quod ad reipub. utilitatem,& pro pauperibus contra diuites dicã, & ꝓ locupletibus cõtra egenos,ſi ſublatis è medio cõuicijs,q̃ propter theatralem pecuniam quidã iniqui, dicũt, et timore illo,non ſine magno malo poſſe hoc conſiſtere, au diueritis:quo nihil maius ad res gerendas cõferre, nihil quod totam urbem magis corroboret, præſtare poſſumus.Sic aũt conſiderate:uerũ priore loco de ijs dicam, quos premi apparet inopia.Fuit nõ ita olim apud nos cũ uectigalia ciuitatis centum & triginta talẽta nõ superabãt,& nemo ex ijs erat qui triremi pręeſſe,aut cõferre tributum poterat,qui non ſua ſponte ſibi faciendũ officiũ putaret,quod pecunię copia non erat.Nã & triremes inſtructæ ibant,& pecunia in promptu erat, & oĩ officio fungebamur.Poſt hæc Fortuna benignitas auxit rẽpub. & talenta pro centũ illis quadringenta redeunt,ſine ullo diuitum detrimento,ſed potius cum eorũ emolumento. Diuites enim omnes ueniunt in partẽ eorum,& rectè faciũt.Quî fit igitur,ut id alijs alij exprobemus,& ꝓ eã ſpeciem, facere quæ decent,recuſemus? niſi fortè auxilium pauperibus à Fortuna oblatum inuidemus,quos nec ipſe reprehendo,nec cenſeo reprehendendos. Neque enim in priuatis familijs adoleſcentem erga ſeniores ita affectum eſſe uideo,neqꝫ adeò uæcordem aut ineptum quẽquam omnium,ut,niſi omnes ea agant quæ ipſe agit, ſe quoque neget acturum eſſe quicquam.Is enim tum legibus malæ tractationis teneretur.Decere enim cẽſeo, cõ-

Diſcordia pauperum & locupletũ tollenda è medio

Pauperibus theatralẽ pecuniã non eſſe inuidendam.

Ita uiuẽdum in ciuitatibus ut in priuatis familijs.

ſtitutam ab utraq; ſtipem,& à natura & à lege,iuſtè red di,& ultrò pendi. Sicut igitur uniuſcuiuſque noſtrûm parens eſt aliquis:ſic uniuerſæ ciuitatis communes, parentes, ciues uniuerſi ſunt exiſtimandi. atq; adeò non eripiẽdum eis quicquã eſt,quod reſpub:largitur, ut ſi horũ nihil fieret,eis aliunde proſpiciendum eſſet,ne quare egerent. Quod ſi locupletes in hac ſententia ſint,eos nõ modò ęqua facturos puto,ſed utilia quoq;. Nam rebus neceſſariis publicè fraudare aliquos,id efficere eſt,ut reipublicę multi male uelint. Inopibus aũt ſuaſerim,ut q̃ res locupletibus oneri eſt,& de qua haud iniuria querunt, eã remouerent. Progrediar aũt eodẽ modo quo dudũ, & pro diuitum defenſione uera dicere non dubitabo. Mihi enim nemo ita inhumanus,aut crudeli animo eſſe uidet, nedum Athenienſium,ſed nec cæterorũ, ut pauperes & rerũ neceſſariarum egenos capere iſta cũ uidet, ægrè ferat. Sed ubi colliditur res? in quo eſt difficultas? cum inſtitutum illud à publico ad priuatum transferre uident quoſdam,& magnũ eſſe ſtatim apud uos eius ſententiæ autorẽ,&(quod ad ſecuritatem gdẽ attinet) immortalẽ: atq; aliud eſſe occultum ſuffragium à manifeſto plauſu. hæc diffidentiam,hæc ita iracundiam mouent. Eſt enim, Athenienſes, ex æquo & bono colenda reipub. ſocietas ita uti diuites uitam ſuam in tuto collocatam eſſe putẽt, deq; ea non ſolicitentur:in periculis aũt,ut pro patrię ſalute opes ſuas in commune cõferant. Reliqui, ut cõmunia pro communibus habeant,iiſq; pro portione fruanẽ priuata ueró ꝑ ꝓpriis poſſeſſoris. Sic & parua urbs magna fit & magna conſeruatur. Quæ igitur ab utriſque p̃ſtanda eſſe uideantur,hæc ferè ſunt. Quo aũt pacto ritè fieri queant,diſtinctius eſt explicandũ. Verũ præſentiũ negotiorum & perturbationis,multę,iam olim collectę, cauſæ ſunt:quas,ſi uobis audire cordi eſt,narrabo. Emoti eſtis,Athenienſes,ex eo fundamento, in quo uos maiores ueſtri reliquerunt,ac præeſſe Grçcis,& legionib. inſtructis,omnes affectos iniuriis adiuuare, ſuperuacanei & inanis eſſe ſumptus, perſuaſum uobis ab iis eſt, quorum iſtæ ſunt in republica actiones. At ocium agere, & nuſquã officio fungi,ſed ſingulatim omnia proiice-

Pauperes in bona locupletum inuadere non debent.

Ciuium conſociatio æqua eſſe debet.

Reprehenſio corrupti ſtatus Athenienſis reipubli. In Athenienſium ignauia philippus principatum petitus.

re,& ſinere ut alij ea intercipiant,admirabilem felicitatē,& rē nullo cum periculo coniunctā eſſe putatis. Quę dum fiunt,alius occupauit eum locum, in quo uos collocatos eſſe oportebat:is felix,& magnus, & multorū dominus factus eſt,meritò. Rē enim magnā & honorificā, & ſplendidam,& de qua omni tempore maxime urbes inter ſe contenderunt,poſtquā & Lacedæmonij cladem acceperunt,& Thebani propter Phocenſe bellū occupati ſunt,& uos negligitis,deſertam ſuſcepit.Proinde formido ad alios,multitudo ſociorum & magnitudo potētiæ ad eum deuēnit:tantisq; & talibus rebus Græci iam circunuenti ſunt uniuerſi,ut etiā quid conſuli debeat,nō ſit in promptu. Quanquam autē,Athenienſes, res præſentes,ut ego iudico,omnibus ſunt formidoloſæ,nulli tamē ex omnibus in maiore ſunt periculo quā uos:non eò tātū ꝙ uobis Philippus potiſsimum inſidiatur, ſed & quòd omnium eſtis ignauiſsimi.Quod ſi rerum uænalium copiam & annonæ in foro ubertatem intuentes, ijs deliniti eſtis,tāquam extra omne periculum ſit reſpublica: neq; conuenienter,neque rectè rem iudicatis.Forum enim & celebritatem uel malè uel bene eſſe inſtructam,ex his rebus æſtimari queat.Vrbs autem quam perpetuo Gręcis imperare uelle,ac uel ſolam aduerſaturam, & libertatis oium defenſionem ſuſcepturā cenſeas: non ita me Deus amet,è rerum uenalium copia & uilitate æſtimanda eſt ſed illud uidēdū,an ſociorum bñuolētia freta ſit, an armis ualeat:hæc in urbe conſideranda ſunt.Quę malè ſe apud uos, & non bellè uniuerſa habent. idq; ea ratione intelligetis,ſi cogitabitis,quādo perturbatiſsimus fuerit Gręcię ſtatus.nullū certè tempus,quā hoc pręſens,perturbatius qſquā dicet.Omni enim ętate ſuperiori, in duas has factiones diuiſi fuerunt Græci, Lacedæmonios & uos: cæteri autē Græci,partim nobis,partim illis obediebāt. Regi uerò Perſarum per ſe quidem æquè apud omnes nulla erat fides:ſed bello uictis ſibi adiungendis, tantiſp fidem inueniebat,dū horum opes alteris æquaſſet. Pòſt ijs quos conſeruarat, non minus erat inuiſus, quā ueteribus inimicis. Nunc uerò Rex Perſarum omnibus Gręcis eſt coniunctis, nobiſcum autem minimè omnium, niſi

Athenięſem ciuitatē, etſi annonæ copia floreat, deſtitutā & ſocijs et fortitudine, in periculo eſſe.

Perturbatio præſentium tēporum.

Rex perſarū.

hunc ex parte correxerimus. Deinde patrocinia multa ſunt,& undelibet conciliantur: ac etſi principatū oēs ſibi uendicant, deſciſcunt tamen quidam, & inuident, & diffidunt inter ſe, ſecus quam oportebat: diuulſi'que ſunt ſinguli, Argiui, Thebani, Corinthij Lacedæmonii, Arcades nos. ſed tamen, cum in tot partes & tot principatus res Græcorum ſint diremptę, ſi uerum liberè dicendum, eſt apud horum neminem Curias & prætoria magis deſerta uideas à Gręcorū negocijs, quā noſtratia: meritò. neque enim amans, neque confidens, neq; metuens, quiſq; uos appellat. Cauſa uerò harum rerū eſt non una, Athenienſes, alioqui facile mutaremus: ſed multa & uaria cō miſſa ab omni æuo delicta, quorum ſingulis omiſsis, unū quo omnia tendunt, dicam: præcatus à uobis, ſi uera liberè dixerò, ne mihi ſuccenſeatis. Quæcunque fuerunt rei gerendę occaſiones, à proditoribus uenditæ ſunt, atque ocii ſanè uos & trāquillitatis participes fuiſtis, quib. deliniti, dum ijs qui uos lædunt, nō grauiter iraſcimini, alij honores abſtulerunt. Atque ad cætera quidem attinent non eſt exquirere nunc operęprecium: ſed ubi aliqua Philippi mentio inciderit, ſtatim' qdā ſurgens dicit, Non eſſe nugandū, nec decernendum bellum. atq; ordine collationē inſtituit: In pace uiuere quā pręclarū? & Magnū alere exercitum quā difficile? &, Quidam diripere uolunt ærarium: aliaſq; fabulas narrant, ut opinanť, ueriſsimas. Verū, pacem ut ſeruetis, non uobis certè perſuadendū, q. bus perſuaſum eſt: ſed illi, qui rei militari uacat. Cui perſuaſum ſi fuerit, in uobis ſanè mora nulla erit. Moleſta autem exiſtimanda ſunt, non quę tuendę ſalutis cauſa in ſumpſerimus, ſed ea quę perferemus, niſi hæc facere uoluerimus: ac direptio ærarii, inuēta cuſtodia quæ conſeruetur, prohibenda eſt, non deſertione utilitatis. Quanq; idipſum iniquo animo fero, ſi ueſtrûm quibuſdam pecuniæ direptio eſt moleſta, quā uobis & cuſtodire, & peculatores punire licet. Philippus autē Græciam uniuerſam ordine ſic diripiens, eamq; cum ueſtro periculo diripiēs, non eſt moleſtus. Quî fit igitur, Athenienſes, ut qui tam apertè iniurias facit. & urbes occupat, cum nemo unquā iniuſtè facere, aut mouere bellum dixerit; qui uerò non

Græcorum factiones.

Athenienſium ſolitudo.

Proditiones.

Pacis intempeſtiuū ſtudium

Proditores perſtringuntur.

concedenda,neq; negligenda hæc eſſe ſuadent, eos bellum facere dicant? Quòd cām ſecuturarum è bello difficultatum (neceſſe enim neceſſe eſt multas oriri è bello moleſtias) ijs qui ueſtra cā optima dicere ſolēt, uniuerſi acceptum ferre uolunt. Cenſent.n.ſi uos cōcorditer unoq; animo Philippū ulciſcamini, & illum ſuperatum iri à uobis, & ſe a quo mercedē accipiant, non habituros. Sin * a primis tumultibus irati aliquibus, ad exercenda iudicia cōuertamini, tū ſe ijs accuſandis utrūq; cōſecuturos, & laudationē a uobis, & largitionem ab illo: tum uos, ob ea ꝓpter quæ ipſi mulctandi eſſent, pœnas de ueſtris defenſorib. ſumpturos. Ac ſpes quidē iſtoꝝ hæ ſunt. Hinc illud eſt ut dicant, uelle aliquos bellum facere. Ego uerò exploratū habeo, cū Athenienſium nemo decreuiſſet bellum, tum alia multa quæ noſtræ urbis ſunt, tenére Philippum, tum nunc auxilia miſiſſe Cardiam. Quòd ſi nos præ nobis ferre nolumus, eum bellum gerere nobiſcum: mortalium oĩum ſtolidiſsimus eſſet, ſi id coargueret. Nā ſi uiulati negant, quid uiolanti eſt faciendū? Sed ubi nos ipſos inuaſerit, quid tum dicemus? Ille quidem ſe bellum gerere negabit, ſicut nec Oritis dixit, militibus in eorum agro uerſantibus, nec Pheræis, priuſquā in mœnia faceret impetū: nec Olynthijs ab initio, donec in ipſoꝝ agro cū exercitu adeſſet: num tum quoque dicemus, eos qui uim propulſare iubent, concitare bellū? Proinde reſtat ut ſeruiamus. neque.n. quicquam eſt tertium. Neque uerò nos, iiſdem de rebus, de quibus alij, periclitamur. Non enim ſubigere noſtram urbem uult Philippus: nō, ſed funditus euertere. Satis.n. intelligit, ſeruire uos neq; uelle: neq; ſi uelitis, poſſe. nam imperare conſueuiſtis. Negotia uerò ei faceſſere, ſi detur occaſio, poſſe, plura q̃ cæteros homines omnes. Quapropter uobis non parcet, ſi in poteſtatem ſuam redegerit. Tanquam igitur de aris & focis decertandum ſit, ſic ſtatuendum nobis eſt: & qui ſe illi uendiderunt * apertè, odio proſequendi, & in cruciatum abripiendi. Non enim poſſunt, nō poſſunt externi hoſtes ſuperari, antequā domeſticos hoſtes punitueritis. Alioqui nequit fieri, dum in hos tanquam ſcopulos impingitis, quin ſitis illis poſteriores. Vnde nam enim putatis, cum

ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων αἰτιασάμενοί τινας.

Athenienſes, niſi Philippo reſtiterint, de excidio periclitari.

φανερῶς etiam ad μισεῖν referri poteſt.

nunc in uos eſſe contumelioſum? Nam quid faciat, ſi hoc non facit, equidem non uideo. qui cum alios benefaciendo, ſi nihil aliud, ſeducat, uobis iam minatur? ueluti, Theſſalos multis beneficijs pellexit in præſentem ſeruitutem: neque dicendo quiſquam conſequi poſſit, quàm multis rebus infelices Olynthios, data prius Potidæa, multiſq́; alijs, deceperit. Thebanos nunc pellicit, Bœotia eis tradita, poſteaquam eos bello magno & difficili liberauit. Proinde hi omnes emolumento aliquo percepto, partim iam ea ꝑpeſſi ſunt quæ oēs ſciunt: partim quicquid tandem caſus tulerit, patientur. Vobis autem erepta q̄ ſint, taceo: ſed in ipſa pacificatione quantis fraudati eſtis? quātis ſpoliati? nōne Phocenſibus? nōne Pylis? nōne * Thraciæ imperio, Dorſco, Serrio, Cerſoblepte ipſo? nōne Cardiam nunc habet, & confitetur? Cur igitur eo modo cū illis, & alia ratione uobiſcum agit? Quod in ſola noſtra repub. inter omnes, impunitas agendæ hoſtium cauſæ datur: & ſi quis pecuniam acceperit, tutò apud uos dicendi poteſtatem habet, etſi ueſtris opibus ſpoliati ſitis. Non tutum Olynthi fuiſſet, cām Philippi agere, niſi beneficij pars aliqua ad multitudinem Olynthiorum perueniſſet è fructibus Potidææ. Non licuiſſet in Theſſalia cām Philippi agere, niſi ad multitudinē Theſſalorū, eiectis a philippo tyrannis, beneficij pars perueniſſet, & pylæa reſtituta. Non fuiſſet Thebis tutum, ante redditam Bœotiam, & phocenſes deletos. Sed Athenis, cum non mō Amphipolim & Cardianorum regionem philippus eripuerit, ſed & Eubœam cōtra nos, tanq̄ arcem munierit, & nūc ad Byzantiū accedat, tutum eſt defendere philippum. Itaq; iſtorꝫ aliqui è mēdicis repēte facti ſunt diuites, & ex ignobilibus & obſcuris clari & illuſtres: uos contra, è claris obſcuri, è locupletibus inopes. Vrbis.n. opes ego eſſe exiſtimo, ſocios, fidē, bn̄uolentiā: quorū uos omniū eſtis inopes. Quæ quia negligitis, & ad iſtum modum res ferri ſinitis, ut ille beatus & magnus, & formidoloſus eſt omnibus Græcis & Barbaris: ita uos deſerti & humiles, proſperitate fori annonæ ſplendidi, rerum quæ requiruntur inſtructione ridiculi. Non autem eodem modo quoſdam oratorum, & uobis & ſibimetipſis

Proditores, quibus fretus philippus, ſint et Athenienſibus, è medio tollendos.

* *τὰ ἐπὶ θρᾴκης.*

Proditores locupletantur, urbs perit.

In Ariſtodemum, hominē inquietū, quietis ſuaſorē.

conſulere uideo. Vos enim quieſcere iubent, tametſi uos aliquis uiolarit: quum ipſi apud uos quieſcere non poſſint nemine eos uiolante. Quod ſi quis ſine conuicio roget, Dic mihi: quamobrē, cum exploratū habeas Ariſtodeme (nemo enim talia ignorat) ut priuatorū hominū uitā eſſe tutā & ocioſam, & extra periculū: ſic eorū qui uerſantur in repub. criminoſam, & lubricā, & quotidianorum certaminum & malorum plenam: nō quietam & ocioſam, ſed periculoſam amplecteris? Quid reſpōdeas? Nam ſi (quod optimū dicere poſſes, id te uerè dicere cōcederemus) honoris & glorię ſtudio iſta facere omnia: demiror equidē, cur tibi propter iſta facienda eſſe oīa cēſeas, neque ullum uel laborem uel periculum recuſandū: reipub. autem ſis autor, hec per ſocordiam ut amittat? Neque enim illud dices, te oportere in repub. eſſe cōſpicuum, reipub. nullā eſſe oportere apud Græcos autoritatem. Quin nec illud uideo reipub. tutum eſſe ſuū agere negotiū; tibi periculoſum, niſi te in aliena negocia curioſe ingeſſeris. Imò contrà tibi ex factis tuis & curioſitate extrema impendêre pericula, reipub. ex ocio. At hercule auita & patria gloria te excitat, q̃ tibi turpe fuerit amittere: reſpublica uerò nullā claritatē & celebritatem accepit à maioribus? Sed ne hoc quidē ita ſe habet. Tibi q̃dem peculator fuit pater, ſi quidem ſimilis fuit tibi, à republ. uerò noſtra, ut omnes ſciūt Gręci, bis è maximis periculis, maiorū noſtrorum tēpibus, ſunt liberati. Verū nō æqualiter, neque ciuiliter ſua quidam & publica adminiſtrant. Quo pacto enim æquum eſt, iſtorum quoſdam è carcere progreſſos, ſemetipſos ignorare: rempub. aūt quę alijs Græcis hactenus præfuit, & principatum obtinuit, nunc in obſcuritate omni & humilitate uerſari? Etſi autem habeo præterea quæ, dicam multa, & de multis deſinam. neq; enim penuria uerborum uel nunc, uel unq̃ alias, malis mihi rerum eſſe ſtatus uidetur: ſed cum uos audiuiſtis omnia quæ expediunt, & in eo conſentitis, ea rectè dici, eos qui interturbare illa & peruertere ſtudent, ex æquo in hoc conſeſſu auditis, cum non ignoretis eos. E' primo enim aſpectu certò ſcitis, quis mercede concionetur, & quis in repub. Philippo ſubſeruiat: & quis re-

Gloria maiorum aſſerēda

Athenienſes delectantur proditoribus.

uera couſultum rebus eſſe cupiat: quis id agat, ut his reprehenſis, re in riſum & conuicium uerſa, nihil ipſi quod ad rem faciat, faciatis. Hæc uera ſunt, magna cum libertate, ſimpliciter, ex beneuolentia, rectiſsime dicta, non aſſentationis & impoſturæ plena oratio, argentum allatura dicenti, reipub. negocia hoſtibus traditura. Aut igitur à talibus moribus eſt recedendum, aut deprauatio & clades rerum omnium aſcribenda nemini quàm uobis ipſis.

Concluſio grauiſsima.

LITERAE PHILIPPI, [redacted] IN-*terprete.*

PHILIPPV SENATVIS POPVLOQVE Athenienſi S. D.

QVum ſæpe legatos miſerim, ut pactis & conuentis ſtaremus idq́ꝫ uos nihil mouerit: ſignificandum uobis eſſe duxi, quibus in rebus iniuriam mihi fieri exiſtimem, Ne uerò miremini epiſtolæ prolixitatem, Quia enim multę conquerendi cauſæ ſunt, neceſſe eſt omnes pſpicue explicari. Ac primũ, Nicia caduceatore è mea ditione abrepto, tantũ abeſt ut ſontes obiurgaueritis ob ius uiolarum, ut etiam affectum iniuria decẽ menſes in uinculis habueritis, noſtrasq́ literas quas ferebat, pro concione legeritis. Deinde quũ Thaſij Byzãtiorum triremes & piratas qui uellent, ſuſciperent, id nihil uobis curæ fuit, quanquam in fœdere pręſcriptum eſt, pro hoſtibus eſſe habendos, quicunqꝫ id faciant. Circa eadẽ tẽpora, Diopithes facta in regionem meã impreſsione, non modò Crobylen & Tiryſtãſin, ciuibus in ſeruitutem abductis, diripuit: ſed & finitimam Thraciam populatus, eo que uiolentiæ tandem eſt prouectus, ut Amphilochum, qui de captiuis redimendis legatus uenerat, comprehẽſum, & in extremam neceſsitatẽ adductum, nouem talentis extortis dimiſerit, & hæc populo approbante fecit. Atqui cùm cæteris omnibus præconem & legatos uiolare, impium uidetur: tum uobis in primis. Certè, quum Megarenſes Anthemocritum ſuſtuliſſent, tanta iracundia populus exarſit, ut eos myſterijs prohiberet, & in monimentum iniuriæ ſtatuam ante por-

Cã ſcribendi.
Excuſatio prolixitatis.
1 Nicias caduceator abreptus.
2 Thaſiorum iniuriæ non prohibitæ.
3 Diopithis uiolentia.
Violatio legati.
Ab exemplo Athenẽſium

tas erigeret. Quid uerò iniquius eſt, quàm uos ipſos nunc ea facere, quæ facta ab aliis tam iniquis animis tuliſtis? Præterea Callias ueſter imperator, urbes in Pagaſitano ſinu ſitas uniuerſas cepit, uobis fœdere, mihi ſocietate coniūctas. Qui uerò in Macedoniam nauigabant, eos uendebat, pro hoſtibus omnes habens. Et propter hæc facinora uos eum publicis præconiis extuliſtis. Quare ualde dubito, quid his per uos adiici poſſet, ſi palā mecum bellum gereretis. Nam quum haud occulte diſſentiremus, prædones [redacted]is, & eos qui ad nos nauigabant, uendebatis, aduerſarios n[redacted]periū meū infeſtabatis. Ad eam denique iniquitatem & hoſtile odiū progreſſi eſtis, ut etiam Perſę, miſſis legatis, perſuadere ſtudueritis, ut mihi bellum iferret. id quod maxime quiuis demiretur. Antequam enim is Aegyptum & Phœniciam cœpiſſet, decreuiſtis, ut ſi quid nouæ rei moliretur, non minus ego quàm cæteri Græci oēs aduerſus eū accerſerer. Nunc uerò tanta eſt odii ueſtri in me acerbitas, ut de ineunda cum eo contra me ſocietate agatis. Atqui olim patres ueſtri (ut ego audio) Piſiſtratidis crimini dabant, quòd Perſam ad Græcos opprimendos adducerent. Vos uerò ea facere non pudet, ob quæ tyrannos accuſare ſolebatis. Quin præter alia ſenatuſconſultis ueſtris inſcribitis, mihiq́ imperatis, ut Terem & Cerſobleptē, quòd Athenienſes ſint, Thracię dominari ſinā. Ego uero iſtos neq; pactis de pace contineri memini una uobiſcū, neque pilis inſcriptos, neque Athenienſes eſſe. Illud ſcio, Terē contra uos mecum arma tuliſſe: & Cerſobleptem, quum meis legatis ſeorſim dare iuſiurādū cuperet, a ueſtris ducibus fuiſſe prohibitū, qui eū ueſtræ urbis hoſtem declarabant. At iſthuc qūo æquū aut iuſtū eſt, quū è re ueſtra eſt, eum ueſtræ urbis hoſtem nominare: quū uero me calumniari uultis, eundē ciuem ueſtrum dictitare? Et Sithalce occiſo, quem ciuitate donaueratis, ſtatim eius interfectorem in amicitiam recipere: & propter Cerſobleptem bellum nobiſcū ſuſcipere? Præſertim quū uobis exploratum ſit, neminem eorum qui talia munera accipiunt, uel leges, uel ſenatuſcōſulta ueſtra quicquam curare. Verum ſi, omiſſis cæteris omnibus breuiter dicendum eſt, uos

4 Calliæ iniuria.

5 Legati ad perſarum Regem miſſi.

6 Tere & Cerſoblepta reſtitutio.

ciuitatem dediſtis Euagoræ Cyprio, & Dionyſio Syra cuſio, illorumq́ poſteritati. Si igitur his qui utroſque eie cerunt, perſuaſeritis, ut actis in exilium imperia reſtituãt: à me quoque illam Thraciæ partem recuperate, quã Te res & Cerſobleptes tenuerũt. Ac ſi uictores illorũ ne uer bo quidem appellandos cenſetis, mihi uero obturbatis: an non iure optimo uos ulciſcar? Ac de his, quanquã plu ra haberem quæ uerè dicerem prætermittere tamen ea ſtatui. Cardianis autem me opitulari profiteor, quũ illo rum ſocius ante pacem fuerim: & uos ſæpe a me, neque raro ab illis orati, uenire in iudicium nolueritis. An non igitur eſſem omnium hominum nequiſsimus, ſi deſertis ſociis, ueſtri potius rationem haberẽ, qui oĩ modo me ue xatis, quã eorũ qui mihi conſtanter & ſemper amici eſſe perſeuerant? Iam, ſi hoc quoque prætereundum non, eò inſolentiæ ueniſtis, ut prius de ſuprà dictis tũ me accuſa retis: nuperrimè uerò, quũ Peparethij ſecũ crudeliter a ctum eſſe quererentur, ueſtro duci mandaſtis, ut me illo rũ uicẽ ulciſceretur. quos ego ſanè clemẽtius tractaui, quàm commeruerant, quum illi tempore pacis Haloneſo oc cupata, neque inſulam mihi, neque præſidiarios milites quos per legatos ſæpe repopoſci, reddiderint. Vos ue rò iniuriæ mihi ab illis illatæ nullam rationẽ habuiſtis, ſed tantum ſupplicii: cũ ſatis ſciatis, me Inſulam nec uo bis nec illis eripuiſſe, ſed Soſtrato piratæ. Quã ſi uos So ſtrato tradidiſſe ipſi dicitis, piratas in eã miſiſſe fatemini. Sin, uobis inuitis, ui obtinebat, quę tãdem in uos iniuria fuit, eam à me occupari, & locũ tutum reddi nauiganti bus? Etſi autem ueſtram urbem tanti faciebam, ut Inſulã ei darẽ: tamen oratores ueſtri accipere prohibebãt, reci piendã eſſe conſulebant. ut ſi quod imperabat facerem, me alienam obtinere faterer: ſin locum illum retinerem, populo ſuſpectus fierem. Quibus ego cognitis, ultrò de nunciaui, me de his in iudicio uobiſcũ diſceptaturũ, ut ſi mihi adiudicata eſſet, uobis à me daretur: ſin iudicaretur ueſtra eſſe, populo eã reſtituerem. Hæc me ſæpe poſtulã te, & uos contempſiſtis, & Peparethii inſulam occupa runt. Quid igitur mihi faciundum fuit? non infligẽda pœ na fœdifragis? non ulciſcendi, qui tam ſupbè laſciuiebãt?

Euagoras. *Dionyſius.* 7 *Cardianis negatum ius.* 8 *Peparethiorum ſuppliciũ, & Haloneſus.* *δι' λημμα.*

9 Nauigatio in Helleſpontum hoſtiliter interclusa. Nam ſi Peparethiorum fuit inſula, quo iure ab Athenienſibus repetita eſt? Sin ueſtra, cur non eis iraſcimini, qui occuparint alienam? Eò porro ꝓgreſſę ſunt noſtræ inimicitiæ, ut cum claſſem in Helleſpontum perducere cuperem, coactus ſim eam per Cherrhoneſum cũ exercitu comitari; quum ueſtri coloni ex decreto Polycratis bellum nobiſcum gererēt, & uobis talia comprobātibus, & duce ueſtro Byzantios accerſente, & apud omnes miſsis nunciјs diuulgante, ſibi mandari à uobis, ut ſi dareť occaſio, bellum gereret. Talia quũ paterer, tñ & urbi ueſtræ, & triremibus, & agro peperci, quamuis pleriſque potiri poſſem, uel potius omnibus: & uos ad eas que inter nos ſunt controuerſias, diſceptatione dirimendas, perpetuò prouocaui. Atqui conſiderate, utrũ honeſtius, ſit uerbis an armis lites finiri? & utrũ magis deceat, ut ipſi arbitri ſimus, au uerò ut aliјs arbitrium deferamus? Reputate ēt quā abſurdum ſit, ut Thaſios & Maronitas litē de Stryme, diſceptatione finire cogant Athenienſes, ipſi aũt ea de quibus ambigunt, mecum ad eundem modũ nõ tranſigant? Præſertim quum ſciatis, uos, ſi ſuccubueritis, nihil amiſſuros, ſin uiceritis, potituros, his, quę nunc in noſtra manu ſunt. Sed omnium iniquiſsimũ hoc mihi uidetur: ꝙ, cum legatos ex omni ſociorum conuentu miſiſſem, ut teſtes eſſent: cumq́; uellem de Græcis ea uobiſcum paciſci, quæ iuſta eſſent: legatorum orationē ne de his quidē admiſiſtis. quãuis in ueſtra manu eſſet, aut eos liberare periculis, qui malè de nobis ſuſpicabantur: aut palā conuincere, me omnium hominum eſſe improbiſsimum. Ac populo quidem illa erant utilia; ſed ē re oratorum nõ erāt. Nam qui ueſtræ ciuitatis morem tenent, pacem eis bellum eſſe & bellum pacem affirmāt, quum à ducibus uel patrocinando, uel calumniãdo pecuniā extorqueāt: & tum nobiliſsimis ciuibus, tum exterrorum celeberrimis conuiciando pro concione id captent, ut populares eſſe uideantur. Facile mihi quidem eſſet, ſi paululum pecuniæ dilargiri uelim, eorum compeſcere maledicentiā, & efficere ut nos laudibus eueherent. Sed me puderet ueſtram beneuolentiam ab iſtis mercari: qui præter cætera tam confidētes ſunt, ut ēt de Amphipoli mouere nobis

Philippi æquitas.

10 Detractatio iuris.

11 Legati repudiati.

Perſtringit oratores.

bis controuerſiam non dubitent. pro qua ego me puto longè dicturũ æquiora, quàm iſtos qui illam ſibi uendicant. Siue enim eorum ſit, qui primi deuicerunt, an non iure nos illam habemus? quum Alexander auus noſter oppidum illud primus occuparit: unde etiam de primitijs captorum Medorũ Delphis auream ſtatuam dedicauit. Siue hoc aliquis in dubium uocat, & eorum fieri cenſet, qui poſtremi potiantur, hoc etiam ius penes me eſt. Expugnatis enim illis qui uos eiecerant, & à Lacedæmonijs ibi collocati fuerant, oppidum cæpi. Atqui omnes in urbib. habitamus, uel à maioribus acceptis, uel bello ſubactis. Vos aũt qui neque primi potiti eſtis, neq; nũc obtinetis, ſed minimum tempus in illis locis conſediſtis, urbem eam ueſtram eſſe contenditis: id'que, quum ipſi urbis poſſeſſionem nobis euidentiſſimo teſtimonio confirmaueritis. Sæpe enim in literis me de ea mentionem faciente, cenſuiſtis eam iuſtè à me teneri. Pacem etiam feciſtis, me urbem illam & ſocietatem ueſtram eadem pactione obtinente. Quæ igitur poſſeſſio firmior fieri queat hac, quæ primũ à maioribus nobis relicta, deinde iure belli denuò noſtra facta poſtremò à uobis conceſſa eſt, qui uendicare uobis ſoletis etiam ea quæ planè ad uos nihil attinent? Quæ igitur in uobis accuſem, hæc ſunt. Et quia uos autores eſtis iniuriarum, & propter uerecundiam & æquitatem meã magis iam rebus meis infeſti imminetis, & quantum in uobis eſt, nobis malefacitis, iure optimo uos ulciſcar, dijs'que teſtibus inuocatis, ius meum à uobis conſequi ſtudebo. *Indictio belli*

LIBANII ARGVMENTVM IN ORATIONEM AD PHILIPPI EPISTOLAM.

Miſerat Philippus ad Athenienſes epiſtolam, qua eos accuſabat, & palàm bellum denunciabat. Non amplius igitur orator ſuadet Athenienſibus, ut bellum gerant (cogebat enim ipſa neceſſitas) ſed confirmat eorum animos ad periculum adeundum: Macedonem facile poſſe ſuperari aſſerens. Exordium conſolatione plenum eſt.

DEMOSTHENIS AD PHILIPPI EPISTOLAM ORATIO, HIERONYMO *Vuolfio interprete.*

Philipppum ſe iam olim pro hoſte gerere. PHilippum, Athenienſes, non pacem feciſſe uobiſcũ, ſed diſtuliſſe bellum, omnes iam cognouiſtis. Poſtquam enim Pharſalijs Halum tradidit, & Phocenſe negocium confecit, totamq́ Thraciam ui ſubegit, falſis cauſis confictis, & iniquis prætextibus excogitatis: re quidem ipſa iam olim cum urbe noſtra bellum gerit, nunc autem permiſſas literas, uerbis ipſis confitetur.

Propoſitio: Ego uerò neq́ potentiam eius uobis expaueſcendã eſſe, neque timidè ille reſiſtendum, ſed & corporibus & pecunijs & nauibus, &, ut paucis abſoluam, rebus omnibus ad bellum accingendum, docere conabor. *Magno animo reſiſtendũ eſſe Philippo.*

Confirmatio. Primùm conſentaneum eſt, ò Atheniẽſes, deos nobis firmiſsimos ſocios & adiutores eſſe, quorum ille religione uiolata, neglectoq́ iureiurando, pacem iniuſtè ſoluit. *1 Ab ope diuina.* Deinde quibus rebus eius opes hactenus auctæ ſunt, dum ſemp aliquos decipit, & magnifica quædam pollicetur: his iã defunctus eſt omnibus. *2 Ab perfidia Philippi, nota ſocijs omnibus, et inuiſa.* Neque ignorant eius animum Perinthij & Byzantij, atque ipſorum fœderati, cupere eum eodem modo ipſos tractare, quo prius Olynthios. *Perinthij. Byzantij.* Neque Theſſalos præterit, hoc ei propoſitum eſſe, ut dominus ſit, non dux ſociorum. *Theſſali.* Suſpectus etiam Thebanis eſt, quòd Nicæam præſidio tenet, & in Amphictyoniã penetrauit, & legationes è Peloponneſo ad ſe trahit, ipſisq́ præſidia ſociorum eripit. *Thebani.* Proinde qui prius eius amici fuerunt, partim cum eo nunc irreconciliabile bellũ gerunt, partim minus alacriter eum adiuuant: uniuerſi autem ſuſpectum illum habent, et criminantur. Pręterea (nec enim in hoc momenti parum eſt) Aſiani ſatrapę recens intrò miſsis conductitijs militibus, expugnari Perinthum prohibuerunt. *Aſiani ſatrapæ.* Nunc uerò quum Philippi inimicitias ſuſceperint, &, ſi Byzantium capiatur periculum eis impendeat: non ipſi tantũ ſtrenuè nunc nos in bello iuuabunt, ſed regi etiam Perſarũ perſuadebunt, ut nobis pecuniã ſuppeditet: qui tantas opes habet, quantas nec reliqui uniuerſi: tantum porrò uirium ad noſtras haſce actiones affert, ut olim etiam in bello cũ Lacedęmonijs, utris ſeſe adiunxiſſet, illos uictores redderet. Is igitur nũc etiã uobiſcũ cõiũctus, facile debellabit Philippi potẽtiã.

Occupatio. Pręter hęc quę tãta ſunt, nõ equidẽ negabo, cũ loca com

plura,et portus,& eius generis alia gerendo bello utilia, pacis occaſione præripuiſſe uobis. Illud autem uideo, quando imperia beneuolentia coaleſcunt,& eadē omnibus belli ſocijs expediunt, diuturnam eſſe concordiam. Quoties uerò ex inſidijs & auaritia, per impoſturam & uiolentiam obtinentur,id quod ab iſto,modo fit,paruo aliquo prætextu, & quantumuis leui errato celeriter diſcuti & diſſolui omnia. Atque ego ſępe cogitās animaduerto,nō ſocios dūtaxat,Athenienſes ſuſpectum & inuiſum habere iam Philippum:ſed priuatum etiā eius imperium,non præclarè, neque ita uti decet, aut exiſtimet aliquis,eſſe cōpoſitum. Nā omnino potentia Macedonica additamenti uice nonnihil momenti & uſus habet, ipſa uerò per ſeſe infirma eſt: &,ſi tantæ moli rerū cōparetur, deſpicienda. Præterea ipſe eam bellis et expeditionibus, & rebus illis omnibus, propter quas magnus exiſtimari poſsit, infirmiorem ſibi,minus'q́ fidam reddidit. Neq; uerò putare debetis,Atheniēſes, eadem Philippo & eius ſubditis eſſe iucunda:ſed illud conſiderate, gloriam illū, hos ſecuritatē deſiderare. Quā nec ille ſine periculis adipiſci pōt:& his minime opportunū eſt, relictis domi liberis,parētibus,uxoribus,atteri,& in dies ꝓ eo periclitari. Ex quo ꝑſpici pōt,quō uulgus Macedonū erga Philippū ſit affectū. At eius familiares & amicos, & peregrini militis duces,laude qdem florere fortitudinis, ſed in maiore metu q̃ hoies obſcuros uiuere inuenietis. His.n.hoſtes tantūmodo metuēdi ſunt: at illi magis ab aſſentatoribus & calūniatoribus,q̃ à prælijs metuūt. Ac illi qdem adiutoribus omnibus,cū hoſtibus pugnāt:at hi nec minimā in bellis maloꝝ partē ſuſtinent, & ſeorſim accidit ut regis ingenium expaueſcant. Ad hęc ſi plebeius aliqs deliquerit,pœna pro delicti modo ei infligitur: at proceres tum,cum præclariſsimè ſe geſſerunt,maximis conuicijs & contumelijs præter meritum inceſſuntur. Neque quiſquam ſanæ mentis fidem his abrogauerit. Eum enim ita gloriæ cupiditate inflammatum eſſe dicunt hi quibus familiariter notus eſt,ut omnia præclara facinora ſua eſſe uideri uelit: & magis indignetur ducibus & præfectis qui aliquid laude dignum geſſerunt, quàm illis O

Loca à Philippo occupata, ſociorum defectionē non prohibitura.

Philippo & à ſuis ſubditis imminere periculum.

Extenuatio potentiæ Macedonicæ.

Non eadem iucunda populo quæ Regi.

Philippi intimos eius infenſiſsimos hoſtes eſſe.

Proceres aulici uulgo miſeriores.

Philippi mala clade aliqua accepta, erumptura.

qui prorſus offenderunt. Quî fit igitur, ſi iſta uera ſunt, ut iam longum tempus in fide maneant, nec eum deſerant? Quia ſucceſſus, Athenienſes, hæc omnia caligine inuoluunt. Nam ſecundæ res magnam uim habent ad peccata hominũ contegenda, & obũbrãda. At ſi quã cladẽ acceperit, tum in apertũ hęc omnia palàm proferentur.

Illuſtris ſimilitudo.

Eadem enim ratio hic eſt, quę in corporibus noſtris. Nã dum aliqs ualet, nullum ex male affectis partibus dolorem, ſenſu percipit. Sin decubuerit, commouẽtur omnia, ſiue ruptum ſit aliquid, ſiue luxatum, ſiue quod aliud mẽbrum perfecta ſanitate deſtituatur. Sic etiã fit in regnis, & quibuslibet imperijs: Dum in bellis uictoria potiunt eorum mala uulgus nõ perſpicit. Sin alicubi impegerint (id quod ei nunc uſu uenturum uerſimile eſt, poſtquam maius onus quàm eius humeri ſuſtinere ualeãt, ſuſcepit) omnes eorũ difficultates ab omnib. cõſpiciuntur. Quod ſi quis ueſtrûm, Athenienſes, Philippi ſucceſſus uidens, formidabilem eum exiſtimat, & ſuperatu difficilem: is quidem digna ſapienti uiro prouidentia utitur. Magna enim uis eſt in fortuna, ad omnes res mortalium: uel ea potius

Collatio fortunæ Athenienſiũ et philippi

omnia ſibi uendicat. Sed multę ſunt cauſæ, propter quas aliquis non iniuria noſtram felicitatem non minus quã illius exoptet. Principatũ enim à maioribus accepimus, longo tẽpore non ante iſtũ duntaxat, ſed ut breuiter dicam, ante omnes Macedonię reges. illi Athenienſibus ue ctigales fuerũt, noſtra urbs nemini unquã omniũ mortalium. Præterea tanto plures ad beneuolentiam deorum habemus aditus, quanto pietatis & iuſticię perpetuò fuimus ſtudioſiores. Quid igitur ille ſuperiore bello ſucceſſus maiores habuit, quã nos? quoniã. Athenieñſes, (nã liberè uobiſcum agam) ille ipſe militat, & ęrumnas tolerat, & prœlijs intereſt, nec occaſionẽ negligẽs, nec anni ullũ tẽpus pętermittens. Nos uerò (nec enim diſsimulabo ueritatẽ) hic ocioſe deſidemus, cunctantes ſemper, & decernẽtes, & ſciſcitãtes in foro, nũquid noui dicat. At quid magis nouum queat eè fieri, quòd Macedo cõtemnit Athenienſes & illis tales literas mittere nõ dubitat, quales paulo antè audiuiſtis? Et is quidem in procinctu habet mercenarios milites, atq; adeò medius fidius

Occupatio.

Athenieñſes nõ fortuna, ſed ſedulitate uinci à philippo.

Mouet odium Philippo, ut inuidiã, cum reprehenſione ignauiæ ciuiũ.

noſtrorum oratorum quoſdã, qui largitiones illius demum recipientes, nõ erubeſcunt Philippo uiuere: nec animaduertunt, ſe & rẽpub. omnem, & ſuas priuatas opes exiguo lucello uendere. At nos neque ullas ei turbas cõcitamus, nec militem peregrinum alere uolumus, nec ipſi militare audemus, Proinde minime mirum, eum ſuperiore bello, conditione quã nos fuiſſe meliore. Hoc potius mirandum foret, ſi nos nihil faciẽtes qđ bellantes decet, putaremus eũ ſuperaturos, qui nihil prætermittit quod ad uictoriam comparandã requiratur. Quamobrẽ, Athenienſes, hęc animis infigenda ſunt: & cogitandũ, ne quidem in ueſtra eſſe manu: ut dicatis uos pacẽ agere. Iam enim ille & bellum indixit, & reipſa intulit. Proinde nũc, neque publicis neque priuatis opib. eſt parcendum: ſed omnes, ubi occaſio poſtularit, promptis animis militare debent, & melioribus ducibus uti, quã prius. Nemo. n. ueſtrũ in ea eſſe debet opinione, ut putet per quos fœlix reipub. ſtatus labefactatus eſt, per eoſdẽ in integrũ omnia reſtitui, & meliora fieri poſſe: neque credite, niſi ueterẽ ignauiã ueſtrã abieceritis, alios pro ſalute & incolumitate ueſtra ſtrenuè dimicaturos. Conſiderate potius quã turpe ſit, quũ maiores ueſtri multos labores & magna pericula in Laconico bello ſuſtinuerint, uos nec ꝓ his quę illi iure parta nobis reliquerunt, defendendis, fortiter pugnare uelle: iſtum aũt è Macedonia oriundũ, uſq; adeò nullum fugitare periculũ, ut dum ꝓ amplificando imperio cum hoſtib⁹ dimicat, toto corpore ſit uulneratus: Athenieẽſes uerò, quibus patrium eſt parêre nemini, omneſq; armis uincere, hos demum ob mollicieẽ aut ſocordiã res geſtas à maioribus dedecorare, et patrię deeſſe utilitati. Ne uerò ꝓlixus ſim, affirmo nos omnes ad bellũ parari oportere, & reliquos Græcos ad coeundã nobiſcum belli ſocietatem conuocare, non modò uerbis ſed etiam reipſa. Nam cũ omnis oratio inanis eſt, niſi res ipſa conſequatur: tum uerò noſtris uerbis tanto minus habetur fidei, quanto ad dicendum reliquis Græcis habemur expeditiores.

In proditores. Neceſſariò gerendũ bellum. Adhortatio ad tuẽdã rẽpub. et quo pacto id fieri debeat. Duces. Res ſtrenuè gerenda. Ab exemplis maiorum, & Philippi. Concluſio. Oratio ſine re, inanis.

LIBANII ARGVMENTVM IN ORATIONEM
Dę republica ordinanda.

ORatio hæc non iam Philippica eſt,ſed ſuaſoria ſimpliciter. Nam quum Athenienſes propter theatralem pecuniam cõueniſſent; progreſſus in medium Demoſthenes,ſuadet,ut in claſſes diſtribuantur,& militando atq; periculis pro ſalute Græciæ ſubeundis, ueterẽ dignitatem recuperent. Oſtendit autem,in comparatione ſtatus præſentis cum uetere,q̃tum à uirtute & excellentia maiorũ degenerauerint.

DEMOSTHENIS ORATIO SVASORIA, QVÆ DE REPVB. ORDINANDA INſcribitur, [redacted]

Non partium cupiditates, ſed reipu. utilitatẽ ſpectare debet orator.

DE præſenti pecunia,& ĳs rebus propter quas hæc indicta concio eſt,neutrum,Athenienſes,difficile mihi eſſe uidetur,ut uel obiurgatis illis qui publica diſtribuunt & largiuntur, laudem apud eos inueniã; qui rempub.per hæc lædi credunt:uel ſuffragatus illis,et hortatus ad accipiendum,ĳs gratum faciam,qui magna inopia premuntur. Neutri enim publico bono conſiderato,negotium hoc uel probant,uel improbant: ſed prout quiſq; uel egent,uel opibus abundant. Ego uerò utrũ accipiendum ſit nec ne,id neq; ſuadebo,neq; diſſuadebo. Moneo tamen ut conſideretis,& ipſi uobiſcum meditemini,argentum hoc de quo deliberatis,exiguum: conſuetudinem unà inoleſcentem, eſſe magnam. Quod ſi eam rationem inieritis,ut qui officium ſuum faciunt,etiam accipiant,non ſolum non lædetis, ſed maximopere iuuabitis tum rempub.tum uoſmetipſos. At ſi ad accipiẽdum, & feſtum,& cauſa quælibet ſatis erit, de his quæ præterea facienda ſint, ne uerbum quidem audire uolueritis: prouidete,ne fortè uos,in his quæ nunc rectè fieri cenſetis,aliquando uehementer erraſſe iudicetis. Ego autem oportere cenſeo (ne uerò propter id quod dicam obturbate,ſed re audita iudicate)quemadmodum de accipiẽdo concionem indiximus,ſic etiam de ordinatione reip. & apparatu bellico indici concionem, & ſingulos non modò ad hæc attentè audienda,ſed etiã ad alacriter exequenda promptos eſſe debere:ut,o Athenienſes,ſpẽ fortunę melioris in uobis ipſis habeatis,neq; ſciſcitemini q̃d iſte uel alius agat,quà ue fortuna utat̃. Ac de reditibus q̃dem ciuitatis,& his q̃ inſup ex priuato fruſtra nũc impẽditis,ſociorũq́; uectigalibus,unũquẽq; ueſtrũ id accipe-

Rem priuatã omnes,rẽpub. nemo curat.

Rei paruæ nõ parua conſuetudo.

Propoſitio, ſed hypothetica: Eoſdẽ & fungi officio, & è publico mercedem accipere oportere.

re decere dico, qđ æquũ eſt: ætate florentes, militare ſtipendiũ: emeritos, pecuniam ob exercẽda iudicia, ſeu quo alio titulo rẽ inſigniri placet. Sed ipſi militabitis, neq; eo munere cuiquam cedetis: ut repub. uires domeſticę ſint, & è ciuibus inſtructæ: ut nec opes uobis deſint, & uos officio fungamini, & imperator exercitui præſit: non uerò, Athenienſes, eadem quæ hactenus, uſu ueniant, ut duces in iudicijs uexetis. & hic tandem ſit negotij totius exitus: Iſte iſtius filius, iſtum accuſauit: prætereaq; nihil.

Explicatio, quomodo reſpublic. ſit ordinanda.

Sed quid uobis ſtudio habere debetis? Vt ſocij non præſidiorum metu, ſed communicatione utilitatum inter uos & ipſos, uobiſcum ſint coniuncti. Deinde ne duces peregrinis militibus ſocios uexent ac deprædentur, hoſtes ne uideant quidem, quarum rerum emolumenta iſtorum propria ſunt, odia & maledicta in totam ciuitatẽ redũdant: ſed ut ciues habeãt quorum opera hoſtes eo modo quo nunc ſocios & amicos, affligant.

Socij.
Duces.
Milites.

Pręterea multæ res ueſtram præſentiam deſiderant: & præterq̃ ꝙ domeſtica bella domeſticis copijs geri cõducit, idem ad alia quoq; negotia eſt neceſſarium. Nam ſi contenti eſſetis ocio, ſecuri quõ cum Gręcis ageretur, alia eſſet ea ratio. Nunc principatum, cęteriſq; dicendi iuris poteſtatem uobis arrogatis: exercitum autem qui hęc & intueatur & tueat̃, neq; paratum habetis, neq; parare ſtudetis: ſed uobis ocioſe deſidentibus, & dormitantibus, Mitylenęi libertatem amiſerunt. neq; minus Rhodij, noſtrum nemine prohibente.

Athenienſes ambitionẽ cũ ignauia turpiſsimè cõiungunt.
Mitylenæi.
Rhodij.

At hi, dicat aliquis, inimici nobis erãt? Sed odia maiora eſſe debent, Athenienſes, in oligarchias, pro inſtituto noſtro libertatis defendẽdę, q̃ cõtra liberos populos, q̃cunq; tãdẽ inimicitiarum cauſę ĩterceſſerint.

Occupatio: ſtudium tuendi popularis ſtatus, plus ualerę debet priuatis inimicitijs.

Sed ut eò redeã, unde digreſſus ſum, affirmo debere uos in ordinẽ deſcribi, atq; ordinẽ eũdẽ eſſe tũ accipiẽdi, tũ faciendi ea q̃ decet. Hiſce de rebus prius ẽt apud uos diſſerui, & explicaui, q nã ordo inter uos, q graue armaturã geritis, & eqtes eſtis, & q horum numero nõ cõtinemini, eſſet ineundus: & unde cõiter omnes liberaliter ſuſtentari poſſent.

Redit ad propoſitionem.

Quod uerò meũ animũ maxime omniũ turbauit, dicam uobis, nec diſsimulabo. Nam quum multa & p̃clara & magna eſſent ea omnia, nullius è cęteris quiſq; meminit,

Quæritur de iniquitate populi, qui priuata offenſionis

memor, utili- tatis publicæ obliuiſcatur.

duorum obolorum oẽs. Atqui fieri non poteſt, ut iſti maioris precij ſint, q̃ duorũ obolorũ. Cætera uero quæ cum his quæ dixi coniuncta ſunt, regis Perſarũ opes æquant, ut urbs quæ tot probè inſtructos pedites habet, tot triremes, tot equites, tantos pecuniæ reditus, ordinata & inſtructa ſit. Quid igitur, inquiet aliquis, hæc nunc commemoras? Quia cenſeo uos oportere (q̃m nõnulli ferendum non putant, ut oẽs ſtipendia mereant: ordinationem uero & inſtructionem eſſe utilem, conſentiunt oẽs) hinc negotium auſpicari, & liberum unicuiq; facere, de his dicere ſententiam. Sic enim ſe res habet: Si uobis nunc perſuaderi ſinetis, ut hæc opportuna eſſe arbitremini, quum ea neceſſaria uobis fuerint, in promptu habebitis. Sin tan q̃ intempeſtiua negligetis, quũ utendum illis eſſet, tum demum ea comparare cogemini. Iam uerò quidam, nõ plebeius homo, ſed talis quid diſrumperetur ſi hæc fierent, his ferè uerbis: Quid tandem fructus, inquit, è Demoſthenis orationibus cepimus? Qui progreſſus, quum ipſi uiſum eſt, aures ueſtras obtundere ſolet, cauillando præſentem ſtatum, laudandisq; maioribus: ac denique ubi uos concitauit, & inflauit, deſcendit. Ego uerò, ſi uobis dicendo perſuadere aliquid potuiſſem, putarem me tot utilitates allaturum fuiſſe reipub. quantas ſi nunc dicere aggrediar, plerique fidẽ abrogaturi eſſent, tanquã maioribus q̃ quæ fieri potuiſſent. Enim uero me non parũ ꝓdeſſe reipub. cenſeo, ſi uos optima audire conſuefaciam. Oportet. n. Athenienſes, ut qui de ciuitate noſtra bene mereri cupit, auribus primũ ueſtris medeatur. Corruptæ enim ſunt. Adeo multa & falſa, & quæuis potius audire, q̃ ſalutaria, conſuefacti eſtis. Veluti (ne uerò mihi quiſquam obturbet, priuſquã omnia dixero) recluſerunt nuper quidam ærarium: oratores igitur omnes pro roſtris dictitabant, abrogatum eſſe ſtatum popularem, interijſſe leges, & huius generis alia. Atqui, Athenienſes, conſiderate num uera dicam. Hi qui talia faciunt, capite mulctãdi ſunt illi quidem, neque tamen popularis ſtatus per tales abrogatur. Rurſus remos aliquis ſurripuit: flagellandum, torquendum, uociferabantur omnes, abrogari ſtatum popularem dictitantes. Ego uerò quid dico? Ea g

Maturè paratos eẽ præſtat.

Quid ex eloquẽtia Demoſthenis fructus ad rempub. redeat.

Ignaui & cõtumacis auditoris commodis conſuli nõ poteſt.

Aurib. in primis medicari, eſt magni æſtimandum.

Aliorum oratorũ ineptijs refutãdis, ſua acta in repu. per collationẽ commendat.

Quibus reb' ſtatus ciuitatis labefacte-

faciat, capite mulctandum, æque ut illi: ſed ſtatum popularem per eos abrogari, nego. Sed is quomodo abrogetur, nemo dicit, aut palã profiteri audet. ego uero dicã. Si uos, Athenienſes, male educati, multi & inopes & inermes & incompoſiti, neque eodem modo animati ſitis: ſi neque imperator, neque quiſquam alius decreta ueſtra curet: ſi hæc nemo indicare uelit, aut corrigere, neque de his malis corrigendis cogitet, aut moliatur quicquã: id quod nunc accidit. Ac mediuſfidius, Athenienſes, aliæ orationes falſæ ad uos inuectæ ſunt, & exitioſæ reipubli. ut ſunt, In iudicijs ueſtra ſalus ſita eſt. &, Suffragio rempubli. conſeruetis oportet. Ego uerò ſcio iſta iudicia priuatis controuerſijs inter uos dijudicandis & dirimendis eſſe comparata, & ex æquo ſeruire omnibus. At hoſtes armis ſuperandi ſunt, & in his conſiſtit ſalus reipubl. Nec enim ueſtra ſenatuſconſulta efficient, ut qui ſunt in armis, hoſtes uincant: ſed ij qui hoſtes armis ſuperant, efficiunt, ut uos & liberè conſultare, & quicquid uolueritis ſecurè agere poſſitis. Nam in armis formidabiles, in iudicijs humanos eſſe decet. Quod ſi cui grandiora loqui, quã pro natura aut fortuna mea uideor, eum ego rectè ſentire cenſeo. Nam oratio quæ pro tanta urbe, tantisq; de rebus habetur, ſemper uno quocunque tandem oratore uideri maior, & ad ueſtram, non ad dicentis dignitatẽ, ppe accedere debet. Cur aũt eorũ nemo qui a uobis honorantur, hæc dicat, eius rei cauſas ego uobis exponã. Nã qui ad comitia creandorũ magiſtratuum, & ad eum ordinẽ accedunt, ſeruilẽ in modum circumeunt ad eblandiendũ ſuffragiorum fauorem, unuſquiſque cupiens imperatorẽ ſe deſignari, non ullum uiri fortis facere opus. Quod ſi qs etiam talis eſt, ut præſtari aliquid conari audeat, is nunc gloria & nomine urbis noſtræ munitus, eorũ qui aduerſentur ſolitudine fretus uos bona ſpe duntaxat eſſe lactãdos, neque quicquã aliud agendũ: ſe uerò bonorum ueſtrorum tanquam hæreditatem cernere poſſe, exiſtimat. id'que uerum eſt. At ſi per uoſmetipſos egeritis omnia, ſe ut operum ipſorum, ſic & præmiorum quæ illa ſequũtur, æquam cum cæteris partem habiturum præuidet. Atqui rempulicam gerunt, & in eo ſtudio uerſantur,

tur atq; intereat.

Quibus in rebus ſita ſit ciuitatis ſalus.

Iudicia ciuiũ concordiæ ſeruiũt, bellicus apparatus imperio tuẽdo et amplificando prodeſt.

Orator reipu. dignitati ſuã orationẽ accõmodare debet

Qui ſui compendij rõnem habent nunquã reipub. liberè ſalubriter'ue conſulunt.

Ambitioſi duces.

Factiones in repub. Vide 2 Olynth.

utiliſſima dicendi ad uos conſuetudine omiſſa, ſe cum hi ſce coniungunt. Ac prius quidem tributim cõferebatis, nunc uerò tributim rempub. geritis. Orator dux eſt utriuſque factionis, & imperator huic obnoxius. & qui partim his, partim illis ſuffragentur, trecenti. Vos reliqui attributi eſtis auctarij uice, alij his illis alij. Ex his igitur rebus hoc conſequimini, ut ille ſtet æreus: ille ſit beatus: unus, atque alter republica potentiores: reliqui teſtes felicitatis horũ ſedetis, & ut ignauiæ ueſtræ indulgere poſſitis multas & magnas opes ac gloriã, quæ in ueſtris manibus ſunt, abijcitis, atque iſtis conceditis. Atque conſiderate, quo in loco hæc apud maiores fuerit. Nã quæ agenda ſint, nõ alienis exemplis, ſed domeſticis uſi, cognoſcatis licet. Illi Themiſtoclẽ, cuius ductu nauale præliũ ad Salaminẽ cõmiſſum eſt, & Miltiadem Marathoniæ pugnæ ducẽ, multosque alios qui reges longè clariores & utiliores quàm hi noſtri duces geſſerant, mediusfidius non æreos ſtatuebant, neque ſupra modũ adamabãt, neque (ut qui nulla re populo præſtãtiores eſſent) exquiſitis afficiebant honoribus. Etenim nullius illorũ facinorũ gloria ſe fraudabãt: neque quiſquã eſt qui nauale præliũ ad Salaminẽ Themiſtoclis eſſe dicat, ſed Athenienſium: aut Marathoniã pugnam, Miltiadis, ſed ciuitatis. Nũc uerò uulgus ita loquitur. Corcyram cepit Timotheus, & Legionem cecidit Iphicrates, & Nauale ad Naxum præliũ uicit Chabrias. Ipſi enim uidemini, propter honorum magnitudinem, quos propterea ducib. decreuiſtis, rerũ geſtarum gloria illis cedere. Quin etiam ciuilia dona ut illi pulchrè largiebantur, ſic uos non rectè. Peregrina porrò munera quomodo illi diſtribuebant Menoni Pharſalio, qui duodecim argenti talẽta ad bellum geſtum in Eione (littore) ad Amphipolim, ſuppeditarat, & ducentos equites, clientes ſuos, ſuppetias miſerat, nõ ciuitatem decreuerunt, ſed immunitatem tantùm dederunt: & ante hunc Perdiccæ, qui, quo tempore Barbarus olim Græciam hoſtiliter inuaſerat, rex Macedoniæ fuit: & Barbaros, qui poſt acceptam cladem Platæis recedebant, deleuit: & regi Perſarum integram illam ſtragem fecit, nõ decreuerũt ciuitatẽ, ſed immunitatẽ dũtaxat: magnã ni-

Maiorũ exemplis et ueteris reip. cõmemoratione populũ expergefacere ſtudet.

Res geſtæ nõ ducibus, ſed ciuitati tribuendæ.

Qui olim hoſpitibus honores decreti.

πρὸς τὸν ἐπ' ἠϊόνι τῇ πρὸς ἀμφιπόλει πόλεμον

Menon Pharſalius.

Perdiccas.

Nunc uenalẽ

mirim & præclarã & uenerabilem ſuam patriam exiſti mantes,& quouis maiorem beneficio. Nunc uerò. Athe nienſes, homines perditos,*ſeruos ſuis genitos, accepto tanquã pro alijs mercibus precio,ciues facitis. Et hęc uo bis agere uiſum eſt, non quòd deterioribus ſitis inge.ijs quàm maiores ueſtri:ſed quòd illi ipſi de ſe præclarè ſen ſerunt,uobis autẽ id ereptũ eſt. Atqui fieri nunquã profe ctò poteſt,ut paruis et uilibus rebus occupati,ſublimes & generoſus ſpiritus concipiant:quemadmodũ uiciſsim natura nõ fert,ut præclaris & ſplendidis negotijs dediti, animos puſillos habeant, & abiectos. Nã qualiacunque hominũ ſtudia fuerint, talibus eos animis etiam eſſe neceſſe eſt. Conſiderate quæſo,quæ capita enumerari uoſſint earum rerum quas illi geſſerunt,uos'qꝫ geritis: an his inter ſe collatis,uobis ipſis meliores fieri poſsitis. Illi igitũ annos quinque &* quadraginta Græcis uolentibus im perarunt, amplius decies mille talenta in arcem congeſſerunt:multa & præclara, terra mari'qꝫ pugnantes, tropæa erexerunt, quæ etiam nunc laudi nobis ducimus. Atqui putare debetis,illos ea erexiſſe,non ut nos illa ſpe ctantes tantũ admitaremur,ſed ut etiam uirtutes eorum à quibus conſecrata ſunt imitaremur. Et illi quidẽ hæc. Nos uerò tanta circundati ſolitudine, quantam uidetis omnes, conſiderate an ſimilia. Annon amplius mille & quingenta talenta in Græcorum mendicos fruſtra profudimus? An non & priuatæ familiæ omnes,& ærarium bublicum, & quæ à ſocijs conferuntur, ſunt exhauſta? An non quos in bello ſocios nobis adiunximus, hi pacis tẽpore perierunt? At hæc ſola ſcilicet tunc meliora fuere quàm nũc: cætera uerò deteriora? Plurimum certè abeſt. Age conſideremus qcquid uoletis. Aedificia igitũ & ornamẽta urbis, tẽplorũ & portuũ, &,quæ ſunt eius generis alia,tot et tãta illi reliquerũt,ut ad eorũ excellentiã nihil poſsit poſteritas addere, In cõſpectu ſunt ꝓpylæa hæc, naualia,porticus,& reliqua, quibus illi urbẽ nobis exornatã tradiderunt. Reliquas uerò procerũ illius temporis ædes,ita moderatas, & nomini popularis ſtatus cõgruẽtes,ut ſi quis ueſtrum, Themiſtoclis, Cimonis, Ariſtidis, aut Miltiadis,& cęterorũ eiꝰ ætatis illuſtriũ hominũ do

Athenarum ciuitatem eſſe queritur.

ἐκ τῶν τριβῶν. ὁμοτρίβας.

Cauſa malorum.

Puſillitas & magnitudo animorũ à ſtudijs pendet et actionibus.

Studia in mores abeunt.

Collatio rerũ geſtarum à maiorib. cum præſentibus.

** ſexaginta fortaſſe, uel ſeptuaginta.*

Monimẽta uirtutis & contemplanda et imitanda.

Præſentis ſtatus ꝑturbatio.

Aedificia ueterum publica.

Aedificia ueterum priuata.

mos nouit, nihilo uicinis magnificentiores eſſe uideat. Nūc uerò, Athenienſes, urbi noſtræ ſatis eſt, publicè uias munire, fontes extruere, incruſtare parietes, & ſimilibus

Præſentia publica ædificia.

nugis occupari. Neque uerò harum rerum autores reprehēdo: nequaquam id facio: ſed uos, ſi his procurādis uos officio functos putatis. At priuatim, qui publicū aliquod

Magiſtratuū luxus et opes.

munus adminiſtrarūt, partim publicis ędificijs priuatas ędes magnificentiores ſubſtruxerunt, nedum plebeijs ſuperbiores: partim tot fundos coemptos colūt, quot ne ꝑ

Omnium malorum cauſa ſocordia.

ſomnium quidē unquam ſperauerant. Harū autē rerum oim cauſa eſt, quòd olim populus uniuerſorū dominus & autor erat: cæteriq́ bene ſecum agi putabant, ſi is honorem, magiſtratum, aut aliquod aliud beneficium impertiretur. Nunc cōtrà fit. Iſti omnes opes in ſua poteſtate habent, & iſtorū auſpicijs geruntur omnia: ſed populus miniſtri & additamenti locum obtinet. Vobisq́ ſatis

Athenienſiū decreta & ſcita magnifica, actiones aut nullæ, aut humiles.

eſt id accipere, ſi quid iſti fortè impertierint. Proinde dū hæc fiunt, talis etiam ſtatus ciuitatis eſt, ut ſi quis decreta ueſtra legat, & acta ordine ꝑcurrat, nemo credere poſſit eorundem hominum eſſe hæc & illa. ueluti ſunt, quę contra Megarenſes, homines nefarios decreuiſtis, quū terram cōſecratam uendicarent & excollerent, exeundum eſſe, prohibendum non concedēdū: & de Phliaſijs, quū nuper patria pellerentur, opem ferendā: nō permittendos crudelitati carnificū: à Peloponnēſibus auxi-

Aut plus uirium aut ſuperbiæ minus.

lia, ſi qui iuuare uellēt, accerſenda. Vniuerſa hęc, Athenienſes, præclara ſunt, & iuſta, & è dignitate reipublicę. at facta que ſequi debebant, nuſquā apparent. Inimicitias igitur per ſenatuſcònſulta denunciatis, nullius autem rei gerēdæ poteſtas uobis datur. Decernitis.n. ea quę urbe noſtra digna ſunt: at uires non habetis ad ea quæ decreuiſtis exequenda. Ego uerò uobis ſuaſerim (ſed in optimā partem accipietis) ut aut minus habeatis animorum, ueſtris negocijs agendis contenti: aut maiores uires cōpa-

Exhortatio ad recuperādum & tuendum principatum.

retis. Qđ ſi uos Siphnios, aut Cythnios, aut alios eius eſſe generis ſcirē, hortarer ad animos dimittendos. Sed cū Athenienſes ſitis, autor ſum ut uires comparetis. Turpe enim, Athenienſes, turpe inquam eſt, ut eius magnanimi-

Ab honeſto.

tatis ordinem deſeratis, quē uobis maiores tradiderūt.

Imò nec ueſtri arbitrij eſt, etiam ſi uelitis, Græcos ut deſeratis. Multa enim ab omni æuo geſsiſtis. Proinde nec ueteres amicos proijcere, nec præſentibus hoſtibus fidere, aut creſcendi copiam dare licet. Denique idem uobis, quaſi lege talionis, uſuuenit, quod his, qui ubi ſemel apud uos ad gerendā rempub. acceſſere, póſt cum uellent, recedere ab eadē non audent. Rempub. n. inter Græcos geſsiſtis. Caput aūt eſt, Athenienſes, horū quæ diximus omnium: Oratores uos nunquā neque probos facient, neque improbos: ſed uos illos tales, quales uolueritis. Neque enim uos ad illorū uoluntatē uos accōmodatis, ſed illi ueſtris cupiditatibus blandiri ſtudent. Vos igitur principes eſſe decet in rebus bonis expetendi. Sic oīa rectè erunt. Aut enim nemo quicquam mali dicet, aut fruſtra dicet, quum qui auſcultent, non ſit habiturus.

A neceſſario. E negotijs receptus ad ocium magniſui ris non patet.

Oratores non imperāt, ſed aſſentantur ciuium uoluntatibus.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIOnis de Claſsibus.

ORto rumore, Perſarum regem expeditionem moliri aduerſus Græcos: populus Athenienſis tumultuatur, & cùm conuocare Græcos, tum bellum ſtatim inferre properat. Demoſthenes autem ſuadet, ne ipſi priores inſurgant, ſed ut expectent dum Rex noui quid conetur. Nunc enim, inquit, non perſuadebimus Græcis, ut ſocia nobiſcum arma iungant, cum in tuto adhuc ſibi eſſe uideantur. Tum uerò periculum ipſum eos nobiſcum coniunget. Monet igitur, ut quietè ſe inſtruant, & ad bellum parent. Atque etiam commemorat, quæ debeat eſſe ratio inſtructionis. Vnde περὶ συμμοριῶν oratio eſt inſcripta. Nam apud Atticos συμμορία cœtus & ordo eorum eſt, qui munera publica obeunt.

συμμορία

DEMOSTHENIS DE CLASSIBVS ORATIO, [redacted]

QVi maiores ueſtros laudant, Athenienſes, inſtituere mihi uidentur orationē auditu iucūdā, nō ea tamen agere quæ illis pſint quos celebrant. Nam cum iis de rebus dicere conentur, quas mortalium nemo pro dignitate poſsit explicare: ut ipſi eloquentiæ opinionem auferunt: ſic efficiunt, ut uirtus illorum minor uideatur auditoribus, quàm putarant. Ego uerò laudationem eorum maximam puto eſſe tempus: quod cum multum interceſſerit: rebus illorum geſtis maiora nulli

Modeſta reprehenſio aſſentātium populo oratorū.

Optimus orator eſt, qui rectiſsimè reip. conſulit.

alij ſuſcipere potuerunt. Ipſe autem ratione explicare conabor, quâ uos optimè inſtructos fore cenſeam. Etenim res ita ſe habet: Si nos oẽs qui uerba facturi ſumus, eloquentes uideamur, nihilo res ueſtræ, ſatis ſcio, erunt meliores. Sed ſi unus, quicunq; tandem, progreſſus docere poſſit, & ſuadere, quæ inſtructio, & quanta, & unde cõparata, nũc pro futura eſſe reip. uideat: omnis hic metus euanuerit. Quod ego, ſi modò potero, dabo operã ut faciã, pauca præfatus apud uos, quid de regio negotio ſentiam.

Propoſitio.

Perſæ non temerè bellum eſſe inferendum.

Dubiæ Græcorum uoluntates.

Iuſtum belli initium expectandum.

Ego exiſtimo cõem hoſtem omnium Græcorũ eſſe Regem Perſarum: non tamen propterea perſuaſerim, ſoli omnium uos ut bellum cõtra eum ſuſcipiatis. Neq; .n. ipſos Græcos uideo cões inter ſe eſſe amicos, ſed nõnullos magis illi fidere q̃ quibuſdã ſuorũ. Quę cum ita ſint, è re ueſtra eſſe cẽſeo, prouidere, iuſtum belli initium ut capiatur: utq; apparentur, quæ conuenit: omnia: & hoc proponatur ad deliberandum. Arbitror .n. Athenienſes, Græcos, ſi declaretur & perſpicuum fiat, fore ut Rex ipſos aggrediatur, & adiuturos, & magnã gratiam habituros ijs q ante ipſos, & cũ ipſis Regẽ ulciſcantur. Quod ſi, dum id obſcurũ ẽt eſt, nos priores arma ſumpſerimus: uereor, Athenienſes, ne hos cum illo coniunctos propulſare cogamur, quibus conſultum uolumus.

Largitiones Perſicæ.

Is .n. repreſſo impetu ſuo (ſi tñ inuadere Græcos inſtituit) largitionibus eorum aliquos corrumpet, & amicitiã ſimulabit. Illi priuata bella corrigere uolent: & dum hoc animo erunt, cõem omnium ſalutem negligent. In eum autem tumultũ & amẽtiam moneo ne præcipitetis urbem noſtram.

Athenienſibus tota Græcia defendenda.

Neq; enim eãdem nobis in regio negotio deliberationem, quã alijs Græcis, eſſe uideo. Sed multi illorũ mihi uidentur priuati alicuius emolumẽti cauſa, poſſe negligere alios Græcorũ. Vobis aũt nec affectis iniuria honeſtum eſſe uidetur, eas de ſontibus ſumere pœnas, ut eorum aliquos à Barbaro ſubigi patiamini. Quod cum ita ſit, prouidendum eſt, ne & nos in bello ſimus impares: & is quem Græcis inſidiari putabamus, ita ſe inſinuet, ut fidus illis eſſe uideatur.

Altera propoſitio: Athenienſes ad bellum inſtructos eſſe oportere.

Quomodo igitur hæc curanda erunt? Si copiæ reipublicæ delectæ & inſtructæ, omnibus conſpicuę fuerint, atq; apparuerit, nos ijs ita eſſe fretos, ut nihil iniqui tamen co-

nemur. Ferocibus autem, & nimis expeditè ad bellũ im pellentibus, illud dico: Non eſſe difficile, neq; quum deliberandum eſt, fortitudinis opinionem conſequi: neque quum periculum aliquod imminet, uehementem oratorem uideri, ſed illud & difficile eſt, & conueniens, in periculis fortitudinem declarare: in deliberando, prudentius q̃ alios poſſe dare conſilium. Ego uerò, Athenienſes, exiſtimo bellũ cum Rege difficile eſſe reipublicæ: prælium futurum eſſe facile. Cur? Quia non aliter, ut opinor, fieri poteſt, quin bella omnia, & triremes, & pecuniam, & loca requirant: quæ omnia penes illum copioſiora eſſe q̃ apud uos reperio. prælia uerò nulla re alia tantopere uideo indigere, ut fortibus uiris: quos plures uobis, & ijs qui uobiſcum hoc periculum adibunt, eſſe exiſtimo. Bellum igitur, hiſce de cauſis, moneo, ne ulla ratione priores ſuſcipiatis; ad præliũ uerò uos rectè inſtructos eſſe oportere dico. Quod ſi alia ratio copiarũ eſſet, quibus Barbari propulſarentur, alia q̃bus Græci: deprehenſum iri fortaſſe conſentaneum eſſet, nos contra illum inſtrui. Cum autem omnis inſtructionis ratio ſit eadem, & eadẽ oporteat eſſe capita copiarum, ut hoſtes repelli poſsint, ut ſocij defendantur, ut præſentes opes conſeruentur: q̃d, quũ habeamus qui ſe hoſtes eſſe fatentur, alios quæritamus? ac non potius & aduerſus hos inſtruimur, & illũ quoq; ulciſcimur, ſi uiolare nos inſtituerit? Agite uerò, Græcos nunc ad uos accerſite: at, ſi quę illi iubent, nõ facitis, cum quidam non optimè uobis cupiant, eſt ne ſperandũ, quẽquam eſſe obtemperaturum? Quia medius fidius audiẽt à nobis Regem Perſarum ipſis inſidiari, ipſos uerò nõ ꝓſpicere? Itáne, uos obſecro, putatis? Ego uerò opinor. Sed nondum maior is metus, quàm diſſenſionum erga uos, & quorundam inter ſe. Nihil igitur aliud quàm neſcio quam cantilenam paſsim canent legati noſtri. Tum autem, ſi fortè quę nos modò opinamur, agetis, nemo Græcorum omnium ita fretus erit ſuis opibus, qui uidens uobis pręſto eſſe & mille equites, & legiones quot uoletis & naues trecentas, nõ uenturus & ſupplicaturus ſit: cum illis minimo ſe cum periculo incolumem euaſurum exiſtimans? Proinde ſi iam accerſetis, ſupplices: ſi non au-

Oratores importuni.

Bellũ difficile.

Præliũ facile.

Athenienſes ſine ſuſpicione rupti fœderis poſſe inſtrui.

Inſtructio legationibus potior.

εἰρωνεία.

μίμησις.

ſcultarint, fruſtrati eritis. Sin ipſi ueſtris copijs inſtructis, cunctemini, ſupplices defendetis, neq; dubium eſt quin omnes ad uos uenturi ſint: Ego igitur Athenienſes, & hæc & his ſimilia reputans, nullam orationem confidentem, aut uanæ prolixitatis exquirere uolui: ſed quę nam ratio inſtructionis & optima & expeditiſsima eſſet, cōſiderādo, ſui uehementer occupatus. Puto igitur, uobis eā, ſi & audita et probata fuerit, eſſe decernendā. Prima itaque & maxima inſtructionis pars, Athenienſes, hæc eſt, ut qſq; ultro alacriter omni officio fungi uelit. Illud enim uidetis, Athenienſes, quęcunq; unquam uniuerſi uos uoluiſtis, & poſtea quiſq; pro ſe gerēda putaſtis, eorū uos nihil unquā effugiſſe. Quę uero uoluiſtis, poſt aūt alius aliū reſpexiſtis, tāq; ipſe nihil, proximus oīa facturus eſſet in ijs nihil unq; ꝓmouiſtis. Qđ ſi uos ita eritis animati atq; incitati, numerū mille & ducentorum dico eſſe cōplēdum, & octingētis adiunctis, bis mille faciendos. Nā ſi hunc numerū deſignaueritis, exiſtimo, uirginib, orbis, & pupillis, & in colonias abituris, & ſocietatib. demptis, itēq; aliis ſi qui ſunt tenuiores, pręſto futura uobis corpora mille & ducenta. Ex his igitur claſſes uiginti cenſeo deſignandas, ut nunc ſunt, quarū ſingulæ ſexagena corpora cōtineāt. Earū porro claſsiū ſingulas in q̃nas diuidi partes iubeo duodenarius ſic ut tenuiſsimi q; locupletiſsimis adiūgant. Et corpora qdē ſic ordināda eſſe cēſeo: qđ cur cēſeā, tū ſcietis, cū totā inſtructionis rōnē audieritis. Triremes aūt quō? In uniuerſum trecētas numero triremes deſignari iubeo: & in uiginti partes, quarū ſingulæ naues quindenas contineāt, diſtribuendas: primæ cēturiæ quinq;, & ſecundę centuriæ quinq;, & tertiæ cēturię quinq; nauibus attributis. Deinde ſingulis uirorū claſsibus quindenas naues: claſsium ſingulis partibus, ternas triremes attribuendas. Poſtquam hæc ita confecta fuerint, iubeo, cū agri noſtri ęſtimatio ſit ſex mille talentū, ut & pecunię certus ordo ineatur, eā diuidi, & centū fieri partes, quarum ſingulæ ſexagena talenta contineant. Deinde quinquies ſexagena talenta ſingulis magnis claſſibus attribuēda, Claſſes autē ſingulæ ſingulis quinarijs ſexagena talēta reddāt: ut ſi uobis cētū triremibus fuerit

Ratio inſtructionis.

1 Velle fungi officio.

2 Numerus eorum qui triremes inſtruāt.

3 Triremium numerus.

4 Pecūniæ numerus.

opus,

opus,ſumptum ſexaginta talenta abſoluant, & trierarchi ſint duodecim: ſin ducentis fuerit opus, triginta ſint talenta quæ ſumptum abſoluant, & ſex uiri triremibus pręſint: ſin trecentis, uiginti ſint talenta quę ſumptum abſoluant, & quatuor uiri triremibus præſint. Eodē quoq; modo, Athenienſes, armamenta etiam quæ nunc ad triremes debentur, æſtimari, & ex tabulis omnia diſtribui iubeo, in uiginti partes. Deinde ſingulis magnis claſſibus unam tribui partem, unicuiq; aptam, quam deinde ſingulæ claſſes ſingulis ſuis partibus ex æquo diuidant: & duodeni illi in ſingulis partibus ea exigant: et quas ſinguli triremes ſortiti fuerint, eas inſtructas exhibeant. Sumptum igitur, & naues, & trierarchos, et armamentorum exactionem, ſic optimè poſſe cenſeo & comparari, et apparari. Vnde autem hæ & certò & facile compleri poſſint, deinceps dicam. Cenſeo à ducibus naualium decem loca eſſe deligenda, atq; rationem ineundam, ut quàm proximè inter ſe abſint naualia, quorum ſingula triginta triremium ſint capacia. Quod ubi fecerint, binas claſſes & tricenas triremes horum locorum ſingulis attribuāt: deinde ſortitò tribus introducant, & trierarchos ſingulos in ſingula naualia: ut ſint binæ claſſes, triremes tricenæ, et una tribus. Qui uerò locus tribui obuenerit, triſariam diuidatur, & naues ſimiliter. Deinde trientes tribuum ſortiantur, ut ſingulæ tribus una pars ſint totorum naualiū, & ſingularum partium tertiam partem triens obtineat: utq; ſciatis, ſi quid erit opus, primū tribus quo loco ſtationem habeat, deinde triens. poſtea trierarchi qui, & quot triremes: ac tricenas triremes una tribus, denas unuſquiſq; triens triremes contineat. Nam ſi hæc ordine expedita fuerint, etiamſi nunc aliqd prætermiſimus (neq; enim facilè ſanè eſt, exquiſitè reperire ſingula) id ipſa ſibi res inueniet, & una conſtitutio tum omnium nauiū, tum partium futura eſt. Iā quod ad pecuniam attinet, & euidentem aliquam parandorum ſumptuum rationem, ſcio equidem incredibile uiſum iri quod iam dicam: dicet tamen. Confido enim, ſi quis rectè conſideret, fore ut me ſolum uera, & ipſo euentu comprobanda, dixiſſe appareat. Ego affirmo, nunc non dicendum eſſe de pecunia. αἰτομαι

5 Armamenta nauium.

6 Naualiū ordinatio.

7 Pecuniaria ratio.

Commeatum.n.adeſſe magnū,& præclarum, & iuſtū, quem,ſi nunc quæremus,ne tum quidem præſtò futurū putabimus nobis:tantum abeſſe,ut iam eum inuenturi ſimus:ſin omiſerimus,prēſtò futurum. Quis igitur ille eſt? qui cum nunc non adſit,tum in promptu futurus eſt? Nā iſtæ neſcio quæ eſſe ambages uidētur. Ego dicam. Videtis, Atheniēſes,totam hanc urbem? In hac,pecunia ineſt, parum abeſt quin dicam,quæ cum omni aliarum urbiū pecunia conferri poſſit: quam qui poſſident, eo animo ſunt,ut ſi omnes oratores eos ita terrerent, uenturū eſſe Regem,adeſſe,non aliter poſſe fieri: & una cum oratoribus aliȷ totidem uaticinarentur:non modò non cōferrēt, ſed nec proferrent,aut faterentur ſe habere. At ſi præſentes uerborum terrores ad rem conferri uiderēt, nemo ita ſtolidus eſt,qui non liberaliter daret, & primus conferret. Quis.n.malit ipſe una cum fortunis omnibus interire,ꝙ partem facultatum pro ſemetipſo & reliquis cōferre? Pecuniam igitur tum in promptu fore dico, cum re uera fuerit opus,non prius. Proinde,ne quærendam quidem cenſeo. Quātum.n.nunc exigeretis,ſi inſtitueritis exigere,*id magis ridiculum fuerit, ꝙ ſi nihil omnino eſſet exactum. Age,centeſimam iubebit aliquis? proinde ſexaginta talenta dicet. Sed quinquageſimam dicet aliquis? duplum. proinde centum & uiginti. Ecquid hoc eſt ad ducentas & mille camelos,quas Regi pecuniam uehere iſti dictitant? Sed ponam,uelle uos cōferre duodecimā? quingenta talēta. Verum id nec ſuſtinebitis:nec,ſi numeretis,bello par erit ea pecunia. Cætera igitur uobis ſunt comparanda,pecunia relinquenda nunc ſuis poſſeſſoribus.nuſquam.n.reip.commodius cuſtodietur. Cum uero neceſſitas illa uenerit,tum ultro cōferentibus illis,accipienda erit. Hæc & fieri poſſunt, Athenienſes, & factu honeſta ſunt,& utilia,& digna quæ Regi de uobis nuncientur:neq; per hæc leuis ei terror incuteretur. Scit enim maiores ſuos à trecētis triremibus,quarum nos centum prēbuimus,mille naues ſubactas amiſiſſe,atq; audiet,trecentas triremes uos ipſos inſtruxiſſe. Quare non temerè, tametſi ualde inſaniret,inimicitias noſtræ urbis ſibi putabit ſuſcipiendas. At ſi propter pecuniā ei ſubit efferri ani-

Præſente periculo pecunia non grauatè confertur.

πλέον ἔται ριλως τοῦ μηδικοῦ.

Atticæ & Regiæ pecuniæ collatio.

Cōmendat cōmoditatē ſui conſiliȷ.

mis:id quoq; ſubſidium ueſtro infirmius reperiet. Is.n. aurum,ut aiunt,uehit:quod ubi diſtribuerit,requiret. Nã & fontes & putei deficere ſolent, ſi quis magnam inde copiam ſimul,& crebro hauſerit:uobis autem agri æſtimationem ſex mille talẽtum ſubſidio eſſe audiet, pro cuius defenſione pugnaturos eſſe nos, maiores eius qui in Marathone fuerunt,optime nouerunt. Dum uero ſupiores erimus,pecunia utiq; defici non poſſumus. Ac ne illud quidem, quod nonnulli metuunt,ne, cum pecuniam habeat,magnas peregrini militis copias conducat,uerũ eſſe mihi uidetur.Ego enim arbitror,contra Aegyptum, & Orontem,et alios Barbaros quoſdam,multos fortaſſe Græcorum uelle apud illum merere ſtipendia, non ut ille horum aliquem capiat,ſed unuſquiſq; ut opibus aliquibus partis,urgente inopia liberetur:ſed qui reliquam Græciam inuadere uelit,nullum Græcum fore arbitror. Quo.n.ipſe poſtea ſe conuertet?In Phrygiam profectus ſeruiet?neq; enim alia de re bellum eſt cum Barbaro, q̃ de agro,& uita,et inſtitutis,& libertate, et talibus rebus omnibus.Quis igitur ita eſt infelix,ut ſemetipſum, parentes,ſepulchra,patriam,parui lucelli gratia uelit amittere? Equidem neminem eſſe exiſtimo.Imò nec illi expedit,ut peregrini milites Græciæ potiantur. Qui.n.nos ſubegerint,iam olim illo ſunt præſtantiores.Neq; uero uult,nobis excisis,ille in aliorum eſſe poteſtate: ſed omnibus, ſi fieri poſſit:ſin id fieri non poſſit,at ſeruis certè ſuis imperare. Quod ſi quis Thebanos cum illo ſe coniuncturos putat, difficilis quidem eſt apud uos ea de re oratio. Nam cum eos oderitis, neq; uerum libenter, neq; boni quicquam de eis audietis. Veruntamen eos, decet qui magnis de rebus deliberant, nullam utilem cogitationẽ prætermittere ulla de cauſa.Ego uero exiſtimo, tantum abeſſe ut Thebani unquam cum illo Græciam inuaſuri ſint:ut magna pecunia,ſi liceret,redempturos putem occaſionem,per quam uetera in Græcos delicta abolerẽt. Quod ſi quis exiſtimat Thebanos uſqueadeo natura eſſe infelices,illud utiq; intelligitis omnes,ſi Thebani cum illo faciant,eſſe neceſſe ut eorum hoſtes ſtent à Græcis. Ego igitur exiſtimo,hunc ordinem equitatis,& cum hoc

Nõ eẽ metuẽdũ, ne Greci cum Perſa ſe coniungant.

Nemo tã ſceleratus, ut patriã oppugnet.

Thebani.

Barbarum nõ metuendum.

ordine coniunctos, tum proditoribus, tum Barbaris fore uniuerſis ſuperiores. Quare neq; immodicè formidandum, neq; committendum eſſe cenſeo, ut priores bellum inferamus. Ac ne cæterorum quidem Græcorum ulli meritò bellum hoc formidini eſſe uideo. Nam quis eorum ignorat, ſe, dum illum communem hoſtem ducentes, inter ſe conſenſerunt, magnis opibus floruiſſe: poſtquã aũt eius amicitia freti, de priuatis controuerſijs inter ſe cõtenderunt, tot mala eſſe perpeſſos, quot, ſi quis eos deuouere uellet, uix reperiſſet? Quem igitur Fortuna & dij, & amicum inutilem, & hoſtem eſſe conducibilẽ declarant, eum nos formidamus? Nequaquam: ſed ne faciamus iniuriam, noſtra cauſa, & propter cæterorum Græcorum turbas & diffidentiã. Nam ſi concorditer, adiuuantibus omnibus, ſolum illum inuadere liceret: ne iniuriam qdem illi à nobis fieri putarem. Sed cum ſe res aliter habeat, cauendum cenſeo, ne anſam regi præbeamus, ut iuris cæterorum Græcorum arbiter eſſe ſtudeat. Quieſcentibus.n. uobis ſuſpectus eſſet, ſi quid tale moliret. Sin priores bellum moueritis, haud iniuria uidebitur ꝓpter ueſtras inimicitias, aliorum expetere amicitiam. Ne igitur arguere uelitis, q̃ corruptus ſit Græciæ ſtatus, conuocandis eis cum non perſuadebitis, & gerendo bello cum non poteritis: ſed quieti eſtote, & imperterriti, & inſtructi: & nunciari de uobis regi uelitis, non quidem certè æſtuare omnes Græcos, aut metuere, aut tumultuari, & Athenienſes. Longè certè aliter ſe rem habere. Atq; adeò niſi apud Græcos æquè turpe haberetur mentiri & peierare, ut apud illum præclarum: iampridem uos in illum fuiſſe impetum facturos. nunc id uos nequaquam facturos ueſtra pte cauſa: ſed omnes precari deos, ut eadem ipſe amẽtia corripiatur, qua olim maiores eius. Atq; hæc ſi conſiderare in animum induxerit, uos non negligẽter conſuluiſſe uobis, inueniet. Neq; enim ignorat, è bellis cũ ſuis maioribus geſtis, urbem magnam & felicem eſſe factam: ex ocio autem quod ante illa tempora egit, nulla Græcarũ urbium tanto fuiſſe, quanto nunc, ſuperiorem. Quin Græcos etiam uidet pacificatorem requirere uel uolentẽ, uel inuitum. Eum uerò ſemetipſum eis fore intelligit, ſi bellũ

Artificioſa dehortatio, ne Græci Perſarũ amicitiam expetant.

Redit ad primam propoſitionẽ, & dehortatur ab inferendo bello.

mouerit. Quare ea quæ é nuncijs audiet, ei & nota et credibilia erunt. Ne uerò, Athenienſes, prolixitate orationis uobis nimis ſim moleſtus, capitibus mei conſilij expoſitis, deſcendam. Inſtrui uos & contra præſentes hoſtes iubeo: & propulſari etiam Regem, & omnes ſi uos laceſſere inſtituerint, ijs copijs oportere cēſeo: nullius aūt iniqui uel facti dicti uel eſſe autores. Demus operam, ut facta noſtra digna ſint maioribus, non pro concione habitæ orationes. Quæ ſi feceritis, & uobiſipſis, & contrarium ſuadentibus utilia facietis. Nam tum illis non iraſcemini: quod fieret: ſi nunc impingeretis. Peroratio.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS de libertate Rhodiorum.

Bellum, quod ſociale dictum fuit, ſuſceperunt aduerſus Athenienſes Chij & Rhodij & ByZantij, qui quidem illis prius paruerant, tūc uerò ſocietatem contra Athenienſes inter ſe fecerant. Cum autem Rhodij Cariæ uicini eſſent, ſe apud Mauſolum eius prouinciæ præfectum, gratia ualere putabant. Is paulatim apud eos, fide ſibi conciliata, inſidias populo comparauit: & libertate Rhodijs erepta, paucorum é potentioribus ſeruituti urbem ſubiecit. Suadet igitur Demoſthenes, eam rem non eſſe negligendam, ſed iuuandum eſſe populum Rhodiorum: quód é re ſit Atheniēſium ut urbes populari pareant imperio. Et ſi autem, inquit, Rhodij nos leſerunt: tamen nobis & honeſtum et uſitatum eſt, eos etiam Græcos, qui nos nonnihil offenderunt, liberare, atque delinquentibus in Rempub. ignoſcere.

ALIVD CVIVSDAM, QVI NON nominatur.

Athenienſium ſocietatem coluerunt olim Inſulares, & maritimæ oræ accolæ, ByZantium uſque. ſed tandem defecerunt, bellumq; geſſerunt cū Athenienſibus. quod bellum cum diu duraret, coacti ſunt Athenienſes his conditionibus facere cum illis pacem, ut eos ſuo iure uiuere, & liberos eſſe paterentur. Póſt, de ſententia regis Perſarum, iuuante Artemiſia Rhodiorum locupletes, populus à potentibus oppreſſus, confugit ad urbem Athenienſium, pro libertate reſtituenda ſupplicans. Demoſthenes opem ferendam cenſet populo Rhodiorum. Si quis autem alius moleſtus bello ſociali Athenienſibus fuerat, & ad defectionem cæteros impluerat, Rhodiorum certè populum in primis eum fuiſſe conſtabat. Quapropter ei uehementer irata urbs uidebatur. Ardua igitur eſt ſuaſori oratio, defendenti homines qui & defecerant, & urbem multis cladibus affecerant Argumētum hoc é Scholijs deprauatiſſimis illis quidē, huc tranſlatum eſt.

rant. Neq; uerò hoc ſolum oratori incommodat, ſed etiam Regis Perſarum metus. Videbatur enim neq; paruum, neque tutum eſſe, laceſſere Regē. Inſula per diuites penè potitum. Horum igitur utrique firmiſsima duo opponit: Rhodiorum perfidiæ, urbis magnanimitatem, & Græcis oppreſsis opitulandi conſuetudinem: unde, ſi hoc fecerint, omnes ad ipſos reſpecturi ſint. Formidini autem Regis, iuſticiam & facultatem, & tertio loco utilitatem oppoſuit, Facultatem, quòd Rege in Aegypto aduerſa fortuna utente & ſuccumbente, neq; Artemiſia ſit latura opem paucis illis Rhodi dominantibus, neque ipſe Rex. Iuſticiam, quòd Rex ea quæ ad ſe nihil attineant, non ſit uendicaturus, quum & Græci ſint Rhodij, & regni Perſici nulla parte contineantur. Vtilitatem, quòd ne continuendum quidem ſit, tametſi Rex uendicet ſibi Rhodios. Id enim argumento fore, non modò Rhodi, ſed totius etiam Græciæ dominatum eum affectare. Arbitror oportere uos) Hoc ingreſſu oſtendit, quàm cauſæ diffidat. Neq; enim confidenter patrocinari poteſt hominibus, qui multis & magnis iniurijs affeciſſe rempub. uidebantur. Proximè autem ſequente exordij ſententia occupat auditorem, & efficere ſtudet, ut is ſe conſilio uelle obtemperare fateatur. Ipſum igitur principium duabus ſententijs conſtat, quibus petit, ut & aures dicenti præbeant, & orationi pareant ſimul, & rem gerant.

DEMOSTHENIS DE RHODIORVM LIBERTATE ORATIO, [redacted]

[redacted]

Inſinuatione petit audientia.

Perſuadere difficilius eſt, quàm docere.

Rhodiorū calamitatē profuturā Athenienſibus.

ARbitror oportere uos, Athenienſes, tantis de rebus deliberantes, dare libere dicendi poteſtatē unicuiq; conſulentium. Ego uerò non putaui unquam difficile, docere uos quæ optima factu ſint (ut. n. ſimpliciter dicā, omnes ea iam ante cognita habere mihi uidemini) ſed pſuadere, ut ea exequamini. Nam cum probatum aliquid decretumq́; eſt, tantundem ab agendo abeſt, quantum anteq́; decerneretur. Eſt autem illud unum ex eorum numero, propter quæ dijs immortalibus agendas à uobis eſſe gratias exiſtimo, quod qui non ita olim ſuapte petulantia impulſi, uos bello petierunt, ij nūc in uobis ſolis ſpem ſuæ ſalutis habent. Ac gratulatione digna eſt præſens occaſio. Qua ſi recte utemini, fiet, ut eorum qui noſtram urbem calumniantur, maledicta, reipſa & cum bona fama refutetis. Queſti. n. ſunt ſibi nos inſidiari, Chij, Byzantij & Rhodij, proptereaq; cōiunctis uiribus poſtremū hoc

bellum nobis intulerunt. Apparebit autem, Mauſolum, qui dux & autor eius rei fuit, dum ſe amicum eſſe Rhodiorum ſimulat, libertatem eis eripuiſſe: Chios & Byzãtios, à quibus in ſocietatem adſcripti fuerant; cladibus eorũ nõ ſuccurriſſe: uos, quos metuebant, ſolos omnium ſalutem eorũ defendiſſe. Quæ cum conſpicientur ab omnibus, efficietis, ut omnes plebeij in ciuitatibus amicitiã ueſtram incolumitatis ſuæ: tanquã teſſeram eſſe iudicẽt. Neq; uerò uobis ullum maius bonum offerri queat, q̃ ſi omnes ultrò beneuolentia uos, abſq; ulla ſuſpitione proſequantur. Miror autem, cum eoſdem uideo ſuadere ciuitati, ut pro defenſione Aegyptiorum, Perſarum regi aduerſetur: in cauſa Rhodij populi eundem illum hominem formidare, cum hos eſſe Græcos ſciãt omnes, illos ad illius imperiũ pertinere. Opinor aũt meminiſſe ueſtrũ quoſdam, cũ de regio negotio deliberaretur, me pro cõcione monuiſſe primùm ac (niſi fallor) ſolum etiam, aut certè cum altero, uideri mihi ſapienter uos eſſe facturos, ſi cauſam inſtructionis nõ inimicitias, quę cum eo intercederẽt, prætenderetis, ſed ſi & aduerſus præſentes hoſtes uos pararetis: & illũ etiã, ſi uos laceſſere inſtitueret, ulciſceremini. Neque uerò ego cũ hæc dixiſſem uobis, non rectè dicere ſum uiſus: ſed uobis etiã eadẽ placuerũt. Quod igitur nũc dicã, id orationi tũ habitæ conſentaneum erit: Ego, ſi Rex me illic degẽtẽ, in cõſiliũ adhiberet, idem ei ſuaderẽ quod uobis, ut ꝓ ſua ditione bellũ gereret, ſi q̃s aduerſaretũ Græcorum: quæ uerò nihil ad eũ attinerẽt, eorum dominatum uti prorſus non uẽdicaret. Quod ſi omnino decreuiſtis, Athenienſes, quicquid Rex occuparit, anteuertendis et decipiendis oppidorum magiſtratibus, cõcedere: non rectè decreuiſtis, ut ego iudico. Sin, tuẽdæ iuſticiæ cauſa & bella gerẽda, ſi ſit opus, & quiduis perpetiendum eſſe putabitis: primùm tanto minus hoc neceſſe uobis erit, quanto conſtantius ita ſentietis: deinde conſilium & iudicium ueſtrum probabitur. Iam neque me quicquam noui dicere, qui libertatem Rhodijs reſtitui iubeam: neque uos, ſi nihil auſcultetis, facturos, ut ſciatis: rem quandam quæ & facta eſt, & pro fuit, uobis in memoriam reuocabo. Vos Timotheũ aliquando cũ im-

Bona exiſtimatio ſummũ rerumpub. bonum.

Oratorum incõſtantiã exagitat.

Repetit conſilij ſummã ex oratione de Claſsibus.

In defenſione Rhodiorum, Regem Perſarum non eſſe metuendum, Reſiſtendum Regis iniurijs.

Exemplo Timothei docet, defenſionem Rhodiorũ non fore periculoſam.

perio miſiſtis, Athenienſes, opem laturum Ariobarzani, ad decretum hac adiecta clauſula, ne fędus factum cum Rege uiolaret. Cum autem ille uideret Ariobarzanē palàm deſciuiſſe à Rege, Samum autem præſidio teneri à Cyprothemide, quem Tigranes Regis præfectus eò collocarat, ut illi opem ferendā eſſe non ſtatuit, ita hanc obſidione cinxit, auxilioq́; ſuo liberauit. Nec in hunc uſque diem bellum ꝓpterea uobis illatum eſt. Nemo enim eſt qui pari contentione & rapinas & opes ſuas proprias defendat. Sed pro his quę de proprijs auferuntur, omnes ſumma ui pugnant: de finibus autem propagandis, opibuſq́; augendis, non item. Appetunt illi quidem aliena, ſi nemo prohibeat: ſin obſiſtitur, ſe ab his qui aduerſati ſunt, læſos eſſe non putant. Illud autem, quod Artemiſia, ubi noſtra urbs iam negotium ſuſceperit, ne aduerſatura quidem ſit, paucis auditis, cōſiderate, rectè ne ego ſic ſtatuam, an ſecus. Equidem exiſtimo, ſi Regi omnia quæ inſtituit, in Aegypto feliciter ſuccederent, Artemiſiam ualde daturam fuiſſe operam, ut Rhodum ei traderet, nō tā ex beneuolentia erga Regē, q̃ ut, ſi ille prope ipſam uerſaretur, magno beneficio ſibi eum obligaret, ſummaq́; beneuolentia deuinciret. Poſtq̃ uerò ita cum eo agitur, ut dicit, ſuiſq́; conatibus fruſtratus eſt: exiſtimare, id quod res eſt, inſulam hanc in præſentia Regi ad nihil aliud eſſe utilem, ſed uelut arcem eſſe regni ſui, ne qd ipſa noui moliatur. Quare mihi quidem uidet, malle ut uos eam teneatis, à ſe palàm non traditam, q̃ ut Rex ea potiatur, imò ne adiuturam quidē puto: aut, tametſi hoc fecerit, ſegniter & obiter facturā. Nā de rege, ſcire me qd is facturus ſit, haud eqdem affirmarim: ſed è rep. eſſe, uti iam cognoſcatur, utrum ille Rhodioꝝ urbem ſibi uendicaturus ſit, an non, id ego affirmarim. Nam ſi eam ſibi uendicarit, non de Rhodijs ſolū, ſed de uobiſipſis, atq; adeò de Græcis omnibus, erit deliberandum. Quòd ſi per ſemetipſos tenerent urbem, qui nunc in ea ſunt Rhodij, non cenſerē eorum defenſionem ſuſcipiendā, tametſi uobis omnia ſe facturos pollicerent: quippe quos uideā, primū ut popularē ſtatum euerterent, quoſdā ſibi ciues adiunxiſſe: ac re iam confecta, eoſdē eieciſſe. Cum igitur neutris fidē ſer-

Erepta nō ita defenduntur, ut poſſeſſa.

Cur Artemiſia quietura uideatur.

Propoſitio: Eſſe è rep. ut Rhodij defendantur.

Perſtringit Rhodiorū perfidiam.

Fidem ſibi cōciliat.

uarint, nec uobis eos firmos fore ſocios putarem. Atq; hæc nunq; dixiſſem, ſi ea ſoli Rhodiorum populo prodeſſe putarem. Neq;.n.uel publicum uel priuatum cum ullo eorum hoſpitium mihi eſt. Ac tametſi horum utrunq; eſſet, non hæc dicerem, niſi è re ueſtra eſſe crederem. Nam Rhodijs (ſi tamen hæc à defenſore ſalutis eorum dici fas eſt) iſta accidiſſe gaudeo, q dum ius ueſtrũ uobis negant ſuam libertatem perdiderunt: cumq́; licuiſſet eis ſocietatem æquo iure cum Græcis & uobiſcum, qui illis antecellitis, colere, Barbaris & ſeruis, quos in arces recepere, ſeruiunt. Ac parum abeſt quin dicam: Si uos eos iuuabitis, hoc illis etiam profuiſſe. Nam ſecundis rebus haud ſcio an unquam ad ſanam mentem, quæ Rhodiorum ingenia ſunt, rediſſent. Sed reipſa experti atq; edocti, multorum malorum amentiam multis cauſam exiſtere, fieri fortaſſe poteſt ut fiant in poſterum prudentiores & modeſtiores.

Spẽ facit, prudentiores fore Rhodios.

Quam ego rem eis nõ parum profuturam eſſe exiſtimo. Dandam autem operam cenſeo, ut hi uiri conſeruentur, obliterata memoria iniuriarum. Debetis.n. cogitare, uos & ſæpe multis in rebus ab inſidiatoribus eſſe deceptos, quarum ullius à uobis pœnas exigi æquum eſſe negabitis. Quin illud etiam uidete, Athenienſes: Multa uos bella geſſiſtis contra & Democratias, & Oligarchias. idq́; & ipſi noſtis. ſed quibus de cauſis aduerſus utraſq; pugnaueritis, id nemo fortaſſe ueſtrum conſiderat. Quę igitur illæ ſunt? Cum liberis populis, aut pp priuatas iniurias, pro quibus ſatisfacere publice non potuerũt: aut ꝓ parte agrorum, aut de finibus, aut propter cõtentionem honoris, aut de principatu bella geritis. Cum pſtãte paucorum, pro harum rerum nulla, dimicatio eſt, ſed de reipu. forma & libertate. Quapropter ego quidem certè dicere non dubitem, utilius uideri mihi, ut Græci omnes populari ſtatu utentes, nobiſcum belligerent, q̃ ut paucorum imperio ſubiecti noſtram amicitiam colant. Cum liberis enim pacem uos, quandocunq; uolueritis, non difficulter eſſe facturos, arbitror. At cum ijſdem, ſi paucorum regãtur arbitrio, ne amicitiam quidem fidam fore puto. Nullo enim modo fieri poteſt, ut pauci multis, atq; auidi imperij æqualitatis ſtudioſis bene uelint. Miror autẽ,

Trãsfert culpã à Rhodijs in eos á quibus decepti ſunt.

In defenſionę Rhodiorum, popularis ſtatus defenſionem agi.

Cauſæ bellorum.

Similitudine rerumpub. cõſeruari amicitiam.

Popularis ſtatus abrogationem periculoſam eſſe Athenienſibus.

ſi nemo ueſtrum exiſtimat, ſi Chij paucorum poteſtate regantur, & Mitylenæi, & nunc Rhodij, atq; omnes propè dixerim homines, illius ſeruitutis iugum ſubeant, ueſtram quoq; rempub. in aliquo fore periculo: neque cogitat, paſſim Oligarchijs inſtitutis non poſſe fieri, ut populi dominatus apud uos relinquatur. Sciunt enim, nullos alios fore libertatis uindices et aſſertores. Vnde igit imminere ſibi periculũ prȩuident, eos è medio ſublatos uolent. Proinde cȩteri, q aliqbus iniuriã faciunt, eorũ ipſorum quĩ lȩduntur, hoſtes putandi ſunt. At rempub. euerſores, paucorumq; potentiæ conſtitutores, communes hoſtes omnium eorũ quibus libertas cordi eſt, me quidẽ autore, iudicabũtur. Deinde æquum etiam eſt, ut uos, qui populi autoritate ipſi regi uultis, ſic ĩ calamitoſos populos animati eſſe uideamini, ut alios in uos eſſe animatos uelletis, ſi quando (quod Dij prohibeant) tale quippiam accidiſſet. Nã tametſi dici queat, iurè ita agi cum Rhodijs: uos tamen ratio temporis, malis eorum gaudere nõ ſinit. Quibus enim Fortuna ſecunda eſt, hi calamitoſis perpetuò rectiſſimè conſulere debent: cũ nemo omnium mortalium, quid ſit futurum, exploratum habeat. Atq; ego ſæpe hic apud uos commemorantes quoſdam audio, cum noſtra urbs cladem accepiſſet, autores fuiſſe quoſdam ut ea conſeruaretur. E quibus ego Argiuorum duntaxat in præſentia breuem mentionem faciam. Nolim autem uos, quorum celebrata eſt perpetua in afflictos beneficentia, deteriores hac in parte Argiuis uideri. qui cum in Lacedæmoniorum uicinia habitarent, uiderent q; illos terra mari q; dominari, non dubitarunt, nec ueriti ſunt oſtendere ſuam erga uos beneuolentiam: ſed & legatos Lacedæmone profectos poſtulaturos, ut ferũt, ad pœnas quoſdam ueſtrorum exulum, decreuerũt, ni ante ſolis occaſum receſsiſſent, hoſtium loco habendos. An non igitur turpe fuerit, Athenienſes, cum Argiuorum uulgus non metuerit Lacedæmoniorum imperium illis temporibus, aut potentiam: uos, qui Athenienſes ſitis, Barbarum hominem, eamq; mulierem, formidare: pſertim quum illi ſæpe ſe uictos eſſe à Lacedæmonijs referre queant, uos ſæpe uiceritis Regem Perſarum: uicti ne ſe

Quod tibi fieri nis, id alteri facito.

Calamitoſis non iraſcẽdũ, ſed ſubueniẽdum.

Argiui Athenienſes conſeruãdos eſſe ſtatuerunt.

Exaggeratio exẽpli per collationem.

mel q̄dem ſitis uel à ſeruis Regis, uel ab illo ipſo. Nam ſicubi fortaſſe Rex urbe fuit ſuperior: aut Græcorū ſceleſtiſſimis, & proditoribus inter eos largitionibus corruptis, aut nulla alia ratione ſuperior fuit. Ac ne idipſum quidē ei profuit. Cognoſcetis enim, cum p̄ Lacedæmonios urbis noſtræ opes minuiſſet, eum à Clearcho & Cyro, ſuo ipſum regno ferè fuiſſe deiectum. Itaq; neq; palam uicit, neq; ei inſidiæ profuerunt. Video aūt à ueſtrū q̄buſdam Philippū, ut nullius preciȷ hoīem, negligi ſæpe: Regē aūt Perſarum, ut potentem hoſtem, ſi q̄d inſtituerit, formidari. Atq; ſi nec illum ut contemnēdum ulciſcemur, & huic ut formidabili omnia concedemus, cum quibus tandem præliabimur? Sunt etiam quidam apud nos, in defendēdis apud uos aliorum cauſis acerrimi: quibus ego hoc ſolum ſuaſerim, ut ueſtrū ius apud alios tueri ſtudeant, quo ipſi primi iuris obſeruantes uideātur. Abſurdū.n. eſt, eum de iure apud uos diſſerere multa, q̄ ipſe quæ iuſta ſunt, negligat: cum iniuſtum ſit, accuſandis uobis, non defendendis uobis, paratum ac meditatum eſſe ciuem. Agite uero per Deos conſiderate, cur tandem Byzantiȷ nemo eſt, q̄ eos doceat ne Chalcedonē occupent, quæ & Regis eſt, & ueſtra olim fuit, & nullo ab eis iure uendicatur? Neúe Selymbriam, quadam ſocietate uobiſcum coniunctam, ad ſuam ipſi iuriſdictionem pertrahant? Neúe horū agro Byzantiȷ limites conſtituant contra iuſiurandum & fœdus, in quo ſui iuris eos eſſe ſcriptum eſt? Cur item nemo fuit, qui uiuentem Mauſolum, uel, eo defuncto, Artemiſiam docuerit, ne Con & Rhodū occupet, atq; alias eius generis ciuitates Græcas, quibus etiam Rex, ipſorum dominus, in fœdere ceſſit, & propter quas multa pericula & præclara certamina illorum temporum Græci ſubierunt? Atq; ut maxime ſint qui utriſq; illis hæc dicant: at qui hiſce pareant, ut apparet, non ſunt. Ego uero etiam iuſtum eſſe cenſeo, ut Rhodiorum populus reſtituatur. Id uerò tametſi iuſtum non eſſet, cum, quæ iſti agunt, intueor, ſuadendum eſſe opinor, ut reducatur. Cur tandem id? Quoniam, ſi omnes colere iuſtitiam inſtituiſſent, turpe foret, uos ſolos ab ea abhorrere. Cum uero cæteri omnes ita ſe parent, ius uiolare ut poſſint; ſi ſoli, ne qui

Extenuatio potentiæ Perſicæ.

Philippus.

Rex Perſarū.

Perſtringit oratores.

In Byzantiorum & Artemiſiæ rapacitate uigilādū eſſe Athenienſibus.

Neceſſariò etiam eſſe defendendos Rhodios.

Ius eſt in armis. tuendi ſint, ius prætendatis: eam ego non iuſticiam, ſed ignauiam exiſtimarim. cũ uideam, ut quiq; armati ſunt, ita etiam eos ius ſuum adipiſci. Cuius rei exemplum uobis omnibus notum referre poſſum. *Fœdera Perſica.* Duo fœdera Græci cum Rege Perſarum habent, per noſtram urbem facta, quæ uniuerſi laudant. Poſt ea, fecere & Lacedæmonij deinceps fœdus, quod culpatur. atq; in his non idem ius utriſq; definitum eſt. *Diuerſitas Græci & urbani iuris.* Nam priuati iuris in rebuſpublicis communem æqualemq; uſum dedere leges, tã infirmis q̃ potentibus. At Græcum ius, hi qui rerum potiuntur, imbecillioribus interpretantur & definiunt. *Athenięſes cõmunes libertatis uindices.* Cum igitur hoc uobis relictum ſit, ut iuſta quæ ſunt, & intelligere, & dicendo explicare poſſitis: elaborãdum eſt, in ueſtra poteſtate ut ſit, eadem etiam adminiſtrare atq; exequi. Qđ tum fiet, ſi uos cões libertatis omnium patronos eſſe exiſtimarint. *Athenięſium conatus improborum oratorũ inſidijs impediri.* Neq; uerò mirum mihi uidetur, officio fungi uobis omnium eſſe difficilimum. Nam cæteris hominib. uniuerſis, unum certamen eſt cum inimicis manifeſtis: quos ubi uicerint, nihil eis obſtat quo minus ſecurè partis bonis fruantur. Vobis autem, Athenienſes, duo, cum hoc quod & cæteris, tum uerò accedit alterũ, hoc prius & maius, q; in deliberationibus uincendi & hi ſunt, qui reip. aduerſari commodis apud uos, decreuerunt. Cum igitur per iſtos nihil abſq; magno labore confici ritè poſſit, fit, quod mirum non eſt, ut multis in rebus erretis & fruſtremini. *Proditorum audacia ciuibus imputanda.* Atq; ut multi ſecurè has in repub. partes ſuſcipiant, in cauſa fortaſſe potisſimum ſunt, quæ à præbitoribus ſuis accipiunt, emolumenta: ſed tamẽ uos etiam reprehendendi eſtis. Decebat enim uos, Athenienſes, eũdem habere animum de ordine in repub. quem de ordine militari habetis. *Proditores cohercendi.* Is igitur quis eſt? Vos deſertorem aſſignati à duce ordinis, ignominia notandum cenſetis, & à repub, arcendum. Decet igitur, eos etiam qui ordinem in repub. traditum à maioribus deſeruerunt, itaq; ſe gerunt ut potentiæ paucorum ſtudeant, honore dicendæ apud uos ſententię priuari. Nunc ſocios, qui ſe uobiſcum eoſdem & amicos & hoſtes habituros iurarunt, beneuolentisſimos exiſtimatis: at magiſtratus, quos hoſtibus ciuitatis addictos eſſe liquido noſtis, eos pro fidelisſimis

habetis. Sed quod uel in illis accuſetur, uel in cæteris uobis reprehendatur, difficile repertu non eſt. Quibus autem orationibus, aut quibus actionibus ea quæ prauè nunc fiunt, corrigātur, id demum repertu eſt difficile. Ac de omnibus uelle dicere, non eſt huius fortaſſe tēporis. Sed ſi ea quę inſtituiſtis, utili quapiam actione confirmare poteritis, cætera etiam ſingula ſe fortaſſe melius habitura ſunt. Ego igitur cenſeo, uobis harum rerum curā magno & conſtanti animo ſuſcipiendam, eaſdemq́ pro reipublicæ dignitate cōficiendas: uel ob hoc, ꝙ maiores ueſtros, & eorum præclara facinora prædicari, atq; triumphos enumerari, cum uoluptate auditis. Itaq; cogitabitis, monimenta illa dedicata eſſe à maioribus, non ut ea miremini, ſpectantes duntaxat: ſed ut eorum qui ea conſecrarunt, uirtutes imitemini.

Præciſio.
Difficile conſulere reipublica.
Rhodiorum defenſionē plura commoda ſecutura.
Concluſio.
Ab exemplo maiorum.

LIBANII ARGVMENTVM IN ORATIOnem pro Megalopolitis.

Qvum Lacedæmonij uicti à Thebanis ad Leuctra Bœotiæ oppidum, in magno periculo eſſent, quòd Arcades ab eis defecerant, & ad Thebanos ſe contulerant: Athenienſes Lacedæmonijs auxiliati, eos conſeruarunt. Poſtea Lacedæmonij periculis illis liberati, & rurſus aucta potentia ſua, Megalopolim Arcadiæ urbem inuaſere. Miſerunt & Megalopolitæ legatos Athenas, ad auxilia petenda. Demoſthenes igitur ſuadet, ne Megalopolim excindi ſinant, neq; Lacedæmoniorum opes creſcere patiantur: Athenienſibus expedire, dicens, ne Lacedæmon ſit formidabilis.

DEMOSTHENIS PRO MEGALOPOLITIS ORATIO, [redacted]

[redacted]

VTriq; mihi errare uidentur, Athenienſes, & qui Arcadibus, & q Lacedęmonijs ſunt patrocinati. Tanq̃.n. ab alterutris miſſi ueniant, & non noſtri ciues ſint, apud quos illi utriq; legationē obeunt, ſic mutuo ſeſe accuſant, & criminātur: id quod legatis relinquē dum fuit. Eorꝫ uero q conſiliū hic pollicentur, officiū eſt, ut animis neutrā in partē inclinantibus, ſn̄ias dicāt: & ſine cōtentionibus exgrāt, qd nobis maxime cōducat. Nūc ſic eqdē exiſtimo, niſi noti eſſent, Atticeq́ loquerent̄, for multos q eos partim Arcades eſſe, partim Lacones pu-

Perſtringit oratores partiū ſtudioſos.
Orator bonū publicum ſimpliciter ſpectare debet.
Optima ſuadere, piculoſum.

Cōmēdat ſuū in rempublicam ſtudium. tarent. Etſi autē uideo, quòd difficile ſit optima ſuadere (quia enim uos una decepti eſtis, & alij alia uultis: fit, ſi quis mediam uiam teneat, uosque rē cognoſcere nō ſuſtineatis, ut & neutris gratificetur, & in utrorunque odia incurrat) ueruntamen ipſe malo (ſi fortè ita ceciderit) importunus uideri, quàm omisſis his quæ mihi maxime uidentur eſſe è republica, permittere, ut quidam uos decipiant. Ac cætera quidem poſtea, ſi ueſtra uoluntas feret, dicam. nūc uero quid potisſimum expedire exiſtimē, exorſus ab his quæ omnes confitentur, docere incipiam. Nemo igitur negabit eſſe è republica, ut & Lacedæmonij & Thebani iſti infirmi ſint. Nūc aūt is rerū ſtatus eſt (ſi qua modò coniectura ex his quæ ſæpe apud uos iactata ſunt, capi debet) ut Thebani, ſi Orchomenus & Theſpiæ & Platææ inſtauratæ fuerint, infirmi: Lacedæmonij, ſi Arcadiā ſubegerint, & Megalopolim ceperint, de integro potentes ſint futuri. Videndū igit̃ eſt, ne prius hos formidabiles, et magnos fieri ſinamus, quàm illi attenuati fuerint: néue nobis nō aduertentibus Lacedæmoniorum opes multo maiores fiāt quàm quantū Thebanas minui cōducit. Neque.n. illud profecto dicemus, malle nos permutatione facta, Lacedæmonios habere aduerſarios, quàm Thebanos: neque hoc illud eſt in quod ſtudia noſtra incūbunt: ſed hoc uolumus, ut neutri nos ullis iniurijs afficere poſſint. Hæc.n. optima ratio fuerit res noſtras in tuto collocandi. At hæc uera quidē eſſe fatebimur, ſed nō committendū dicemus, ut horum ſocietatem amplectamur, cū quibus ad Mantineā collatis ſignis pugnauerimus, & nūc eos iuuemus cōtra illos, cum quibus tum commune periculum adierimus? Ego quoque in hac ſententia ſum, ſed illud etiam mihi requirendū uidetur, ut alteri quæ æqua ſunt, facere nō recuſent. Quod ſi omnes pacem agere uolent, Megalopolitas non iuuabimus, nulla poſtulāte neceſſitate. Itaque nihil moliemur aduerſus eos, qui nobiſcū in acie ſteterunt, alterique (ut profitent̃) iam ſocij noſtri ſunt, alteri quoque nobiſcū ſe coniūgēt. & quid exoptemus aliud? At ſi Lacedæmonij iniuriam fecerint, bellūque intulerint, ſi hæc ſola quæſtio uerteret̃, utrū nos Lacedæmoniorum uiolentiæ Megalopolim obijcere deberemus nec ne, quanque id quidē iniquū eſſet, concedā tū

Propoſitio generalis, eſſe è republica, ut nec Thebani, nec Lacedæmonij ſint potentes.

Thebanorum et Lacedæmoniorū ſtatus.

Occupatio. Nō defendendi quos oppugnaris, & contra.

Cōceſſio cum diſtinctione.

Confutatio. Non permittēdum ut Lacones Megalopoli capta.

ut pmittamus, neq; qcq̃ illis aduerſemur, q tunc eadem pericula una nobiſcũ adierũt. Sin uero ſcitis omnes, hac capta, eos Meſſenã aggreſſuros: dicat mihi iſtorũ aliquis qui Megalopolitis nũc infeſti ſunt, qd nobis tũ ſuaſurus ſit? Nemo reſpondet. Atq; ſcitis oẽs, ſiue iſti ſuadeãt, ſiue diſſuadeant, opem eſſe ferendam, cũ propter ictum cum Meſſenijs fœdus, tũ qa expedit ut ea urbs incolatur. Cogitate igitur apud uoſmetipſos, utrũ initium nobis honeſtius futurũ ſit & humanius ad cohercendas iniurias Lacedæmoniorũ, hoc ne pro defenſione Megalopolis, an illud ad Meſſenam tuẽdam? Nunc quidẽ Arcadibus opitulari uidebimini, & pacis cõſeruationi ſtudere, pro qua periclitati eſtis, & in acie dimicaſtis. Tum uero pſpicuũ erit omnibus, uos Meſſenã uelle incolumẽ, nõ tam æquitatis cauſa, q̃ metu Lacedęmoniorũ. Semp aũt ſpectari & agi debent quæ iuſta ſunt: ſimulq; danda eſt opera, ut eadem etiam expediant. Affertur & talis quædam ratio ab aduerſarijs noſtris, conandum eſſe ut Oropum recipiamus: quod ſi eos qui ad eam rem adiutores alioqui fuiſſent, abalienauerimus, ſocios nobis defuturos. Ego uerò dandam eſſe operam, ut Oropus recuperetur, & ipſe affirmo: ſed hoſtes nobis fore Lacedæmonios, ſi nũc ſocietatẽ cum Arcadibus, qui amici nobis eſſe uolunt, coierimus, dictu nefas ſolis illis eſſe puto, q nobis pſuaſere, ut Lacedæmonijs periclitantibus ſubueniremus. Nam hęc qui dicunt, autores fuere, quum oẽs Peloponnẽſes huc ueniſſent, ductu & auſpicijs ueſtris Lacedæmonios oppugnaturi, ut & illos repudiaremus, qua illi de cauſa (id qđ eis erat reliquum) ad Thebanos ſe contulerũt: & pro incolumitate Lacedæmoniorum, & pecuniã cõferremus, & corporibus periclitaremur. Atqui ne uos quidem eos ſeruare uoluiſſetis, ſi hoc nobis ante dixiſſent iſti, conſeruatos eos, niſi eis omnem licentiam daretis denuo faciẽdi quæ uellẽt, & graſſandi, nullam de accepta salute gratiam uobis habituros. Imo etiamſi conatibus Lacedæmoniorum ueheměter aduerſum eſt, Arcades in ſocietatem recipi: decet tamen eos maiorem nobis habere gratiam, pro eo quod in ſummum diſcrimẽ adducti, per uos cõſeruati ſunt: quàm propterea nũc iraſci, quòd illorum

Meſſenam oppugnent.

Collatio. honeſtiorem fore Arcadum quàm Meſſeniorum defenſionem.

Alia refutatio. Propter Oropi recuperationem non eſſe conniuendum ad Laconum uiolẽtiã.

Oratorum inconſtantia.

A uoluntate Athenienſium.

Inuerſio Laconici argumenti.

Refutatio. Eſſe ciuitatis idē ſemper ſpectare, atq; alias aliud agere.

iniurijs obſiſtimus. Quo pacto igitur nos ad Oropũ recuperandum non iuuabunt, niſi omnium mortalium ingratiſsimi eſſe uelint? id quod ego mehercule nõ uideo. Iam eos quoque demiror, qui cauſam hanc prætexunt, uideri noſtram ciuitatem, ineunda cum Arcadibus ſocietate, & his agendis, inconſtantiæ .. perfidiæ opinionẽ ſubituram. Mihi enim, Athenienſes, contrarium uidetur. Cur? quia neminem ex omnibus negaturum arbitror, à noſtra urbe & Lacedæmonios, & prius Thebanos, & poſtremò Eubœenſes conſeruatos, & poſtea in ſocietatem receptos eſſe. quum quidem unum & idem ſemper ſpectaret. Illud uerò quid'nam eſt? ut oppreſſos iniurijs erigeret, ac tueretur. Quod ſi ita eſt, non iam leuitatis crimen in nobis hærebit, ſed in illis, qui pari & æquo iure uiuere nolũt: atque apparebit, mutari, negocia ꝓpter eos qui per iniuriam ſuperiores ſemper eſſe ſtudent, ciuitatẽ noſtram eandem manere. Mihi uerò uidentur Lacedæmonij ſingulari agere calliditate. Nunc enim illi aiunt Eleis quaſdam Triphyliæ partes reſtituendas: Phliaſijs Tricaranum: alijs quibuſdam Arcadibus patriam reddẽdam, nobis Oropum: non ut noſtrum quemq; ſuum habere uideant: longè alia ratio eſt. noua enim in eos inceſſiſſet iſta humanitas. Sed ut omnibus adiutores uideantur ad ea recuperanda, quæ ſinguli ſua eſſe contendunt: ut, ipſis Meſſenam oppugnaturis, aut omnes eius expeditionis ſocij, & ſtrenui adiutores ſint: aut cum ipſos ſuffragatores habuerint in ijs uendicandis, quæ illi ſua eſſe contenderant, niſi parem gratiam retulerint, iniurij uideãtur. Ego uerò exiſtimo, à noſtra urbe: etiam ſi nullos Arcades Lacedæmoniorũ libidini permiſerit, Oropum poſſe recuperari: & illis (modo æquum facere uelint) adiuuantibus, & cęteris omnibus annitentibus, quibus iniquum uidetur, ut aliena Thebani detineant. Et ſi autem hoc nobis certò conſtaret, niſi Lacedæmonios Peloponneſum ſubuertere ſineremus, nos Oropum capere non poſſe: optabilius (ſi dicere liceat) cenſeo, miſſum facere Oropum, quàm Meſſenã & Peloponneſum Lacedæmoniorum obijcere uiolẽtiæ. Nec enim hanc duntaxat rationẽ nobis cum ipſis eſſe exiſtimo. Sed ut omittam id quod in mentem

Laudabile inſtitutum Athenienſium: Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.

Translatio criminis.

Lacedæmoniorum inſidioſa humanitas, et æquitas.

Et defendi Arcades, & Oropum recuperari poſſe.

Oropũ potius omittendum, quàm Laconibus non obſiſtendum eſſe.

mētem mihi uenerat: illud fore opinor, ut multis de rebus periclitemur. Ea porrò quæ Megalopolitas Thebanorum cauſa contra nos egiſſe dicunt, abſurdum eſt, nunc accuſationis proferre loco: quum autem amici fieri uolunt, ut contrà nobis bene faciāt, obtrectare, ac omnibus modis dare operam, ne amici fiant: nec animaduertere, quo fideliores eos fuiſſe Thebanis oſtēderint, eo ſe maiore ſupplicio dignos eſſe, qui noſtram urbem talibus ſocijs, cum prius ad nos ꝗ̃ ad Thebanos ueniſſent, ſpoliarint. Sed hæc nimirum uæcordium hominū ſunt, qui alijs hos efficere ſocios uolunt. Illud autem, quantum ſuſcepta cogitatione diligenti, coniectura poſſis aſſequi, pleroſq; ueſtrum mihi eſſe aſſenſuros arbitror, ſi Megalopolim Lacedæmonij cœperint, periclitari Meſſenam: ꝗ ſi & hanc oppugnarint, dico uos Thebanorum ſocios futuros. Lōge igitur honeſtius & præſtabilius eſt, ut Thebanorum ſocios ipſi ſuſcipiamus, & Lacedæmoniorum auaritiam & importunitatem reprimamus, ꝗ̃ ut nunc uerentes, ne ſocios Thebanorum conſeruemus, hiſce deſertis, poſtea ipſis Thebanis opitulemur, atq; inſuper de nobis ipſis in metu & periculis ſimus. Neq; enim noſtræ urbi tutum eſſe puto, ut Lacedæmonij Magnam urbem capiant, & rurſus magni fiant: quum uideam, eos etiam nunc ſuſcepiſſe bellum, non ſuæ defenſionis cauſa, ſed ob ueterē potentiam recuperandam. Quæ uerò, dum illam obtinerēt, appetiuerint, ea uos cum magis fortaſſe ꝗ̃ ego ſciatis, iure metuetis. Admodum autem ex oratoribus audire uelim, qui ſe & Lacedæmonios & Thebanos odiſſe dictitant, utrum utriq; illos quos ſanè oderunt, propter uos et utilitatem ueſtram oderint, an uerò in gratiam Lacedæmoniorum Thebanos, & Thebanorum cauſa Lacedæmonios utriq;? Quòd ſi propter illos, dixerūt: neutris, utpote furioſis, obtemperandum eſt. Sin ueſtra cauſa dictu ri ſunt, cur ultrà ꝗ̃ ſat eſt, tempuſq; patitur, alteros extollunt? Poſſunt enim, poſſunt Thebani deprimi, etiāſi Lacedæmoniorum opes non augeantur: & omnino facilius, ut ego uobis declarare conabor. Vniuerſi hoc ſcimꝰ, omnes, etiamſi iuſtitiam non curent, erubeſcere tamē ad tempus, iuſta nō agere: & hominibus iniurijs palàm ad-

[illegible] *Ne dicam eos ſalutē noſtrā oppugnaturos* *Refutatio. Arcadibus ſocieta.*

Periculum, ſi Arcades deſerantur, tandē ad Athenienſes rediturum.

Dilemma in partium ſtudioſos oratores

Qua ratione & Thebanorum & Lacenum opes minui poſſint.

Simulatio iuſtitiæ. uerſari, præſertim ſi qui lædunt. & hac re labefactari oīa inueniemus, & hoc principium eſſe malorum omnium, ꝙ homines nolunt ſimpliciter agere quæ iuſta ſunt. Vt ne igit̃ hoc ĩpediat, quo minus Thebanoꝝ opes minuã tur: & Theſpias, & Platæas, & Orchomenũ inſtaurari oportere dicamus, eoſq́; adiuuemus, & alios ut idem faciant, hortemur. Eſt.n.& honeſtũ & ęquũ, ne uetuſtas urbes euerſas eſſe patiamur. At Megalopolim et Meſſenã iniurioſis nõ obijciamus: neq; prætextu Theſpienſiũ & Platęenſiũ, incolumes urbes, quæq́; habitantur, excindi ſinamus. Quod ſi hęc ꝓmulgata fuerint, nemo erit quin Thebanos uelut alienos agros tandem amittere. Sin minus, primùm hi nobis aduerſabuntur ne illa confici poſſint: nec iniuria, quum exiſtimabunt illaꝝ urbium inſtaurationem excidium ſibi allaturam. Deinde noſtri conatus erunt irriti. Nam qs tandem erit exitus, ſi urbes incolumes excindi ſinemus, exciſas ĩſtaurari poſtulabimus? Dicunt porrò qui equiſſima dicere uidẽtur, oportere Arcades erectas cum Thebanis columnas tollere, ſi modò nobis cõſtanter ſocij eſſe debeant: alij colũnas eis eſſe negant, ſed utilitatem eſſe quę amicitiã conciliet: & eos haberi pro ſocijs, à qbus adiuuentur. Ego uerò ſi maximè tales ſunt, ita ſentio: Petendum eſſe dico, ſimul, ut hi ſtatuas tollant, ſimul, ut Lacedęmonij pacẽ agant. Vtri aũt ita facere noluerint, tum ſcilicet eos adſciſcẽdos, q dicto fuerint audientes. Siuę.n.pace conciliata, Megalopolitę adhuc Thebanorum ſocietati adhærebunt: omnibus nimirum perſpicuum erit, auaritiã & emolumenta Thebanoꝝ, non æquitatẽ eos ſequi: ſiue Megalopolitæ ſocios nos ſine fraude facient, & Lacedæmonij pacẽ turbare tñ conabunt, celare ꝓfectò neminẽ poterunt, ſe non de hoc laborare, ut Theſpiæ inſtaurentur, ſed ut Thebanis hoc bello conflictantibus, interim ipſi Peloponneſum ſubigant. Demiror autem quoſdam qui formidandum cenſent, ſi Thebanoꝝ ſocij Lacedæmonioꝝ hoſtes ſint: ſed ſi Lacedæmonij illos ipſos euerterint, id formidandum non cẽſent. præſertim cum tempus re ipſa nos docuerit, Thebanos ſemper his ſocijs uti contra Lacedæmonios: Lacedęmonios autem, dum eoſdem habuere, cõtra nos

Cum Thebanis quo pacto agendum.

Arcades defendendi.

Vtilitas huius conſilij.

Pilæ fœderis inter Arcades & Thebanos.

A Lacedæmonijs plus eẽ periculi, quàm à Thebanis.

Metuendũ, ne

illis fuiſſe uſos. Proinde illud etiam cogitandum cenſeo, ſi uos Megalopolitas nõ receperitis, ſi expugnati & profligati fuerint, Lacedæmonios ſtatim potentes fore: ſin fortè manſerint incolumes (ſicuti nõnulla iam pter ſpem euenerunt) firmos Thebanorum ſocios meritò futuros. At ſi receperitis, ſalutem ĳ à uobis accipient. Sed euentum & periculi cõſiderationẽ transferamus ab eis, idéq; negocium in Thebanis & Lacedęmonĳs cõſideremus. Si igitur Thebani, bello, ut debent, ſubacti fuerint: iuſto maiores nõ erunt Lacedęmonĳ, qꝫ Arcades aduerſarios in uicinia habebunt. Sin Thebani fortè emerſerint, incolumeſq; manſerint, & non conciderint: ſaltem infirmiores erunt, poſtq̃ hi ſocĳ nobis facti, & per nos cõſeruati fuerint. Quare modis omnibus expedit, ut Arcades neq; deſeramus: neq; cõmittamus, ſi fortè manſerint incolumes, ut aut ſuis euaſiſſe uiribus, aut aliorꝫ opera, ac non ueſtra ope cõſeruati eſſe uideant. Ego qdem. Athenienſes, deos teſtor, me neutros uel amare uel odiſſe priuatim, ſed ea dixiſſe quæ uobis pfutura putem. & uos hortor et moneo, ne Megalopolitas deſeratis, neq; iuniuerſum quenq; imbecilliorẽ obĳciatis uiolẽtiæ potentiorꝫ.

Arcadibus deſertis, uel Lacones, uel Thebanos nimis creſcant.

Arcadũ conſeruatiõe tã Thebanorũ quàm Laconũ potentiam minui.

Concluſio.

LIBANII ARGVMENTVM IN ORAtionem de fœdere Alexandreo.

QVum Alexander Maceda Meſſenam Phuliadæ tyranni filĳs reſtituiſſet: accuſat eum de fœdere, facto per Athenienſes & Græcos, uiolato. affirmat etiã Macedones multis alĳs in rebus pactis non ſtetiſſe: idq́; non negligendum ſuadet. Videtur autem hæc oratio falſo tribui Demoſtheni. nec enim forma orationis cum alĳs Demoſthenicis conuenit, ſed ad Hyperidis ſtylum propius accedit, cùm in alĳs, tum uerbis quibuſdam, huic quàm Demoſtheni magis uſitatis, ueluti, νεόπλουτοι, id eſt noui homines, uel, nuper ditati, & βδελυρεύονται, id eſt, improbe, ac petulanter agere.

DEMOSTHENIS DE FOEDERE ALEXANDREO ORATIO, [redacted]

[redacted]

VEhementer, Athenienſes, pbandi ſunt, qui exhortanẽ & iubent, ut pactis & cõuentis ſtemus, ſi ita ſentiũt, ut loquuntur, liberꝫ.n.pplm nihil perinde decere exiſtimo, ut ęqtatis & iuſtitię pręcipuũ ſtudium,

Perſtringit oratores, qui fœderis prætextu Alexãdri

tyrannidē ſu-ueant.

Decet igitur, ut qui ad hoc tantopere hortantur, nō uerbis abutentes obſtrepant, atq; interim quiduis potius agāt, ſed ut nunc cenſuram ſubeant, ac in poſterum uos, hac in re uel dicto audientes habeant, uel omiſſa contentione, dandi conſilij locum his relinquant, qui uerius de iure pronunciant: ut aut ultrò iniuriam ſuſtineatis: & hoc ipſum iniuriarum autori condonetis: aut ſtatuentes maximi faciēdā eſſe iuſticiam, ſine ulla cūctatione & repræhenſione, eo quod expediet, erga omnes utamini. Si igit̄

Propoſitio.

Fœdus eſſe ab Alexādro uiolatum.

ipſum fœdus, & iuſiurandum de cōmuni pace datū, conſideretur, perſpicuè cernitur, qui nam ſint qui iam illud uiolarint. Atque ego (ut magnis de rebus) cōpendio uos docebo. Si quis uos roget Athenienſes, quam ob rē grauiſsimè indignaremini: reſpondebitis opinor omnes, ſi quis uos cogeret, ſi hoc tempore uiuerent Piſiſtratidæ, & ſi quis uim faceret, ut eos in integrum reſtitueretis: uos correptis armis quiduis potius periculi ſubituros, quàm ut eos admitteretis. aut ſi uobis pſuaderi pateremini, pro

Tyrannidis mala.

ære emptis mancipijs ſeruitutē ſeruituros, eo q; magis, quòd famulū nemo uolens occidit: at tyrrānide opp̄ſſos uidemus nō modò indicta cauſa occidi, ſed eorum etiam uxores & liberos ad ſtupra cōtumelioſe abripi. Alexander autē cōtra iuſiurādū in communi pace perſcriptum,

a Philiadæ tyranni liberi Meſſenam reducti.

Philiadæ liberis, qui tyranni ſunt, Meſſenam reducēdis, nūquid iuſtitiæ rationē habuit: ac non potius ſuo tyrannico more uſus, tum uos, tum pactionem communem pro nihilo duxit? Neq; uerò ſi quis uobis eam neceſsitatem imponat, iniquiſsimis ferre animis oportebit. Sin alibi uſquam iuſiurandum uobis datum uioletur, boni conſulēdum erit, omiſſa defenſione fœderis: neq; quum quidā hic uos incitent, ut fœdus ſeruetis, tanta licentia concedēda illis eſt, à quibus ita palàm uiolatum eſt. Hæc enim admitti nequaquam poſſunt, ſi ius exequi uelitis. Nam illud etiam in fœdere eſt adſcriptum, ut pro hoſte habeatur is qui talia egerit, qualia ſtudio habet Alexander, ab omnib. ijs qui pace comprehenduntur, ut q; omnes &

Refutatio.

regnum eius & ipſum bello petant. Quare, ſi quæ conuenere, ſeruare uolumus, hoſtium numero habebimus eum

Non ſi Philiadæ liberi ante

qui tyrannos reſtituit. At uerò dicent iſti tyrannorum

ſtudioſi, Philiadæ liberos Meſſenĳs antequam fœdus feriretur, imperaſſe, ac proinde reſtituros ab Alexandro. Sed ridicula eſt iſta ratio, quum Lesbĳ tyranni ſint eiecti Antiſſa & Ereſo, damnata ipſa gubernationis forma ut iniuſta, qui ante fœdus dominati ſunt, Meſſenæ tolerandos eſſe, cum utrinque ſit eadem indignitas. Deinde & fœdus, ſtatim ab initio Græcos liberos eſſe, ſuis'q; uiuere legibus iubet. Quid igitur abſurdius, quàm caput de libertate Græcorum, principem tenere locum in fœdere: & exiſtimari, illum qui eoſdem ſeruitute opprimit, nihil communibus pactis feciſſe contrarium? Quare neceſſe habemus, Athenienſes, ſi modo fidem ſeruabimus, & iuſtitiam colemus, quò nos iſti uocant, ut modò dicebam, correptis armis, adſcitis'q; ſocĳs qui uolunt, fœdifragis inferre bellum. An uerò, cum puteris aliquando ipſam occaſionem ualere, ac ſine iuſtitia id quod expediat, conficere: nunc poſtquam & occaſio, & ius & utilitas unà concurrunt, aliud quoddam tempus expectabitis: tũ ueſtræ, tum reliquæ Græciæ libertatis uindicandę? Iã ad aliud iuris caput uenio: ſcriptũ eſt in fœdere, ſi q̃ reſpublicas apud quoſque receptas tũ, cũ in pacẽ iurarẽt, abrogauerint, ab omnibus ĳs ad quos pertineat pax, pro hoſtibus eſſe habẽdos. Cõſiderate aũt Athenienſes, Achæos qui Peloponneſum incolunt, liberas habuiſſe ciuitates. At Macedo nunc Pellenæorũ rẽpublicã abrogauit, eiectis plurimis ciuibus, illorum'q; opes ſeruis tradidit, Chæro ne Paleſtrita tyrãno impoſito. nos uerò pacis eius participes ſumus, quæ mandat, ut talia q̃ fecerint, pro hoſtibus habeantur. Quæ quum ita ſint, utrum cõmunibus mandatis parebimus, habituri eos pro hoſtibus: an uerò aliquis ex eorũ numero, q̃ Macedoni mercede conducti ſeruiunt, & in ueſtrã pernicië locupletati ſunt, tam erit improbus & perfrictæ frontis, ut id fieri oportere neget? Nec enim horum quicquam eos præterit: ſed tanta illorum inſolentia eſt, ut exercitibus tyranni tanquam cuſtodia muniti, uos & iuſiurandum uiolatum ſeruare hortentur, quaſi uerò ille periurĳ etiam dñs ſit: & ueſtras leges nos abrogare cogant, dum & ſententĳs iudicum damnatos abſoluunt, & alia eiuſdẽ generis infinita quæ pugnãt

Fœdus regnarint, eos reſtituẽdos fuiſſe. Lesbĳ tyrãni

Concluſio, oportere bellũ geri.

Ab occaſione, iure utilitate.

Pellene ſeruitute oppreſſa.

Inuehitur in mercenarios oratores.

us,committere uos cogunt.nec iniuria. Nã qui ſemetipſos in patriæ perniciẽ uendiderũt, hi fieri nequit, ut leges & iuſiurandum curent: ſed ſolis nominibus abutentes,fucum faciunt his,qui non ut iudices,ſed tanquã fallendi tpis gratia concionibus interſunt: neq; putant præſentem hanc tranquillitatem, aliqñ fore cauſam ſubitæ & magnæ tempeſtatis. Ego uerò iubeo,quẽadmodum initiò dixi, parêre his qui affirmãt cõmunia pacta ſeruari oportêre.niſi fortè illud putant,cum dicunt ſtandum eſſe iureiurando,ſe nõ hoc dicere,nullam accipiendam eſſe iniuriam: & neminem animaduerſurum opinãtur,tyrannides pro democratijs cõſtitui, & reſpublicas abrogari. Hoc uerò cum primis eſt ridiculum: quum fœdere ſit ꝓmulgatum, aſſeſſoribus & alijs ad cõmunem cuſtodiam delectis eſſe prouidendum,ne in urbibus ad quas pax attineat, cædes fiant,aut exilia contra leges in illis urbibus uſitatas,neue pecuniæ publicentur,neue leges agrariæ ferantur,neue nouæ tabulę fiant,aut ſerui ad pileum uocentur,nouarum rerum ſtudio: iſti tantum abſunt, ut quicquam tale ꝓhibeãt,ut etiam adiutores ſint? Qui an non iure optimo pereant,cum tãtas clades in urbes inuehant, ut ꝓpter earum cladium magnitudinem, illis qui tot numero ſunt,mandatum ſit,ne ad eas conniuêrent? Nunc aliud oſtendã,quo ſolutum eſt fœdus: Scriptum eſt, nõ licere ut exules ꝓgreſſi ex aliqua urbe fœderata,infeſtis armis ullam urbem fœderatã aggrediãtur: qđ ſi fiat,eam urbem,è qua ꝓfecti ſunt,fœdere excludẽdam. At Macedo tam expeditè arma circũtulit,ut nunquam ea depoſuerit: ſed etiam nunc ea gerens,quantum poteſt oĩa peruagetur: idq; tanto tũc magis quàm prius, ut per mandatum cum alios in alias urbes,tum Pędotribam Sicyonem reſtituerit. Quare ſi cõmuni fœderi parendum eſt,ut iſti aiunt: fœdere noſtro excludẽtur urbes quæ talia peregerunt. Quòd ſi uera occultãda ſunt,nihil dicere neceſſe eſt, Macedonicas eas eẽ. Sin miniſtri Macedonis,aduerſarij ueſtri,mandare non deſiſtunt,ut quę communibus pactis cõtinentur,exequamini: pareamus eis,quoniam æqua dicunt: &,quemadmodum iuſiurandum iubet, excludamus illos fœdere: ac deliberemus,

Ita ſeruãdum fœdus, ut neutri parti fiat iniuria.

Receptus ſtatus tuendus.

Pædotriba cõtra fœdus Sicyonem reſtitutus.

quomodo tractandi ſunt, qui pro dominis ſeſe gerunt, libidinemq́; ſuam ſequunt, & ꝑpetuò uel inſidias ſtruunt, uel agunt ꝑ libita, pacemq́; cõmunem derident. Quam enim ob cauſam iſti negabunt ita eſſe faciendum? Num pactionem, quatenus ea reipublicæ nocet, ratam eſſe uolunt, quatenus uerò eidem ſalutaris eſt, ſuſtulerunt? Nunquid hęc iure fieri uidentur? ac ſi quid in iureiurando pro hoſtibus, & cõtra noſtram ciuitatem facit, id perpetuò confirmabunt. Sin aliquid ueſtrum contra illos, ſimul & iuſtum & utile fuerit, illud ſibi oppugnandum eſſe perpetuò, arbitrabuntur? Ut uerò euidẽtius etiam intelligatis, neminem Græcorũ uos unquam accuſaturum eſſe, de cõmunibus pactis ulla re uiolatis: ſed & gratiã habituros, q̃ ſoli fœdifragos coargueritis: pauca de multis quę dicenda eſſent, percurram. Cõtinetur alicubi in fœdere, ut fœderati mare nauigẽt, & nemo eos prohibeat, neq; quiſquam naues eorũ excipiet. Sin hęc aliquis uiolarit, ut ab omnibus fœderatis pro hoſte habeat. Atqui Athenienſes, uos euidentiſsime ſcitis, hoc à Macedonibus eſſe factum. Nam eò uiolentiæ proceſſerunt, ut omnes naues Ponticas Tenendum pertraxerint: ac tergiuerſantes, nõ prius dimiſerint, quàm uos decreuiſſetis centum triremes eſſe complendas, & ſtatim in mare deducendas, & ducem eis Meneſtheum præfeciſſetis. An non igitur abſurdum eſt, quum tot ac tanta delicta ſint alterorũ, iſtos illorũ amicos à peccando eos non deterrere, ſed nobis ſuadere, ut pacta uſq; adeò neglecta ſeruemus? quaſi uerò in illis & hoc adſcriptũ ſit, ut ipſis delinquere liceat, alteris ne ulciſci iniurias ſit conceſſum? Nõne uerò ſimul & iniquè & ſtupidè egerunt, qui iuſiurandum uſq; adeo uiolarint, ut minimum abfuerit, quin ob illam perfidiam principatus maris eis iure eriperetur? & nunc etiam ius hoc nobis ſine crimine ſuppeditant, ſi perſequi uoluerimus. Non enim quod peccare deſtiterunt, eo minus cõmunia pacta uiolarunt ſcilicet: ſed beati ſunt, quòd interim fruũtur ignauia ueſtra, quæ ſuum ius perſequi nunquam inſtituit. Atque hoc contumeliſſimum eſt, quòd reliqui Græci, & Barbari omnes, ueſtras inimicitias metuunt: at iſti noui homines uos eò redigunt, ut ipſi uoſ-

4 Naues à Macedonibus exceptatæ & detentæ.

Inſectatio mercenariorũ oratorum.

met aſpernari cogamini, alia uobis perſuadendo, alia ui extorquendo: perinde ac ſi inter Abderitas, aut Maronitas, non inter Athenienſes rempublicam gerant. qui cum opes ueſtras extenuent, aduerſariorum amplificent, interim non animaduertunt, ſe confiteri urbem noſtram eſſe inſuperabilem, dum hortantur ut ius non iuſtè cuſtodiamus: ut quæ hoſtes facile ſuperaſſet, ſi utilitatis rationē habere uoluiſſet. Iure autem in hac ſententia ſunt. Dum. n. maris imperium citra controuerſiam, idq́ ſolum tenuerimus: ad terreſtria pericula propulſanda, facile alia ſupplementa his copijs, quas in procinctu habemus, inuenire licebit. Præſertim cum fortuna eorum inſolentiam depreſſerit, qui tyrannicorum exercituum cuſtodia muniebantur: atq; eorum alij perierint, alios res ipſa docuerit eſſe contemnendos. Quod igitur ad naues attinet, in quo momenti plurimum eſt, id Macedo præter alia ſuprà cōmemorata, uiolauit. Sed inter omnia Macedonum facta contumelioſiſſimum & inſolentiſſimum illud eſt, qđ nuper accidit, φ auſi ſunt contra commune fœdus cum ipſis initum, in Piræeum appellere. & hoc, Athenienſes, nō quia una triremis fuit, ideo paruū ducendum eſt: ſed eos periclitari patiētiam noſtram uoluiſſe, ut pluribus idem facere liceret, ſtatuendum, & ut declararent, ſicut etiam in cæteris factum eſt, ſe communia decreta non curare. Nam eos ita paulatim irrepere, & nos aſſuefacere uoluiſſe ad tales acceſſus perferendos, etiam inde perſpicitur, φ is qui tum nauim appulit (quem ſtatim unà cum triremi perditum à uobis oportebat) petijt, ut in noſtris portubus parua nauigia fabricari liceret. Nam cui tādem fuit obſcurum, eos id conſilij habuiſſe, ut intrà portū ſtatim eſſent potius, q̄ ut in eum appellerent? & ſi paruula nauigia tolleraremus, paulo pòſt triremes quoque: & ſi primum paucas, paulo pòſt multas? Nec enim dici poteſt, quum Athenis magna copia ſit lignorum ad naues fabricandas, quæ ligna & è longinquo, & difficulter importantur: in Macedonia, quæ etiam alijs qui uolunt, ex uiliſſimo precio ſuppeditat, penuriam extitiſſe. ſed arbitrabantur naues ibi ſimul & fabricandas, et in portu iam dicto implēdas eſſe: quum communi fœdere ſit ſancitū,

Athenienſium potentia.

Triremis Macedonica in Piræeū appulſa.

ne quid tale admittamus: eamq́ licentiam indies fore maiorem. Vſq; adeò illi nos è ſublimi deſpiciunt, propter noſtrates doctores, qui eis dictant quid faciēdum ſit. Sic unà cum iſtis cuiuſdam ineffabilis diſſolutionis & ignauiæ noſtram urbem condemnant: neq; eam futura prouidere, neq; unquam cogitare putant, quomodo tyrānus iſte communi fœdere utatur. quibus ego, Athenienſes, uos hortor ut pareatis, quemadmodum ego docui: & confirmare poſſim, ut qui hac ætate ſum, nos & iure noſtro citra cuiuſquam reprehenſionem, & occaſionibus ſine ullo periculo uſuros, quæ nos ad proſequendas nr̄as utilitates incitant & urgent. Nam inſup etiam communi fœderi adſcriptum eſt, Si participes communis pacis eſſe uelimus, at uerbum illud, Si uelimus: etiam contrariū complectitur, an unquam deſiſtere uelimus aliorum ductum & auſpicia turpiter ſequi: an uero ne recordari quidem ullius præclari facinoris, quæ ab antiquiſſimis temporibus plurima nobis prę cęteris omnibus relicta ſunt. Si igitur iuſſeritis, Athenienſes, decernam, ut fœdera iubent, fœdifragis bellum eſſe inferendum.

ſuperbia Macedonum & proditorum.

Concluſio. Fœdus eſſe tuendum.

SI VELIMVS.

DEMOSTHENIS EXORDIA CONCIONVM, [redacted]

[redacted]

AD LECTOREM.

Mirari nemo debet, tantum abeſſe noſtræ ætatis homines, quantumuis ingenioſos, ab excellentia ueterum oratorum. Nam ut de ratione diſcendi peregrinas linguas difficilima, quæ nobis magnam ætatis partem intercipit, taceamus: quotuſquiſq; tam continenter uiuit, tanto ſtudio ſe exercet, ut cùm de alijs pleriſq;, tum uerò de Demoſthene memoriæ proditum eſt. Ac alia quidem admirabilia de illius exercitationibus apud Plutarchum legere licet. Sed ex his etiam progymnaſmatis, quæ ideo προοίμια δημηγορικὰ *inſcribuntur, quòd accommodata eſſent ijs orationibus, quæ in frequenti Athenienſis populi conuentu haberētur: ſatis apparet eum tanquam arcum: ſic animum ad omnes publicorum negotiorum occaſiones intentum habuiſſe, demiq; per ocium difficilimam oratoriæ dictionis partem (principijs enim inuentis, reliqua deinde ſua ſponte propemodum ſequuntur) eſſe meditatum. Vnde id conſecutus eſt, ut iam bis mille ferè annorum ſpacio nemo*

extitiſſe puteiur, qui uel eloquentia uel ſapientia cum eo conferri mereretur. Sic Cicero etiam lib. 16. ad Atticum: De gloria, inquit, librum ad te miſi, & in eo proœmium id eſt quod in Academico tertio. Id euenit ob eam rem, quod habeo uolumen proœmiorum, ex eo eligere ſoleo, cum aliquod σύγγραμμα inſtitui, &c. Et ad Pætum lib. 9. Ipſa illa ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Hæc propter adoleſcentes adſcribo, ut tantorum uirorum exemplis incitati, repudiatis inanium uoluptatum pernicioſis illecebris, in ea ſtudia ſummis animorum contentione incumbant, quæ delectationes puriores, et fructus honeſti nominis uberrimos parere poſſunt. Eſt autem hoc opuſculum tanto legendum diligentius, quanto plus ſtudij quàm in reliquis orationis partibus, oratores in exordijs ponere ſolent, quæ fundamentis ædificiorum rectè comparantur. & cum autore Pindaro ἀρχομένου ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές, oporteat, elaborata & expolita eſſe omnia conſueuerunt. Etſi autem dubitari uideo de autore huius opuſculi Proœmiorum, mihi tamen cauſa eſſe non uidetur, cur alij aſcribantur: tum quòd neque à ſtylo Demoſthenis abhorrent, tum quòd inter illas eius exercitationes numerari poſſunt, de quibus in hanc ſententiam Plutarchus ſcribit: Quin & è congreſsibus cum externis, & ſermonibus & negocijs argumenta & occaſiones ſtudij petebat. Domum enim reuerſus, ſtatim in tablinum ſuum deſcendebat, & cum ipſa negocia ordine recenſebat, tum eorundem defenſiones. Atque etiam orationes quas audierat, animo complectens, in ſententias & circunductiones redigebat, & omni ratione corrigere, nouoq; & alio genere ſermonis explicare nitebatur, tum ea quæ ad ipſum alius, tum quæ ad alium ipſe dixiſſet, &c. Sed parum refert quis ſit ſiue autor ſiue collector, modo ipſum opus, ut certè eſt, utile ſit & elegans. Sūt quidem nonnulla quorum idem eſſe, quod quarūdam orationum initium uideatur: unde fortaſſe primo aſpectu putes cramben tibi repetitam apponi. ſed ſi pellegeris, tribus aut ad ſummum quatuor exceptis, paucisq; ſententijs quæ medijs ex orationibus excerptæ ſunt, noua eſſe omnia deprehendes. Cum autem in Græco exēplari bina nonnunquam, aut terna confuſa haberentur, mihi religio non fuit ea diſtinguere, quæ rerum ipſa ſeries non coniungeret. Quod factum ſi cui diſplicet, is eadem facilitate compingat licebit, qua ergo diremi. Vt enim mihi meum, ſic ſuum cuique iudicium, in re præſertim momenti haud ita magni, liberum eſſe decet. Illud etiam admonendum eſt, Venetæ Brucioli editionis, quæ multa correctiora habet quàm Aldina, ordinem eſſe in hoc libello diuerſum ab Aldino & uetere Heruagiano: quem ego cum aliud exemplar eo tempore nō haberem, ſecutus ſum, ab eo exordio, quod ex noſtra diſtinctione XXI. h

& in editione Bruciolı XXXX eſt, & in græco ſic incipit: καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μηδενὶ συμπολιτευόμενοι, uſque ad illud, ὡμολογηκότας μὲν ὑμᾶς ω. α. ἀ. ὁμολογῆσαι, ὅτι δεῖ τὴν, &c. Vter ſit uerior aut melior non pronuncio, & parum refert. illud autem uellem, exemplar habere nos multis in locis emendatius. Quare in hac conuerſione (quanquam complura loca, partim collatione exemplarium, partim ſagaci diuinatione ex phraſi Demoſthenica, citra temeritatem correxi & illuſtraui) lector æquus, id quod præcipit Ariſtoteles, meminerit, ὅτι πεπαιδευμένου ἐστιν, ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Si enim ἡ ὑποκειμένη ὕλη fuiſſet melior, noſter quoque labor fortaſſe alicubi non ita ſalebroſus uideretur.

1. EXORDIVM.

SI de nouo quopiam negocio indicta cõcio eſſet, Athenienſes, continuiſſem me, dum maxima pars eorum qui dare conſilium ſolent, ſententias dixiſſet. Quorũ ſi quæ rationes mihi placuiſſent, quieuiſſem: ſin minus, tum & ipſe quæ ſentio, dicere conatus eſſem. Sed quia quibus de rebus iſti ſæpe antea uerba fecerunt, de illis nunc deliberatis: arbitror me, quanuis primus ſurrexerim, poſſe tamen uideri merito dicere poſt iſtos. Quod ſi pręclarus rerum ſtatus eſſet, couſultare ſuperuacaneum foret. Cum uero, ut uniuerſi uidetis, multum in eis difficultatis inſit: ut talis rerũ ſtatus patitur, ſic dare conſilium, quod mihi rectiſsimum uidebitur, conabor. Primum igitur illud ſtatuendum eſt, nihil eorum quæ bello gerendo occupati factitabatis, deinceps uobis eſſe faciendum, ſed omnia contraria potius. Nam ſi illa ratio pernicioſa fuit, conſentaneum eſt, diuerſam fore meliorem. Deinde exiſtimandum eſt, non eum qui uobis aut nihil aut exigua mandet, rectè dicere (uidetis enim, dũ tales ſpes & orationes cupide audiuntur, in ſummũ diſcrimen ueniſſe Rempublicam) ſed eum qui neglecto aſſentandi ſtudio, ea quæ opus ſunt, & per quę ſuſceptum dedecus aboleamus, factamq́; iacturam reſarciamus, ſuadeat. Nam ſiquidẽ ita comparatũ eſſet, ut quemadmodũ moleſtæ orationes prætermitti, ſic etiam res ipſæ q̃ moleſtiam pariunt, præteriri poſſent: omnino

eos,qui uobis conſultum uolunt. Nec enim ſi quis utile aliquid meditatus attulerit,id ſolum audire atq; accipere licebit:ſed illud etiã ueſtræ felicitatis eſſe puto,ut multa utilia dictu,ſubitò quibuſdam in mentem ueniant. Ex omnibus igitur deligere id facile fuerit,quod maximè uobis expediet.

V. EXORDIVM.

AEquum eſt,Atheniẽſes,cum penes uos ſit, ex his quę dicuntur eligere quod maximè probatis, omnes audiri. Etenim ſæpe uſu uenit,ut idem homo in alio erret, in alio rectè ſentiat. Tumultuando autem, & celeriter faſtidiendo,fieri poteſt,ut multis utilibus conſilijs fraudemini. At ſi modeſtè taciteq; audietis,tum officio planè fungemini:tum ſi quis delirare uidebitur,negligetis. Ego uerò multa uerba facere neq; ſoleo:neq; ſi hactenus ſolitus fuiſſem,nunc facerem:ſed quæ uobis profutura exiſtimẽ ea,q̃ à me fieri breuiſſimè poterit,uobis explicabo.

VI. EXORDIVM.

QVum nemini prorſus obſcurum eſſe uideam, tũ quibus orationibus delectemini, tum à quibus abhorreatis:tamen ea dicere quæ iucunda fore uideantur,impoſtorum eſſe reor. At ab his quæ Reipub. profutura eſſe perſuaſum habeas,etiãſi auditores obturbaturos,aut quiduis aliud facturos ſcias, non depelli: id ego & boni & cordati ciuis officium eſſe iudico. Ego uerò uos,ſi non propter quidquam aliud, ob illud ſaltem utrorunq; orationes audire uelim,ut ſi quædam quis rectius q̃ impetus ueſter & cupiditas fert,diceret,eius cõſilium amplecteremini. Sin deſtitueretur ingenio,neq; ſententiam animi ſui explicare poſſet,ut id ei ſua,non ueſtra culpa,qui audire nolitis,accidiſſe uideretur. Deinde nõ tanta moleſtia afficeremini,ſi quem multa nugãtem audiretis:quanta,ſi quem qui opportunum aliqd dictu haberet,prohibeatis. Ac principium quidem eſt rectè probandi omnia,ut ne quid antea uos tenere putetis, q̃ cognoueritis:cum præſertim ſciatis,ſæpe iam multos conſilia mutaſſe. Quod ſi nunc uobis hæc perſuaſa fuerint, fore puto,ut paucis uerbis & ipſe dicere aliqd iure uidear, & me uobis optimè conſulere appareat.

VII. EXORDIVM.

QVanquam, Athenienſes, multa uerba facta ſunt ab omnib. qui conſilia dederunt: uos tamen nunc nihilo propius ab eius inuentione quod agendum ſit, abeſſe uideo, quàm priusq̃ in concionem aſcẽdiſtis. Eius rei cauſa, opinor, eſt eadem, quæ ut ſumma Reip. laboret. Nec enim de præſentibus rebus uos monent oratores, ſed ſe inuicem accuſant & proſcindũt: quo, ut ego quidem iudico, conſuefacti extra iudicium quantas clades inuexerint, audire, ſi quando in ius uocentur: cum uos nihil audire noui putetis, ſed ea tantum, propter quæ ſæpe irati fuiſtis: de facinoribus eorum clementius pronuncietis & iudicetis. Ac ob quam cauſam iſta faciant, ſtultitiæ fortaſſe fuerit, indagare curioſius in præſentia. Sed quia illa uobis non expediunt, ideo reprehendo. Ego uerò nec accuſabo quenquam hodie, neque tale quicquam pollicebor, quod non è ueſtigio probem: neque denique illos ulla ex parte imitabor, ſed quæ tum conficiendis rebus aptiſsima, tum deliberantibus uobis utilia exiſtimo: his quàm breuiſsimè potero explicatis, deſcendam.

VIII. EXORDIVM.

QVi maiores ueſtros laudant Athenienſes, orationẽ illi quidem inſtituere mihi uidentur iucundam auditu, non tamen utilia illis quos celebrant facere. Aggreſsi enim res quas explicare pro dignitate nemo queat, ipſi quidem eloquẽtiæ laudem reportant: ſed iidẽ efficiunt, ut de illorum uirtute, concepta apud auditores opinio minuatur. Ego uerò maximam uirtutis eorum laudẽ tẽpus eſſe puto, quod cũ interea multum elapſum ſit, rebus illorum geſtis maiora nulli alij ſuſcipere potuerunt. Ego autem operam dabo, ut rationem explicem, qua mihi optimè poſſe inſtructi eſſe uideamini. ita enim ſe res habet: tametſi nos oratores omnes, eloquentes uideamur, nihilo tamen res ueſtras meliore loco fore ſatis ſcio. Sed ſi quis, quiſquis ille fuerit, in medium ꝑgreſsus, docere & perſuadere poſsit, quis apparatus, & quãtus, & unde comparatus, Reip. ſit profuturus: omnis pręſens metus repellitur. Id'q́ ego, modò uiribus non deſti-

tuar, facere conabor, pauca præfatus apud uos, qui de regio negocio ſentiam.

IX. EXORDIVM.

VTrique mihi errare uidentur, Athenienſes, tam qui Arcadib. quàm qui Lacedæmonijs ſunt patrocinati. Tanquam enim ab alterutris miſsi, non ciues ueſtri ſint, apud quos illi utrique legatione funguntur, ſic ſeſe inuicem accuſant & criminantur. Quod legatorum quidem officium fuerit, ſed æquis animis de rebus dicere, & ueſtram utilitatem ſine æmulatione & contentione conſiderare decebat eos, qui ſibi ex hoc loco dandi conſilij autoritatem ſumunt. Nunc niſi noti eſſent, & Atticè loquerentur, equidem fore multos opinor, qui alios illorū Arcades, alios Lacones eſſe putarent. Ego uerò haud ſum neſcius, ſuadere optima quàm difficile ſit. Nam cū uos unà in fraudem illecti ſitis, & alij aliter ſentiatis, ſi quis mediam oratione ſua uiam tenere inſtituerit, eam'que uos cognoſcere nolueritis, & gratum faciet neutris, & in crimen ueniet apud utroſque. Malo tamen, ſi fortè id uſu mihi uenerit, ineptus uideri, quàm his quæ è Repub. eſſe puto, diſsimulatis, committere, ut à quibuſdam decipiamini. Ac cætera quidem, ſi ueſtra uoluntate fieri poterit, poſtea dicam. nunc uerò quid potiſsimum expedire exiſtimem, exorſus ab his quæ ipſi confitentur, docere incipiam.

X. EXORDIVM.

NOn eadem ſentiens quæ pleriſque qui uerba fecerunt, ſurrexit Athenienſes: & tamen ne hos quidem arguerim, ex improbitate optimis contraria dixiſſe. Sed hoc in cauſa eſſe uidetur, quòd plerique neglecto rerum iudicio, uerba quæ dicturi ſunt, ſpectare ſolent: quorum copia inſtructi, incunctanter concionandum eſſe putant. in quo non rectè ſentiunt, neque cū animis ſuis cogitant, cum multæ res longo tempore ab omnibus geſtæ ſint, & propter tempora quædam inter ſe contrariæ, ſi quis prioribus præteritis poſteriores dicat, eum nihil aliud acturum, niſi ut, quo factu nihil eſt facilius, ſe ipſe imprudens fallat. Qui igitur eo animo ad dandum conſilium uenerunt, mihi uidentur ea

XIII.

NEminem negaturum opinor, Athenienſes, improbi & maleuoli eſſe hominis, ſi aliquem ex magiſtrati bus uel amare, uel odiſſe, ut neglecta reipub. utilitate, cõciones partim ex odio, partim ex æmulatione habeat. Quæ quidam conſcenſo ſuggeſtu faciunt. Ego uerò his tantum dicam, eos uideri mihi, etſi tale aliquid fecerũt, non ſummum peccatum commiſiſſe: ſed illud eſſe grauiſſimum, quod præſeferunt, ſe nunquam aliter facere paratos eſſe. Vobis autem ſuaſerim, ne abiecta ueſtri cura, ſatis id eſſe putetis, ſumere de iſtis pœnas, ubi uobis uiſum fuerit: niſi ẽt eis obſiſtatis ſummis uiribus: & quemadmodum de Repub. deliberantes decet, priuatis contẽtionibus ſublatis, quid publicè maximè profuturum ſit, conſideretis. Cogitandum. n. eſt, neq; unum, neque oẽs ſimul magiſtratus, ſublatarum legum, quarum uobis cura commiſſa eſt, ſatis graues pœnas dare poſſe.

XIIII.

FOrtaſsis inuidioſum, Athenienſes, quibuſdam eſſe uideatur, ſi quis priuatus homo, & unus è ueſtro numero, poſt alios ſuaſores, q & diuturnitate geſtę olim Reipublicæ, & autoritate qua ualent apud uos, excellunt, progreſſus dicat, uideri ſibi eos non modò non rectè dicere, ſed nec propè abeſſe à rectè ſentiendo. Verùm ego uſq; adeò me uobis utiliora q̃ iſtos dicturum opinor, ut non dubitem ea quæ dixerunt omnia, nullius eſſe precij aſſerere. Exiſtimo autem uos etiam rectè facturos, ſi nõ dicentem, ſed ipſa conſilia ſpectetis. Decet. n. Athenienſes, ueſtram beneuolentiã, non quibuſdã uelut hæreditariam, ſed ijs qui optima quoque tpe dicũt, paratam, eſſe.

XV.

VEllem uos, Athenienſes, attentè audire ea q̃ dicam. Nec. n. parua res agitur. Ego miror qui tandẽ fiat, ut priuſquam in concionem aſcendatur, cuicunq; ueſtrum aliquis obuius fiat, is ita promptè poſsit dicere, quo pacto res pręſentes fieri poſſent meliores: atq; iterũ, ſtatim ubi diſceſsiſtis, quiſq; diſſerat, quid agi conueniat. Cum uerò in publicis conuentibus illis ipſis de rebus deliberandum eſt, uos illis aures præbeatis, q quid uis potius

reſilietis,uſu mihi ueniet,ut in neutros iniurius, apud utroſque in crimen ueniam, in quo inique mecum agetur. Proinde ſi iubetis dicere,ſum paratus: ſin minus, etiam tacere præclarum mihi fuerit.

X X I.

ET iuſtum,Athenienſes, & utile arbitror, ut crimina & accuſationes, cum deliberandum eſt,omittat:& præſentibus de rebus id dicat, quod optimum eſſe unuſquiſq; ducit. Nam quoſdam eſſe in cauſa, ut res malè ſe habeant,oẽs ſcimus. Quo pacto aũt emendari queant, id explicare conſulentis officium eſt. Deinde, mea quidem ſententia, acres deliquentium accuſatores ſunt,nõ qui talibus temporibus in acta inquirunt,cum illi nullas pœnas dabunt,ſed qui tale conſiliũ dare poterunt,ꝑ qđ præſentia corrigãtur. Horum.n.opera per ocium & de illis ſumere ſupplicium poteritis. Ac alia quidem uerba omnia ſuperuacanea eſſe cenſeo. Quæ autem ad præſentem deliberationem profutura putem, ea dicere conabor,ſi prius hoc tm̃ poſtulauero, ſi cuius fortè facti mentionem fecero,ne id accuſandi ſtudio me dicere puteтis: ſed ut ĳs,quæ tum perperam egiſtis,indicãdis, caueam, ne in ſimiles clades incidatis.

X X I I.

SI etiam ſuperiore tempore, Athenienſes,nullis addicti partibus & ſtudĳs, ita tranquilli fuiſſemus, ut in præſentia ſumus: nec ea quæ nunc facta ſunt, euentura fuiſſe opinor,& cæterarum rerum multæ in loco meliore uobis eſſent. Nunc petulantia quorundã facit, ut nec prodire,nec ꝓrare, atq; adeò ne inchoare quidẽ liceat orationem.Qua ex re multa exiſtũt, eaq́; haud fortaſsis opportuna. Quòd ſi iſta percontanda ſunt, non aũt conſiderandum quid agi conueniat, ueſtriſq; cupiditatibus nunc obſequendum: decernetis ea quæ & ſuperioribus temporibus,inſtrui claſſem,conſcendi,tributa conferri, omnia ea fieri iam oportere,quotũ agendi perendie, aut poſt quinq; dies, ſi rumores bellici ſopiantur, & hoſtes quieſcant, rurſus iam non eſſe occaſionem putabitis.id quod,cum in Helleſponto eſſe Philippũ audiremus, accidit:ac denuò,cum piraticæ naues ad Marathonem ap

puliſſent. Quàm.n.quiſpiam, Athenienſes, probè inſtructo uteretur exercitu, tam uos conſilijs utimini celeriter. Eſt autem & lentè deliberandũ: & quæ decreta fuerint, maturè facienda ſunt: & cogitandum hoc, niſi & uberẽ commeatum in promptu habueritis, & ducem aliquẽ prudentem bello præfeceritis, ueſtraq; decreta conſtanter urſeritis, nihil à uobis cõfectum iri niſi decreta, & oẽs impenſas fruſtra perituras. & fore, ut neq; rebus quicquam conſulatis, atq; irati quoſcunq; libitum fuerit, in iudicium adducatis. Ego uerò nolim uos committere, ut ciues prius in iudicijs exagitetis, q̃ hoſtes ulciſcamini. Aequius.n.eſt ut cum illis, quã inter nos belligeremus. Verùm ne, id quod factu facilimum eſt, tantum obiurgẽ, quo pacto hęc à uobis oportere fieri putem, explicabo: precatus à uobis, ne obſtrepatis, ne ue me tergiuerſari aut differre negocium exiſtimetis. Nõ.n.qui celeriter & hodie rem ſuſcipiendã ſuadent, rectiſsimè conſulunt (nõ enim ea quæ iam q̃dem acciderunt, copijs auxiliaribus prohibere poterimus) ſed qui oſtenderit, q̃ copiæ comparatæ nunc permanere ac conſtare queant tantiſper, dum aut hoſtes ſuperemus, aut eò adducamus, ut bellũ deponamus. Sic enim in poſterum malis liberabimur.

XXIII. VEL XL.

NEminem, Athenienſes, oĩum ueſtrum ita opinor maleuolum eſſe Reipub. ut non grauiter moleſteq; ferat ea quæ facta ſunt. Quod ſi quiritando quicquã horum infectum fieri poſſet, id ego uobis oĩbus ſuaderem. Sed q̃a illa mutari nullo modo poſſunt, ſed reliqua ꝓuidenda ſunt. ut ne in eandẽ fraudem incidatis: quẽadmodum, Athenienſes, ob ea q̃ nunc facta ſunt, indignamini, ſic opa danda eſt, ne eadẽ denuò eueniant: nec exiſtimãdum, ullum ſuaſorem talibus uerbis eſſe inſtructum, q̃ præſentia tueri poſsit, nemine ueſtrum ſuam operã conferente. Nã is q̃dem non orator, ſed deus fuerit. Ac fons horum maloꝝ hinc oritur, q; oratoꝝ quidam ad gratiã puſillo tpe duraturam, hic concionantur: dicentes neq; tributa conferenda, neq; militandum eſſe, ſed omnia ſua ſponte confectũ iri. Et hæc ab alio aliquo redargui oportebat: idq; ea ratione fieri, quæ eſſet è Republica. Mihi

us, commitere uos cogunt. nec iniuria. Nã qui ſemetipſos in patriæ perniciẽ uendiderũt, hi fieri nequit; ut leges & iuſiurandum curent: ſed ſolis nominibus abutentes, fucum faciunt his, qui non ut iudices, ſed tanquã fallendi tpis gratia concionibus interſunt: neq; putant præſentem hanc tranquillitatem, aliqñ fore cauſam ſubitæ & magnæ tempeſtatis. Ego uerò iubeo, quẽadmodum initiò dixi, parẽre his qui affirmãt cõmunia pacta ſeruari oportẽre. niſi fortè illud putant, cum dicunt ſtandum eſſe iureiurando, ſe nõ hoc dicere, nullam accipiendam eſſe iniuriam: & neminem animaduerſurum opinãtur, tyrannides pro democratijs cõſtitui, & reſpublicas abrogari. Hoc uerò cum primis eſt ridiculum: quum fœdere ſit ꝓmulgatum, aſſeſſoribus & alijs ad cõmunem cuſtodiam delectis eſſe prouidendum, ne in urbibus ad quas pax attineat, cædes fiant, aut exilia contra leges in illis urbibus uſitatas, néue pecuniæ publicentur, néue leges agrariæ ferantur, néue nouæ tabulę fiãnt, aut ſerui ad pileum uocentur, nouarum rerum ſtudio: iſti tantum abſunt, ut quicquam tale ꝓhibeãt, ut etiam adiutores ſint. Qui an non iure optimo pereant, cum tãtas clades in urbes inuehant, ut ꝓpter earum cladium magnitudinem, illis qui tot numero ſunt, mandatum ſit, ne ad eas conniuẽrent? Nunc aliud oſtendã, quo ſolutum eſt fœdus: Scriptum eſt, nõ licere ut exules ꝓgreſſi ex aliqua urbe fœdérata, infeſtis armis ullam urbem fœderatã aggrediãtur: qđ ſi fiat, eam urbem, é qua ꝓfecti ſunt, fœdere excludẽdam. At Macedo tam expedite arma circũtulit, ut nunquam ea depoſuerit: ſed etiam nunc ea gerens, quantum poteſt oĩa peruagetur: idq; tanto tũc magis quàm prius, ut per mandatum cum alios in alias urbes, tum Pędotribam Sicyonem reſtituerit. Quare ſi cõmuni fœderi parendum eſt, ut iſti aiunt: fœdere noſtro excludẽtur urbes quæ talia peregerunt. Quòd ſi uera occultãda ſunt, nihil dicere neceſſe eſt, Macedonicas eas eẽ. Sin miniſtri Macedonis, aduerſarij ueſtri, mandare non deſiſtunt, ut quę communibus pactis cõtinentur, exequamini: pareamus eis, quoniam æqua dicunt: &, quemadmodum iuſiurandum iubet, excludamus illos fœdere: ac deliberemus,

Ita ſeruãdum fœdus, ut neutri parti fiat iniuria.

Receptus ſtatus tuendus.

Pædotriba cõtra fœdus Sicyonem reſtitutus.

quomodo tractandi ſunt, qui pro dominis ſeſe gerunt, libidinemq́; ſuam ſequunt, & ꝑpetuò uel inſidias ſtruunt, uel agunt ꝓhibita, pacemq́; cõmunem derident. Quam enim ob cauſam iſti negabunt ita eſſe faciendum? Num pactionem, quatenus ea reipublicæ nocet, ratam eſſe uolunt, quatenus uerò eidem ſalutaris eſt, ſuſtulerunt? Nunquid hęc iure fieri uidentur? ac ſi quid in iureiurando pro hoſtibus, & cõtra noſtram ciuitatem facit, id perpetuò confirmabunt. Sin aliquid ueſtrum contra illos, ſimul & iuſtum & utile fuerit, illud ſibi oppugnandum eſſe perpetuò, arbitrabuntur? Vt uerò euidẽtius etiam intelligatis, neminem Græcoꝝ uos unquam accuſaturum eſſe, de cõmunibus pactis ulla re uiolatis: ſed & gratiã habituros, q́; ſoli fœdifragos coargueritis: pauca de multis quę dicenda eſſent, percurram. Cõtinetur alicubi in fœdere, ut fœderati mare nauigẽt, & nemo eos prohibeat, neq; qſquam naues eoꝝ exceptet. Sin hęc aliquis uiolarit, ut ab omnibus fœderatis pro hoſte habeat. Atqui Athenienſes, uos euidentiſsime ſcitis, hoc à Macedonibus eſſe factum. Nam eò uiolentiæ proceſſerunt, ut omnes naues Ponticas Tenendum pertraxerint: ac tergiuerſantes, nõ prius dimiſerint, quàm uos decreuiſſetis centum triremes eſſe complendas, & ſtatim in mare deducendas, & ducem eis Meneſtheum præfeciſſetis. An non igitur abſurdum eſt, quum tot ac tanta delicta ſint alterorũ, iſtos illoꝝ amicos à peccando eos non deterrere, ſed nobis ſuadere, ut pacta uſq; adeò neglecta ſeruemus? quaſi uerò in illis & hoc adſcriptũ ſit, ut ipſis delinquere liceat, alteris ne ulciſci iniurias ſit conceſſum? Nõne uerò ſimul & iniquè & ſtupidè egerunt, qui iuſiurandum uſq; adeò uiolârint, ut minimum abfuerit, quin ob illam perfidiam principatus maris eis iure eriperetur? & nunc etiam ius hoc nobis ſine crimine ſuppeditant, ſi perſequi uoluerimus. Non enim quod peccare deſtiterunt, eo minus cõmunia pacta uiolarunt ſcilicet: ſed beati ſunt, quòd interim fruũtur ignauia ueſtra, quæ ſuum ius perſequi nunquam inſtituit. Atque hoc contumeliſſimum eſt, quód reliqui Græci, & Barbari omnes, ueſtras inimicitias metuunt: at iſti noui homines uos eò redigunt, ut ipſi uoſ-

Naues à Macedonibus exceptatæ & detentæ.

Inſectatio mercenarioꝝ oratorum.

met aſpernari cogamini, alia uobis perſuadendo, alia ui extorquendo: perinde ac ſi inter Abderitas, aut Maronitas, non inter Athenienſes rempublicam gerant. qui cum opes ueſtras extenuent, aduerſariorum amplificent, interim non animaduertunt, ſe confiteri urbem noſtram eſſe inſuperabilem, dum hortantur ut ius non iuſtè cuſtodiamus: ut quæ hoſtes facile ſuperaſſet, ſi utilitatis rationē habere uoluiſſet. Iure autem in hac ſentētia ſunt. Dum.n. maris imperium citra controuerſiam, idq; ſolum tenuerimus: ad terreſtria pericula propulſanda, facile alia ſupplementa his copijs, quas in procinctu habemus, inuenire licebit. Præſertim cum fortuna eorum inſolentiam depreſſerit, qui tyrannicorum exercituum cuſtodia muniebantur: atq; eorum alij perierint, alios res ipſa docuerit eſſe contemnendos. Quod igitur ad naues attinet, in quo momenti plurimum eſt, id Macedo præter alia ſuprà cōmemorata, uiolauit. Sed inter omnia Macedonum facta contumelioſiſſimum & inſolentiſſimum illud eſt, qđ nuper accidit, q̄ auſi ſunt contra commune fœdus cum ipſis initum, in Piræeum appellere. & hoc, Athenienſes, nō quia una triremis fuit, ideo paruū ducendum eſt: ſed eos periclitari patiētiam noſtram uoluiſſe, ut pluribus idem facere liceret, ſtatuendum, & ut declararent, ſicut etiam in cæteris factum eſt, ſe communia decreta non curare. Nam eos ita paulatim irrepere, & nos aſſuefacere uoluiſſe ad tales acceſſus perferendos, etiam inde perſpicitur, q̄ is qui tum nauim appulit (quem ſtatim unà cum triremi perditum à uobis oportebat) petijt, ut in noſtris portubus parua nauigia fabricari liceret. Nam cui tādem fuit obſcurum, eos id conſilij habuiſſe, ut intrà portū ſtatim eſſent potius, q̄ ut in eum appellerent? & ſi paruula nauigia tolleraremus, paulo pòſt triremes quoque: & ſi primum paucas, paulo pòſt multas? Nec enim dici poteſt, quum Athenis magna copia ſit lignorum ad naues fabricandas, quæ ligna & è longinquo, & difficulter importantur: in Macedonia, quæ etiam alijs qui uolunt, ea uiliſſimo precio ſuppeditat, penuriam extitiſſe. ſed arbitrabantur naues ibi ſimul & fabricandas, et in portu iam dicto implēdas eſſe: quum communi fœdere ſit ſancitū,

Athenienſium potentia.

Triremis Macedonica in Piræeū appulſa.

nè quid tale admittamus: eamq́ licentiam indies fore
maiorem. Vſq; adeò illi nos è ſublimi deſpiciunt, propter *ſuperbia Ma-*
noſtrates doctores, qui eis dictant quid faciẽdum ſit. Sic *cedonum &*
unà cum iſtis cuiuſdam ineffabilis diſſolutionis & igna- *proditorum.*
uiæ noſtram urbem condemnant: neq; eam futura proui
dere, neq; unquam cogitare putant, quomodo tyrãnus
iſte communi fœdere utatur. quibus ego, Athenienſes, *Concluſio.*
uos hortor ut pareatis, quemadmodum ego docui: & *Fœdus eſſe tu-*
confirmare poſſim, ut qui hac ætate ſum, nos & iure no- *endum.*
ſtro citra cuiuſquam reprehenſionem, & occaſionibus ſi
ne ullo periculo uſuros, quæ nos ad proſequendas nr̃as
utilitates incitant & urgent. Nam inſup̃ etiam commu-
ni fœderi adſcriptum eſt, Si participes communis pacis
eſſe uelimus, at uerbum illud, Si uelimus: etiam contrariũ *SI VELI-*
complectitur, an unquam deſiſtere uelimus aliorum du- *MVS.*
ctum & auſpicia turpiter ſequi: an uerò ne recordari qui
dem ullius præclari facinoris, quæ ab antiquiſſimis tem-
poribus plurima nobis prę cęteris omnibus relicta ſunt.
Si igitur iuſſeritis, Athenienſes, decernam, ut fœdera iu-
bent, fœdifragis bellum eſſe inferendum.

DEMOSTHENIS EXORDIA CONCIONVM, [redacted]

AD LECTOREM.

Mirari nemo debet, tantum abeſſe noſtræ ætatis homi
nes, quantumuis ingenioſos, ab excellentia uete-
rum oratorum. Nam ut de ratione diſcendi peregri
nas linguas difficilima, quæ nobis magnam ætatis
partem intercipit, taceamus: quotuſquiſq; tam conti
nenter uiuit, tanto ſtudio ſe exercet, ut cùm de alijs
pleriſq;, tum uerò de Demoſthene memoriæ proditum eſt. Ac alia quidem
admirabilia de illius exercitationibus apud Plutarchum legere licet. Sed
ex his etiam progymnaſmatis, quæ ideo προοίμια δημηγορικὰ *inſcribun-*
tur, quòd accommodata eſſent ijs orationibus, quæ in frequenti Athenië-
ſis populi conuentu haberẽtur: ſatis apparet eum tanquam arcum: ſic ani
mum ad omnes publicorum negotiorum occaſiones intentum habuiſſe,
domiq; per ocium difficilimam oratoriæ dictionis partem (principijs enim
inuentis, reliqua deinde ſua ſponte propemodum ſequuntur) eſſe medita
tum. Vnde id conſecutus eſt, ut iam bis mille ferè annorum ſpacio nemo

extitiſſe putetur, qui uel eloquentia uel ſapientia cum eo conferri mereatur. Sic Cicero etiam lib. 16. ad Atticum: De gloria, inquit, librum ad te miſi, & in eo proœmium id eſt quod in Academico tertio. Id euenit ob eã rem, quod habeo uolumen proœmiorum, ex eo eligere ſoleo, cum aliquod σύγγραμμα inſtitui, &c. Et ad Pætum lib. 9. Ipſa illa ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Hæc propter adoleſcentes adſcribo, ut tantorum uirorum exemplis incitati, repudiatis uanitum uoluptatum pernicioſis illecebris, in ea ſtudia ſumma animorum contentione incumbant, quæ delectationes puriores, et fructus honeſti nominis uberrimos parere poſſunt. Eſt autem hoc opuſculum tanto legendum diligentius, quanto plus ſtudij quàm in reliquis orationis partibus, oratores in exordijs ponere ſolent, quæ fundamentis ædificiorum rectè comparantur. & cum autore Pindaro ἀρχομένου ἔργου τηλαυγὲς ἦμεν τὸ πρόσωπον oporteat, elaborata & expolita eſſe omnia conſueuerunt. Etſi autem dubitari uideo de autore huius opuſculi Proœmiorum, mihi tamen cauſa eſſe non uidetur, cur alij aſcribantur: tum quòd neque à ſtylo Demoſthenis abhorrent, tum quòd inter illas eius exercitationes numerari poſſunt, de quibus in hanc ſententiam Plutarchus ſcribit: Quin & è congreſſibus cum externis, & ſermonibus & negocijs, argumenta & occaſiones ſtudij petebat. Domum enim reuerſus, ſtatim in tablinum ſuum deſcendebat, & cum ipſa negocia ordine recenſebat, tum eorundem defenſiones. Atque etiam orationes quas audierat, animo complectens, in ſententias & circunductiones redigebat, & omni ratione corrigere, nouoq; & alio genere ſermonis explicare nitebatur, tum ea quæ ad ipſum alius, tum quæ ad alium ipſe dixiſſet, &c. Sed parum refert quis ſit ſiue autor ſiue collector, modo ipſum opus, ut certè eſt, utile ſit & elegans. Sũt quidem nonnulla quorum idem eſſe, quod quarũdam orationum initium uideatur: unde fortaſſe primo aſpectu putes cramben tibi repetitam apponi. ſed ſi pellegeris, tribus aut ad ſummum quatuor exceptis, paucisq; ſententijs quæ medijs ex orationibus excerptæ ſunt, noua eſſe omnia deprehendes. Cum autem in Græco exẽplari bina nonnunquam, aut terna confuſa haberentur, mihi religio non fuit ea diſtinguere, quæ rerum ipſa ſeries non coniungeret. Quod factum ſi cui diſplicet, is eadem facilitate compingat licebit, qua ego diremi. Vt enim mihi meum, ſic ſuum cuiq; iudicium, in re præſertim momenti haud ita magni, liberum eſſe decet. Illud etiam admonendum eſt, Venetæ Brucioli editionis, quæ multa correctiora habet quàm Aldina, ordinem eſſe in hoc libello diuerſum ab Aldino & uetere Heruagiano: quem ego cum aliud exemplar eo tempore nõ haberem, ſecutus ſum, ab eo exordio, quod ex noſtra diſtinctione XXI. &

& in editione Bruciole XXXX eſt, & in græco ſic incipit: εἰ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδενὶ συμπαραλιπτινόμενοι, uſque ad illud, ἁμαρτάνοντας μὲν ὑμᾶς τ. α. κ. ὁμολογῆσαι, ὅτι δεῖ τὴν, &c. Vter ſit uerior aut melior non pronuncio, & parum refert. illud autem uellem, exemplar habere nos multis in locis emendatius. Quare in hac conuerſione (quanquam complura loca, partim collatione exemplarium, partim ſagaci diuinatione ex phraſi Demoſthenica, citra temeritatem correxi & illuſtraui) lector æquus, id quod præcipit Ariſtoteles, meminerit, ὅτι πεπαιδευμένου ἐστὶν, ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. Si enim ἡ ὑποκειμένη ὕλη fuiſſet melior, noſter quoque labor fortaſſe alicubi non ita ſalebroſus uideretur.

I. EXORDIVM.

SI de nouo quopiam negocio indicta cõcio eſſet, Athenienſes, continuiſſem me, dum maxima pars eorum qui dare conſilium ſolent, ſententias dixiſſet. Quorũ ſi quæ rationes mihi placuiſſent, quieuiſſem: ſin minus, tum & ipſe quæ ſentio, dicere conatus eſſem. Sed quia quibus de rebus iſti ſæpe antea uerba fecerunt, de illis nunc deliberatis: arbitror me, quanuis primus ſurrexerim, poſſe tamen uideri merito dicere poſt iſtos. Quod ſi pręclarus rerum ſtatus eſſet, conſultare ſuperuacaneum foret. Cum uero, ut uniuerſi uidetis, multum in eis difficultatis inſit: ut talis rerũ ſtatus patitur, ſic dare conſilium, quod mihi rectiſsimum uidebitur, conabor. Primum igitur illud ſtatuendum eſt, nihil eorum quæ bello gerendo occupati factitabatis, deinceps uobis eſſe faciendum, ſed omnia contraria potius. Nam ſi illa ratio pernicioſa fuit, conſentaneum eſt, diuerſam fore meliorem. Deinde exiſtimandum eſt, non eum qui uobis aut nihil aut exigua mandet, recte dicere (uidetis enim, dũ tales ſpes & orationes cupide audiuntur, in ſummũ diſcrimen ueniſſe Rempublicam) ſed eum qui neglecto aſſentandi ſtudio, ea quæ opus ſunt, & per quę ſuſceptum dedecus aboleamus, factamq́ʒ iacturam reſarciamus, ſuadeat. Nam ſiquidẽ ita comparatũ eſſet, ut quemadmodũ moleſtæ orationes ꝑtermitti, ſic etiam res ipſæ q̃ moleſtiam pariunt, præteriri poſſent; omnino

eſſet ad gratiam concionandum. Sin uerborum blanditiæ cum rebus haud congruentes perniciem afferunt, turpe eſt ſibi ipſum fucum facere, & extrema demum urgente neceſſitate ea ſuſcipere, quæ iam olim ultrò confecta eſſe oportebat.

II. EXORDIVM.

NOn idem ſtatuere poſſum Athenienſes, & cum reipub. nomen è uobis audio, & cum uideo quomodo ueſtrum quidam eos qui eandem defendunt, tractare ſoleant. Rempub. enim, id quod noſtis omnes, democratiam nominatis: ſed quoſdam, qui huic contraria dicunt, libentius à nonnullis audiri animaduerto. Cuius rei miror cauſa quæ ſit. Nunquid eos hæc ſine mercede dicere putatis? At Oligarchiarum, quos iſti defendunt, domini, tacentibus etiam plus darent. Nunquid hæc potiora creditis? Præſtare igitur uobis Oligarchia Democratiæ uidetur. Nunquid eos uiros meliores iudicatis? Quis uerò, qui contra præſentem Reip. ſtatum conciones habeat, probus à uobis exiſtimari iure poteſt? Reliquum igitur eſt, errare uos, dum in iſta ſententia ſitis. Cauete igitur Athenienſes, ne id uobis accidat: et iſtum errorem deponite, ut ne aliquando anſam detis inſidiatoribus: ac tum demum erraſſe uos intelligatis, cum id uobis nihil iam proderit.

III. EXORDIVM.

NOn in eo quo nos uellemus, Athenienſes, loco eſſe omnia, neq; apud uoſipſos, neq; apud ſocios: minime eſt fortaſſis mirandum. Multa enim fortunæ fluctuantis, incertæq; arbitrio reguntur: cauſæq; plures exiſtũt cur non omnia ex animi ſententia mortalibus eueniant. At nullam eſſe prorſus populi autoritatem, ſed illius aduerſarios dominari, hoc & mirandum eſt Athenienſes, & meo quidem iudicio, ſi qui rectè cogitent, formidoloſum. Ac totius quidem orationis hoc mihi principiũ eſt.

IIII. EXORDIVM.

MAgnis opibus Atheniẽſes, rationem quà perſpicuũ fiat, quid in illis rebus optimum factu ſit, de quibus nunc deliberatis, omnes uos prælaturos arbitror. Quod cum ita ſit, officij ueſtri eſt, ut uos ipſi libenter audiatis

eos, qui uobis conſultum uolunt. Nec enim ſi quis utile aliquid meditatus attulerit, id ſolum audire atque accipere licebit: ſed illud etiã ueſtræ felicitatis eſſe puto, ut multa utilia dictu, ſubitò quibuſdam in mentem ueniant. Ex omnibus igitur deligere id facile fuerit, quod maximè uobis expediet.

V. EXORDIVM.

AEquum eſt, Athenieſes, cum penes uos ſit, ex his quę dicuntur eligere quod maximè probatis, omnes audiri. Etenim ſæpe uſu uenit, ut idem homo in alio erret, in alio rectè ſentiat. Tumultuando autem, & celeriter faſtidiendo, fieri poteſt, ut multis utilibus conſilijs fraudemini. At ſi modeſtè tacitéque audietis, tum officio planè fungemini: tum ſi quis delirare uidebitur, negligetis. Ego uerò multa uerba facere neque ſoleo: neque ſi hactenus ſolitus fuiſſem, nunc facerem: ſed quæ uobis profutura exiſtimẽ ea, quàm à me fieri breuisſimè poterit, uobis explicabo.

VI. EXORDIVM.

QVum nemini prorſus obſcurum eſſe uideam, tũ quibus orationibus delectemini, tum à quibus abhorreatis: tamen ea dicere quæ iucunda fore uideantur, impoſtorum eſſe reor. At ab his quæ Reipub. profutura eſſe perſuaſum habeas, etiãſi auditores obturbaturos, aut quiduis aliud facturos ſcias, non depelli: id ego & boni & cordati ciuis officium eſſe iudico. Ego uerò uos, ſi non propter quidquam aliud, ob illud ſaltem utrorunque orationes audire uelim, ut ſi quædam quis rectius quàm impetus ueſter & cupiditas fert, diceret, eius cõſilium amplecteremini. Sin deſtitueretur ingenio, neque ſententiam animi ſui explicare poſſet, ut id ei ſua, non ueſtra culpa, qui audire nolitis, accidiſſe uideretur. Deinde nõ tanta moleſtia afficeremini, ſi quem multa nugãtem audiretis: quanta, ſi quem qui opportunum aliqd dictu haberet, prohibeatis. Ac principium quidem eſt rectè probandi omnia, ut ne quid antea uos tenere putetis, quàm cognoueritis: cum præſertim ſciatis, ſæpe iam multos conſilia mutaſſe. Quod ſi nunc uobis hæc perſuaſa fuerint, fore puto, ut paucis uerbis & ipſe dicere aliqd iure uidear, & me uobis optimè conſulere appareat.

VII. EXORDIVM.

QVanquam, Athenienſes, multa uerba facta ſunt ab omnib. qui conſilia dederunt: uos tamen nunc nihilo propius ab eius inuentione quod agendum ſit, abeſſe uideo, quàm priusq̃ in concionem aſcẽdiſtis. Eius rei cauſa, opinor, eſt eadem, quæ ut ſumma Reip. laboret. Nec enim de præſentibus rebus uos monent oratores, ſed ſe inuicem accuſant & proſcindũt: quo, ut ego quidem iudico, conſuefacti extra iudicium quantas clades inuexerint, audire, ſi quando in ius uocentur: cum uos nihil audire noui putetis, ſed ea tantum, propter quæ ſæpe irati fuiſtis: de facinoribus eorum clementius pronuncietis & iudicetis. Ac ob quam cauſam iſta faciant, ſtultitiæ fortaſſe fuerit, indagare curioſius in præſentia. Sed quia illa uobis non expediunt, ideo reprehendo. Ego uerò nec accuſabo quenquam hodie, neque tale quicquam pollicebor, quod non è ueſtigio probem: neque denique illos ulla ex parte imitabor, ſed quæ tum conficiendis rebus aptiſsima, tum deliberantibus uobis utilia exiſtimo: his quàm breuiſsimè potero explicatis, deſcendam.

VIII. EXORDIVM.

QVi maiores ueſtros laudant Athenienſes, orationẽ illi quidem inſtituere mihi uidentur iucundam auditu, non tamen utilia illis quos celebrant facere. Aggreſsi enim res quas explicare pro dignitate nemo queat, ipſi quidem eloquẽtiæ laudem reportant: ſed ijdẽ efficiunt, ut de illorum uirtute, concepta apud auditores opinio minuatur. Ego uerò maximam uirtutis eorum laudẽ tẽpus eſſe puto, quod cũ interea multum elapſum ſit, rebus illorum geſtis maiora nulli alij ſuſcipere potuerunt. Ego autem operam dabo, ut rationem explicem, qua mihi optimè poſſe inſtructi eſſe uideamini. ita enim ſe res habet: tametſi nos oratores omnes, eloquentes uideamur, nihilo tamen res ueſtras meliore loco fore ſatis ſcio. Sed ſi quis, quiſquis ille fuerit, in medium ꝓgreſsus, docere & perſuadere poſsit, quis apparatus, & quãtus, & unde comparatus, Reip. ſit profuturus: omnis pręſens metus repellitur. Id'q̃ ego, modò uiribus non deſti-

tuar, facere conabor, pauca præfatus apud uos, qui de regio negocio ſentiam.

IX. EXORDIVM.

VTrique mihi errare uidentur, Athenienſes, tam qui Arcadib. quàm qui Lacedæmonijs ſunt patrocinati. Tanquam enim ab alterutris miſsi, non ciues ueſtri ſint, apud quos illi utrique legatione funguntur, ſic ſeſe inuicem accuſant & criminantur. Quod legatorum quidem officium fuerit, ſed ęquis animis de rebus dicere, & ueſtram utilitatem ſine æmulatione & contentione conſiderare decebat eos, qui ſibi ex hoc loco dandi conſilij autoritatem ſumunt. Nunc niſi noti eſſent, & Atticè loquerentur, equidem fore multos opinor, qui alios illorũ Arcades, alios Lacones eſſe putarent. Ego uerò haud ſum neſcius, ſuadere optima quàm difficile ſit. Nam cũ uos unà in fraudem illecti ſitis, & alij aliter ſentiatis, ſi quis mediam oratione ſua uiam tenere inſtituerit, eam'q; uos cognoſcere nolueritis, & gratum faciet neutris, & in crimen ueniet apud utroſq;. Malo tamen, ſi fortè id uſu mihi uenerit, ineptus uideri, quàm his quæ è Repub. eſſe puto, diſsimulatis, committere, ut à quibuſdam decipiamini. Ac cætera quidem, ſi ueſtra uoluntate fieri poterit, poſtea dicam. nunc uerò quid potiſsimum expedire exiſtimem, exorſus ab his quæ ipſi confitentur, docere incipiam.

X. EXORDIVM.

NOn eadem ſentiens quæ pleriſque qui uerba fecerunt, ſurrexit Athenienſes: & tamen ne hos quidem arguerim, ex improbitate optimis contraria dixiſſe. Sed hoc in cauſa eſſe uidetur, quòd plerique neglecto rerum iudicio, uerba quæ dicturi ſunt, ſpectare ſolent: quorum copia inſtructi, incunctanter concionandum eſſe putant. in quo non rectè ſentiunt, neque cũ animis ſuis cogitant, cum multæ res longo tempore ab omnibus geſtæ ſint, & propter tempora quædam inter ſe contrariæ, ſi quis prioribus præteritis poſteriores dicat, eum nihil aliud acturum, niſi ut, quo factu nihil eſt facilius, ſe ipſe imprudens fallat. Qui igitur eo animo ad dandum conſilium uenerunt, mihi uidentur ea

X I I I.

NEminem negaturum opinor, Athenienſes, improbi & maleuoli eſſe hominis, ſi aliquem ex magiſtratibus uel amare, uel odiſſe, ut neglecta reipub. utilitate, cõciones partim ex odio, partim ex æmulatione habeat. Quæ quidam conſcenſo ſuggeſtu faciunt. Ego uerò his tantum dicam, eos uideri mihi, etſi tale aliquid fecerũt, non ſummum peccatum commiſiſſe: ſed illud eſſe grauiſſimum, quod præſeferunt, ſe nunquam aliter facere paratos eſſe. Vobis autem ſuaſerim, ne abiecta ueſtri cura, ſatis id eſſe putetis, ſumere de iſtis pœnas, ubi uobis uiſum fuerit: niſi & eis obſiſtatis ſummis uiribus: & quemadmodum de Repub. deliberantes decet, priuatis contẽtionibus ſublatis, quid publicè maximè profuturum ſit, conſideretis. Cogitandum. n. eſt, neq; unum, neque oẽs ſimul magiſtratus, ſublatarum legum, quarum uobis cura commiſſa eſt, ſatis graues pœnas dare poſſe.

X I I I I.

FOrtaſsis inuidioſum, Athenienſes, quibuſdam eſſe uideatur, ſi quis priuatus homo, & unus è ueſtro numero, poſt alios ſuaſores, q & diuturnitate geſtę olim Reipublicæ, & autoritate qua ualent apud uos, excellunt, progreſſus dicat, uideri ſibi eos non modò non rectè dicere, ſed nec propè abeſſe à rectè ſentiendo. Verùm ego uſq; adeò me uobis utiliora q̃ iſtos dicturum opinor, ut non dubitem ea quæ dixerunt omnia, nullius eſſe precij aſſerere. Exiſtimo autem uos etiam rectè facturos, ſi nõ dicentem, ſed ipſa conſilia ſpectetis. Decet. n. Athenienſes, ueſtram beneuolentiã, non quibuſdã uelut hæreditariam, ſed ijs qui optima quoque tpe dicũt, paratam, eſſe.

X V.

VEllem uos, Athenienſes, attentè audire ea q̃ dicam. Nec. n. parua res agitur. Ego miror qui tandẽ fiat, ut priuſquam in concionem aſcendatur, cuicunq; ueſtrum aliquis obuius fiat, is ita promptè poſsit dicere, quo pacto res pręſentes fieri poſſent meliores: atq; iterũ, ſtatim ubi diſceſsiſtis, quiſq; diſſerat, quid agi conueniat. Cum uerò in publicis conuentibus illis ipſis de rebus deliberandum eſt, uos illis aures præbeatis, q quid uis potius

dicunt q̃ eã quæ ad rem faciunt. Itane Athenienſes unuſ quiſq; ueſtrũ & quid deceat intelligit, & aliorum ratio nes recenſere poteſt: nemo uerò ijſdẽ faciendis gratificabitur? & priuatim, ut ipſe q̃ optima ſunt, quiſq; cupidè facturus uideatur, alios reprehendit: publicè autẽ ea decernere dubitat, qbus adducamini, ut oẽs debita & neceſſaria Reipub. munera obeatis? Quod ſi nullum unq̃ tp̃s fore putatis, quod iſtam diſsimulationẽ interrũpat, non obſto, quo minus eandem rationẽ teneatis. Sin ipſa negocia magis ac magis appropinquare cernitis, prouidendum eſt, ne cominus cũ illis ſit confligendum, quæ diu antè præcaueri poſſunt, & ij qui nunc à uobis contẽnuntur, pòſt malis ueſtris gaudeant.

XVI.

DE præſenti, Athenienſes, ſtatu Reipub. quãquam is non eſt qualem eſſe oportebat, non oĩno mihi uidetur eſſe difficile quærere, quid faciendum eſſet uti corrigeretur. At quo pacto de his rebus apud uos diſſerendũ ſit, id multas magnasq; habere puto difficultates: non quin pfutura eſſent, q̃ dici poſſent: ſed ita multa & falſa & quiduis potius q̃ rebus utilia conſuefacti mihi uidemini audire, ut metuam ne optimè nunc conſulenti, qđ odium ueſtrũ in impoſtores uertendũ erat, id ſuſcipere contingat. Video.n. uos ſępe non autores rerum odiſſe, ſed eos qui de ijs poſtremi dixerunt aliquid apud uos. Quanquam aũt hæc omnia tam accuratè cogito, tñ opinor, me cæteris omiſsis omnibus, de ipſis præſentibus rebus, quæ optima eſſe iudicem, dicturum eſſe.

XVII.

VEllem uos, Athenienſes, qua erga oẽs alios uti ſoletis humanitate, eadem ẽt erga uoſmetipſos uti. Nũc maior ueſtra eſt dexteritas in malis alioꝝ corrigendis, q̃ in ijs quæ uobis ipſis eueniunt, prouidendis. Fortaſsis aũt aliquis dixerit, hanc ſummam eſſe laudem noſtræ ciuitatis, q̃ nullius emolumenti priuati gratia, multa pericula pp ipſam iuſtitiam ultrò adierit. Ego uero & rectã eſſe eam de ciuitate opinionem exiſtimo, & probo. ſed illud etiam prudentium hominum officium eſſe puto, ut eadẽ ſolicitudine res ueſtras priuatas, qua alienas, cure-

dis, ne humani ſolum, ſed ut etiam cordati uideamini.

XVIII.

FOrtaſsis, Athenienſes, decet, ut qui uos aliqua de re monere uelit, ſic dicere conet̃, ut & uos perferre poſſitis: ſin minus, ut tũ omiſsis aliỹs uerbis oĩbus, illa de quibus deliberatis, ſuadeat, idq́ paucisſimis uerbis. Nec.n. orationum penuria res ueſtras oẽs cepiſſe detrimenta, cernere uidemini: ſed ob hoc, ꝙ aliỹ ſuapte cauſa concionantur, & Reipub. præſunt: aliỹ qui nondũ hoc de ſe ſpecimen præbuerunt, magis eloquentiæ laudẽ captant, q̃ in id ſtudent, ut ſuis orationibus Reip. conſulat̃. Ego uerò, ne quod aliỹs faciendum eſſe dico, id ipſe negligere uidear, ac de aliỹs q̃ de his ob quæ ſurrexi uerba faciã: prę teritis reliquis omnibus, ſi placet, q̃ probem explicabo.

XIX.

AEquum mihi eſſe uidetur, Athenienſes, ut attentè audiatur is q ſe uobis & ęqua & utilia eſſe ea de qbus deliberemus, oſtenſurum polliceatur. Ego igit̃ me id facturum opinor haud difficulter, ſi uobis perexiguũ quiddam ꝑſuaderi ſinatis, ne unuſquiſq; ueſtrũ q̃ ſentit de pręſentibus rebus, ea oĩa ſe rectè ſentire perſuaſum habeat: ſed ſi præter ea dici aliqd contigerit, ut conſideret, atq; audire oĩa ne grauetur. Deinde ſi quid rectè dictum uidebitur, utatur. Quicquid.n. prudenter explicatum fuerit, nõ minus ueſtrũ qui uſuri eſtis, erit, quã illius quid id dixerit. Fundamentum quidem certè legitimæ deliberationis hoc eſt, ut ne decernatur, priuſquam ea ex quibus decreta pendent, audita fuerint. Neq; enim tempus idem, neq; ratio eſt, & cõprobandi ea quæ uiſa fuerint, & conſiderandi quid in primis profuturum uideatur.

XX.

VObiſcum Athenienſes ꝑdiỹ ad deliberandũ, an mihi dicendũ eſſet, nec ne. Quamobrem aũt id ſtatuere nequeã, uobis explicabo. Neceſſe habet is q nec ſibi, nec aliỹs blandiri, ſed pro uobis dicere q̃ maximè profutura perſuaſum habet, inſtituit: & ea cõprobare quę utrique rectè dixerũt, contraq́ refellere, ſi qua iniuſta poſtulant. Quòd ſi uos utraq; hæc audire dignemini paucis, multo rectius de reliquis cõſuletis. Sin ante cognitionẽ

reſilietis, uſu mihi ueniet, ut in neutros iniurius, apud utroſque in crimen ueniam, in quo inique mecum agetur. Proinde ſi iubetis dicere, ſum paratus: ſin minus, etiam tacere præclarum mihi fuerit.

X X I.

ET iuſtum, Athenienſes, & utile arbitror, ut crimina & accuſationes, cum deliberandum eſt, omittat: & præſentibus de rebus id dicat, quod optimum eſſe unuſquiſq; ducit. Nam quoſdam eſſe in cauſa, ut res malè ſe habeant, oẽs ſcimus. Quo pacto aũt emendari queant, id explicare conſulentis officium eſt. Deinde, mea quidem ſententia, acres deliquentium accuſatores ſunt, nõ qui talibus temporibus in acta inquirunt, cum illi nullas pœnas dabunt, ſed qui tale conſiliũ dare poterunt, ꝑ qđ præſentia corrigãtur. Horum.n. opera per ocium & de illis ſumere ſupplicium poteritis. Ac alia quidem uerba omnia ſuperuacanea eſſe cenſeo. Quæ autem ad præſentem deliberationem profutura putem, ea dicere conabor, ſi prius hoc tm̃ poſtulauero, ſi cuius fortè facti mentionem fecero, ne id accuſandi ſtudio me dicere putetis: ſed ut ĳs, quæ tum perperam egiſtis, indicãdis, caueam, ne in ſimiles clades incidatis.

X X I I.

SI etiam ſuperiore tempore, Athenienſes, nullis addicti partibus & ſtudĳs, ita tranquilli fuiſſemus, ut in præſentia ſumus: nec ea quæ nunc facta ſunt, euentura fuiſſe opinor, & cæterarum rerum multæ in loco meliore uobis eſſent. Nunc petulantia quorundã facit, ut nec prodire, nec porare, atq; adeò ne inchoare quidẽ liceat orationem. Qua ex re multa exiſtũt, eaq; haud fortaſsis opportuna. Quòd ſi iſta percontanda ſunt, non aũt conſiderandum quid agi conueniat, ueſtriſq; cupiditatibus nunc obſequendum: decernetis ea quæ & ſuperioribus temporibus, inſtrui claſſem, conſcendi, tributa conferri, omnia ea fieri iam oportere, quorũ agendi perendie, aut poſt quinq; dies, ſi rumores bellici ſopiantur, & hoſtes quieſcant, rurſus iam non eſſe occaſionem putabitis. id quod, cum in Helleſponto eſſe Philippũ audiremus, accidit: ac denuò, cum piraticæ naues ad Marathonem ap

puliſſent. Quàm.n.quiſpiam, Athenienſes, probè inſtructo uteretur exercitu, tam uos conſilijs utimini celeriter. Eſt autem & lentè deliberandũ: & quæ decreta fuerint, maturè facienda ſunt: & cogitandum hoc, niſi & uberē commeatum in promptu habueritis, & ducem aliquē prudentem bello præfeceritis, ueſtraq́ decreta conſtanter urſeritis, nihil à uobis cōfectum iri niſi decreta, & oēs impenſas fruſtra perituras. & fore, ut neq; rebus quicquam conſulatis, atq; irati quoſcunq; libitum fuerit, in iudicium adducatis. Ego uerò nolim uos committere, ut ciues prius in iudicijs exagitetis, q̃ hoſtes ulciſcamini. Aequius.n.eſt ut cum illis, quã inter nos belligeremus. Verùm ne, id quod factu facilimum eſt, tantum obiurgē, quo pacto hæc à uobis oportere fieri putem, explicabo: precatus à uobis, ne obſtrepatis, ne uè me tergiuerſari aut differre negocium exiſtimetis. Nō.n.qui celeriter & hodie rem ſuſcipiendã ſuadent, rectiſsimè conſulunt (nō enim ea quæ iam q̃dem acciderunt, copijs auxiliaribus prohibere poterimus) ſed qui oſtenderit, q̃ copiæ comparatæ nunc permanere ac conſtare queant tantiſper, dum aut hoſtes ſuperemus, aut eò adducamus, ut bellũ deponamus. Sic enim in poſterum malis liberabimur.

XXIII. VEL XL.

NEminem, Athenienſes, oīum ueſtrum ita opinor maleuolum eſſe Reipub. ut non grauiter moleſteq́ ferat ea quæ facta ſunt. Quod ſi quiritando quicquã horum infectum fieri poſſet, id ego uobis oībus ſuaderem. Sed q̃a illa mutari nullo modo poſſunt, ſed reliqua ꝓuidenda ſunt. ut ne in eandē fraudem incidatis: quēadmodum, Athenienſes, ob ea q̃ nunc facta ſunt, indignamini, ſic opa danda eſt, ne eadē denuò eueniant: nec exiſtimãdum, ullum ſuaſorem talibus uerbis eſſe inſtructum, q̃ præſentia tueri poſsit, nemine ueſtrum ſuam operã conferente. Nã is q̃dem non orator, ſed deus fuerit. Ac fons horum maloꝝ hinc oritur, q; oratoꝝ quidam ad gratiã puſillo tpe duraturam, hic concionantur: dicentes neq; tributa conferenda, neq; militandum eſſe, ſed omnia ſua ſponte confectũ iri. Et hæc ab alio aliquo redargui oportebat: idq́ ea ratione fieri, quæ eſſet è Republica. Mihi

autem uidetur, fortuna nunc ẽt quodãmodo meliuſ me reri de nobis, q̃ magiſtratus. Nam quod omnia ferè pereunt, id eorũ quibus negocia mandata ſunt, ſocordię et improbitatis ſignum eſſe debet: q̃ uerò nõ olim omnia perierunt, ueſtræ fortunæ beneficium equidem eſſe iudico. Dum igit̃ fortuna ceſſat, & inimicos extollit, reliquarum rerum curã ſuſcipite. Quod niſi feceritis, prouidete ne uos ſimul & oẽs magiſtratus accuſetis, & res ueſtræ, ò Athenienſes, inclinentur. Nec.n. fieri poteſt, ut eæ ſine magna aliqua clade conſiſtant, cũ nemo ſit q eas tueat.

XXIIII. VEL XLI.

NIhil in eo, Athenienſes, abſurdi eſt, eos q ſemper & aſsiduè ſuas in Republica rationes ad paucorũ dominatum referunt, in eo nunc ẽt eſſe reprehendẽdos: ſed illud potius iurè quiſpiã demiretur, uos q ea ſciatis, ſępe libentius illis auſcultare, q̃ ueſtris defenſoribus. Fortaſſis aũt ut priuatim facile non eſt oĩa rectè agere, ſic neq̃ publicè: non tñ maximi momenti negocia ſunt negligẽda. Sunt aũt cætera minora omnia. Cum uerò de ſtatu ciuitatis, de cędibus, de reipublicę popularis euerſione declamitantes quoſdam auditis: qs uos non mente captos arbitretur? Nam cæteri mortales oẽs, aliorum exemplis admoniti, cautiores fiunt. At uos ne quidẽ auditis aliorũ caſibus, poteſtis formidare. Sed quæ priuatim ſtultitiæ tribuatis, ſi admiſſa ſint, ea uos publicè admiſſuri mihi uidemini: nec niſi accepto malo fore prudentiores.

XXV. VEL XLII.

NEmo unquam fortaſſe ueſtrũ q̃ſiuit, Athenienſes, quamobrem calamitoſi rectius q̃ fortunati, ſuis rebus conſulant. Eius aũt rei alia cauſa nulla eſt, niſi q̃ ita fit, ut hi neq̃ formident quicquam: neq̃ ſi quiſpiam pericula commemoret, ea ad ſe pertinere putent: illos recens adhuc erratorum memoria, qñ in clades inciderũt, modeſtos ad cætera & moderatos efficit. Iam ꝓborum hominum officium eſt, cum fortuna utuntur ſecundiſsima, tum ſummum habere ſtudium moderationis & prudentiæ. Neq̃ enim quicquam tam formidabile eſt, quin uigilantia præcaueri: neq̃ ullum malum eſt, quin oſcitãtibus euenire poſsit. Hęc nõ ideo dico, ut uos fruſtra per-

terrefaciam,ſed ne ob præſentes ſucceſſus ea q̃ incidere poſſent,niſi caute` res adminiſtretis , p̃icula,ſi uobis expoſita fuerint,contemnatis: & ut ſine ullo malo , quemadmodum eos decet , qui ſe nullo poſteriores perhiberi uolunt,ſobrie` prudenterq́; caueatis.

XXVI. VEL XLIII.

NOn idem tp̃s eſſe exiſtimo,Athenienſes, & gratificandi uobis , & ea quæ mihi optima factu uideantur,conſulendi. Sæpe.n.uideo, ſi quis præter animi ſententiam in aliqua re gratificetur,id maiores peperiſſe inimicitias,q̃ ſi quis ſtatim ab initio aduerſatus eſſet. Quo`d ſi omnes in eadem ſententia eſſetis : neq; ſi mihi officium facere uideremini,prodirem:ſuperuacaneum eſſe exiſtimans,his qui ſua ſponte,quæ oporteret,facerẽt,ſuadere, neq; etiamſi res aliter haberet . Magis.n.meipſum qui unus ſim, ignorare quæ optima ſint , q̃ uos omnes, credere. Quia uero` uideo ueſtrũ alios aſſentiri mihi, diſſentire ab aliĵs:operã dabo,ut his aſtipulatoribus , cæteros in meam ſententiam pertraham. Quod ſi non auſcultandum putabitis,non recte` facietis. Sin audire cum ſilentio non grauemini,alterutrum ex eo commodũ percipietis:aut.n.ſi quid utile ſuadere uidebimur,id amplectemini:aut in ea,quam probatis, ſententia firmius permanebitis. Nã ſi rationes,propter quas , noſtra opinione,nõnihil erratis, nullius eſſe momenti apparebit : quæ nunc ſtatuitis,nixi rationibus,eligetis.

XXVII. VEL XLIIII.

VEllem,Athenienſes,quantã iſte approbationem ſua oratione conſecutus eſt , tantã eum laudem in ipſis rebus gerendis adipiſci. Nã neq; ei, deos teſtor,male uolo,& uobis bene cupio. Sed uidete Atheniẽſes , ne ſit aliud,orõnem habere commodã:aliud, negocia deligere profutura:ne` ue illud oratoris ſit , hoc hominis cordati officium. Vos igiť plebeĵ,maximiq́; natu in primis,dicẽdi facultate ſummis oratorib⁹ pares eſſe nõ debetis:(nã id eorũ q ſunt exercitati,mun⁹ eſt:)ſed prudẽtia uel ęquare eos,uel potius ſupare. nã experientia , multarũq́; rerũ uſus eã ingenerãt. Ne igitur,Athenienſes, committite,ut in præſentia hoc ignoraſſe uideamini , uerborum forti-

tudinem atq; audaciam, niſi iuſtus apparatus & uires acceſſerint, ut iucundas eſſe auditu, ſic ad agendum periculoſas. Nam illud ſtatim, Prohibendas eſſe graſſatorū iniurias: quàm ſit uerbum præclarum, auditis. At in primis rem ipſam ſpectate. Vincendi ſunt hoſtes pugnando ab ijs, qui huius uerbi ſplēdorem adepturi ſint. Nam dictu quidem, Athenienſes, facilia ſunt omnia, factu uerò non item omnia. Nec.n. pari labore & ſudore ad dicendum & ad agendum peruenitur. Ego uerò uos natura Thebanis nihilo eſſe puto inferiores (inſanirē etenim) ſed minus inſtructos. Nunc igitur in primis parare nos debemus, quandoquidem Martis aleam experiri neglexiſtis. Nec enim in uniuerſum cōtradico, ſed de modo aggreſsionis aduerſor.

XXVIII. VEL XLV.

QVanto legati ſtudio ciuitatē noſtrā accuſarint, oēs uidiſtis, Atheniēſes. Vna.n.re excepta, neſcio qua, cætera omnia in uos congerere ſunt conati. Ac ſi criminationes eorum ueræ eſſent, gratiā illis iure haberetis, qđ uos apud uoſmetipſos potius, quàm apud alios ita accuſaſſent. Sed cum ſic oratione ſint uſi, ut ueritatem peruerterint, ac tum ea ppter quæ laudes uobis maximæ debentur, prætererierint, tum alia crimina falſa, quæq; non cadūt in uos, obiecerint: improbi meritò, poſtquā hæc feciſſe cōuincentur, erunt iudicandi. Nam oratores opinionē eloquentiæ, laudi ueritatis & humanitatis prætulerūt: neque ipſi, ut apparet, de eo laborant, ut boni uiri uideantur.

XXIX. VEL XLVI.

DIfficile eſt, pro uobis apud uos dicturū ſurgere: quēadmodum facile, contra uos. Ego.n. mehercule, nullos homines alios, uera ſua, dum admonētur, pbra, tam æquis animis audire puto, quàm uos auditis ea cōuicia, quę falſò in uos iaciuntur. Quin iſtos etiam non exiſtimo tā confidenter falſa fuiſſe dicturos, niſi compertum hoc haberent, ac perſpicuum eſſet, uos oīum eſſe paratiſsimos ad id audiendum, qđ quiuis in uos dixerit. Quòd ſi facilitatis huius pœnę dandæ ſunt, non aliæ fuerint, quàm ut crimina, quæ nō cadunt in noſtram ciuitatem audiatis. Sin ueritatis, ut eſt æquum, ſuſcipienda eſt defenſio, eam ob

cauſam huc ego prodij, non q̃ me pro dignitate rerum à uobis geſtarum poſſe dicere, ſed q̃ actiones quibuſcũ que uerbis explicentur, iuſtas uiſum iri conſiderem.

XXX.

VEllem uos, Athenię̃ſes, ęquos eſſe in re ueſtra auditores, nec q̃a ueſtrã approbationẽ or̃ones impetrarunt, de eis uos rixari. Non.n. quiſquam id uitio ueſtro tribuet, ſi ab homine ſitis eloquente circũuenti: ſed eorũ qui in id operam dederunt, ut uos in fraudem illicerent.

XXXI. VEL XLVII.

OPinor oẽs uos, Athenienſes, confeſſuros, ea uelle fieri uos, quæ quiſq; Reipub. putetis maximè profutura. Fit autem, ut quid ſit optimum, nõ eodem modo ab omnibus ſtatuatur. Nec.n. ueſtrum alij ſententias eſſe dicendas, alij non dicendas contenderẽt. Apud eos igitur dicturo, q̃d id prodeſſe putant, nihil opus eſt uerbis, cũ iam eis perſuaſum ſit: ad eos aũt qui contrarium expedire cenſent, pauca dicã. Si qui igitur audire nolunt, hi ut rem cognoſcant, nihilo magis fieri poteſt, q̃ ſi ipſi & tacerent, & nemo or̃onem haberet. Sin audieritis, alterutro bono fruſtrari nõ poteſtis, q̃n aut perſuaſi, eademq; ſentientes, concordius deliberetis, quo ad præſentia negocia nihil cadere queat optatius: aut ſi ſuaſor ſuã ſentẽtiam ꝓbare haud poterit, decretis ueſtris cõſtantius innitamini. Pręterea non bona ſubeſt ſuſpicio, uenire in cõcionẽ, quaſi ex his q̃ dicenẽ, optima ſint eligẽda: ac præſeferre tñ, priuſquã orationũ delectus ſit habitus, apud uoſmetipſos aliquid perſuaſum habere, idq; tam ꝑtinaciter, ut præter id ne audire quidem quicquã uelitis.

XXXII. VEL XLVIII.

FOrtaſsis importunus, Athenię̃ſes, quibuſdã ueſtrũ eſſe uideor, qui ſæpe, de ijſdem ꝑpetuò rebus uerba faciam. Verũ ſi rem rectè conſideretis, non me in culpa eſſe uidebitis, ſed eos q̃ ueſtris decretis non obtẽperant. Qui ſi primũ feciſſent q̃ uos mãdaſtis, nihil ſecundò nos uerba facere fuiſſet opus: neq; ſi ſecundò, denuò. Nunc, quo ſæpius uos ea q̃ fieri debent, promulgaſtis: eo mihi uidẽtur illi minus eſſe parati ad faciendũ. Ac prius ignorabam equidem, quorſum dictum illud, Magiſtratus ui

rum oſtendit,ꝑtineret. nunc uero id alios etiam poſſe docere uideor. Magiſtratus enim, aut certè ne omnes dicā, quidā illorū, ut ueſtra decreta nec minimi faciunt: ſic id unū ſpectāt, unde accipiant. Quod ſi mihi eſſet qđ darē, iurè ob idipſum me qſpiam reprehenderet, ꝙ obtundere uos, parui ſumptus grā, nō dubitarē. Nunc id fieri nō poteſt, id quod nec ipſi neſciunt. Si uerò pro ĳs quobis pręſtāda ſunt, me ſibi auctariū additurū putant, nugas agūt. Ac ea fortaſſe uolunt, q̄ etiā expectant. ego uerò ea nō faciam, ſed ſiquidē dederint, nauim ꝓtrahā, officioq; fungar. Sin minus, eos qui ſunt in culpa, uobis indicabo.

XXXIII. VEL XLXIX.

NEmo ſanus negabit opinor, Athenienſes, maximè eſſe è Republica, ut ne quid initiò noxium agatur. Sin minus, ut ſtatim præſtò ſint qui intercedant. Atq; huc illud accedere debet, ut uos & audire & doceri uelitis. Nihil enim profuerit, eſſe qui optima ſuadeat, ſi qui obtemperet, habeat neminē. Quin illud etiam non inutile uideri poteſt, eſſe aliquē qui, ſi quis uobis uel per occaſionē, uel propter diei tempus, uel ob quāuis cauſam aliam fucū fecerit, ea, quocunq; tēpore & ueſtri eſſe iuris, & audire uolueritis, rurſus examinet. Vt ſi talia uideantur, qualia qui tum perſuaſerant, eſſe aſſeruerunt, ea promptius agatis ut cōprobata. Sin fortè non eiuſmodi reperiantur, anteq̄ longius procedatur, deſinatis. Graue enim fuerit, ſi optimis fruſtrati, peſſima agere neceſſe habeatis: aut, ſi deinde nec è re nata liceat mutare conſilium.

XXXIIII.

ALios equidē omnes, ſi quid à ſe ꝓclarè factum confidant, id unū, rationē reddere paratos, iactare perpetuò uideo. At iſti contrà id reprehendunt, ꝙ illas res, in quibus erraſtis, nunc prorogare uultis: atq; impoſturā ualentiorem oportere eſſe exiſtimant, ea q̄ mora intercedēte fit, probatione. Quid autē illi propoſitū habeant, ueſtrûm etiam pleriq; fortaſſe nō ignorant. Sed quoniam dicendæ ſententiæ poteſtas data eſt, ea quemq; ꝓferre decet, ꝑ q̄ negocia hæc q̄ rectiſsimè adminiſtrentur.

XXXV. VEL L.

QVod profuturum eſt uniuerſæ ciuitati, id ut & dica-

tur ab omnibus p̄cor, Athenienſes, & à uobis decernat. Ego quidem ea dicam, q̄ utiliſsima eſſe uobis, mihi perſuaſi: tantum precatus à uobis, ne uel belli ſuſcipiendi autores propterea fortes, uel illorũ aduerſarios propterea ignauos exiſtimetis. Neq; enim eadem eſt, ô Athenienſes, probandarum & orationũ & actionũ ratio. Nunc enim prudenter deliberare uos decet: tum uerò, ſi forte uiſum fuerit, edere fortia facinora. Ac ueſtra quidem alacritas quantiuis precij, ac talis adeſt, qualem exoptarit is qui Reipublicæ conſultum uelit: quę quanto uehemẽtior eſt, atq; p̄clarior, tanto magis prouidendum, ut ea opportunè utamini. Nullius enim rei ſuſceptio laudatur, niſi finẽ etiam utilem ſortiatur, & honeſtum. Ego uerò, Athenienſes, apud uos è uiro me audiſſe memini, qui nec prudẽtia carere, nec imperitus rei militaris uideretur, Iphicratem dico, qui ſic aſſereret, adeundũ eſſe duci diſcrimen belli, non ut uel hæc uel illa euenirent, ſed ut hæc: his enim uerbis utebatur. Facile autem intelligebatur, hoc eum uelle, ut bene pugnaret. Suſcepta igitur expeditione, is in quẽ collata eſt imperij autoritas, ſuo uos arbitratu ducit. Nũc uerò quiſq; ueſtrûm belli duces eſtis. Itaq; huiuſmodi cõſilia uobis ineunda ſunt, q̄ ab omni parte cõducant Reipublicæ: neque cõmittendum, ut propter incertas ſpes quicq̃ præſenti fœlicitati periculoſum admittatis.

XXXVI. VEL LI.

NEminem fore putabam, Athenienſes, qui actis ſuis fretus, cuiquã iraſceretur, in ea inquirenti. Quo enim illa ſæpius explorantur, eo maiore neceſſe eſt autores illorum florere gloria. Verùm ipſi mihi palàm facere uidentur, ſe res adminiſtraſſe non ex utilitate Reipublicæ. Qui igitur, cũ de integro ratio conſiliorum actorumq; redendã eſt, ſua facinora deprehenſum iri præuident: tergiuerſantur, & nos indigna facere dicunt. Atqui ſi eos qui in acta ueſtra inquirũt, iniquitatis accuſatis, qd tandẽ nos de ijs dicemus, qui noſmetipſos deceperunt?

XXXVII. VEL XXXI.

NIhil eſt moleſtius, Athenienſes, q̃ quod oratores ijs moribus, quos reprehendunt, utuntur. Nam factiones eorum, & mutuas extra iudicium accuſationes, ne-

mo ita ſocors aut prauus eſt, quin eſſe pernicioſos Reipublicę fateatur. Ego uerò maiorem eos bonitatis laudem adepturos opinor, ſi contentionibus iſtis inter ſeſe in hoſtes Reipublicę conuerſis, conciones haberent. Vos autē moneo, ut à neutra iſtorum factione ſtetis: ne'ue operam detis, ut alterutri ſuperiores fiant: ſed ut omnes uos, hoſtes uincatis. Precor autē à dijs immortalibus, qui uel ꝑ æmulationē, uel ex ſimultate, uel quauis alia de cauſa, dicunt alia ꝙ quæ optima eſſe cēſent, uti deſinant. Diris. n. deuouere quencꝙ, alienū fortaſsis eſt officio cōſulentis.

XXXVIII. VEL XXXII.

HAs ego calamitates nemini puto, Athenienſes, niſi omnibus iſtis eſſe imputandas. Cenſeo autem per ocium rationem ab eis repoſcendā. Nunc uerò de emendando præſenti ſtatu deliberandum.

XXXIX. VEL XXXIII.

VEllem, Athenienſes, quoſdam oratorum tantum habere ſtudium utiliſsima dicendi, quantum ut bellè dicere uideantur, ut & ipſi boni uiri potius ꝙ eloquentes haberentur: & res ueſtræ, quemadmodum conuenit, meliore loco eſſent. Nunc quidam mihi prorſus uidentur eloquētiæ laude cōtenti, qđ poſtea uobis euenturū ſit, nihil curare. Ac ſtatuere nequeo, utrum illius generis orationes, ipſum dicentē perinde fallere ſoleant, atꝙ illos, apud quos habētur: an uerò de induſtria, ĳs quę optima cēſent, contraria dicant in concionibus. Qui ſi ignorant, eū qui officio fungi ac operæprecium facere uelit, nō uerbis audacem, ſed ab apparatu firmū eſſe oportere: necꝙ ꝓpter hoſtium imbecillitatem confidendū, ſed tametſi illi potētes eſſent, ſpem uictoriæ habendam: facetiæ uerborū, ut apparet, eis obſtant, quo minus res grauiſsimas animaduertant. Sin hæc ſe non ignorare dixerint, atꝙ alia ꝗdam cauſa ſubeſt ob quā iſta inſtituunt: ea quęcunꝙ fuerit, nō mala exiſtimari: quí poteſt? Ego uerò, tametſi uobis illos cordi eſſe uideo, tamen quæ mihi uidentur, nō dubitabo dicere. Etenim ſtultitiæ fuerit, cū uos oratione praua deliniti ſitis, deſperare uos meliori & magis utili oratione poſſe in uiam reuocari. Peto autē ut & uos æquis animis adſitis, cogitātes, nec ea quæ nunc ſentitis, uos fuiſſe ſen

ſuros, niſi orationes quæ uobis perſuaſerunt, audiſſetis. Quemadmodum igitur ſi de bonitate monetæ iudicium fieret, explorandam eam cenſeretis: ſic etiam peto, ut dictam orationē ex his quæ nos contra diſſeruerimus, æſtimātes, ſi utilē reperietis, dijs approbantibus, ſequamini. Sin ſingula cōſiderantibus, alienior uidebitur: ut anteq̃ impegeritis, mutato conſilio, ijs q̃ recta ſunt, utamini.

XL. VEL XXXIIII.

MAximè uellem, Athenienſes, uobis ea quæ dicā probari. Sin id aliter fortaſſe ceciderit, nihil mallem q̃ à me ſaltē eſſe dicta. Eſt autem, ut uidetur, non ſolū apud uos ea dicere difficile, quæ dici debent; ſed etiam cū animo ſuo cogitātem ea inuenire. Quod ſic intelligi poteſt, ſi quis non uerba uos, ſed res in quibus eſtis, conſiderare putet, ac maius ſtudium adhibeat, ut uir bonus, q̃ ut orator uehemens uideatur. Mihi certè, ita me dij bene amēt, de præſentibus rebus cogitare inſtituenti, multa quæ uos haud inuiti audituri eſſetis, in mentem ueniebāt. Nam & de eo quod iuſtiſsimi Græcorum ſitis, copioſè poſſe dici, & uidebam & uideo: & pſtantiſsimis natalibus oriundi, & multa eius generis: ſed ea tantiſper oblectatura dū audirentur, pòſt peritura. Oportere autem, ut orator alicuius actionis ſuaſor appareat propter quam in poſterum etiam aliquo bono perfruamini. Quod ego uſu rerum edoctus, & rarò & difficulter perſpici uideo. Neque enim ſatis eſt perſpicere talia, niſi quis eadem uobis etiā, quorū ad ea perficienda requiritur auxilium, perſuadere poſsit. Sed utut eſt, mei fortaſſe officij fuerit, dicere quæ profutura eſſe ſtatuo: ueſtri, de auditis iudicare, illisq́; ſi placuerit, uti.

XLI.

NOn obſcurum fuit, Athenienſes, nuper cum eos qui ſententiæ cuiuſdam intercedebant, non audiendos putaretis, id eſſe euenturum quod nunc fit, ut quibus tum dicendi poteſtas data non fuit, hi proxima concione uerba facturi eſſent. Si nunc igitur, quod tum feciſtis, facietis, & his quæ tum decreta ſunt, patrocinaturos audire noletis: ruirſus illi eadem, concione proxima arripient, atque exagitabunt.

XLII. VEL XXXV.

SI neq; decreta ueſtra irrita uidebunť, neq; uos, ea quę ꝑfutura ſunt, ſic egeritis; ut alias utilitates amittatis, neq; certis qbuſdã oratoribus, tanq; hiſtrionibus in ſcena regnantibus, addicti fueritis: & res uřæ, Athenienſes, multo meliore in loco futurę ſunt, & uos habebimini prudentiores. Facite igiť Athenienſes, eũq; laborẽ capite, ut utraq; parte ęquanimiter audita, primũ id amplectamini, qđ & facturi ſitis: Deinde ſi qs ea quæ in hunc modũ decreta fuerint, oppugnarit, eũ uos improbũ, biſq; maleuolũ eſſe putetis Nam ſi qs cui dicendę ſñiæ ptãs negata fuit, ſe qd aio concepiſſe melius putarit, q̃ ea fuerint q̃ uobis ꝑbenť: ei fuerit ignoſcẽdũ. At re ñ uobis audita & diiudicata, adhuc tñ impudenter ſe ingerere, neq; remiſſa ꝑtinacia in plurium concedere ſñiam, ea res hr̃e ſuſpitionem quandã aliam, eamq; nõ iuſtam uideať. Ac ego, ſi uos in ſñia permanere uidiſſem, tacendum in pręſentia mihi cenſuiſſem: ſum. n. ex coꝝ numero, qui illa uobis ꝓdeſſe ꝑſuaſum hñt. Quia uerò quidam hoꝝ ſermonibus immutati uidentur, eos neq; uera dicere, neque utilia: id uos, ſiue ſciatis, ut puto, ſiue neſciatis, edocebo.

XLIII. VEL XXXVI.

DEceret, Athenienſes, & ęquũ eſſet, ut unuſqſq; tum uobis ſuaderet, qd ipſi optimum factu uideret, cum primũ de rebus inſtituta eſſet deliberatio: ut ne duæ res, quæ minimè omniũ ſunt è Republica, uſuuenirent: altera, q decreta ueſtra nullum exitum habẽt: altera, q mutandis ſubinde conſilijs ipſi uæcordiæ uos damnatis. Quia uerò quidam qui tunc tacuerunt, nunc reprehendũt, pauca eis reſpondebo. Ego demiror quæ ſit iſtoꝝ in Repub. ratio, uel eam potius eſſe improbam reor. Qui ſi uos, cũ inter conſultandum admonere liceret, re deliberata accuſare malunt: calumniatorum, non, ut præſeferunt, beneuoloꝝ hominum inſtitutum ſequuntur. Libet autem eos interrogare (neq; uerò uelim ea quę dicam iurgij eſſe occaſionem) cur, cum alia inſtituta Laconum laudent, id quod apud eos in primis admiratione dignũ eſt, non imitentur, ſed ipſi contrarium potius agant? Ferũt enim, Athenienſes, apud eos tantiſper dum decernitur, quęuis

pro animi ſui ſententia conſulere: cum uerò decretũ fuerit, eadem laudare omnes, atq; adiutores eſſe illos etiã, qui refragati fuerant, oportet. * Proinde multi cum ſint, non multi uincunt: & quæ bello nequeunt, per occaſiones occupant: neq; eos ullum uel tempus effugit, uel ratio, quo minus ſuis cõmodis conſulant, eaq; perficiant. Nos uerò nihil tale facimus, qui iſtorũ opera, & eorum qui ſunt iſtis ſimiles, nos mutuò ſuperantes, non autem hoſtes, tempus omne conſumpſimus: ĳdem, ſi quis ſublato bello pacem conciliet, eum odimus: ſin quis tempore pacis bellum decernat, ei aduerſamur: ſin aliquis quieſcere, noſtrumq́; agere negotium iubeat, ne eum quidem recte dicere contendimus: calumnĳs deniq;, uanaq; ſpe referti ſumus. Quid igitur, dicat aliqs, tu ſuades, quoniam iſta reprehendis? Dicam equidem.

τειχάρεις· πολλοὶ μὲν ὄντες, ὀ πολλοὶ περιγίγνονται.

XLIIII. VEL XXXVII.

PRimùm, Athenienſes, nulla ferè mihi cauſa eſſe uidetur, cur uobis aliqs metuat, ne ꝑpterea ꝙ ſuaſores audire non uultis, deterius cõſulatis. Primùm enim ea eſt fortunæ benignitas erga uos, ut multa citra ueſtrã operam, ita quemadmodũ ipſi optaretis, uobis conficiat. Nam ſi magiſtratuum prouidentia ſpectetur, perpauca quidem bene habitura ſint. Deinde uos preſcitis, non modò quibus quiſq; uerbis uſurus ſit, ſed quibus etiam eorũ quiſq; de cauſa cõcionetur: ac ni odioſum eſſet, adderem etiam, quanti. Quod ſi ueſtris deceptoribus quàm minimũ ſpacĳ reliqueritis, ſapere uos putabo.

XLV.

EGo ſi eadem quæ alĳ, dicturus eſſem, uos dicẽdo non eſſe obtundendos putarem. Iam utilia qdem auditu, ſed à uulgi expectatione prorſus abhorrentia, me dicenda habere puto. Res autem paucis expedietur. Audita igitur ea, & diiudicata, ſi uobis placuerit, utimini.

XLVI.

ET breue Athenieſes, & æquũ ſumam orationis exordiũ, neq; omnia dicam. Eius enim qui uos deceptos uelit eſſe puto, cõſiderare, quo pacto uos auditores alliciat, & negotĳ difficultatẽ cõtegat. Eius uerò qui in animũ induxerit bona fide uobiſcũ agere, hoc eſſe, primũm

ut dicat, qđ nam, cum huc ꝓdiret, ſenſerit: ut ſi eo audito, poſt, reliquã eius ſniam audire uelitis, et doceat & exponat ea q̃ optima ipſi uiſa fuerint. Sin iprobetis, ut qeſcat, neq; uel uobis ſit moleſtus, uel ſemetipm̃ fruſtra defatiget. Primũ aũt hoc dico: mihi Mytylenęorꝫ pplo facta eẽ uidet iniuria: ueſtriq; eẽ officij, ut uos eorꝫ uice ulciſcamini. Qđ quo pacto fieri dẽat, dicere mihi poſſe uideor, ubi & affectos eos eſſe iniuria, & decere uos ut eã uindicetis, oſtendero.

XLVII.

PRimùm non adeò mirum eſt. Athenienſes, conſilium daturis non eſſe facile uerba facere. Cum.n. negocia de qbus deliberandum eſt, malè ſe hñt, arduas eſſe neceſſe eſt etiam ſuſceptas de illis ſuaſiones. Qđ ſi ea, ꝓpterea qđ audire nõ uultis, meliora fore ſpes eſt, hoc agi decet. Sin iſto pacto ut deteriora oĩa, ſic melius nihil fiet: quorſum attinet, ut ea deterrima fiãt, admittere: ac tũ & poſt lõgius tp̃s & difficilius. de eis reſtituẽdis laborare: cũ liceret p̃nti ſtatu etiãnũ ea corrigere, & ꝓducere ad meli⁹.

XLVIII.

VOs, dum ita uobiſcũ agitur, eſſe iracundos, cõſentaneum eſt. Iraſci aũt non ſontibus, ſed abſq; diſcrimine oĩbus, id uerò neq; conſentaneũ, neq; rectũ eſt. Qui.n. præteritarꝫ rerum cauſa non fuerunt, & quo pacto reliqua emẽdanda ſint, dicere poſſint: grã ueſtra ſunt potius q̃ odio digni. Quos ſi iportunè reieceritis, ſegnes ad ſurgendum reddetis. Quanquam aũt non ignoro, ſæpe non autoribus, ſed his qui iratis aduerſantur, mali quippiam accidere ſolere: tamen ad dandum cõſilium ſurrexi. Confido enim, Athenieẽſes, me nullius mali cauſam repertum iri, & meliora uobis, quàm alios ſuadere poſſe.

XLIX. VEL XXXVIII.

EA quæ acciderunt, Athenienſes, talia ſunt, qualia oẽs audiuiſtis. Neq; uerò uos conſternatis animis eſſe decet, præſertim cum ſciatis deſperationem neq; præſentibus rebus cõmodare, et uobis eſſe indignam. Sed ut ipſi ea corrigatis, officij eſſe putare: id ueſtra dignum autoritate uidebitur. Conuenit aũt, ut hi qui tales ſunt, quales uos perhiberi uultis, in rebus aſperis atq; periculis, alijs præſtent. Ego uerò maximè uellem hæc ciuitati noſtræ

non accidiſſe, neq; uos ulla clade affici. Sin autem ita fieri oportuit, & hæc fato quodam inſtitetũt: expedire opinor, ut iſta in hunc modũ, quo acciderunt, euenirent. Fortuna. n. celeres habet mutationes, & modo hos, modò illos fouet, aut affligit. Quæ uerò ignauia uirorum fiunt, ea demum cõſtantes clades pariunt. Ac ne uictores qdem ignorare opinor, ſi uos uelitis, atq; hoc caſu excitemini, nondũ ſatis eſſe exploratũ, utrũ euẽtus ille fœlicitati ſit, an contrà calamitati aſcribendus: ſin fortuna ſecundior inflauit eorum aĩos, ut ferociãt, id quoq; iam è re uřa fuerit. Nam quo ſecuriores erunt, eo facilius opprimentur.

L. VEL XXXIX.

VOs, mea ſentẽtia, Athenienſes, non de ea tantũ quã putatis, ciuitate, ſed de ſocijs ciuitatibus omnibus deliberatis. Nam ꝓut de hac ſtatueritis, probabile eſt, fore ut reliqui in hoc exemplũ intuentes, eodem modo ſecũ actũ iri putent. Quare cũ pp ſummã utilitatem, tum gloriæ ueſtræ cauſa danda eſt opera, ut ſimul & utiliter & iuſtè deliberaſſe uideamini. Ac autoritas huiuſmodi rerum penes omnes duces eſt, quorum plurimi cũ è ueſtro portu ſoluũt, nõ ueſtros amicos, quos ab omni æuo eorundem periculorum ſocios accepere, ſibi colendos putãt: ſed peculiares qſq; amicos ſibi conciliat, & ſuos aſſentatores recipi in ueſtram amicitiã oportere cenſet, *cũ contrà oĩno fieri debeat. Nec. n. inimiciores, uel quos neceſſe ſit uobis magis eẽ inimicos, hiſce reperietis. Quo enĩ pluribus in rebus uos decipiũt, ſuaſq́; cupiditates per iniuriam explent, eo ſe pœnas mereri grauiores cẽſent. Nemo autem amicus ei eſſe põt, à quo ſibi malum aliquod imminere formidat. Atq; accuſatio fortaſſe non eſt huius tpis, quæ uero uobis profutura puto, ea ſuadebo.

* τἀναντία

LI. VEL XXI.

ARbitror omnes uos, Athenienſes, cõfeſſuros, oportere noſtram urbem, cũ de priuato ipſius quopiam negotio deliberet, ęquè magnam habere utilitatis atq; iuſtitiæ rõnem. Cum uerò ſociorum res aguntur, aut cõmunes, cuiuſmodi etiam pręſens hęc eſt, nihil eſſe perinde curandum, ut æquitatem. Nam in illis ipſa eſt utilitas ſatis: ſed in huiuſmodi rebus adiungi oportet etiam honeſtatem.

Actiones.n.in eorꝫ poteſtate ſunt,à quibus geruntur. At exiſtimationi,quæ actiones ſeqtur, nemo tantus eſt qui dñetur. ſed qualemcunqꝫ tandem res geſtæ opinionem excitarunt, talis de autoribus fama ſpargitur à populo. Prouidendum igitur,& danda opera,ut eæ iuſtæ uideantur.Debent autem omnes eo in iniuria affectos eſſe animo, quo erga ſe,ſi qd accideret, quod abſit,quiſqꝫ alios eſſe uellet. Sed quia nonnulli huic ipſi ſententię aduerſantur,ubi pauca illis reſpondero,quæ uobis expedire maximè cenſeam,ea ſtatim ſuadebo.

LII. VEL XXII.

NOn paruam mihi iacturã,Athenienſes,exiſtimaturi uidemini, ſi qua opinio ſiniſtra, noſtraqꝫ urbe indigna,uulgò de nobis ſuboriatur:in quo cum rectè ſentiatis,reliqua,quæ cum hac ſnia conſentiant,ſtudio non habetis.ſed ſubinde ad ea facienda inducimini,quæ & ipſi minus eſſe recta fateamini. Quanquam aũt compertum habeo,laudatores omnibus eſſe iucundiores , q̃ꝫ monitores: non tñ eas blanditias ita expetendas eſſe mihi cenſeo,ut alia , q̃ꝫ quæ prodeſſe uobis perſuaſum habeo,dicam. Quod ſi principiò rectè ſentiretis , nihil publicè faciendum erat, qđ priuatim reprehenderetis , ne id quod nunc fit,uſuueniret,ut de quibus quiſqꝫ dictitat,q̃ꝫ & turpia hæc & acerba ſunt? & quouſqꝫ tandem hæc progredientur? Illa ipſa in conſeſſu quiſqꝫ ipſe & probet , & faciat . Ac uellem equidẽ, quemadmodum ſcio è re ueſtra eſſe,ut optima dicentem audiatis,ſic ſcire me idem optima dicenti eſſe ꝓfuturũ. multo.n.libentius uerba facerẽ. Nunc eqdem metuo : ſed tñ ea quę confido utilia uiſum iri,etiamſi uos non parcatis,tñ proferre non uerebor.

LIII. VEL XXIII.

ET ſi quis, Athenienſes, qui nullam aliã cauſam prius apud uos egiſſet, nunc de criminibus, quę legati nræ urbi falſo impingunt, dicat: ei eſſet opinor ab oĩbus ignoſcendum. Nã aliꝭs in rebus uinci ab aduerſariꝭs,non tam fortaſſe culpa q̃ꝫ calamitas dici queat. Quippe cũ & in fortuna & prefectis & multis aliꝭs aliqd ſitum fuerit,cur prius res uel bene uel male gererẽ. Sed in ſui defenſione pro dignitate ueteris glorię nõ poſſe uerba facere,id fieri

culpa ingenij eorum, quibus id euenit, inueniemus. Quod ſi alij eēnt apud quos uerba de uobis fierēt, neq; iſti tam confidenter mentiti eſſent, opinor, neq; auditores multa dicta iſtorum tuliſſent. Nunc & cęteris in rebus alij ueſtra facilitate fruuntur omnes, & in hoc iſti negocio nūc uel in primis. Tanta. n. æquitate ueſtrarum aurium contra uos ſunt uſi, quanta ſatis ſcio, nullorum aliorum uti potuiſſent. Mihi autem æquum uidetur, ut ꝓpterea uos & dijs gratiam habeatis Athenięſes, & iſtos oderitis. Nam quód Rhodiorum populum, qui aliquando corám, multo petulātius in uos inuectus fuerat, uobis ſupplicem eſſe factū uidimus: id ego noſtræ urbis felicitati tribuo. Quod autem ſtolidi iſti neq; hoc conſiderant, cum id ita palám cernere liceat: neq; illud etiam, quód uos ſæpenumero ſingulos iſtorum conſeruaſtis: & in eorum temeritate atq; infelicitate, quoties ſuapte autoritate bella ſuſceperant, corrigenda, plus negocij habuiſtis, q̃ ueſtris ipſorum rebus agendis: id uos, mea quidem opinione, ad ingentem iracundiam cōmoueat. Sed quid agas? iſtis fortaſſe fatale eſt, nunquam in ſecūdis rebus ſapere. Nobis autem cùm propter nos ipſos, tum propter cætera noſtræ urbis præclara facinora, opa danda eſt, ut omnibus hominibus oſtendamus, nos & antehac, & nunc, & ſemper, colēdę iuſtitię & eſſe & fuiſſe ſtudioſos. Sed et aliorum quorundam, qui ſuos ciues opprimere ſeruitute conentur, nos peti calumnijs.

LIIII. VEL XXIIII.

SI ijſdem animis, Athenienſes, & conſulentium orationes audiretis, & ipſa negocia iudicaretis: omniū tutiſſimum eſſet dare cōſilia. Nam ſi feliciter p̄clareq; cecidiſſet (ſemper. n. bene ominandum eſt) euētus cauſa tam uobis q̃ ſuaſori ex ęquo adſcriberetur. Nūc eos qui quæ uos uultis dicunt, libentiſſimè auditis: eoſdemq; ſæpe ut impoſtores, ſi quid fortè ſecus accidit q̃ uos uelletis, accuſatis: non reputātes in uniuſcuiuſq; ptāte eſſe, ut & inquirat, & quantum humano conſilio prouideri poteſt, optima cogitet, eadēq; apud uos exponat, ut aūt ēi geratur, feliciterq; ſuccedant, id maxima ex parte à Fortuna pendêre. Non eſt aūt ab homine plus requirendum,

quàm ut culpam præſtet, ſuiq́ꝫ conſilij rationem reddat. At Fortunæ etiã ut ratio reddatur, id fieri oĩno haud poteſt. Quòd ſi diſciplina quapiam traditũ eſſet ac pceptũ, qua rõne qſpiam & tutò & ſine periculo cõcionaretur: eam rõnem negligere, inſaniæ fuerit. Cum aũt neceſſe ſit futuris de rebus ꝓnunciantẽ, participem eoꝝ eſſe qui ſequent̃ euentuum, et, ſi quod inde crimen extiterit, eò inuolui: turpe eſſe exiſtimo ſuam iactare beneuolentiam: ſi qđ aũt è conſilio periculũ impẽdeat, ſubterfugere. Deos igitur precor, ut quę & Reipub. & mihi ꝓfutura ſunt, ea in mentẽ ueniant, & mihi ut dicam, & uobis ut decernatis. Nam quouis modo ſtudere uictoriam adipiſci, fieri aliter non poteſt, quin uel inſaniæ, uel eius qui ſuũ emolumentum ſpectet, eſſe cenſeam.

LV VEL XXV.

Deprauata lectio penitus, damnandũ igitur, non interpretãdũ fuit.

FIeri ſanè poteſt, Atheniẽſes, ut & in ijs rebus de qbus nunc conueniſtis, & in cæteris omnibus, eadem optima & uobis eſſe uideãtur, & reipſa ſint. Qđ ut ita eſſe cõcedam, tñ magnis publiciſq́ꝫ de rebus deliberantes, decet opinor, ut omnes eos qui dare conſilium uolunt, audiatis: præſertim cum turpe ſit, Athenienſes, eis qui nunc aliqd monere uolũt, obſtrepere: ac pòſt eoſdẽ, ea quæ facta ſunt accuſantes, audire. Ego.n. ſatis ſcio, qđ nec uos ignorare puto, nunc maximè uobis placere eos qui talia dicunt, qualia uos expectatis. Sin aliqd ſecus quàm uos modò putatis (qđ abſit) acciderit: fore ut uos ab iſtis deceptos eſſe queramini: eos aũt quos nunc eijcitis, tum rectè dicere cenſeatis. Eſt autẽ iſtis, qui uobis iſta maximè perſuaſerunt, uel in primis utiliſſimum, ut interceſſoribus dicendi poteſtas detur. Qui ſi docere poterunt, non eſſe optima quę iſtis ꝓbẽtur, idq́ꝫ fecerint priuſquã qcq̃ꝫ peccatũ fuerit: ipſos extra omne periculũ collocabũt. Sin id facere non poterũt, ſaltẽ poſtea non habebunt, qđ reprehendant. ſed id conſecuti, qđ tribuere humanitatis eſt, ut audirent̃: ſe ſuccubuiſſe ęquo aĩo iurè ferent, & cõmunẽ euentũ omnium, quicunq́ꝫ tandem is fuerit, ſubibunt.

LVI. VEL XXVI.

ARbitror decêre uos, Athenienſes, tãtis de rebus deliberantes, dare libertatẽ dicẽdi cuiuis qui dare cõſi-

lium uelit. Ego uerò nunquam eẽ difficile putaui, docere uos, quę optima factu ſint. Nam, ut ingenuè dicã, ea uos oẽs iam ſcire puto: ſed perſuadere uobis, ut agatis eadẽ, id uerò eſſe difficile. Poſtquam enim aliqd uiſum decretumque fuerit, tum tantũdem abeſt ut fiat, quantũ antè quam decerneretur. Vnum aũt ex illis eſt, pp quæ uos ergo dijs gratiã debere cenſeo, qd qui non ita pridem pp ſuam petulantiam bellum uobis intulerunt, nunc in ſolis uobis ſpem ſuę ſalutis collocant. Eſt autẽ, Athenienſes, gaudendum pręſenti hac occaſione. Qua ſi prudẽter utemini, hoc uobis uſuueniet, ut eorum maledicta, qui noſtram urbem criminantur, reipſa cum honeſta fama refutetis.

LVII. VEL XXVII.

SPes rerum cõmemoratarum amplę ſunt, Athenienſes, qbus pleroſque ſine ratione moueri nonnihil, arbitror. Mihi uerò nunquam propoſitum fuit, pręſentis gratię cauſa quicquam dicere, apud uos, quod non etiam in poſterũ profuturum exiſtimarem. Quanquam autem hoc ferè fit ab omnibus, ut eos qui aſſentant, diligant, monitoribus iraſcantur: prudentis tamen hominis officium eſt, dare operam ut appetitum rationi ſemper obedientem prębeat. Ego uerò perquã ſanè uelim, ea uobis factu eſſe iucunda, quę pfutura ſunt, ut & grata & utilia dicere uiderer. Sed poſtquam uideo uos contraria his moliri, aduerſandum eſſe opinor, etſi quorundã odia ſuſcipienda fuerint. Qđ ſi nec audire qcquam ſuſtinebitis, non inopia iudicij errare, ſed prauitate igenij appetere atque aggredi talia uidebimini. Sin audieritis, ſniam fortaſſe mutabitis, qđ ego uobis in primis pdeſſe puto: aut ſaltẽ alius ignorare ſe qd expediat: alius quod cuique uiſum fuerit, id dicet.

LVIII. VEL XXVIII.

PRimum nihil noui eſt, Athenienſes, aliquos exiſtere: qui, cum res gerendę ſunt, ueſtris decretis aduerſent. Quibus ſi uos, cum cõſultaretis, dicendi copiam feciſſetis, atque ipſi idem facerẽt: accuſatione digni eſſent, quod quibus in rebus uicti eſſent, de ijſdem rebus rurſum dicere ui conarentur. Nunc & illi uenia digni ſunt, ſi ea quę tum audire noluiſtis, exponere ſtudent: & uos, Athenienſes, reprehendendi eſtis, qui in deliberationibus ſuam-

quemq; dicere ſententiam non patiamini: ſed ſi uos alij ſua oratione occuparint, alios minimè audiatis. Iſta conſuetudo moleſtias uobis parit. Quorum enim ante cladẽ acceptam cõſilijs parêre licuiſſet, eos poſtea accuſantes laudatis. Idq; uobis rurſus opinor accidet, niſi æquis animis omnes audieritis in præſentia, eoq; labore ſuſcepto probatis optimis, eos qui quicquid tandem cauillabuntur, improbos exiſtimabitis.

LIX. VEL XXIX.

EGo æquum eſſe cenſeo, ut primùm omnium dicam, quid mihi in negocio de quo conſultatis, uideatur: ut ſi uobis ita uiſum fuerit, etiã cætera explicem. Sin minus, neq; uobis moleſtus ſim, neq; meipſum fatigem.

LX. VEL XXX.

DEbuit, Athenienſes, ante ſuſceptum bellum prouideri, quibus copijs ad impendens bellũ inſtructi eſſe poſſemus. Quod ſi, cum primùm deliberaretis, manifeſtum non erat, tum certè cũ id erupiſſet, de apparatu ẽt deliberandũ fuit. Sin uos magnas ducibus copias tradidiſſe dicetis, quas ipſi perdiderint, nemo iſtam ueſtrã excuſationẽ accipiet. Nec.n. eorũdem eſt, eos quibus res mandarãt & abſoluere, & cauſas malorum eiſdem imputare. Quia uerò quæ præteriere, mutari non poſſunt, & ut pręſentia patiuntur, rebus ſuccurrendum eſt: intempeſtiuas eſſe uideo querimonias, daboq; operã, ut quæ optima cenſeo, ſuadeam. Illud igitur in primis ſtatuendũ eſt, tam unũquenq; uirum inſigne ſtudium & contentionẽ adhibere oportere, quanta fuit ſuperioribus tẽporibus negligentia. Nam etiam ſi uix ſperandum eſt, ea nos quæ per ignauiã tanto antè amiſimus, eſſe recuperaturos. Deinde animi propter præſentem rerum ſtatum non ſunt abijciendi. Nam quod ſuperiore tempore deterrimum fuit, id in poſterum erit utiliſſimũ. Quid igitur illud eſt, Athenięſes? quod propter ignauiam ueſtram res malè ſe hñt. Nã ſi uos omni officio fungeremini, & tamen hic rerũ ſtatus eſſet: ne ſpes quidem fortunæ melioris ulla ſupereſſet.

LXI. VEL LII.

AEquum eſſet, Athenięſes, uos non minus illis qui uos decipere uoluerunt, quàm ijs qui potuerunt, iraſci. Nam

quod in ipſis fuit, fecerunt, eoq́ uos induxerunt. Quod uerò irriti eorũ conatus fuerunt, fortuna in cauſa eſt: & maior nunc prudentia ueſtra, q̃ tum cum ab iſtis trahere mini. Ego uerò tantum abeſſe puto noſtrã urbẽ, ut de ijs à quibus læſa eſt, pœnam ſumat: ut bene uobiſcũ agi uideatur, ſi cauere poſsitis, ne quã ipſi cladem accipiatis. Tot impoſturis, tot præſtigijs, tot deniq; largitionibus oppugnamini. Ac iſtorũ quidẽ improbitati accuſandæ, p̃ſens tempus nõ opportunũ eſſe uideo. Volo autẽ his de rebus, propter quas ſurrexi, quæ utilia putem dicere.

LXII. VEL LIII.

COnuicia & tumultus, Athenienſes, quę perpetuò nocere ſolent, nunc etiam ab ijſdem orta ſunt, à quib⁹ ſemper. Nõ autem tam iſti reprehendendi ſunt, (fortaſsis enim iracũdia & æmulatione adducunt, quodq́ omniũ maximũ eſt, priuata utilitate, ut ita agant) q̃ uos Athenienſes, qui publicis magnisq́ de rebus conuocati, priuatis conuicijs aures p̃bentes aſsidetis. neq; hoc cũ ueſtris animis cogitare poteſtis, omniũ oratorũ inter ipſos conuicia, q̃ extra iudicium facta ſunt, tametſi de illis alij alios cõuicerint, eò recidere deniq;, ut uos pœnas detis. Prętet enim fortaſſe paucos (ne omnes dicam) nullus eorũ alij conuiciatur, ut ullæ res ueſtrę corrigantur. Plurimũ certè abeſt: ſed facit eò quiſq;, ut ea quæ facere quendam aſſerunt, tametſi ſummũ ſcelus cõmittendũ ſit, ipſe maiore cũ ocio perpetret. Hæc ita ſe habere, ne mihi credite, ſed ipſi pauliſper conſiderate. Ecquis unquã ſurrexit, qui diceret. Veſtras opes depeculaturus prodij, Athenienſes, non ueſtra gratia: nemo ſic dicit, ſed pro uobis, & p̃pter uos, & tales cauſas adferunt. Agite uerò, cõſiderate Athenienſes, quî tandem fiat, ut ſumma rerum ueſtrarum, quibus omnes patrocinãtur, loco nihilo meliore ſit q̃ prius: iſti uerò qui pro uobis omnia, pro ſemetipſis nihil dixêre, diuites è mendicis facti ſint? Quia ſe uos amare iactant, cũ non uos, ſed ſemetipſos ament. Id quidem ut rideretis, ut applauderetis, interdũ etiam ut ſperaretis, uobis imperterunt. Sed adipiſci, conſtanterq́ Reipub. tradere boni quicquã, ne uellent qdẽ. Quo.n. die imodica iſta infirmitate liberati fueritis, iſtos nec intueri porrò ſuſtinebitis.

Nunc uerò drachma, choe, quatuor, obolis uelut ægrotã tem populũ lactant: ac omnino, q̃ illi uobis præbent, ſimi lima ſunt cibis quos medici ægrotis dant, qui ut nec uires augent, nec emori ſinunt: ſic & hæc nec deſperare, maius ue quippiam inſtituere ſinunt, nec ſatis ipſa eſſe poſſunt.

LXIII. VEL LIIII.

ET æquũ Athenienſes, & honeſtum, & p̃clarum eſt, quod uos facere ſoletis, eius nobis etiam eſſe ſtudiũ, diuinę res uti piè ac religioſè curentur. Ac noſtra quidem curatio uobis opportunè cecidit. Nam & Ioui ſeruatori ſacrificauimus, & Mineruę & Victoriæ, eaq́ſ ſacra & pul chra & ſalutaria uobis extiterunt. Sacrificauimus item Suadelæ, & Matri deorum & Apollini, quibus & ipſis litauimus. Fuerunt uobis etiam reliquis diuis facta ſacra, & tuta, & certa, & præclara & ſalutaria. Accipite igitur à dijs ea bona, quæ largiuntur.

LXIIII. VEL LV.

FVit quoddam, ut conijcio, tẽpus apud uos, Athenienſes, quo populus adigebat, quemcunq; uidiſſet homi nem modeſtum & bonũ, ad Rempublicam adminiſtran dam, ac fungendum magiſtratu: non eorum qui id facere uellent penuria. Nam cũ in alijs omnibus noſtram urbẽ fortunatam iudicem, unicam hanc ei felicitatem ſemper defuiſſe puto, ut ijs deficeretur, qui Republica frui uellẽt. Sed erat id inuentum populi præclarũ, Athenienſes, utileq́ſ Reipublicæ. Nam & hi ueluti iugales è bonis & iuſtis uiris adiuncti cæteris, eos uerecundiores efficiebant: & uiri è ueſtro numero boni quidẽ illi, iuſteq́ſ magiſtratu fungentes, ſed ijdem nec impudenter ingerere ſeſe, nec ambire ſuffragia edocti, ab honoribus non repellebant. Nunc prorſus eodẽ modo quo ſacerdotes, ſic magiſtratus etiam creatis. Et miramini, iſtum uobis eſſe beatum, iſtumq́ſ continenter uobis ſurripere multa: alioſq́ſ ueſtrũ obambulare, felicitatem eorum pręedicantes? Nam in eo peculiari eſtis ingenio, ut q̃ ueſtræ p̃rogatiuæ ſunt, eas libenter abijciatis, deq́ſ illis feratis leges, ut ſi quis præfectus urbis fuerit bis, & q̃ ſunt eius generis alia. At eoſdẽ cũ imperio eſſe perpetuò ſinatis. Ac quod ad eos quidẽ attinet qui uerſantur in rebus gerendis, excuſationẽ ſor-

taſsis habet. At tolerare cæteros, qui cũ locum imunem occupent, ipſi prorſus nulla re occupantur, id extremæ ſtultitię eſt. Quin & è uobis ipſis (eſtis autẽ haud pauci) aliqui ſunt adducẽdi. Nã ſi tanq̃ ſtateram appenderitis: p̃ponderabit ipſe, qui erit dignus in poſterũ magiſtratu.

LXV. VEL LVI.

ET honeſtum & decorũ eſſe mihi uidetur, Athenienſes, ut qui ſe utile aliquid reperiſſe putat, ad dicẽdum ſurgat: ſed cogere inuitos ad audiendum, id ego prorſus eſſe turpe exiſtimo. Spero autẽ, ſi mihi hodie auſcultabitis, uos & id quod optimũ eſt, rectius electuros, & ſuggeſtum conſcendentium ſermones facturos eſſe breues. Quid igitur ſuadeo? Primùm, Athenienſes, ut de his ipſis q̃ in deliberatione ſunt, prodeuntẽ quenq; dicere iubeatis. Multa enim alia complecti oratione poſsis, eaq́ dictu iucunda, ſi præſertim, ut iſtorũ quidã, dicẽdo ualeas. Quod ſi propter audienda uerba conueniſtis, ea tum audiri tum dic debent: ſin de rerũ delectu deliberaturi, moneo uos ut ipſas res maxime nudas diiudicetis, repudiatis uerbis omnibus, q̃ ſeducere poſſunt. Hoc igitur unũ eſt quod dico: alterũ illud, quod fortaſſe quibuſdã admirabile uideatur, ut ſi orationes minui uelitis, cum ſilentio auſcultetis. Nam de eo quidem q̃ aut hæc aut illa cõducant, aut quæ quibus in Republica præferenda ſint, neq; uerba multa ſuppetunt, niſi quis fruſtra negari uelit, neq; quiſquam eadem inculcare denuò auſit. Iuſtum autẽ eſſe dicere, ut aliquis audiatur, & ad tumultum reſpondere, & ſermonẽ ex ſermone ſerere: nemo eſt quin poſsit. Tumultuando igitur nõ liberamini orationibus, ſed & ſuperuacanea quædam audire neceſſe habetis. Mea uerò ſententia de his rebus, de quibus deliberatis, hæc eſt.

DEMOSTHENIS EPISTOLÆ.

ARGVMENTVM EPISTOLARVM

per Hieronymum Vuolſium.

QVum Harpalus, homo luxurioſus, ob conſcientiam ſcelerum, & metu ſæuitiæ Alexandri, ex Aſia cum ingenti pecunia ſupplex Athenas confugiſſet: Demoſthenes primùm illi aſperrimè aduerſatus, pòſt (ut ſuſpicio fuit) calice præſtantis artificij & uiginti talentis delinitus, cum ad ſententiam pro concione dicendam à populo

uocaretur, lana & faſcijs collo diligenter obuoluto, manu ſignificauit, ſe anginæ laborare: ubi feſtiui quidam homunculi reclamarunt, non anginã eam, ſed argentanginam eſſe. quòd à Græcis elegantius dicitur: οὐχ' ὑπὸ συνάγχης, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης νύκτωρ εἰλῆφθαι τὸν δημαγωγόν. Sed ſiue id crimen uerum fuerit, ſiue falſum (id quod Pauſanias non leui ſanè argumento conatur oſtendere) Demoſthenes factione inimicorum & præiudicio ſenatus oppreſſus, in carcerem conijcitur: è quo uel conniuentibus Athenienſibus, uel cuſtodibus adiuuantibus, elapſus profugit: in qua fuga, cum etiam ab inimicis præter expectationem uiatico inſtructus, bene ſperare iuberetur, magis etiam lamentari cœpit, quòd eam cogeretur urbem relinquere, in qua tales haberet inimicos, quales in alia nulla amicos reperturus eſſet. Primum igitur Trœzenem ſe contulit: poſtea Macedonum uiolentiam, & Trœzeniorum imbecillitatẽ ueritus, in Calauria inſula ſupplex in Neptuni fano ſedit, atq; ibi has omnes epiſtolas (una duntaxat excepta) ſcripſit ad ſenatũ populumq; Athenienſem, in quibus eos partim de ratione gubernãdæ reipub. monet, partim ſuam & amicorum cauſam magna grauitate agit, nõ ſine miſerabili fortunæ ſuæ deploratione, partim in maledicos inuehitur. Sũt aũt eo, niſi fallor, anno, aut certe nõ multo antè, quo homo eloquẽtiſsimus, ætatis ſcdõ et ſexageſimo, hauſto ueneno perijt, ſcriptæ ac relictæ, tanquã cygnea q̃dam cantio, itaq; ſuaues ut neminẽ tam inhumanũ eſſe putẽ, quẽ nõ cum cõmiſeratione quadã delectent. Me quidem ſic nonnullis in locis afficiunt, humanæ cõditionis miſerias & ingratiſsimos animos belluæ illius multorũ capitũ erga p̃ſtantiſſimos quoſq; uiros & optimè de patria meritos, cogitantẽ, ut uix poſsim tenere lachrymas. Exẽplari Pariſienſi uſus ſum, q̃d nõ paucis locis correxi: q̃dam etiam loca lectoris iudicio fuerunt cõmittenda, id q̃d & feci hactenus ubiq;, & perpetuò ſum facturus, ut q̃ cõperta habeo, candidè impertiam; q̃ dubia & ſuſpecta, diſcere cupiam, & cognoſcere è doctioribus.

DEMOSTHENIS EPISTOLÆ ſex, [redacted]

DE CONCORDIA.

Solennis comprecatio.

OMnis & dicti & facti grauioris auſpicia ducenda mihi uidentur à dijs imortalibus. Precor autẽ deos deaſq; omnes, ut quod Athenienſi populo utiliſsimũ eſt, & populo bene cupientibus, id & nunc & poſthac mihi ueniat in mentẽ ſcriberẽ, & Athenienſium concioni decernere. Hæc p̃catus, cũ ſpe mihi diuinitus aliquid bonũ ueniſſe in mentẽ, ſic ſcribo.

DEMOSTHENES SENATVI, Populoq; S.

QVod de meo in patriam reditu, ſemper omnib⁹ uobis deliberādi copiam fore puto: nunc de eo nihil ſcripſi, cū uerò uideam hoc nunc eſſe tempus, quo uos, ſi recta conſilia ſequamini, ſimul & gloriā & ſalutem & libertatem adipiſci poſsitis, non modò uobis, ſed & reliquis uniuerſis Græcis: ſin erraueritis, decepti'ue fueritis, non facile poſſe eandem occaſionem recuperari duxi meam, quā de hiſce haberem opinionem, in medium eſſe proferendam. Difficile quidem eſt per literas pertexere conſilium. Multa enim uos ante rem cognitam ſoletis interpellare. Ac dicenti facile eſt, quid uelitis animaduertere: quodq; ignoratur, rectè explicare. Libello autē nullum tale adiumentum ſuppetit contra tumultuantes. Si tamen audire uoletis cum ſilentio, & expectabitis, dum rem omnē cognoueritis: ſpero dijs propicijs, quanquā breues hæ literæ ſunt, fore ut appareat, me & optimo ſtudio ea conari pro uobis quæ deceant, & quę uobis expediant, perſpicuè declaraturum. Neq; uerò eo conſilio haſce ad uos dedi literas, quaſi uobis deſint oratores, alij'ue, qui impræmeditati, quicquid in mentē inciderit, dicant. Sed quæ per experientiam, & ut in gerēdis rebus uerſatus, habeo cognita, ijs expoſitis, dicendi in publico ſtudioſis uberem eorum quæ eſſe putem è Repub. materiam ſuppeditare: uulgo optimorum conſiliorū delectum, facilem reddere uolui. Ac cur hanc epiſtolā ſcribere inſtituerim, hæc ſunt. Primùm omnium, Athenienſes, uos cōcordes eſſe propter cōmunem ciuitatis utilitatem oportet, ortaſq; in prioribus conuentibus miſſas facere diſſenſiones. Deinde cōſentientibus animis omnes, alacriterq;, quicquid decretum fuerit, adiuuare. Nihil.n. conſtanter ſimpliciterq; agere, non modò eſt indignū uobis, & animi parū generoſi, ſed ſummo etiam cū periculo coniunctū. Iam nec illud uobis ignorandū eſt, ea quę per ſe ad ſtatum rerū ueſtrarū tuendū ſatis nō ſunt, ſi ad reliquas copias adiungantur, effectura, ut multo facilius omnia conſequamini. Quæ igitur illa ſunt? neq; ciuitati ulli, neque ullis qui ſingularum urbium uetera inſtituta

ἀπόδειξις, qua ſe oſtendit magis de republica ſolicitū eſſe, quàm de ſe metipſo.

Ab ancipiti occaſione.

Difficile p literas dare conſilium.

Pollicitatio utilis conſilij.

Autoritatē ſibi conciliat.

1. Concordiæ ſtudendum.

2. Decreta ſtrenuè exequenda.

Nam q̄ nō proſunt ſingula, cūcta iuuant.

3. Abiiciendæ ſimultates. Hic obſcurè ſuam cauſam agit Demoſthenes.

Non euentus conſiliorũ ſpectandus, ſed conſulentis animus.

defenderunt, iraſcendũ eſt, ſed delenda potius ex animis memoria iniuriarũ. Nam iſtiuſmodi metus efficit, ut qui ſe fœderatis, in manifeſto periculo uerſantibus, neceſſarios eſſe ſciunt, opem iiſdé promptiſsimé ferant: qui metu iſto liberati, omnes fient mitiores, in quo non parua eſt utilitas. Ac oppidatim proclamare talia, ſtultũ fuerit, imo ne fieri quidem id poteſt. Sed prout uos cũ ciuibus ueſtris egiſſe uiderint, ita efficietis, ut quiſq; cum cæteris etiam actum iri expectet. Proinde cenſeo neq; ciuitatẽ, neq; ducẽ, neq; oratorẽ, neq; plebeium quenquã eorum qui antehac eum defendiſſe ſtatũ, qui tum fuit, uiſi ſunt, à quoquã ullo modo uel taxandũ, uel obiurgandum: ſed concedendum eſſe hoc, omnes ciues ea egiſſe, q̃ oportuerit, poſtquã benignitate deûm conſeruata republica, uobis licitum eſt, de integro, ueſtro arbitratu deliberare: & cogitãdum, quemadmodum in naui, cũ hi uelificatione, illi remigatione utendum ſuadent, dici ab utriſq; omnia propter ſalutem tuendã: id uerò prælatum eſſe conſiliũ, * quod cum deorum uoluntate congruerit. Quod ſi de præteritis in hunc modum ſtatuetis, & fidem inuenietis apud omnes, & officio bonorum uirorum fungemini, & res ueſtras non parum erigetis: & eos qui in urbibus aduerſari uobis fuerunt, eò redigetis, ut aut conſilia mutẽt omnes, aut omnino aliqui eſſe in culpa ipſi uideantur. Quæ igitur è Republica ſunt, ea magnis animis & ciuiliter adminiſtrate, & priuatarum rerum recordamini.

** γεγενῆσθαι δὲ τὴν χρείαν πρὸς τὰ συμβάντα ἀπὸ τῶν θεῶν.*

Querela, & commendatio ſuæ integritatis.

Atque hæc ego moneo, non eandem humanitatem expertus apud nonnullos, ſed per iniuriam & ſeditionem, in aliorum gratiam quaſi propinatus. Verùm nec priuatæ explendæ iracundiæ gratia, reipublicæ commodis nocendum puto, neq; ullam priuati odii partem publicis utilitatibus admiſceo: ſed ad quæ alios adhortor, ea mihi primò eſſe facienda cenſeo. Quæ igitur præparanda, quæq; cauenda ſunt, & quibus agendis (quantum quidem humano conſilio prouideri poteſt) proſperrimo uti ſucceſſu poſſe uideamini: ferè à me eſt explicatum. Quotidianis autem negociis præeſſe, & caſibus ſubitis rectè uti, & cuiuſq; rei intelligere occaſiones, & iudicare quæ res benignitate uerborum obtineri poſſint,

ἀπόδειξις, Res ſingulæ à ducibus curãdæ.

quæ item ui extorquendæ ſint: ducum officium eſt, qui rebus præfecti ſunt. Qua etiã de cauſa duriſsima eſt dicendæ in conſilio ſententiæ prouincia. Nam rectè cõſulta, & magno ſtudio laboreq́; probata, ſæpe propterea corrumpuntur, q̃ ij qui ea in mandatis habẽt, aliter exequũtur. Nunc tñ bene ſucceſſura eſſe omnia ſpero. Si q́s enim Alexandrum eò fortunatum putat, q̃ ei proſperè ſucceſſerunt omnia: is illud reputet, eum agẽdo, & laborando, & audendo, non deſidendo, fuiſſe fortunatum. Poſtquam igitur nunc mortuus eſt, fortuna quærit aliquos quibus adſit: ij uos eſſe debetis, & duces per quos res geri neceſſe eſt, q̃ beneuolentiſsimos copijs præficere. Quodq́; unuſquiſq; ueſtrũ facere poterit & uolet, id ad ſeipſum dicat et promittat: caueatq́; ne mentiatur, neque tergiuerſandi gratia ſibi data eſſe uerba, non perſuaſum eſſe, cauſetur. Quicquid.n. uos neglexeritis, id qui reſarciat, neminem inuenietis. Neq; idem periculum eſt in ijs rebus, quas tum cum uultis, agere licet, conſilia ſæpe mutare: & in ijs, propter quas bellum erit gerendum. Sed in huiuſmodi rebus ſententiæ mutatio, non eſt aliud q̃ conſilij & inſtituti clades. Ne uerò tale quippiam cõmittite: ſed quicquid acturi eſtis, id generoſis & paratis animis decernite, & ubi ſemel decreueritis, ductu & auſpicijs tum Dodonæi Iouis, tum reliquorũ deorum qui multa uobis & præclara & bona, & uera oracula reddiderunt, illorumq́; ope implorata, uotisq́; omnibus pro uictoria nuncupatis, fortuna propitia libertatem. Græcis reſtituite.

Cur difficilis conſulẽdi prouincia.

Bene ſperandum Athenẽſibus, Alexandro mortuo, ſi aduigilauerint. Fortuna clientẽ quærit

Tergiuerſationes abijciẽdæ.

Non licet bis peccare in bello.

Fortiter & cõſulendum, & agendum.

DE SVO REDITV, EPIſtola Secunda.

DEMOSTHENIS SENATVI Populoq́; S.

EXiſtimabam, pro meis in Rempublicam meritis, me non modò in ſontem, talia non paſſurum: ſed mediocrium etiam peccatorũ, ſi quam fortè culpã cõtraxiſſem, ueniam impetraturum. Poſtquam uerò ita accidit, dum uidebã à uobis, nullis criminibus per ſenatum apertè demonſtratis & probatis, ex iſtorum ſecretis conſilijs condemnari omnes: nũ minus uos de ueſtro

Querela de iniquitate aduerſariorum.

iure concedere, quàm me fraudari exiſtimans: ferendũ æquo eſſe animo putaui. Nam ijs aſſentiri iuratos iudices, quę ſenatus ſine ulla probatione affirmarit: de reipublicæ iure concedere fuit. Quia uerò iam pro ueſtra prudentia, eum principatum, quem in ſenatu quidã ſibi parare nitebantur, animaduertiſtis, & in iudicandis cauſis argumenta ſpectatis, iſtorumq; ſecreta, digna eſſe reprehenſione, deprehendiſtis: decere cenſeo, ſi quidem id ueſtra etiam cum uoluntate fieri poſsit, me quoq; ita reſtitui in integrũ, ut ij reſtituti ſunt, qui in ſimili crimine fuerunt: ne ſolus ego falſum ob crimẽ, patria, fortunis, & cõiunctiſsimorũ conſuetudine priuer. Iurè aũt uobis, Athenienſes, ſalus mea curæ fuerit, cùm ꝙ nulla uobis à me orta iniuria, ita ſum tractatus, tum ꝑꝑ ueſtram apud exteros exiſtimationẽ. Neq; n. putetis, ſi nemo uobis in memoriam redigit ea tempora, eas'ue occaſiones, quibus ego maximas utilitates attuli Reipublicæ: reliquos etiã Græcos ignorare, aut oblitos eſſe rerum à me pro uobis geſtarum. Quas ego nunc duabus de cauſis ſcribere uereor ſingulatim, tum ꝙ inuidiam reformido, contra quã in ueritate orationis pręſidij nihil eſt: tum ꝙ multa & indigna illis rebus, ꝑꝑ reliquorum Græcorũ ignauiã, nunc agere cogimur. Summatim uerò illiuſmodi ea ſunt, quæ pro uobis ego ſuſcepi, ut & omnibus fœlicitas, uirtusq; ueſtra admirationi eſſet, & ego ſummorũ à uobis præmiorum ſpem ꝓpoſitam haberem. Cum uerò ineuitabilis illa quidem, ſed iniqua fortuna, non ex æquitate, ſed pro ſua libidine, ſuſceptum pro libertate Gręcorũ, quod uos geſsiſtis, bellum dijudicaſſet: reliquo etiã tꝑe meam erga uos beneuolentiam non abieci, nec eam ulla re mutaui, non gratia, non ſpe, non diuitijs, non potẽtia, nõ ſecuritate. quanquam uidebam oĩa hęc ijs contingere qui contra uos rempublicã gerere uellẽt. Quòd uerò in multis & magnis rebus, quibus mihi iure gloriari licet, maximum exiſtimarim, nõ dubitabo ſcribere ad uos: cum Philippus inter eos, qui ab omni æuo memorantur, ſolertiſsimus fuerit, ad hominum uoluntates comitate & affabilitate ſic ſibi deuinciendas, ut ad nutum paratos haberet, & largitionibus oẽs, quorũ aliqua eſſet in Gręcis

Ab innocentia ſua et meritis in Rempublicam.

Sũmma actorum Demoſthenis.

Conſtans in aduerſis reb. beneuolentia.

Demoſthenes à Philippo nũquam uictus.

urbibus autoritas, corrumpendos: me ſolũ ab horũ neutro eſſe uictum, id quod etiã nunc uobis glorioſum eſt, quanquam ſæpe congreſſus & collocutus ſim cum Philippo ĩs de rebus, propter quas uos me legatum mittebatis, et magnam pecuniã, quam ille offerebat, repudiaſſe, quarum rerum conſcĩ multi ẽt hodie uiuunt, quos qd de uobis iudicare conſentaneum ſit, cogitate. Quod.n. talem ita tractaſtis, id meæ calamitati.ſ.tribuetur, ſceleri nequaquã, ueſtræ autem iniquitati: quã infamiam cõſilĩ mutatione abolebitis. Iam ea quæ dixi omnia, minora puto, continua & quottidiana reipublicæ adminiſtratione, in qua ita me geſsi, ut neq; ulli iracundiæ, neq; ſimultatibus, neq; iniuſto quæſtui, uel publico, uel priuato ſeruierim, neq; ullum unquam uel ciuem, uel hoſpitẽ ſim calumniatus, neq; cõtra uos priuatim facultate mea uſus: ſed ſi qd opus eſſet, publicè pro uobis in ꝓcinctu ſteterim. Quod cum natu grandiores norint, æquũ eſt, ut iunioribus concionem aduerſus Pythonẽ Byzãtium habitã, indicetis, cum adductis Græcorũ legatis adfuit, iniurias noſtræ urbis oſtenſurus: & contrarium eius qđ ſperaret, expertus, receſsit: ubi ego ſolus oratorũ illius temporis, ueſtrã cauſam defendi. Ac omitto, quot legationes pro uobis obierim, in qbus omnibus nullum unquam uel minimũ detrimentũ cepiſtis. Ea.n.ȯ Athenienſes, in Repub. ratio mea fuit, non ut uos alios alĩ uinceretis, aut ut ciuitatem contra ſemetipſam acuerẽ: ſed ad ea uos incitaui, unde gloriã, & magnanimitatis opinionem relaturos uos arbitrarer. Quæ cũ omnes, tum uerò adoleſcentes admirari debent: nec eũ requirere ſolũ, qui captator auræ popularis, uulgiq́; cupiditatũ adminiſter omnium in republica ſit (talium.n. nulla unquam penuria futura eſt) ſed eum ẽt qui bono ſtudio ueſtra errata reprehendat. Quin & alia multa prætereo, propter quę alius, qui nullam aliam nauaſſet operam, iurè ſuæ ſalutis haberi rationem poſtularet: ut ædilitia munera, ut triremium inſtructiones, ut largitiones pecuniarias, omnibꝰ neceſſariĩs temporibus, quibus me non modò primùm ſuccurriſſe conſtabit, ſed alios etiam eſſe adhortatum. Quorum ſingula cogitate Athenięſes, quàm ea calami-

Incorruptè adminiſtrata Reſpublica.

Python refutatus.

Publicæ utilitatis ſtudium

Qualis conſiliarius magni faciendus.

Liberalitas Demoſthenis.

παῤῥησία, qua commiſe-

rationem mouet. tate indigna ſint, quæ me circumdedit. Cum uerò plurimis nunc in malis uerſer, quid primum deplorem dubito. Vtrum ætatem, qua periculoſum exiliũ experiri præter conſuetudinem & dignitatẽ cogor? an ignominiam, ꝙ nullius criminis cõuictus et reus peractus, damnatus perij? an ſpem, qua fruſtratus, hęreditatem eorꝫ maloꝝ, quæ alijs debebantur, accepi. Neqꝫ enim ego uel Harpali amicus fui, uel propter priora mea acta in republica pœnas dare debeo: cum & ea quoqꝫ accuſabar, probata non ſint: & ex omnibus de Harpalo factis decretis, ſola ea quæ ego egi, ciuitatẽ omni crimine liberarint. Ex quibus omnibus perſpicitur, me occaſione quadam circũuentum, non ſcelerum damnatum, iniuſtè eã qua in oẽs reos uti ſoletis, iracundiam experiri, ꝑpea ꝙ ego primus in iudicium ueni. Nam ꝗd ego ęqui pro mea defenſione non attuli, ex iis quæ poſtea cæteros reos conſeruarunt? aut ꝗd amplius uel nunc dicere quiſquam poſsit? Nemo certè. Nã quæ facta non ſunt, ea facta ut ſint, efficere nemo poteſt. Sed de his, quãquam ſcribere multa poſſem, deſino. Nam innocentiæ conſcientiã, experientia me docuit adiuuandũ paruas habere uires: ad augendũ animi dolorem, omnium eſſe acerbiſsimam. Poſtquam uerò pro ueſtra ſapientia reis oĩbus reconciliati eſtis: & mihi reconciliamini, ò Athenienſes. Neqꝫ enim (teſtor deos et heroes) ulli ueſtrũ iniuriam feci, & mihi omnis anteacta uita mea teſtimonio eſt: cui meritò plus fidei haberet̃ à uobis, q̃ꝫ iſti crimini, quod citra accuſationem mihi nũc obiectum eſt: neqꝫ me peſsimum, aut minimæ fidei eſſe inter eos, quos calumnia impetijt, dep̃henderetis. Iam ob diſceſſum meum iurè iraſci mihi non poteſtis. Neque. n. ideo abij, ꝙ aut de uobis deſperarem, aut uſpiã aliò reſpicerem, ſed primũ carceris ignominiam animo ferebã grauiter: deinde propter ætatem, afflictionẽ illam corporis perpeti non poteram. Deniqꝫ & uos non nolle putabam, illam contumeliam me effugere, quę neqꝫ uos quicquam iuuabat, & me perdebat. Me aũt ueſtri, neqꝫ cuiuſquam alterius, fuiſſe ſtudioſum, multis indicijs deprehendetis. Nam & in urbem me contuli, non in qua me ſplendidiſsimè uictutũ confiderem: ſed quò et maiores noſtros,

Senectus.
Exilium.
Ignominia.
Spes irrita.
Innocẽtiæ ſuæ defenſio.
Excuſatio & cauſæ fuga.
Iterum ſuam beneuolẽtiam prædicat.
Træzen delecta exilio.

noſtros, Perſici belli diſcriminibus circumuētos, ueniſſe ſciebam, & quam uobis eſſe beneuolentiſsimam intelligebam. Eſt autem ea Trœzen', cui precor ut dĳ potiſsimum immortales, tum ob beneuolētiam erga uos, tum ob collata in me beneficia, bene uelint omnes: deinde ut & ego à uobis cōſeruatus, gratiam referre poſsim. In qua cum quidam gratificādi mihi ſtudio, uos, ob iſtum in me admiſſum errorem, reprehendere conarentur: ego ſumma qua me decuit æquitate, uos defendi. Eamq; ob cauſam in primis factum eſſe arbitror, ut mihi honos publicè haberetur. Cum uerò hoīum beneuolentiam inſignem qdem illā, ſed uires in præſentia eſſe minores cernerem: digreſſus in Neptuni templū, in Calauria ſedeo. non modò ꝙ propter numinis religionem me ibi tutiorem fore ſpero, (nec.n.id exploratum habeo. Nam quæ res in aliorū poteſtate ſitæ ſunt, eæ ſpem tenuem & obſcuram periclitanti ſuppeditant) ſed eo etiā, ꝙ hinc quotidie patriam intueor, in quam tantæ mihi ſum beneuolentiæ conſcius, quantam utinam à uobis conſequar. Ne igitur, Athenienſes, diutius ēt præſentibus malis angar, ea mihi decernitote, quæ iam alĳs quoq; nōnullis tribuiſtis, ut neq; indignum uobis aliquid, mihi uſuueniat: neque alijs ſupplicare cogar, id quod nec uobis honeſtū eſſet. Nam ſi ueſtra iracundia placari mihi nulla ratione poteſt, mori me præſtiterit. Iurè aūt hoc animo eſſe me, neq; ſine re hæc iactare credetis. Nam & ueſtrā autoritatem ſubij, & iudiciū non detrectaui, ut neq; ueritatem indefenſam desererem, neq; ueſtrùm quiſquā in me poteſtatem nō haberet, ſed ut ueſtro arbitratu de me ſtatueretis. Eos.n. qui omnia in me ornamenta contuliſſent, ēt in me (ſi ita uellent) delinquendi habere poteſtatē arbitrabar oportere. Quia uerò iuſta fortuna, ita uti decuit, iniuſta ſuperata, bis uobis ĳſdem de rebus ſtatuendi facultatem dedit, propterea ꝙ nihil in me, cui mederi nō liceat, ſtatuiſtis: ſeruatote me, & ꝗ tum uobis ipſis, tum me digna ſunt, decernitote. Nihil.n. à me perperam & ſcelerate factum reperietis, neq; commeritum, ut uel dignitate, uel uita ſpolier: ſed & multitudinis ita eſſe ſtudioſum, ut qui maxime (ne quid inuidioſum ſcribam)

Excuſati athenienſes.

Calauria.

Iterum orat.

Inculcat ſuam patriæ obſeruantiam.

Innocentia et beneuolentia. & pulcherrima ex his qui adhuc uiuunt, pro uobis gerẽdis ſuſcepiſſe, meq́ maxima è meis æqualibus beneuolentiæ erga uos indicia reliquiſſe. *Excuſatio querelarum.* Neq; uero quiſquam ueſtrùm putet, Athenienſes, me uel ex imbecillitate animi, uel ulla alia turpi de cauſa, per totam epiſtolã lamentari. Nam ego nunc ijs conflictor rebus (qđ utinam eſſet aliter) eo modo, quo quiſq; præſentibus in malis ſibi indulget: ut doloribus, & lachrymis, & tum patriæ tũ ueſtri deſiderio, ærumnarumq; mearũ cõſideratione. Quæ omnia mihi querelas eliciunt, quæ ſi cum æquitate reputabitis, in nullis meis ueſtrarũ rerũ adminiſtrationibus, uel molliciei uel timiditatis argui me poſſe, reperietis. Et hæc hactenus ad oẽs uos: priuatim uerò cũ ijs qui me laceſſiunt, coram uobis uolo diſputare. *In ſuos inimicos.* Nam ea in qbus ueſtræ ignorationi ſubſeruierunt, pp uos ab eis facta ſint, neque ego accuſo quicquam. Poſtquã uerò cognouiſtis uos, illa cuiuſmodi ſint, ſi ut reliquos miſſos faciunt, ita me quieſcere ſinent, rectè facient. Sin exagitare me inſtituerint, peto, ut uos omnes opem mihi feratis: neque cõmittatis, ut iſtorum odia plus ualeant, quàm ueſtra beneuolentia. Valete.

DE LYCVRGI LIBERIS,

Epiſtola tertia.

DEMOSTHENIS SENATVI

Populoq; S.

Magis laborare ſe de amici liberis, & fama patriæ, quàm de ſe, oſtendit. QVAE meis in rebus iurè à uobis tribui mihi putarem, ſuperioribus ad uos expoſui literis: quæ cum uobis uidebitur, mihi concedetis. ſed hæc, dè quibus nunc ſcribo, non negligi á uobis, neq; aduerſandi, ſed ęquitatis ſtudio, cognoſci uelim. Contingit. n. mihi, quanquam peregrè degenti, multos audire q uos ob ea, quæ Lycurgi liberis acciderunt, reprehendãt. *Lycurgi popularitas.* Ac literas haſce miſiſſem propter res etiam ab eo uiuẽte geſtas, de quibus æquè mecũ omnes, ſi uoletis officio fungi, gratiam ei habebitis. Qui ut primũ ad Rempublicã acceſſerat, in curatiõe uectigalium urbanorumq; munerum ſe collocauit, deq; ſtatu Græciæ ac ſociorum ſcribere nihil fuit ſolitus. cum uerò eorum etiam, qui præ ſe populi ſtudium ferebant, plerique uos deſeruiſſent, populi

partibus ſe ad dixit, non quòd inde munera & reditus capere liceret, (nam aduerſæ factioni hæc omnia propoſita erant) neque quòd has partes magis extra periculũ eſſe uideret, (multa enim & manifeſta pericula res habebat, quæ illi qui populi autoritatem dicendo agendoq́ tueretur, adire neceſſe erat) ſed quòd natura, popularis & uir bonus fuit. Quanquam autem coràm uidebat, tã eos qui populo opem ferre cuperent, propter acceptam cladem eſſe infirmos, quàm aduerſarios uiribus ab omni parte ſuffultos: nihilominus tamẽ ipſe in ea quæ populo commodarent, incumbebat, ac poſtea ſtrenuè palàm & dicebat & agebat, quæ conueniebant. Ob quæ ſtatim, ut omnes norunt, ad ſupplicium depoſcebatur.

Infamia Atheníenſium.

Scripſiſſem igitur, ut principiò dixi, & in illius gratiam: ſed tamen cũ & uobis expedire putem, ut conuicia quæ apud exteros in uos dicuntur, ſciatis: multo magis ad literas mittendas ſum incitatus. Peto autem, ut qui priuatim illi iniqui ſunt, uera & æqua de eo audire ſuſtineant. Non enim, Athenienſes, ignorare debetis, exiſtimationi urbis ex his quæ in eius liberos facta ſunt, labem aſpergi. Nemo enim Græcorum ignorat, uos uiuenti Lycurgo ſummos honores habuiſſe: cumq́ ei plurima crimina ab eius inuidis impingerentur, nullum unquam uerum deprehendiſſe: tantam autem fidem habuiſſe, & præ omnibus popularẽ iudicaſſe, ut de multis cauſis è ſola Lycurgi affirmatione ſententiam ferretis, eaq́ uobis ſatis eſſet. * Id quod minimè feciſſetis, niſi uobis uiſus fuiſſet integerrimus. Nunc igitur oẽs, qui filios eius in uinculis eſſe audiunt: & defunctum miſerantur, & liberorum eius, ut cum qbus iniquè agatur, uicem dolent. Vos uerò tam acerbè inſectantur, ut ego ſcribere non auſim. Nam ea q̃ inuitus audio, & propter uos defendendos, quantũ poſſum, refuto: eatenus ut uobis indicem, multos eſſe à quibus reprehẽdamini, q ſcitu uobis eſſe utilia iudicabam, ſcripſi. Quæ uerò ſine conuicio à quibuſdam dicuntur, & auditu fore utilia uobis arbitror, ſignificabo. Nemo uos per errorem & ignoratione ueri, ita de ipſo Lycurgo ſtatuere exiſtimat. Nam & longum temporis ſpa-

ὃ γὰρ ἂν καὶ τοῖ. ἕτοιμ, μὴ δοκῶν ὑμῖν

Nõ ignoratione uideri peccare Athenienſes.

cium,quo exploratus nihil unquam contra uos uel cogitare uel agere iniuſtum deprehenſus eſt, & illud,q̃ mortalium nemo ullis aliӯs in rebus uos ſtuporis arguit:merito iſtam tollit ignorantiæ ſuſpicionem. Reſtat igitur, quod oēs haud frugi hominum eſſe dicant, ut tantiſper cuiuſq; curam,dum eius uobis uſus eſt, agere uideamini,pòſt,nullam rationem habeatis. Quam.n.aliam uos defuncto gratiā relaturos conſentaneū eſt,cum eius liberos & exiſtimationem lædi uideamus?q̃ ſola, ut in tuto collocentur,etiam morientibus omnibus curę ſunt. Iam nec illud bonorum uirorum eſt,ut iſta pecuniæ gratia facere uideātur,id quod neq; magnitudini animi ueſtræ,nec reliquo uitæ inſtituto congruere apparebit. Nam ſi uobis illi,tanti ab aliӯs redimendi eſſent,è ueſtro ęrario deprompta pecunia:id uos omnes cupidè facturos exiſtimarem. De eo uerò quod per calumniam & ex inuidia factum ſit,non habeo q̃d ſtatuam, niſi prorſus acerbè inſectari & proturbare populares homines inſtituiſtis. Quod ſi ita eſt, neq; rectè,neq; utiliter facere decreuiſtis. Miror autem,ſi nemo ueſtrúm cogitat, turpe eſſe,ut populus Athenienſis ſapientiæ doctrinęq; opinione præſtans omnibus,ad quem in calamitatibus,tanquam ad commune aſylum confugi ſolet, Philippo inhumanior uideatur,qui(ut in poteſtate regia educatum probabile eſt)à nemine admonitus,tamen cum ſecūdiſſimè fortuna uſus eſſet, humanitatis ſe maximè eſſe memorem oportere cenſuit:ab ӯs q̃ aduerſus ipſum in acie ſteterant,& cum quibus de ſumma rerum depugnarat, qui & cuiates eſſent,neq; perquirere, neq; prodere auſus.Etenim,ut apparet, non ut pleriq; ueſtri oratores,eadem in oēs eſſe uel iuſta uel honeſta putabat:ſed ratione habita dignitatis etiam, talia concludebat & decernebat. Vos aūt qui eſtis Athenienſes, & liberali doctrina perpoliti, q̃ ſtupidos ēt efficere tolerabiles putatur: primū,quod omnium iniquiſsimū eſt, quarum rerū patrem accuſant q̃dam, ob eas filios in uincula cōieciſtis. Atq; ita agere perinde eſſe dicitis, ac ſi æqualitatem in ponderibus aut menſuris quæreretis, non autem de uirorum inſtituto uitæ & ratione reipublicæ conſultaretis.

Omnia ſunt ingrata :nihil feciſſe benignè eſt.

Inhoneſtū, ob pecuniā mulctare inſontes

Inuidiæ reſiſtendum.

Philippi moderatione uinci Athenienſes, turpe fore.

Iniuſtū ob patri obiectū crimen plecti filios.

Animus ſpectandus in cōſiliӯs & actionibus potius

In qua quidem inquiſitione, ſi bona & popularia & ſtudio Reipublicæ iuuandæ ſuſcepta Lycurgi acta uidebũtur, non modò nullo affici malo, ſed quibuſuis à uobis ornari beneficijs eius liberos æquũ eſt. Sin cõtraria, illum dum uiueret, pœnas dediſſe oportuit: hos uero, ne ſi quidem pp obiecta patri á quibuſdam crimina, per iracundiam plecti. Omnibus.n. omnium delictorum quaſi meta eſt obitus. Quod ſi hoc eritis animo, ut aliq populi ſtudioſis irati, ne cũ mortuis quidem in gratiam redeãt, ſed inimicitias etiam ad liberos uſq; propagent, tradantq; poſteris: populus aũt, cuius cauſam quique populares agunt, dum horũ opera utitur, beneficiorum meminerit, poſtea floccifaciat: nihil erit miſerius quàm populi tueri partes. Quòd ſi Mœrocles reſpondet, hæc argutiora eſſe quàm quæ intelligat, ſe uerò eos, ut ne effugerent, in carcerem compegiſſe: quærito te ex eo, cum Taureas & Patacus & Ariſtogiton, atq; ipſe in carcerem traditi, non modò uincti non fuerint, ſed & cõciones habuerint, cur iſtam æqtatem non perſpexerit? * Sin ſe tum magiſtratu qdem eſſe functũ dicet, non aũt uerba feciſſe in publico, idq; permiſſum ſibi fuiſſe legibus; equũ eſſe q poteſt, ut magiſtratu fungantur hi, quibus uerba facere non licet: illi uerò in uinculis teneant, quorum de uobis ſæpe benè meritus fuit pater? Ego qdem hæc coniungere & cõcludere non poſſum, niſi hoc publicè uultis oſtendere, & uæcordiam, & impudentiã, & affectationẽ improbitatis in ciuitate ualere, & maiorẽ habere ſpem incolumitatis: ac, ſi qd ſecus acciderit, tales abſolui: meliorẽ autẽ tueri partem, uitamq; modeſtã & popularẽ inſtituere, periculoſum eſſe: ac ſi qd erretur, nullam ueniæ ſpem eſſe propoſitam. Ad hæc non eſſe iuſtũ omnino, aliter quàm de uiuente ſentire, decereq;, ut defunctorum potius, quàm uiuentium rationem habeatis, & quæ ſunt eius generis, omnia miſſa faciã: quia ea in confeſſo eſſe apud omnes exiſtimo. Sed quàm multos ob patria beneficia honoraſtis, tam multis etiam aliorum poſteris ſimilem referri gratiã uelim. Neq; uerò hæc quòd reprehenderem attuli, à quo tantum abſum, ut eam rem maximè eſſe è republica dicam. Prouocatis enim omnes iſta ratione ad populum co-

quã euentus. Dilemma.

Querela de ingrato populi animo.

Querela de iniquitate aduerſariorum

εἰ δὲ μὴ φήσει τότ' ἄρχειν οὐδὲ λέγειν, ἐκ τε τῶν νόμων αὐτῷ προσήκειν, &c.

παραλλάξαι,

Ob patris uirtutem honos habendus liberis.

lendum, quippe q uideant, tametſi uiuētibus obſtet inuidia, quo minus honores meritos conſequantur, ſuis tñ liberis digna præmia eſſe apud uos repoſita. An non igitur abſurdum, atq; adeò turpe eſt, uos quibuſdam aliȷs, licet ex quo uſui fuerūt, multum temporis interceſſerit, iudicio de illorũ beneficȷs ex ſama, nõ ex ȷs quę uidiſtis, facto, tamen iuſtam beneuolentiam conſtāter tribuere: Lycurgum autem, q nuper adeò & reipublicæ præfuit, & uitam cū morte commutauit, ne in ȷs qdem uos, quę ſuperiori tempore hominibus perditis quoq;, & in uos iniurȷs tribuebatis, miſericordia dico & humanitate: ſimiles eoſdemq; experiri, pſertim cū in eius liberos ſupplicium redūdet, quorũ etiam hoſtem (ſi moderatus ſit, & mente utatur) miſereſceret. Quin illud etiā demiror, ſi quis ueſtrum hoc ignorat, non eſſe è republica, palàm fieri, eos qui aliorū quorundam amicitiam ſibi adiunxerunt: & cū res proſperè cedunt, in oībus eſſe meliore cōditione: & cū fortuna reflarit, facile periculis liberari: cū his uerò qui toti à populo pendent, non modò aliȷs in rebus peius agi, ſed ſolis etiam his firmas permanere calamitates. Atq; hoc ita fieri, oſtendi facilè poteſt. Quis.n. ueſtrū ignorat, Lacheti Melanopi filio ſimiliter iudicio uinci accidiſſe, ut etiam nunc Lycurgi liberis? Sed ꝑpter Alexandri literas omne debitū eſſe condonatū? Et rurſus Mneſibulū Acharnenſem æquè conuictū, & iudicū ſententia damnatū, ac Lycurgi liberos: eſſe tamē (quod equidem gaudeo) ut merebatur, abſolutum? Neq; quiſquam iſtorum qui nūc clamitant, propterea leges euerti, queri potuiſſet, meritò: nec enim euertebantur, cū oēs leges propter æquitatem & ſalutē bonorũ & frugi hominum ferantur: cumq; nec calamitates effici immortales, nec ingratos uideri expediat. Atq ſi hæc ita, ut pronunciamus, ſe habere conducit, nõ modò leges nõ euertebatis, cū illos abſolueretis, ſed uoluntates etiam legūlatorum tuebamini, Lachete ad preces Alexandri abſoluto, Mneſibulo propter uitæ frugalitatē & modeſtiam conſeruato. Ne igitur oſtendite, utilius eſſe externas parare amicitias, quàm populi fidei ſemetipſum committere; neq; præſtare, ignoto alicui eſſe notum, quàm rempu

Bonorum uirorum neglectionem periculoſam eſſe Reipublicæ.

Exempla eorum quibus mulcta cōdonata eſt.

Legum finis eſt, ut boni cōſeruentur.

Ingrat⁹ populi animus proditores facit.

blicam ex utilitate populi adminiſtrare. Nam ut is q ſuadet aliquid, aut magiſtratu fungitur, placeat omnibus, fieri non poteſt. Sed ſi quis populi rebus ex animo cōſultum cupit, dignus eſt qui conſeruetur. Quod niſi fiet, docebitis oēs, alios potius eſſe colendos, q̃ populum: et cauendum eſſe, ne quis aliquid utile uobis geſsiſſe intelligatur. In uniuerſum aũt commune probrum eſt, Athenienſes, & totius ciuitatis calamitas, q Inuidia plus ualere apud uos quàm Gratiæ, putatur: cùm præſertim illa morbus ſit, hæ in deorum numerum referantur. At nec Pytheam prætermittam, qui pro ſuggeſto duntaxat popularis eſt, poſtea uerò paratus ad omnia q̃ uobis aduerſantur. Quem, dum ueſtras in gerenda republica, & concionibus habendis partes tuebatur, qs neſcit ut ſeruum agitari, et peregrinitatis accuſari ſolitum, propeq̃ uænundatum ab iſtis, qbus nunc inſeruiens orationes illas contra me ſcripſit? Poſtquam aũt ipſe nunc ea facit, propter quæ tum alios criminabatur: ita eſſe locupletẽ, ut & duas meretriculas alat, quę ad tabẽ eum uſq̃, optimæ ſanè mulieres, rede gerunt: & quinq̃ talenta mulctę nomine facilius nunc ſoluerit, q̃ olim totidẽ drachmas ſoluere potuiſſet: & præter hęc à uobis non modò admiſſum ad gubernacula ciuitatis, quod cōe probrum eſt omnibus, ſed & patria ſacra Delphis pro uobis feciſſe? Quod ſi talia & tãta exempla uiderint oēs, de qbus nemo eſt, quin populi deligere & tueri partes pniciosum eſſe iudicet: uereor ne aliqñ nulli futuri ſint, qui cauſam ueſtram tueantur, ſi præſertim alios naturæ debitum, & fortuna, & ætas ſuſtulerit, ut Nauſiclem, & Charetẽ, & Diotimũ, & Meneſtheũ, & Eudoxum, prætereaq̃ Eudemum, & Ephialtem, & Lycurgũ: alios ipſi proieceritis, ut Charidemum, & Philoclem, & me, qbus uos nec ipſi ullos ueſtri eſſe ſtudioſiores putatis. Si uerò quoſdã ęquè ſtudioſos, non inuideo. Vellem autem, ſi uos ita ut æquum eſt, eos tractabitis, neq̃ ita ut nos, malè mulctabitis, eos eſſe poſthac quamplurimos: ſin talia, qualia nũc, exempla ediderítis, quis eſt qui ſe toto aīo in iſtum ordinem dare uelit? Qui quidem ſimulent, ut hactenus, ſic etiam deinceps, non deerunt. Abſit autem, ut eorum

Inuidia beneficiorum memoriã ſuperat

Inuehitur in Pytheam.

Minatur ingrato populo penuriam fidelium conſiliariorum.

Votũm cum conditione.

Simulatores pernicioſi.

animi ſic palàm conſpiciantur, ut iſtorũ, qui quæ tum palàm inficiabantur, ea nunc ita agunt, ut neminem ueſtrũ uel metuant, uel reuereantur. Hæc igitur cogitanda ſunt, Athenienſes, & nec beneuoli negligẽdi, nec ijs qui ciuitatem ad acerbitatem ſæuitiemq; impellunt, auſcultandũ. Præſens.n. rerum ſtatus multo magis beneuolentiam & humanitatem flagitat, quàm tumultus, & ſimultates. quas quidam in imenſum exaggeratas uſurpantes, cõtra uos operam locant, ad ea negocia cõficienda, quę dij prohibeant, ne ad exitum pducantur. Si quis autem ueſtrũ hęc cauillatur, is eſt magna uæcordia refertus. Qui cũ ea facta eſſe uideat, q̃ nemo futura metuebat, & olim etiam facta ſunt, cũ populus p homines inſidiatores impulſus, eos à quibus defendebatur, ſuſpectos habere atq; odiſſe cœpit, nunc eſſe futura non putat: non'ne inſanit? Hæc, ſi adeſſem, coràm uobis explicarem. Poſtquã uerò mecum ita agitur, ut cum eo uelim agi, cuius mendacijs effectum eſt, ut ego perierim: per literas ſignificaui, ueſtri & honoris & cõmodi ratione ĩ primis habita. Secũdo loco ęquũ eſſe cenſeo, ut qua beneuolentia Lycurgum uiuentẽ ſum proſecutus, eandẽ erga eius quoq; liberos præ me feram. Si cui uerò fortaſſe in mentem uenit, mihi multũ eſſe ocij à rebus meis: illi ego reſpondere non dubitem, me de ueſtra utilitate & omnium amicorum defenſione nõ minus eſſe, quàm de mea ſalute ſolicitum. Nulla igitur curioſitate hæc facio, ſed ut idem ſtudium, idemq́ inſtitutum teneo, ſic & hæc & illa pari animo ſuſcipio. Ocij uerò tantum mihi ſupereſt, quantum illis, qui uobis malè uolunt, ſupereſſe uelim. Ac de his quidem ſatis. Velim autem pro beneuolentia & amore meo nunc breuiter queri uobiſcum, id quod paulo pòſt per longas literas, quas (ſi uixero) à me expectabitis, faciam, niſi prius à uobis ius meum fuero cõſecutus. quos (ô quid dicam, ut neq; errare, neq; mẽtiri uidear) nimium negligentes, neq; aliorũ neque ueſtri ipſorum pudet: ob ea Demoſthenem reieciſſe, propter q̃ Ariſtogitonem indemnem dimiſiſtis; quæq́ ijs qui uos floccifacere audent, nõ accepta à uobis, tenere licet, ea nõ dare mihi, ut & ære alieno redacto, & liberalite amicorum ſubleuatus, uobis ſatisfacere poſsim: ut ne ſenectutẽ

Nõ auſcultandum improbis conſiliarijs.

Cauendæ inſidiæ neſariorũ hominum.

Repetit cauſas ſcriptiõis.

Non curioſitatis, ſed officij eſt, amicorum cauſã agere.

Expoſtulatio de iniquitate populi erga ſe

& exilium mercedis loco pro meis ueſtra cauſa exantla tis laboribus auferens, cõmune probrum eorum qui me læſere iniuria, peregrè in hominum cõſpectu uerſer. Quũ autem ego uelim ueſtro beneficio, & pro magnitudine animorum ueſtrorũ, ab exilio domum reuocari, eaq́ infamia, quæ me immerentem obruit, liberari, fidemq́ publicam nõ diutius petam quàm quantum mihi temporis ad ſoluendam mulctam præfiniuiſtis: & hæc denegatis, & interrogatis, ut mihi renunciat, Quis ergo me prohibeat uenire, & hæc agere? Quòd uereri didici, Athenienſes, & longè alia fortũna ſum, quàm mea in uos & rempublicam facta merebantur: & quòd rei familiaris propter quoſdam iacturam feci, ne illi duplum ſoluere cogerentur, cum ſimplum non poſſent, ſatiſdare initio pro mea facilitate pollicitus. À quibus, adiutrice ueſtra beneuolẽtia, reuerſus, partem ſaltem, ſi non totum, recuperarem, ut reliquũ uitę tempus citra dedecus exigere liceret. Quòd ſi uerò ita, ut iſti, qui iactant talia, iubent, uenero: ſimul & ignominia, & inopia, & metu conflictabor, quorũ uos nihil conſideratis, ſed uerba & humanitatem mihi inuidentes, me ueſtra culpa (ſi fors ita tulerit) interire ſinetis: neque enim alijs quàm uobis ſupplex eſſe poſſum. Ac tum, fortẽ meam, ſatis ſcio, miſeraturi eſtis, cũ querelæ neque mihi neq; uobis quicquàm proderunt. Nam alias opes, præter eas quæ notæ & ereptæ mihi ſunt, habere ne me expectetis. Reliquias igitur, ſi omiſſa contentione id pro humanitate ueſtra mihi tutò facere conceſſeritis, conquiram. Neque.n. ab Harpalo me aliquid accepiſſe oſtendetis: nam neque conuictus ſum, neq; accepi. Si uerò ſenatus obſcurã autoritatem, aut uicum Martium intuemini: iudicij de Ariſtogitone facti recordati, erubeſcite. non.n. aliud habeo leuius, quod mandem ijs qui ad iſtum modum in me deliquerunt. Nec enim iiſdem rationibus utiq; ab eodem ſenatu promulgatum illum, dimitti æquũ eſſe dicetis, me uerò interire. Non adeò uos incogitantes eſtis. Neque.n. mereor: neque dignus, neque illo deterior ſum. Infelicem quidem eſſe me, ueſtra cauſa, cõfiteor. Quis.n. infelicem me eſſe neget, cui ad mala cætera id quoque accedit, ut cum Ariſtogitone me comparem, præſertim perditum

Reuocari ſe, non redeundi ſibi fieri poteſtatem cur poſtulet.

Ab Harpalo ſe accepiſſe negat.

Senatus autoritatẽ contemnendam.

Summæ miſeriæ eſt, bonum uirum in calamitate, cũ fortunato nebulone cõparari.

Excuſat uehe-mentiam ora-tionis. *Non iraſcen-dum ingratæ patriæ.* *Parentem, ſi æquus eſt, a-mes: ſi aliter, feras.*

cum incolumi? Necꝫ hęc iracundè à me dici putetis, necꝫ enim ego uobis iraſci queam: ſed ut ſuſpiria dolentibus, ſic affectis iniuria cõqueſtiones leuamenti aliquid afferre ſolent. Nã uobis quidẽ tam bene cupio, q̃ uos mihi optarim: & hoc in oĩbus reb⁹ & declaraui, & declarabo. Nã initiò ſtatim animũ induxi meum, quiſquis ad rẽpublicã acceſſerit, modò bonus ciuis eſſe uelit, eum ſic erga oẽs ciues affectũ eſſe decere, ut liberos erga parentes: ut eos q̃ æquiſsimos experiri optet. ſed qualeſcuncꝫ fuerint, ferat æquo animo. Ita.n. uinci p̃clarum eſt, & à prudentib⁹ uictoria conueniens exiſtimatur. Valete.

ADVERSVS THERAMENIS maledicta. Epiſtola quarta.

DEMOSTHENES SENATVI Populoqꝫ S.

Theramenis maledicta κατ' ἀποδίωξιν refutat. αἰσθάνεσθαί τι τῶν τοιούτων εὐλογώτερον ἦν, ἢ μὴ συνιέναι. *Attentionem captat.*

AVdio de me Theramenem cũ alia dixiſſe contumelioſa, tum uerò exprobraſſe calamitatem. Eũ igitur ignorare, conuicio, quo nulla eius in quem iacitur, probatur improbitas, apud homines cordatos nihil profici: non miror. Nam & in uita confidentẽ, & nõ natura ciuem, & à puero in proſtibulo educatum * neſcire hæc q̃ intelligere, facilius credi poteſt. Cum eo igitur, ſi quando rediero, & manſero incolumis, diſputare conabor de ipſius & in me & in uos cõtumelijs: eumq́ꝫ ſpero me, quanq̃ ab omni uerecundia alienũ, modeſtiorẽ eſſe ẽturũ. Vobis autẽ publici boni cauſa uolo per literas, quę hiſce de rebus dicenda habeo, ſignificare. Quæ uobis diligenter animaduertẽda ſunt, ut, mea quidem ſententia, non tantũ auſcultatione digna, ſed etiam memoria. Ego ueſtram urbem omnium urbium fortunatiſsimam exiſtimo, & dijs chariſsimam. Et hæc teſtari de uobis, & Iouẽ Dodonæum, & Dionen & Pythium Apollinem perpetuò, & obſignare inſuper, Bonam fortunã eſſe in urbe ueſtra. Iam quæ de futuris rebus ſignificant dij, ea eos p̃dicere perſpicuũ eſt: à præteritis autem petitas appellationes, rebus quæ factæ ſunt, tribuere. Ego autem quę apud uos egi in republica, ex ijs ſunt quæ iam præterierunt, ob quæ dij uos felices nominarunt. Quo igitur pacto æquũ

Crimen de infelicitate oraculis refutat.

Is qui ſuadet,

eſt,uos qui paruiſtis felices dici:eum uerò qui ſuaſit,con-
trarium cognomen ſortiri?Niſi quis hoc fortaſſe dixerit:
cõmunem felicitatẽ,cuius ego fui ſuaſor,deos eſſe qui no
minent,quibus mẽtiri nefas eſt: priuatũ autẽ conuicium,
quo in me uſus eſt Theramenes,hominẽ audacẽ, & ipu-
dentẽ, & rationis etiã expertẽ dixiſſe. Neq; uero ſolum è
deorũ oraculis,bonã eſſe,qua eſtis uſi,fortunã reperietis:
ſed ipſis etiã euẽtibus,modò rectè iudicare libeat,cõſide
ratis.Vos.n.ſi ut hoies,negotia cõſiderare uultis,felicisſi
mam è meis cõſilijs urbẽ eſſe factã reperietis.ſin,q̃ dij ſoli
eximia tenent,uos cõſequi poſtulatis:ea q̃ fieri nequeũt,
affectatis.Quid igitur dij eximium,hominib⁹ negatũ ha
bent?ut bona omnia in ſua manu & poteſtate teneant,
eaq; tum ſeruare ipſi,tum donare cęteris posſint:utq; ma
li nihil ab omni æuo uel pasſi,uel paſſuri ſint. Iã his iactis
fundamentis,ut decet:ueſtrũ ſtatũ conſiderate,& cũ cæ-
terorũ fortuna conferte. Nemo.n.ita uæcors eſt, qui uel
quæ Lacedæmonijs accidêre, quibus ego nihil conſului:
uel q̃ Perſis,ad quos ego nunquã perueni:pręſenti ueſtro
ſtatui dicat anteferẽda.Omitto Cappadoces,& Syros,
& Indicę regionis homines, in ultimis terris habitantes:
quibus omnibus uſu uenit, ut multa & acerba & grauia
ſuſtinerent. At Hercule felicius agi uobiſcum, q̃ cũ hiſce
omnibus,fatebunt̃ omnes: deterius autem q̃ cum Theſ-
ſalis,& Arcadibus,& Argiuis,& quibuſdã alijs,quibus
accidit ut Philippi ſocietatẽ colerent? Sed minore q̃ hi
ipſi etiam incõmodo receſsiſtis,non eò tantum,q nõ ſer-
uijſtis,quo quid maius fieri queat? ſed ob hoc etiam, q
iſtis omnib⁹,clades à Philippo illatæ Græcis,& oppreſ-
ſio libertatis,accepta ferũ. Vnde meritò in odio ſunt: uos
autem pro ſalute Gręcorum,& corpora & opes & urbẽ
& agros in diſcrimen adduxiſſe conſtat. Vnde conſenta
neum eſt,& uos florêre gloria,& apud homines æquos,
& gratos,gratiam iniſſe imortalem. Fuit igitur hic meo-
rum conſiliorum euentus,ut ueſtra urbs ex his quæ reſti-
terunt,proſperrima fortuna utatur: illis quæ Philippum
adiuuerunt,gloria præſtet.Proinde ob hæc dij uobis bo-
na illa oracula reddunt,ſed iniquum maledictum in con
uiciatoris caput retorquent. Quod ita intelligetur, ſi

& qui paret, eodẽ nomine honeſtandi.

Scomma.

Fœlicitatẽ Athenarũ experientia pbari.

Prærogatiua deorum.

Collatio fortunæ Athenienſium cũ fortuna cæterorũ.

προκατάλη-ψις etiã Græciæ proditoribus feliciores eſſe Athenienſes.

Seruitus.

Infamia.

Gloria.

Recriminatur flagitioſum Theramenẽ.

quis eius quotidianæ uitæ conſuetudinem ſpectare inſti tuerit. Nam quæ illi impreceris,ea ipſe de induſtria facit, q parẽtes odio,Pauſaniam pædiconem amore ꝑſequatꝰ: qui inſolenter ſe ut uirum iactet, atq; interim muliebria patiatur: patre ſuperior,turpitudine inferior:qui earꝰ rerum ꝓpter quas illum omnes auerſantur, obſcœna com memoratione ſuũ ipſe animũ oblectet:ĳſq́; narrandis re creetur,quæ nauſeam audientibus moueant. Neq; tñ,ut homo ſimplex atq; ingenuus,deſiſtere põt. Hæc ego non ſcripſiſſem,niſi cõmouere ueſtram,qua cõprehenſa latẽt eius flagitia,memoriã uoluiſſem. Nam quę dictu parum uerecunda ſunt, ea nec ſatis honeſtè ſcribi poſſunt. Atq; uel hæc uobis arbitror auditu fuiſſe moleſta. His.n.admonitus unuſqſq; ueſtrûm,multa eius & atrocia & fœda flagitia meminit. Fit igitur ut nec ego quicquam turpe dixerim,& ut iſte,quoties in publicum ꝓdierit,ſuarꝰ fœditatũ oĩbus monimentum exhibeat. Valete.

Etiam epiſtola uereri debet.

AD HERACLEODORVM

Epiſtola quinta.

DEMOSTHENES

Heracleodoro S.

Narratio & accepto nuncio.

QVæ mihi Menecrates nunciauit, ĳs ego nec tribuere fidem,nec abrogare poſſum. Dixit enim, Epitimum ab Arato & delatum,& abductum eſſe in carcerem: te uerò cauſam agere, & omnium eſſe acerrimum eius hoſtem. Te igitur per Iouem hoſpitalẽ omneſq́; deos obteſtor,ne quam mihi moleſtiam & dolorem parias. Præterq̃.n. ꝙ Epitimi ſalus mihi curæ eſt, & ꝙ,ſi quid ei accideret, magnum mihi ipſi malum dari uideretur,tuq́; eius calamitatis autor ei eſſes:puderet me etiam eorꝰ qui conſcĳ ſunt, qd ad omnes hoĩes de te dixerim,confiſus me uera loq,re non qdem è familiaribus congreſſibus comperta,ſed ꝙ te, & authoritate præditum,& eruditionem amplexum eſſe uidebam,eàm præ ſertim,quæ in ſchola Platonis traditur,quæ oĩno ab auaritia & uiolentia,cęteriſq́; callidis aucupĳs abhorret,ad ſummam aũt bonitatem & iuſtitiam omnia refert. Qua doctrina qui eruditus èſt,huic,ita me dij ament,non co-

Petitio ne amicũ oppugnet.

Prædicatio Demoſthenis.

Platonicæ philoſophiæ ſynceritas.

ſere ſimplicē ueritatem, & in omnes eſſe benefico, nefas eſſe duco. Quin illud etiam moleſtiſſimū mihi eſſet, magno beneuolentiæ erga te quaſi impetu concitatus, mutare ſententiam, ac alio in te eſſe animo cogerer. Quibus igitur in rebus me deſpectum & neglectum eſſe putem, etſi non dixero, eas tamē ita ſe habituras putato. Quòd ſi nos ideo contemnis, quod nondum è principibus ſumus, cogita te quoque olim adoleſcentem, & ea qua nos ætate modò ſumus, fuiſſe, & conſilijs atque actionibus tuis ad tantum faſtigium aſcendiſſe: id quod nobis etiam contingere poterit. Nam recta quidem uoluntas adeſt, cui ſi fortunæ benignitas ſuffragetur, res ipſa confici queat. Nihil autem melius collocari poteſt rectè tributo officio, quod & tu nobis præſtare debes, neque ab ullo prudente uel deterior exiſtimari, uel uinci uelis, ſed illos tute in tuam perducito ſententiam: itaq; te gerito, ut ne quid è pactis & conuentis noſtris deſideretur, utq; Epitimus periculis eripiatur & liberetur. Adero autem & ipſe eo tempore, quod tu tempeſtiuum eſſe dixeris. Id igitur mihi per literas ſignifica, uel etiam pro amicitia impera. Vale.

Beneuolētia.

Non contēnendus ſtrenuus adoleſcens.

Non imitādi, ſed corrigendi mali.

DEMOSTHENES SENA
tui populoq; S. *Epiſtola* VI.

REdditę ſunt ab Antiphilo literę ſenatui ſociorum, bona quidem expectare uolentibus, ſcriptę commodè, ſed Antipatri miniſtris multas & difficiles orationes relinquentes: qui acceptis ab Antipatro literis ad Dinarchum, Corinthum miſſis, omnes Peloponneſi urbes iis ſermonibus impleuerunt, quos in illorum capita conuertant dij. Cum uerò huc perueniſſet iſte qui nunc adeſt, cum meo tabellario, literas ferente à Polemæſto ad Epinicum fratrem, uirum ueſtri ſtudioſum, & mei amantem, atque ab illo ad me perductus eſſet: ego audito nuncio, eum ad uos mittendum cenſui, ut perſpicuè rebus omnibus quæ in caſtris acciderunt, ex eo qui tum prælio interfuit, auditis: & in præſentia bonis animis ſitis, & reliqua, dijs bene fortunantibus, talia fore, qualia uultis, expectetis. Valete.

De literis nūciatorijs.

Querela de ꝓditoribus.

De tabellario.

ARGVMENTVM FVNEBRIS ORATIONIS.

Athenienſes, cæteriq; Græci, Demoſthenis impulſi conſilijs, bellum Philippo regi Macedonum cum intuliſſent: magno ad Cheroneam Bæotiæ oppidum prælio ab eo ſuperati ſunt. Relatis igitur Athenas interfectorum cadaueribus, & publicè de more ſepultis, habita eſt in eorũ laudẽ oratio: cùm ut defunctis gratia referretur, & ꝓpinquorum luctus leuaretur: tum ut alij ciues ad patriã defendendã eſſent alacriores, laudabili ſanè inſtituto. Acceſsit illud ẽt, ut interfectorum parentes (ſi qui erant te nuiores.) dum uiuerent, et liberi uſq; ad uirilẽ ætatem, publicè alerentur, & armis donarentur. Potuit igitur eis eſſe dulce et decorum ꝓ patria mori, ut ait Horatius. Tametſi.n. patria oẽs omnium charitates cõplectitur, & ita de ciuibus meretur, ut ei gratia referenda potius ſit, quàm ab ea poſtulãdum ꝓmium, ſi quid in eã officij contuleris: tamen uidemus ꝓmijs et pœnis uulgus hominum moueri potiſsimũ. Ordo orationis hic eſt. Exorditur ab ἀδυνάτῳ, nõ poſſe fortiſsimos uiros ꝓ merito celebrari. et laudat morẽ Athenienſium. Deinde, quia priuatã interfectorum nobilitatẽ ꝓferre nõ poterat, publicã eis mutuatur, et in laudibus Atheniẽſium diutius (ut in ſterilibus argumentis πάλιν τὰ πάρεργα τῶν ἔργων eſſe ſolent, id qđ te in Iſocratico Helenæ encomio annotauimus) immoratus, tanquã nouo exordio cõciliatis ſibi auditorum animis, occiſos laudat ab educatione, q̃ puerilia ſtudia cõplectitur: à prudentia, à fortitudine, in qua cladem acceptã partim in fortunam, partim in uictoris fortitudinẽ, partim in Thebanorum ignauiã transfert. Pòſt cauſas, quibus ad fortitudinem excitati ſint, refert: unã cõmunem: populare imperium: alterã priuatam, exempla eorum à quibus ſingulis tribubus impoſita cognomina ſunt. In fine conſolationibus additis, orationem cõcludit. quã Libanius Demoſthenis eſſe negat, πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα, hoc eſt, ut uilem et imbecillẽ omnino. Extat eiuſdem argumenti, Platonis Menexenus, ſeu ἐπιτάφιος, lectu digniſsimus, uel propter collationem.

DEMOSTHENIS ORATIO FVNEBRIS.

Eos qui pro patriæ defenſione occumbere non dubitant, non ſatis poſſe laudari.

Quia uiris hiſce, qui in hoc monimẽto cõditi ſunt, ꝙ in bello ſtrenuè ſe geſſerũt, publicũ funus à ſenatu ꝑpłoq; decretũ fuit, mihiq; mandatũ, ut ꝓ more orõnem de eis haberẽ: ſtatim cogitaui, qua rõne ꝓ merito laudari poſſent. Re aũt ſuſcepta, & meditata, ꝓ defunctorꝝ dignitate uerba fieri poſſe à nemine deprehẽdi. Qui.n. à natura ingeneratũ oĩbus uiuendi deſiderium

aſpernati ſunt, & occũbere honeſtè, q̃ afflictam Græciæ fortunã uiuentes cernere maluerũt: an non eã ſuæ uirtutis memoriã reliquere, quã nulla ſupare poſſit o͞ro? Qđ cũ ita ſit, tñ ut alij fecerunt hactenus, ita & mihi differendũ hic eſſe reor. Quantũ igit̃ ciuitas eoꝝ ſtudium habeat, q in bellis occũbunt: cũ cęteris è rebus ꝓſpicitur, tum uerò ex hac lege potiſſimum, qua qui ad publicas ſepulturas o͞ronem hẽa, deligi ſolet. Non ignara.n. p̃ſtantes uiros nec de parandis opibus, nec ꝑfruendis uitę uoluptatibus magnopere laborare, ſed eoꝝ omne deſiderium in uirtute & laudibus acqeſcere: o͞ronibus ijs, quę illis ea p̃ſtarẽt maximè, ornandos cenſuit, ut quã ipſi gloriam uiuentes adepti eſſent, ea defunctis ẽt redderet̃. Ac ſi, quantum ad uirtutẽ attinet, ſolam in eis fuiſſe fortitudinem uiderẽ, ea collaudata, finẽ dicendi facerem. Cũ uerò eis cõtigerit, ut & p̃clarè nati, & iſtituti ſint liberal̃r, & in uita glorię ſtuduerint qbus rebus factũ eſt, ut merito uirtutem colerẽt: hoꝝ aliqd prætcrire ſine pudore nõ poſſum. Ordiar aũt a generis eoꝝ primordio. Hoꝝ.n. uiroꝝ nobilitas, uel ſeculoꝝ cõſenſu, apud oẽs hoĩes inſignis eſt. Nec.n. ad patrem duntaxat & maiores, uiritim referre ortum ſuũ qſq; põt: ſed in genere, ad totam patriã, cuius indigenæ ſunt extra cõtrouerſiam. Soli.n. mortalium oĩum eam terrã, è qua nati ſunt, coluerunt, poſteriſq; tradiderunt: ut qui in colonias peregrè aduenerunt, earũq; ciues noĩantur: iure cũ adoptiuis filijs cõparent̃: hi uero genuino patriæ partu ciues ſint hñdi. Ac, mea qdem ſñia, illud etiã, q fruges apud nos primos extiterunt, pręterq; q ſummum eſt in omnes bñficium, indubitabile ſignum etiam eſt, terram hanc genitricem eſſe maiorum noſtrorũ. Sic enim natura comparatum eſt, ut quæcunq; pariunt, eadem etiam uictum & alimoniã è ſe genitis ſuppeditẽt, id quod hæc regio fecit. Quæ igitur ad natales attinent, ea hi uiri talia à maioribus ab omni æuo acceperũt. Quæ uero ſunt fortitudinis cęterarumq; uirtutum, oĩa qdem referre ſuperſedeo, ueritus ne mihi æquo ꝓlixior naſcatur oratio. Sed quæ & ſcientibus utilia recordatu, & ignaris pulcherrima auditu, & ut admiratione plena ſunt, ſic prolixitate moleſtiam non pariunt; ea ſummatim perſtringere co-

Funebrium orationum utilitas.

Cicero: *Trahimur oẽs laudis ſtudio, & optimus quiſque maximè gloria ducit.*

Propoſitio con generic laudum continens.

1 *Nobilitas Athenienſiũ.*

αὐτόχθονες. *Indigenæ.*

Frugum inuẽtio ſignum antiquitatis Athenienſium.

ἀποδεικτικ *attentioni ſeruiens.*

2 *Fortitudo Atheniẽſium & iuſtitia.*

nabor. Nam tpis atq; ætatis huius maiores, & patres, & ij quorum appellationes altius aſcendunt, per quas in familijs agnoſcunt: nemini unquam uel Barbaro uel Græco iniuriam fecerunt. Sed preter ceteras, hac quoq; laude floruerunt, ut & præſtãtes uiri, & oium iuſtiſſimi haberentur: Propulſanda aũt ui, multa & pclara facinora ediderũt. Nam & Amazonum exercitum huc progreſſum, ita uicerunt, ut eum ultra Phaſidem exterminarent: & Eumolpi multorumq; aliorum exercitus, non è ſua modò, ſed etiã cæterorum Græcorum ditione pfligarunt. Quos q ſupra nos ad occidentem habitant, omnes nec ſuſtinere, nec phibere potuerunt. Quin & liberorum Herculis, eius qui cæteris ſalutem dabat, ſeruatores noiati ſunt, cum illi in hanc terrã ſupplices Euryſtheum fugitantes, ueniſſent: & præter hæc oia, multaq; alia & preclara facinora, iura defunctorum uiolari non ſiuerunt: cũ ſeptem illos, qui in expeditione Thebana ceciderant, humari Creon phiberet. Ac eorum quæ à poetis decantata ſunt, omiſſis plurimis, horum feci mentionem: quæ ſingula tam uberẽ, tam honeſtã dicendi materiã ſuppeditãt, ut & aſtrictæ numeris orõnis artifices, & cantionum autores, & multi rerum geſtarum ſcriptores, illorum factis ornãdis, ingenia doctrinamq; ſuã oſtentarint. Quæ uerò dignitate rerum, nihilo illis deteriora, ſed qa eorum memoria recentior eſt, nondum à Poetis occupata, nec in Heroum illũ ordinẽ, relata ſunt, ea iam dicã. Illi igitur copias ex uniuerſa Aſia collectas, ſoli bis terra mariq; profligarunt, priuatiſq; ſuis periculis, cõmunem Græcis oibus ſalutem attulerunt. Qd uerò iam dicam, quanquam id prius & ab aliis eſt expoſitum, ſed tñ ne nunc quidem iuſta & conuenienti laude fraudari uiros illos decet: Qui quanto præſtitiſſe Troiæ oppugnatoribus iure putãdi ſint, ex eo apparet, q illi ex uniuerſa Grecia delecti optimates decennium, unam Aſie urbem obſeſſam, uix ceperunt. Hi uerò ex uniuerſo Perſarum regis imperio huc pfectum exercitum, qui cetera oia pſtrauerat, ſoli non modò repulerunt, ſed iniuriarum ẽt cæteris factarum pœnas ab eo exegerunt. Craſſationibus item Græcorum inter ſe mutuis obſiſtẽtes, omnia quæ incidére pericula, ſubierunt, à qua parte ius & equum ſtaret, cũ illa ſe coniungentes,

AmaZones. *Eumolpus.* *Euryſtheus.* *Adraſtus.* *Exaggeratio cum tranſitione à fabuloſis ad hiſtorica.* *Perſæ bis profligati ab Athenienſibus.* *Amplificatio p collationẽ cũ Troiæ oppugnatoribus.*

iungentes, donec ad pñtem ætatem ſeries tp̃is nos perduxit. Nemo aũt putet, me, ꝙ non haberem quæ de ſingulis hoꝝ dici poſſent, has res geſtas enumeraſſe. Nam ſi eſſem ad orõnem inueniendã oĩum minimè paratus: illoꝝ tñ uirtus ipſa, illuſtria multa ſuppeditat, quæ & in promptu ſunt, & explicari facile pñt. Sed mihi ꝓpoſitum eſt nobilitatis, rerumq́ꝫ maximaꝝ facta mentione, q̃ꝫ celerrimè coniungere orõnem, cum rebus hoꝝ geſtis, ut quemadmodũ cognati natura fuerunt, ſic ẽt cõmunibus à me laudibus celebrentur. qđ exiſtimo, gratiſſimum ẽt illis, ac potius utriſq; eſſe futuꝝ, ſi inter ſe nõ natura tantum, ſed laudibus ẽt, uirtute ſua ex æquo fruantur. Neceſſe aũt eſt, ut anteq̃ꝫ hoꝝ uiroꝝ facinora cõmemoro, aliq̃d interponam orõni meæ, & ab eis qui defunctis alieni, in funus ꝓdierunt, beneuolentiã petam. Nam ſi mihi id muneris eſſet datum, ut ſepulturã uel magnificentia ſumptuum, uel aliquo ſpectaculo equeſtriũ gymnicorum'ue certaminũ adornarẽ: quo ſtudioſius & liberalius ea inſtruxiſſem, eo magis functus eſſe uiderer officio. Sed cũ hæ mihi partes attributę ſint, ut hoſce uiros uerbis ornẽ: niſi auditoꝝ ſtudia mihi ſuffragentur, uereor, ne quo maiorem adhibuero diligentiã, eo minus uoti compos fiam. Nam & diuitiæ, & uelocitas, & uires, & quæ ſunt eius generis alia, uberes ſuis poſſeſſoribus fructus ſuppeditant, nec alienis adminiculis egent, atq; per ſe ipſa excellũt in his q̃bus adſunt, tametſi alius nemo uelit. At lepos orõnis, audientium ẽt ſtudia req̃rit. Quoꝝ ope quãuis ea mediocriter explicata fuerit, & gloriam cõciliat, & gratiam adiungit. Sin ĳs deſtituiť, tametſi ſuauitate excellat, faſtidium tñ parit auditoribus. Cum aũt hi multa geſſerint, ꝑp quæ iurè laudentur: tñ ubi res ipſas peruentũ eſt, dubito q̃d primùm dicã. Quia.n. uno eodemq́ꝫ tp̃e oĩa mihi ſeſe ingerũt, fit ut ſtatuere non poſſim, q̃d cui ſit prę ferendum. Sed dabo tñ operam, qui uitę illoꝝ ordo fuit, eundem & oratio mea ut ſeruet. Nam hi ſtatim in oĩbus puerilis ætatis ſtudĳs, fuêre illuſtres, exercendis ĳs quæ quãq; ætatẽ decerent: ĳſq́ꝫ placuerunt, q̃bus par eſt, parentibus, amicis, ꝓpinquis. Quaꝝ rerum tanq̃ꝫ ueſtigia nunc agnoſcens cognatoꝝ atq; amicoꝝ memoria, ſin-

Occupatione ꝓ lixiorẽ de maioribus narrationem excuſat.

In quãta inopia quantã copiã ſimulat.

Nouo exordio beneuolentiã captat.

Exaggeratio difficultatis ꝑ collationem.

Oratio ſine ſtudĳs auditorum friget.

Dubitatione ſe obrui copia fingit.

Nunc tandem ꝓprias defunctorũ laudes aggreditur.

Puerilis ætatis exercitationes.

Digitized by Google

gulis horis eoꝝ deſiderio ardeſcit, multis ſubinde monimentis illarum laudũ, q̄bus illi præſtitere, occurrẽtibus.

a Virilis ætatis actiones. *Prudentia.* *Fortitudo.*

Poſtquã uerò ad uirilẽ ætatem puenerũt, non apud ciues tñ, ſed ẽt apud homines uniuerſos ingenij ſui pſtantiam illuſtrarunt. Eſt.n. eſt uniuerſæ uirtutis, ut ſapientia principium, ſic fortitudo pfectio: & ut illa q̃ agenda ſint decernit, ita hæc ea tuetur: quarꝫ utraq; hi multũ excelluerunt. Nam & ſi quod cõe Græcis omnibus periculũ ingruebat, hi primi puiderunt, & ſæpe oẽs ad defenſionẽ exhortati ſunt, id quod eſt animi prudentis ſignum. & cum Græcoꝝ partim ignorantia, partim ignauia, dum impendentia mala cauere ſine periculo licuiſſet, uel non puideret, uel diſsimularet: tñ ut paruerunt, officioq́; fungi uoluerunt, abiecta iniuriarũ memoria, duces ſeſe profeſsi, præſtitisq́; alacriter omnibus, exhibitisq́; & corporibus, & pecunijs, & ſocijs, belli diſcrimen adierunt, in quo nec uitæ ſuæ pepercerunt.

Prælium. *παράδοξον* *Cæſos in prælijs inter uictores numerandos.*

Cum aũt prælium committitur, neceſſariò euenit, ut alij ſuccũbant, alij uincãt. Dicere autẽ non dubitem, uideri mihi eos qui utrinq; in acie occubuerint, tum cladis acceptæ expertes, tũ pariter utroſq; uictores eſſe. Nam inter uiuentes, eoꝝ eſſe uictoria ducitur, quibus à dijs conceditˀ. Quod autẽ ad eã obtinendam requirebatur à ſingulis, id, qſquis ſeruauit ordines, pſtitit.

Exaggeratio ab euentis. *Defunctis Attica incolumitas accepta ferenda.*

Qui ſi homo natus, fato conceſsit, perpeſſus id eſt qđ fortunæ uiſum fuit, hoſtibus aũt animo non ſuccubuit. Quinetiam exiſtimo, quo minus hoſtes regionem noſtrã inuaſerint, pter aduerſarioꝝ ſocordiam, horum uirtutem fuiſſe cauſam. Nam qui tum illic conflixerant, uiritim periculo facto, denuò Martis aleam cũ illorum cognatis expiri noluerunt: exiſtimantes, fore ut ingenijs ſimilibus occurrerent: ſed nõ eſſe facile ſimilẽ denuò fortunam adipiſci.

Pacis conditiones.

Quod ita eſſe, uel maximè factæ etiam pacis conditiones oſtendunt. Nec.n. dici poteſt cauſa ulla uel uerior, uel honeſtior, cur aduerſarioꝝ dominus defunctorum neceſſarijs amicus fieri, q̃ denuò de ſumma rerum dimicare maluerit, q̃ uirtutis eorum admiratio.

Hoſtium confeſsio.

Arbitror autem, ſi quis eos ipſos qui in acie ſteterunt, roget, utrum exiſtiment, ſe ſuapte uirtute, an inſperata & impotenti Fortuna rẽ bene geſsiſſe, ſuiq́; im-

peratoris peritia, & audacia, & animoſitate: neminē ita uel impudentē, uel confidentē fore, q res geſtas ſibi uēdicet. Quarū igit̄ rerū Fortuna oīum domina, euentū ſuo arbitratu gubernauit: in ĳs cęteroꝝ nulli ꝓrſus, cū qdem hoīes fuerint, ignauiæ ſunt accuſandi. Quo'd aūt aduerſarioꝝ impator, eos q cōtra ipſum in acie ſteterūt, ſuperauit, neq; hoſtiū, neq; noſtræ multitudini eſt tribuendū. Et ut maximè quiſquā hoīum ſit, cui iurè id imputet̄, accuſandi erūt ex Thebanis ĳs q contra illū ſtetere, non multitudo, uel noſtra, uel illoꝝ: qui nacti copias animis ꝓditas inuictis, & ad nutū paratas, gloriæq́; cupiditate flagrantes, haꝝ commoditatū nulla rectè uſi ſunt. Ac de cæteris pro animi ſui ſnīa, ut ſtatuat quiſq; licet. illud uero' toti mortaliū generi declaratū eſt, totius Græciæ libertatem in hoꝝ uiroꝝ animis ſitam fuiſſe. Certè, his fato ſublatis, cęteroꝝ nemo reſtitit. abſit inuidia dicto. Ac ſi quis dicat horum uirorum uirtutem Græciæ fuiſſe animam, is uerum dicere mihi uidebitur. Nam ſimul & horum ſpūs corpora ſua reliquerunt, & Græcię ſublata eſt autoritas. Etſi autem rem immodicè fortaſsis exaggerare uidebimur, dicendū tn̄ eſt. ut enim, ſi quis ex hoc mundo in quo degimus, lumē tollat, inamœna & moleſta reliqua omnis uita ſit futura: ſic uiris hiſce interceptis, in tenebras, & magnā ignominiā omnia ueterum Græcoꝝ decora conciderunt. Cū hi autem multis de cauſis non immerito' eſſent tales, propter reipublicæ formam potiſſimum uiri uirtute præſtantes extiterunt. Nā imperia q̄ paucoꝝ autoritate reguntur, terrorē illa qdem incutiūt ciuibus: uerecundiā aūt in eis excitare non poſſunt. Quoties igit̄ belli diſcrimē ingruit, quà quiſq; pōt, fuga elabitur: non ignarus, ſi dn̄os uel muneribꝰ uel alĳs obſequĳs quibuſcunq; delinierit: etſi ſe geſſerit oīum flagitioſiſsimè, paruo id ſibi dedecori futurū in poſterū. At populi poteſtas, cū alia multa habet, & pulchra, & iuſta, q̄ homini cordato tuēda ſunt: tū uerò libertas in loquēdo ueritate nixa, ratione cohiberi nulla pōt, quo minus uera crimina obiectet. Qui.n. flagitium fecerūt, ĳ nec omnes placare poſſunt, nec ab eo ſolum qui uerum probrum obĳcit, cruciantur. Sed qui nollēt ipſi maledicere, alium

Accuſatio Thebanorum

Defuncti libertatis Græciæ aſſertores.

Anima Græciæ.

Sol Græciæ.

Cauſam uirtutis ciuiū aſcribit Athenienſi reipublicæ, per digreſsionem & collationem.

Oligarchiæ.

Democratiæ.

maledicentē libenter audiunt. Quę oēs haud iniuria me
tuentes, ſecuturæ ignominiæ uerecundia & imminēs ab
aduerſarijs piculū fortiter ſuſtinuerūt, & honeſtū obitū
ignominioſæ uitę ꝑtulerūt. Ac q̄ hos uiros cauſæ cōiter
impulerint, ut ꝑclaré uellēt occūbere, dictū eſt: natales,
educatio, bonoꝶ ſtudioꝶ conſuetudo, & q̄ fundamen-
ti inſtar eſt, totius reipub. forma & conſtitutio. Quæ ue
rò tributim ad fortitudinē ſingulos hortata ſint, ea iā di-
Tranſitio ad cauſarū quæ tributim quoſque ad uirtutem cohortatæ ſint, explicationem. cam. Meminerant Erechthidę oēs, eū à quo cognominā
tur Erechtheū, pro patrij regni incolumitate ſuas filias,
quas Hyacinthidas uocāt, manifeſto exitio pituras, ob
tuliſſe. Turpe igiť ducebāt, cū is à dijs immortalibꝰ ꝓgnā
tus, ad liberandā patriā feciſſet oia, ſe cōmittere ut mor
tale corpus pluris facerēt, ꝙ gloriā immortalē. Nō igno
rabant Aegidæ Theſeū Aegei filiū, par æquumq́ ius in
1 *Erechtidæ.* ciuitate inſtituiſſe; nō cōmittendū igiť putabant, ut eius
2 *Aegidæ.* inſtitutum ꝑderent, & mori præoptabāt potius, ꝙ ad-
mittere ut oppreſſa libertate, ſua apud Græcos oppro-
3 *Pandionidæ* brio ſibi eſſet uiuēdi cupiditas. Acceperant Pādionidæ,
ꝙ acriter Progne & Philomela illatā ſibi à Tereo con-
tumeliā ultę eſſent. Vitā igiť ſibi acerbā eſſe putabant, ni
ſi pari cum illis iracundia, ut cognatos eaꝶ decebat, in
4 *Leontidæ,* eos q Græciæ contumelioſè inſultabant, exarſiſſent. Au
dierant Leontidæ, Leocoras ēt à Poetis celebrari, ꝙ ſe
uictimam ciuibus pro patria obtuliſſent. Cum igitur ea
rū mulierū tanta fuiſſet animi magnitudo, nefas eſſe pu-
tabant, ſe, qui uiri eſſent, illis deteriores uideri. Memine-
5 *Acamantidæ.* rant Acamantidæ Homericoꝶ uerſuum, quibus Poeta
propter matrem Phædram, Acamantem ad Troiam eſ
ſe profectum affirmat. Is igitur nullū periculū detrecta-
bat, ut tueretur matrem ſuam: hi uerò cū non modò pa-
rentes, ſed omnes etiam neceſſarij & amici eſſent defen
dendi, ullum'ne detrectare diſcrimen potuiſſent? Non la
6 *Oenidæ.* tebat Oenidas, Cadmo natam Semelem: huius uerò eū
eſſe filium, quem in hoc nominari funere dedecet: eoq́
prognatū Oeneum, qui princeps ipſorum uocaretur. &
quia utriq; urbi cōmune periculum ingruebat, pro utra-
que ad extremum uſq; ſpiritum depugnandū exiſtima-
7 *Cecropidæ.* bant. Sciebant Cecropidę, principem ſuū partim Draco

nem, partim hominem eſſe dici: non aliunde certè, niſi q̄ prudentia homini, robore draconi conferretur: illis igitꝰ rebus digna facinora ſibi edenda eſſe exiſtimabant. Meminerant Hippothoontidæ nuptiarꝫ Alopes, è quibus ortus eſſet Hippothoon, quem ſuũ eſſe principẽ norãt. Quarum ego rerũ (ut decorꝫ huius temporis obſeruem) perſpicuam explicationẽ p̄tereo. Proinde digna his gerenda ſibi eſſe putabant. Nõ latebat Aiacidas, Aiacem erepto p̄mio, ſibi non eſſe uiuendũ putaſſe. Cum igitꝰ alteri Fortuna principatum, gloriamq́; deferret: tum ulciſcẽdis hoſtibus, moriendũ ſibi cenſebant, ut ne q̄d ſe indignum admitterent. Non exciderat Antiochidis, Antiochum Herculis fuiſſe filiũ. Viuendum igitꝰ ſibi aut pro dignitate à maioribus acceptæ gloriæ, aut honeſta morte occumbendũ putauerũt. Horꝫ igitur domeſtici ſuperſtites, talibus orbati uiris, ſunt miſerabiles, à conſuetudine & diuturna & ſuaui diuulſi. Eſt & patriȩ cõditio lachrymarum et luctus plena. At illi iure in beatis habẽdi ſunt, primũ qui exiguo tp̄e, longã & duraturã in omne æuũ gloriam cõmutarint, in qua ipſorꝫ & liberi celebres educabuntur, & parentes in ſenectute conſpicui alẽtur, gloria filiorꝫ ſe in luctu conſolaturi. Deinde nec morbis affecta corpora, & aĩos ȩgritudinis expertes hñt, qua qui uiuunt, propter aduerſum caſum, acceptamq́; cladẽ, cõflictantur: magnoq́; cũ honore, et inſigni gloria, iuſta eis perſoluũtur. Nã q̄ & ab uniuerſa patria ſepeliunt publicé, & nõ modò à cognatis, & ciuibus, ſed ẽt à tota, quæ q̄dem ita nominãda ſit, Græcia deſiderantꝰ, & à maxima terræ habitabilis parte lugentꝰ: nõne hi beati ſunt iudicãdi? quos aſſeſſores eſſe infernis dĳs iurè dixeris, eademq́; eſſe cõditione, qua ueteres illos bonos et p̄ſtantes uiros in Inſulis fortunatis. Nã ne de illis q̄dẽ quiſq́; q̄ uiderit, hȩc renũciauit. Sed quos uiuẽtes huius noſtri ſup̄ni orbis dignamur honoribus, eos illic ẽt quodã animi p̄ſagio conſimiles honores adipiſci arbitramur. Ac p̄ſentẽ orõne leuare mœſtitiã, eſt id q̄dem fortaſſe difficile: faciundum tamen periculũ eſt, & animus ad iucundiora traducẽdus. Tales.n. uiros q̄ genuerũt, & è talibus alĳs ipſi orti ſunt, eos p̄clarũ eſt aduerſas rȩs pulchriꝰ cæteris poſſe

8 *Hippothoontidæ.*

9 *Aiacidæ.*

10 *Antiochidæ.*

Cõmiſeratio propinquorũ.

Cõſolationes.

1 *Gloria.*

2 *Vacuitas doloris.*

3 *Beatitũdo.*

Opiniones de campo Elyſio unde natæ.

4 *Moderatio doloris laudabilis.* ferre, & in utraq; fortuna uultu eodẽ cõſpici. Quę cũ illis maximo & honori fuerint & ornamẽto, tũ toti ciuitati, & uiuẽtib⁹, maximã attulerint celebritatẽ. Graue eſt ma-

ἀντιπαραγωγή. qua dolori gloriam opponit. tri & patri orbari liberis, & cõiunctiſſimis ſuę ſenectutis priuari altoribus: ſed p̃clarũ eſt, honores p̃cipuos, & monimẽtũ uirtutis eoſdẽ publicè adeptos cõſpicere, ſacriſq; & certaminib⁹ dignatos imortalibus. Moleſtũ ẽ liberis amiſiſſe p̃res: ſed p̃clarũ eſt, p̃rñ cõſequi glorię hęreditatem.

5 *Collatio cauſarum.* *Clauſula.* Ac triſtitiæ q̃dẽ huius fortunam eſſe cauſam reperiemus, cui hoĩes natos cedere, ac parêre neceſſe eſt: at honoris & decoris, eorum qui honeſtè oppetere uoluerũt, inſtitutũ. Mihi q̃dem non multa, ſed uera dicere propoſitum fuit. Vos autẽ finito luctu, ut fas iuſq; eſt, abitote.

ORATIO (QVAM LIBANIVS DEMOſthenis eſſe negat, πολὺ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολειπόμενον, *hoc eſt, ut multo lãguidiorẽ quã illius uehemẽtia ferat) amatoria,* [redacted] *interprete,*

Argumẽtum orationis & cõmendatio. AGe, age, q̃m audire uis, oſtendã tibi or̃onẽ, & legã: ſed cõſiliũ tibi eſt in primis intelligendũ, eius qui hãc orationẽ cõpoſuit. Is Epicratem, quẽ in-

Epicrates. ter multos, & formoſos, & bonę idolis adoleſcẽtes nr̃ę urbis eſſe ſuauiſſimũ, & ęqualibus ingenio magis q̃ forma antecellere putabat, laudare inſtituit. Cũ aũt uideret

Verecũndia amatoria ſcripta pleraq;, ĩis quos celebrãt, ut ĩgenuę dicã, ignominię potius eſſe q̃ honorifica, id ne ſibi uſu ueniret, cauit: et q̃d ſe aĩo ſuo p̃ſuaſum hr̃e aſſerit, idem ẽt ſcripſit: amatorẽ ingenuũ neq; facturũ turpe q̃cq̃, neq; petiturũ. Q̃d igit̃ in or̃one maximè amatoriũ deprehẽdas, id

Præceptiones. in hoc genere uerſat̃. Reliqua, partim ad ipſius adoleſcẽtis cõmendationem p̃tinent, partim de liberalibus diſciplinis, uitęq; gñe conſtituendo p̃cipiunt. Hęc aũt oĩa ſic ſcripta ſunt, quẽadmodum in monimenta literarũ referri

Genũs dictionis. ſolent. Nam ut or̃ones quæ p̃nunciantur, ſimplici & extp̃ali ſermonis genere texi debent: ita quas ad poſterorum peruenire memoriã uelis, poematis inſtar elaboratas, & exquiſitum in modum perpolitas eſſe decet. Illas

ἀπόδειξις. enim p̃babiles, has magnificas eſſe oportet. Ne uerò extra cãm ubi fabulas narrẽ, néue q̃d de ea ſentiã, ipſe cõ-

memorem: ſic auſculta, ut ipſam orationem iam auditurus, q̃n ipſe adeſt, quẽ auditorẽ eſſe uolui, Epicrates. Cũ uiderem nõnullos eorũ qui amant, & forma ſunt ornati, neutra felicitatũ harũ rectè uti, ſed ut oris decorẽ laudi ſibi ducere, ſic amatorũ familiaritatẽ auerſari, atq; in iudicando adeò nõ intelligere optima q̃ ſint, ut propter eos qui hac re flagitioſè abutuntur, illis etiã ſint iniqui, q̃ modeſtã, caſtamq́ cõſuetudinẽ eorũ expetunt: eos ego non ſibimetipſis tantũ malè cõſulere, ſed aliorũ etiam familiaritates deprauare, illorumq́ amentiam & deſperationẽ prudentibus nõ eſſe imitandã, exiſtimaui. p̃ſertim ſi conſiderent, cũ res ipſæ nec honeſtæ, nec flagitioſę p ſeſe ſint, ſed pro ratione utentium plurimũ uarient: temeritatis eſſe, uno, eodemq́ de utriſq; modo ſtatuere. Deinde, oĩum eſſe abſurdiſsimũ iudico, eos admirari, qui plurimos, & conſtantiſsimos amicos habeant: amatores autẽ improbare, quibus ſolis, nec ĳs tamẽ oĩbus, ſed bonis & modeſtis duntaxat, amaſiorũ animi ſic cõciliari ſolent ac dedi, ut eorũ eſſe proprĳ uideantur. Iam illos qui nullius talis amicitiæ felicem euentũ uiderunt, aut ſemetipſos tam incontinentes eſſe ſciunt, ut modeſtam cũ familiaribus habere cõſuetudinem nequeant, ita ſentire: fortaſſe nihil miri eſt. Qui autẽ eodẽ, quo tu, ſunt animo, & cõditione, & nec prorſus ignorant, quantæ neceſsitudines per amorẽ, abſq; infamia ſint auctæ, & reliquũ uitæ tẽpus ſuũ cum uerecundia tranſegerunt: in eos ne ſuſpicio quidem cadit ullius turpitudinis. Quo magis etiam ad hanc ſcribendã orationem ſum incitatus, q, duas res pulcherrimas conſequi me poſſe animaduertebam. Nam tum bonis tuis cõmemorandis, ſimul & te felicem: & me, qui te talem diligam, non uæcordem eſſe oſtenſurum cõfido: tum ſuadendis ĳs, quæ in primis neceſſaria ſunt, & beneuolentię meę ſpecimen, & mutuæ amicitiæ occaſionẽ allaturum.

Flagitioſum amorẽ ab honeſto eſſe diſtinguendũ.

Rerum bonitas ab uſu pendens.

Amicitia ex amore.

Conſilium autoris.

Tametſi autem me haud latet q; difficile ſit, & indolem tuã pro dignitate celebrare, & multo etiã eſſe periculoſius, dare cõſilium, cũ monitori euentus cõſilĳ p̃ſtandus ſit: decêre tamẽ exiſtimo, ut & hi qui iure laudantur, ueritatis excellentia laudantium facundiã ſuperent, & in dãdo conſilio ſpero me nõ aberraturum. Scio.n. ſtultos, &

Captatio attẽtionis et beneuolentiæ.

Bonis ingeniĳs minori periculo conſulitur.

intemperantia prorſus deprauatos, nulla etiã ſapientiſſima, rectiſſimaq; cõſilia probè exequi: per eos uerò, q uitã ſuã prudẽter & innocẽter inſtituũt, nec uel mediocriter cogitata fruſtrari ſolere. Hac igit̃ ſpe fretus, ad orationẽ aggredior. Arbitror aũt oẽs mihi eſſe aſſenſuros, hanc ętatẽ decêre maximè, & pulchritudinẽ aſpectus, & modeſtiã animi, & fortitudinẽ utriuſq;, & perpetuã orationis ſuauitatẽ. E' qbus ea q̃ naturæ ſunt, ita tibi p̃clara, fortuna largita eſt, ut omnes te ſuſpiciant, & admirentur: reliqua ipſe tuápte cura eò perduxiſti, ut nemo ſanus te reprehendat. Oportet autẽ eũ qui maximas laudes mereatur, & dijs charũ uideri: & hoib⁹, partim ꝓpter ſemetipſum, partim ꝓpter fortunã, admirationi eſſe. Ac in uniuerſum de plurimis tuis ad uirtutem adiumentis, plura deinceps narrari conueniet. Quas uerò ſingulatim laudes referre poſſum, eas ut uerè exponã, operã dabo. Primũ autẽ eam laudare incipiam, quã uidentib⁹ oĩbus primũ cognoſcere licet, tuam pulchritudinẽ, eiuſq; colorẽ, è quo & membra, & totũ corpus elucet: cui quã conuenientẽ ſimilitudinem adhibeam, cũ cõſidero, inuenio nullam: ſed in mẽtem mihi uenit, rogandos eſſe lectores huius orationis, ut ipſi te ſpectent & contẽplentur, ut uenia mihi detur, nihil tibi ſimile adferenti. Cum qua.n.id mortalium rerũ cõparetur, quod ĩmortale aſpicientibus deſiderium parit? quod aſpectu ſui non ſatiat? quod cũ remotũ eſt, animis obuerſatur? quod diuinã obtinet in corpore humano dignitatem? ut floridum elegantia uenuſtatis, ita omnis ſuſpicionis expers? Iam nec illa in facie tua culpari queunt, q̃ multis pulchritudine p̃ditis acciderunt, ut uel ob corporis ignauiam, uniuerſa eoꝝ elegãtia turbaretur: uel ꝑꝑ calamitatem aliquam, etiã reliqua p ſe p̃clara, minus placerent: quarũ reprehenſionũ omniũ tuã faciem expertẽ eſſe reperiemus. Tãta.n. cura quiſquis ille deoꝝ fuit, qui formã tibi largitus eſt, oẽs huiuſmodi labes cauit, ut nihil uituperatione dignũ, ſuſpicienda in te plurima effecerit. Nam cum in his q̃ aſpectu ſentiuntur, maximè facies emineat, atq; in hac ipſa oculi, magis etiam in his ſuã erga te beneuolentiam numẽ oſtendit. Non.n. eos ad uſus duntaxat neceſſarios, idoneos præbuit, ſed cũ quorundã

Pulchritudo. *Modeſtia.* *Fortitudo.* *Eloquentia.*

Dijs charus.

Pulchritudo ex aſpectu rectius quàm lectione cognoſcitur.

Forma omnis criminis expers.

Si pro ῥαθυμίαν legas ἀῤῥυθμίαν, ut ego legendum cẽſeo: pro ignauia repone, in decoram cõpagem, uel geſtum, motum, ac ſtatum, corporis indecentem.

uirtus uix ex actionibus appareat:mores tuos probatiſsimos per uiſus indicia declarauit,qui ſis & humanus aſpectu, & magnificus,& grauis in uitæ conſuetudine,id qđ in primis admirére. Nam cũ aliorꝫ comitas in humilitatis,grauitas in faſtus opinionem incurrat,cumq; ijdem ut propter fortitudinẽ temerarij,ſic ꝑpter mãſuetudinẽ inertes uideantur:tot res inter ſe contrarias nacta fortuna,ita uti par eſt, omnia cõſentientia ſecũ effecit,quaſi uotum abſolueret,aut exẽplum alijs oſtendere uellet,non quaſi mortalem pro more ſuo naturã cõſtitueret. Quòd ſi tuã pulchritudinẽ aſſequi dicendo liceret, aut unũ hoc in te laudandũ eſſet,nihil in hoc tui celebrãdi propoſito è tuis dotibus prætereundũ uideretur. Nunc uereor,ne auditores defatigemus, ut minus alacriter accipiant reliqua, ſi de hoc fruſtra nugemur. Quis.n.ſpeciem tuam oratione exprimat,quã nec pictę aut fictæ imagines,ꝑſtantiſsimorũ artificũ induſtria elaboratæ,ſuperare queant?Neq; id mirandũ. Nam illæ imobiles ſpectanẽ, ut obſcurum ſit, cuiuſmodi,ſi uiuerent,apparerent. Sed animi tui mãſuetudo,& dexteritas in oibus tuis factis, uenuſtatẽ corporis mirũ in modũ auget.Ac tuæ formæ laudes (quanq; ꝑterij multas) has habeo. De tẽperantia uerò, pulcherrima laus illa occurrit,q,cũ iſta ætas calũnijs expoſita ſit,tibi uſuuenit ut magis laudarére. Nõ modò enim nihil delinquis,ſed ſapientius etiam,q̃ pro flore ætatis,uitam inſtituiſti. Cuius rei maximũ teſtimonium eſt tua cũ hominibus cõſuetudo. Cum.n.te multi conueniant,ijdemq; diuerſiſsimis ꝑditi ingenijs,teq; omnes ad ſuam familiaritatem inuitent:ita pręclarè te aduerſus illos omnes geſsiſti,ut amicitia tua delectentur.quod eſt uitæ indiciũ laudabiliter,humaniterq; inſtitutæ.Quanquã autẽ iam non nulli probari ſunt,tum qui non quoſuis in amicitiam recipiendos ſuaſere, tum qui ijſdem paruêre: q &,ſi quis improbis obſequatur, neceſſe ſit uulgi reprehenſionẽ incurrere:&,ſi eam calumniam uereatur, odium ipſorũ ſodalium ſuſcipiendum ſit:ego tamẽ propter hoc ipſum te magis laudandum cenſeo:qui,cum alijs fieri nõ poſſe uideatur,ut aliorum iudicijs probetur quiſquam : tantum illos excellas, ut difficultates atq; aſperitates omnes ſupera-

Oculi morum indices.

ἀπαδιάζειν

Temperantia & ſuauitas.

ris. Nam ne ſuſpicionē quidem de te præbes, quaſi ulli ſis delictorum ſocius, & aliorum odium morū dexteritate uincis. Iam cū amatoribus (ſi quid de hiſce quoque dicendū) ea eſſe ratio tua, eaque cū bonitas, tum prudentia mihi uidetur, ut cū plerique nec eum quē ſibi delegerunt, moderatè ferre queant: tibi u?uuenerit ut oībus ſupra modū placeas, id quod ſignū eſt tuæ uirtutis euidentiſsimū. Nemini enim ea negaſti, quæ iurè honeſteque tribui poſſunt: quæ uerò cū probro coniuncta ſunt, ea nec ſperare quiſquā in animū inducit. Tantā uirtutis & honeſtatis appetentibus poteſtatē, impudentibus deſperationem affert tua modeſtia. Præterea, cū in adoleſcentia plerique modeſtiæ laudē taciturnitate uenentur: tu tantū ingenio polles, ut ſermonibus & colloquijs tuis, non minorem quàm cæteris omnibus rebus apud familiares tuos laudē ſis adſecutus. Tantus tuus lepos eſt, tanta ſuauitas, tum ſerijs, tum iocoſis in rebus, cū & ſimplex ſis abſque delicto, & acutus abſque malitia, & humanus cū ingenuitate, ac denique talis qualē uirtutis aliquis amans filium adoptarit. De fortitudine autem (nā & hanc præterire nō decet,) quanquā tua quidem natura multas adhuc acceſsiones recipit, ſequensque tempus laudaturis magnā copiam ſuppeditabit: tamen pulcherrimæ ſunt iſta ætate laudes, qua nihil delinquere cęteris eſt optabile. Ac tua quidem fortitudo, cū ex alijs celebrari poſsit, tum uerò propter exercitationem, cuius uel plurimi teſtes extiterunt. Fortaſsis autē in primis dicendum eſt, quòd prudenter id ſtudium cæteris prꝰtuleris. Nā prudens agendarū rerū delectus in adoleſcente, cōmune ſignum eſt & animi liberalis, & cordati ingenij. Quapropter nec iſtius inſtituti laus eſt prætermittenda. Cū igitur ſcires à reliquis certaminibus nec ſeruos, nec peregrinos excludi: iſtud uerò ſolis propoſitum eſſe ciuibus, nec niſi ab optimatibus expeti: ſic eò te contuliſti. Adhæc, ſi qui currendo ſe fatigent, eorum nec fortitudinē, nec animi præſtantiam augeri: eos uerò qui pugilatu, aut alijs eius generis ludis ſe exerceant, præter mala corporis etiam ingenia corrumpere cū iudicares: ſplendidiſsimum pulcherrimumque exercitationis genus, tuæque naturæ aptiſsimum elegiſti, quod & armorum cōſuetudine, & curſuū toleran-

Comites.

ἀδιάφορημα.

Colloquia.

οἷος ἄν τις ἐξ ἀρετῆς υἱὸς ἐρῶντι γένοιτο.

Fortitudo.

Deligendæ exercitationis prudentia.

Aurigationis per collationē laudatio.

tia belli ſimulacrũ repræſentet, & magnificentia, & ſplẽdore apparatus potentiæ deorum ſimile uideatur, præterea & ſpectatu iucundiſsimũ ſit, & è plurimis uarijsq́ generibus conſtet, & ingentia pręmia meritò conſequatur. Præter.n. ea q̃ tribuuntur, ipſa etiam exercitatio, & tam p̄clarum ſtudium, non paruũ p̄mium homini uel mediocriter uirtutis ſtudioſo, uideatur. Quod Homerici carminis teſtimonio uel inprimis cõprobatur, in quo & Græcos & Barbaros tanta mole geſsiſſe bellũ fecit inter ſeſe. Præterea etiam hodie Græcarũ urbium nõ abiectiſsimis, ſed maximis, in certaminib⁹ uti eo familiare eſt. Quia uerò putabas nihil prodeſſe rerũ pulcherrimarũ deſideriũ, aut corporis ad omnia habilitatẽ, niſi & animus probè eſſet exornatus: laborũ tolerãtiam ſtatim in gymnaſijs oſtentatã, nec in factis fefelliſti: reliquum autẽ ingenij tui ſplendorẽ, animiq́ robur in certaminibus potiſsimũ declaraſti. De qbus etſi ordiri uereor, metuens ne q̃ tum geſta ſunt, oratione non aſſequar: tamẽ neq́ p̄termittã. Nã turpe fuerit, quę nos ſpectantes exhilarant, ea nolle cõmemorare. Ac ſi omnia certamina referre uellem, ultra modũ fortaſſe nobis extenderetur oratio: unius autẽ, in quo multũ excelluiſti, facta mentione, & reliqua indicaro, & auditorũ benignitate non abutar. Emiſsis equis, atq́ alijs lõgius euectis, alijs ſubſequentib⁹, præ utriſq́, ut decuit, uictoriã obtinuiſti, talem coronã adeptus, in qua cũ ipſa uictoria p̄clara ſit, tamẽ euaſiſſe incolumẽ, p̄clarius uidebatur, & admirabilius. Nã aduerſariorũ curru cõtra te ruente, cunctisq́ putantibus equorũ uiolentiam non ſuſtineri poſſe, quanquã uideras eorũ aliquos nullo etiam ingruente periculo mirifice angi: minimè perterritus es, aut refugiſti, ſed & bigarum impetu fuiſti ſuperior: & aduerſarios, qui ſecũdo curſu, nec interrupto uſi fuerant, anteuertiſti. Quo ita mutaſti animos hominũ, ut cũ multi iactent in ludis equeſtribus nihil eſſe perinde iucundũm, atq́ naufragia curruum, ueraq́ dicere uideantur: de te contrà ſpectatores omnes, ſoliciti ne quid tibi tale accideret, formidarent. Tantã beneuolentiam & ſtudium in eorum animis natura tua excitarat, neq́ id iniuria. Cũ.n. pulchrum ſit, ob unum aliquod ornamentũ eſſe cõſpicuum; quan-

Curule certamẽ Epicratis.

Conſociatio uirtutum laudabilior.

to pulchrius eſt omnia complecti, quæ homo prudens laudi ſibi duxerit. Idq́ inde perſpicitur: Aeacum & Rhadamãtum ꝓpter iuſtitiam: Herculem, Caſtorem, & Pollucem ꝓpter fortitudinẽ: Ganymedem, Adonim, & eius generis alios ꝓpter pulchritudinẽ à dijs adamatos eſſe reperiemus. Quare nõ miror eos qui amicitiã tuã expetunt, ſed illos, qui non eodẽ modo erga te afficiuntur. Si qui.n. ſingulis duntaxat hoꝝ quæ diximus bonoꝝ præditi, conuictu deoꝝ ſunt dignati, nõne ei: homo qui natus ſit, optabile fuerit, eius amicum fieri, qui illa uniuerſa in ſua poteſtate habeat? Prædicanda igitur tui & patris, & matris, & cæteroꝝ propinquoꝝ felicitas, ꝙ æquales tuos tantum uirtute uincas, ſed hoꝝ multo magis, quos tu tam pręſtantibus dotibus ornatus, delectu habito ex oĩbus, amicitia tua dignaris. Nam illos fortuna tecũ cõiunxit, hos ſua uirtus tibi cõmẽdauit, qui haud ſcio amatores'ne, an ſoli ueri iudices ſint nominandi. Nam mihi uidetur initiò fortuna contemptis improbis, honeſtoꝝ uirorum mentes irritare uolens, naturam tuam feciſſe formoſam, non quo facile ad uoluptatem decepta ꝓlaberetur. ſed ut amplexa uirtutem, felicitate potiretur. Quanq́

ἀποδιώξις cũ occupatione.

autem multo plura de te cõmemorare poſſem: hic mihi finiendam eſſe puto laudationem, ueritus, ne mea tui prędicatio naturæ humanæ limites excedere uideatᷓ. Nam

Altera pars orationis ſuaſoria.

uſq́ adeò dicendi uis ab aſpectu uincitur, ut his quæ ſub ſenſum oculoꝝ cadunt, fidem eſſe abrogãdam nemo putet: eorundem uerò laudes etiam iuſto minores, non eſſe ueras opinentur. Iam igitur omiſſis his, ea tibi præcipere conabor, per quæ uitam tuam honoratiorẽ efficias.

Captatio attentionis.

Te uerò uelim ea quæ dicentur, non obiter animaduertere: neq́ exiſtimare, me oſtẽtandi potius ingenij ꝙ tui iuuandi ſtudio, his uerbis eſſe uſum: ut nec à ueritate aberres, nec ꝑ optimis obuia quæq́ amplexus, peius tibi cõſulas. Etenim quoꝝ obſcura & humilis natura eſt, hos nec ſi qd non rectè fecerint, obiurgamus. At quoꝝ laus, ita uti tua, in illuſtri loco ſita eſt, his honeſtiſſimaꝝ reꝝ uel neglexiſſe aliqd, ꝓbro datur. Præterea qui in alijs orationibus iudicandis hallucinantᷓ, una tantũ de re nõ optimè ſtatuunt. Qui uerò conſilia de uitæ officijs non rectè

accipiunt,aut cõtemnunt,erroris ſui per oẽm ſecum ætatem monimenta circũferunt. A' qbus oibus te alienum atq; imunem eſſe decet,ac ꝓuidere,& pſpicere,qd maximam in rebus humanis uim obtineat: & quo rectè feliciterq; cõſtituto, maximos in uita fructus percipiamus: quo item neglecto,aut deprauato, in acerbiſſimas calamitates incidamus. Neq;.n.obſcurum eſt eius rei curam in primis eſſe ſuſcipiendã,quæ plurimum in utrãq; partẽ momenti & uirium habet. Mentem aũt humanaꝝ reꝝ oium eſſe moderatricẽ reperiemus, quã ſola philoſophia & rectè erudire,& exercere queat. Eius ergo te nõ expertẽ eſſe oportere cẽſeo,aut ab ea ſectãda laboribus, qbus ea paranda eſt,deterreri. Cogitandũ potius,per ignauiã & ſocordiam facilima quæq; ẽt non poſſe cõprehendi: tolerantia aũt & induſtria nihil in reꝝ natura eſſe bonorum qn comparet.atq; oium eſſe abſurdiſſimum, parandarũ opum, augendiq; roboris, & rerum ſimiliũ ardẽre cupiditate,ꝑptereaq; multas ærũnas ꝑpeti,quę oia mortalia ſunt, mentiq; ſeruire cõſueuerunt: ut uerò ipſa mẽs, quæ cætera gubernat,quæ nunq; deſerit, quæ totius uitæ dux & magiſtra eſt,excolat,non elaborare. Pręclarũ ſanè & fortunę beneficio, inter pręſtantiſsimos eſſe admirationi:ſed multo præclarius eſt,ſuapte induſtria, qcquid eximiũ ſit,eſſe aſſecutũ. Nam illa,ẽt improbis non rarò ſeſe offert:hæc uerò nemini adeſt niſi uirtute pręſtantiſſimo. Ac de philoſophia qdem diſſerendi accuratius, alio tpe nobis occaſiones opportuniores dabuntur opinor. Sed breuiter eam attingere, nunc ẽt nihil ꝓhibebit. Illud aũt in primis eſt diligenter animaduertendũ: cum oẽm diſciplinam & ſcientia & exercitatione quadã contineri,tum philoſophiam magis ẽt cæteris. Nam quantò diligentiores,prudentioreſq; magiſtros habet,tanto pulchrius eſſe conſtitutam par eſt. Atqui cum & in dicendo & in deliberando mentis uerſetur officium,philoſophia aũt huius utriuſq; rei peritiam tradat:cur eam diſciplinã, quæ nos horum utriuſq; compotes facit, perſequi nolimus? Tum enim conſentaneũ eſt, & rei noſtrę familiaris maxima fore incrementa, adeoq; totã uitam fore cultiorem,cum & quæ doceri queunt,artis adminiculo, & cę-

Mens humanarum rerum ſumma.

Mens liberali doctrina excolenda.

Nõ fugiendus diſcendi laor.

Collatio eruditionis cũ externis rebus.

Omnis ſcientia,& diſciplina quadã & exercitatione continetur.

Mentis officium in deliberãdo & eloquendo.

Vtilitas eruditionis.

tera exercitatione quadam, & aſſuefactione obtinuerimus. Necq;.n.hoc dici ꝓfectò pōt, nihil eſſe in ſciētia momenti ad hoc,ut aliis præſtemus alij ſapientia. Nam cū omne ingeniū,ſi apta inſtitutio accedat,fit melius: tum uerò ea multo maximè,quæ à primo ſtatim ortu dexteriora cæteris extiterunt. Illa.n.ſeſe dūtaxat uincunt: hęc etiam aliis antecellunt. Ne uerò dubita qn agendo parta peritia,nec ſine periculo contingat,& ad reliquā uitā ſit inutilis:philoſophica aūt inſtitutio ad hæc oīa opportunè contemperata. Etſi aūt qdam pp felices rerum ſucceſſus, fortunęq; fauorem in admiratione fuerunt:eos tñ te contēnere & tuiipſius curam gerere decet. Nec.n.maximæ res temere inuadendæ, ſed certa rōne ſcienterq; ſuſcipiendæ ſunt:nec in ipſo demum gerendaꝝ rerum articulo meditari, ſed ea ſcīa te īſtitutum eſſe decet,ut qcqd opus fuerit, bene adminiſtres. Exiſtimabis aūt cū oēm eruditionem,ſi qs utař, ꝓdeſſe multum: tum & dicendū uerò eam doctrinam, quæ qd in Republica & agēdum, & dicēdū ſit,in primis. Nā geometrię ac ſimiliū artiū eſſe rudē,turpe id qdem eſt:ſed eaꝝ ſummum fieri artificem, infra excellentiæ tuæ dignitatem. At in illa excellere facultate,præclaꝝ:nō eſſe inſtitutum, prorſus eſt deridendum. Qđ & ex multis aliis rebus intelligitur, & ex eo, ſi illuſtres ante tuam ætatē uiros ſpectes. Nam & Periclē, cuius ſapētia tpibus illis præ oībus celebrata eſt,familiarē fuiſſe Anaxagoræ Clazomenio,atq; illo doctore uim eam conſecutū eſſe audies: & Alcibiadem ingenio quidem ad uirtutem multo deteriore,qui partim ſupbè,partim abiectè,partim libidinoſiſſimè uiuere inſtituerat, reperies pp Socratis inſtitutionem,multa in ſua uita correxiſſe,cætera magnitudine rerū geſtaꝝ occultaſſe. Quòd ſi ueteribus cōmemorandis īmorandum non eſt, cum recentiora exempla in promptu ſint: tum Timotheū non iis rebus,qbus adoleſcens ſtuduit,ſed pp ea quę poſt inſtitutionem Iſocratis geſſit,& ſummam gloriam, & amplìſſimos honores meritò eſſe conſecutum deprehēdes: tum Architam,qui Tarentinā Rempublicam,ſumma rerum ad ipſum delata,adeò præclarè & humaniter adminiſtrauit,ut eius memoria paſſim celebretur,Is igiť cum

Doctrina excoluntur ingenia.

Doctrinæ poſtponenda experientia.

Nihil fortunæ cōmittendum

Pericles.

Alcibiades.

Timotheus.

Architas.

ſperneretur initió, è Platonis congreſſibus tantã autoritatem eſt adeptus. Neq; hoꝝ qcq; ſine ratione factum eſt: imò longe eſſet abſurdius, ſi ad parua quædam pficienda nobis artis atq; exercitationis opus eſſet adminiculis, res uero maximè nullam artẽ, nullum hmõi ſtudium poſtularent. Ac de his quidem plura dicere, non uideo quorſum attineat. Neq;.n. initió ſic in hanc mentionem ſum igreſſus, quaſi tu ea prorſus ignorares. Sed huius generis exhortationibus ignaros excitari, ſcientes inflãmari putabã. Ne uerò putes, me, qđ iſta dixerim, de me polliceri tibi doctrinam haꝝ rerum. Nec.n. me fateri pudet, ipſi mihi adhuc multa eſſe diſcẽda, atq; ipſum rempublicam gerere, q̃ aliĳs eam doctrinam tradere malle. Neq; hęc ſic accipi uelim, q̃ſi aſperner eã, quæ ſapię & eloquẽtiæ magiſtris ꝓpoſita eſt, gloriam. Sed qa id qđ dico, uerum eſt. Scio.n. multos ex obſcuris & contẽptis, per eam ꝓfeſſionem illuſtres eſſe factos, ac Solonem & uiuẽtem & mortuũ maxima gloria floruiſſe, cui reliqui honores negati non fuerunt. Nam & fortitudinis ſuæ, tropæũ de Megarenſibus, monimentum reliquit: & conſilĳ, Salaminis recuperationẽ: & cæteris in rebus ſapientiæ, leges, qbus ẽt hodie plurimi Gręcorũ conſtanter utuntur. Qui, quanq; tot ornamentis cumulatus, tñ nihil perinde ſtuduit, atq; ut in ſeptem ſapientũ numerum referretur: ſapientiæ ſtudium non ꝓbro cuiq;, ſed laudi omnibus eſſe dandum exiſtimans, in quo æquè rectè ſenſit, ut in cæteris, in qbus excelluit. Atq; ego nec ipſe aliter ſentio, & tibi philoſophandum cenſeo: nec obliuiſcendum, quantis te bonis natura & fortuna cumularit, quæ hãc ipſam ob cauſam ego quoq; orationis initio cõmemoraui, nõ tam qđẽ, ut laudatione ingenĳ tui, aĩum tuũ mihi cõciliarẽ, q̃ ut te ad philoſophiã adhortarer: ut & eã nõ parui duceres, nec pñtibus bonis elatus, ea quę reſtant, negligeres. Neq; uerò ſi ĳs præſtas, qbus cũ uiuis, ſtudere aliĳs eẽ pręſtantior nolis: ſed exiſtimes, eximiũ eſſe excellere in omnibus: magiſq; expedire, ut ei rei ſtudere uidearis, q̃ ut in uulgaribus emineas, aut ingenium tuum dedecores, aut eorũ qui ſibi de te magna pollicenť, ſpem fruſtreris: imò tuis uiribus uincere ſtudebis beneuolentiſsimorũ de

Studium maximis ĩ rebus plurimum ualere.

ἀπ: δίωξις.

Occupatio. Non pceptor, ſed hortator.

Occupatio. Sapientiæ profeſſores non eſſe cõtemnendos.

Solon.

Adhortatio ad philoſophiam.

Conſilium antegreſſæ laudationis.

Ad ſumma eſſe enitẽdum.

ſiderium. atq; exiſtimabis reliquas orationes, ſi mediocri ter placeant, oratoribus eſſe gloriæ: præceptiones autem ijs qui pareant, & uſui eſſe, & honori: iudicia de alijs rebus animi noſtri ſenſum oſtendere, ſtudiorum delectum, totum noſtrum ingenium aperire. de quibus interim dũ iudicas, ab omnibus de te fieri iudicium expecta: & mihi, qui te ita laudarim, proſeco ac ſpecimen de te præbueris, certamina fore ſine mora ſuſtinenda. Quas ob res, & te hiſce laudibus uideri dignum, & mihi tui amorem fraudi non eſſe oportebit. Te uerò non ita promptè ad philoſophiam adhortaremur, niſi nec aliud munus amicitia noſtra magis dignum, me tibi poſſe conferre arbitrarer: & rempublicam uiderem, dum penuria bonorum uirorum, quibuſuis mandatur, ob horum delicta maximis cladibus affici. Vt igitur & ipſa tua uirtute, & tu ipſius honoribus perfruaris, ſtudioſius te ſum hortatus. Neque enim penes te futurum eſſe, ut priuatam uitam agas, ſed tibi publicũ aliquod munus mandatum iri puto: & quo maior eſt ingenij tui præſtantia, eo tibi maiores dignitates obuenturas, eoq; maturius tui periculum factum iri. Expediet igitur nunc ita eſſe animo præparatum, ut tunc nihil delinquas. Mei itaq; officij eſt, explicare quæ à te fieri utiliter exiſtimem: tui, de eis deliberare. Decet autẽ etiam cæteros, qui tuam familiaritatem expetunt, non breues & leues uoluptates, atque colloquia magnifacere, neque ad ea te prouocare, ſed elaborare, ſtudioſeq; cogitare, de uita tua q̃ illuſtriſsima efficienda. Sic enim & ipſi maximas laudes aſſequentur, & in te maxima beneficia conferent. Ac tuorum ſodalium nunc etiam neminem reprehendo. Nam in reliquę felicitatis tuæ parte & hoc eſſe uidetur, q̄ in nullum illaudatum incideris amatorem: ſed eorum tibi familiaritas contigerit, quibus meliores ex omnibus æqualibus deligi nõ poſsint. Proinde ſuadeo, ut te erga illos omnes comẽ præbeas, & facilem: ſed eorum tamen prudentiſsimis obſequaris, ut & ab his ipſis, & à reliquis ciuibus melior iudiceris. Vale.

Vel propter rẽ publicã opera danda philoſophiæ.

Maturè meditanda quæ fieri ſine periculo aut dedecore nequeunt.

Amicitiæ officium ad uirtutem incitare.

FINIS TOMI PRIMI.

SECVNDVS ORATIONVM DEMOSTHENIS *TOMVS, QVI CONTI*NET ORATIONES FOrenſes publicas conuerſas [redacted]

* *
*

ORDO ORATIONVM.

1 Oratio de corona.
2 Oratio de falſa legatione.
3 Oratio aduerſus Leptinem.
4 Oratio in Midiam.
5 Oratio in Androtionem.
6 Oratio in Ariſtocratem.
7 Oratio in Timocratem.
8 Oratio in Ariſtogitonem prior.
9 Oratio in Ariſtogitonem altera.
10 Oratio in Theocrinem.
11 Oratio in Neæram.
12 Appellatio aduerſus Eubulidem.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS DE CORONA, PER [redacted]

MVro circundedit orator Athenienſes, conſuetis hiſce & manu factis multo & firmiore & meliore, tum beneuolentia erga rempublicam, tum dicendi ui: atq; (ut ipſe ait) nō ſaxis aut lateribus Athenas muniijt, ſed magnis exercitibus, & multitudine ſociorum terra mariq;. Veruntamen & in manufacta mœnia non parum contulit ciuitati. Cum enim multis in partibus ruinoſum murum inſtaurare uiſum eſſet Athenienſibus, delecti ſunt deni uiri è ſingulis tribubus ad illud opus, quibus nihil præter nudā operis curam præſtandum eſſet. Impenſæ enim erant publicæ. Quorum unus cum etiā orator creatus eſſet, non ut cæteri, ſolam curationem reipub. præſtitit in ea re: ſed & ipſum opus egregiè perfecit, & pecuniam de ſuo reipub. contulit. Laudauit hanc eius beneuolentiam ſenatus, & ſtudium remuneratus eſt aurea corona. Parati enim fuerunt Athenienſes ad gratiam referendam bene merentibus. Cteſipho autem ſententiam dixerat, coronandum eſſe Demoſthenem, tempore bacchanalibus, loco, Bacchi theatro: ſpectatoribus, omnibus Græcis qui ad ludorum celebritatem conueniebant. & coràm his à præcone pclamandum: Demoſthenem Demoſthenis F. Pæanienſem, uirtutis uniuerſæ ergo coronari à repub. & beneuolentiæ erga ipſam. Erat igitur honos ab omni parte admirabilis. Itaq; et liuor eum arroſit, et hoc ſenatuſcōſultum uiolatarum legum eſt accuſatum. Aeſchines enim Demoſthenis inimicus, iudicium uiolatarum legum dictauit Cteſiphonti, dicens, magiſtratu functum Demoſthenem, et rōnibus quas nondum retulerit, referendis, eſſe obnoxium: lege autem caueri, ne obnoxij coronentur. & rurſum legem adducens, quæ iubeat: Si quē populus Athenienſium coronet, in concione coronam proclamari: ſi ſenatus, in curia: alibi autem non licere. Ait etiam, tributas Demoſthenis laudes eſſe falſas. non enim bene adminiſtraſſe rempub. oratorem, ſed & largitionibus corruptum, & multorum malorum cauſam fuiſſe ciuitati. Atque hoc accuſationis ordine uſus eſt Aeſchines. ut primùm de obnoxiorum, ſecundo de præconiorum lege, tertio loco de adminiſtratione reipublicæ diceret: ac petijt, ut Demoſthenes eundem ſeruaret ordinem. Orator autem & à republica eſt auſpicatus, & rurſus in eadem orationem terminauit, artificioſe omnino. Nam à firmioribus eſt & incipiendum, & in iiſdem finis faciendus. In medio autem legalia collocauit, ac legi de obnoxijs oppo

Merita Demoſthenis.

Remuneratio

Inuidia.

Accuſatio.

Ordo accuſationis.

Ordo defenſionis.

nit ſententias: illi autem de præconijs, aliam legem, aut legis partem, ut ipſe inquit, in qua conceſſum ſit, etiam in theatro proclamare, ſi populus aut ſenatus id ſciuerit.

ALIVD ARGVMENTVM IGNOTI Autoris, in eandem orationem.

Inſtauratio murorum. *Liberalitas Demoſthenis* *Decretũ Cteſiphontis.* *Interceſſio Aeſchinis.* *Leges uiolatæ*

A*Thenienſes & Thebani bellum gerentes cum Philippo, ad Chæroneam Bœotiæ oppidum uicti ſunt. Victor igitur Macedo, præſidium Thebis impoſuit, & urbem ſuæ ditionis fecit. Quare Athenienſes ueriti ne idem ſibi uſuueniret, & ſingulis momentis tyranni impreſſionem expectantes, decreuerunt uetuſtate caducas muri partes eſſe inſtaurandas. Proinde à ſingulis tribubus mœnium curatores deſignati ſunt. Itaq; & Pandionia tribus idem munus detulit tribuli ſuo oratori. Cum igitur in manibus eſſet opus, & ampliorem pecuniã requireret, quàm quæ data fuerat ex ærario: eã orator de ſuo inſumpſit, & non expenſam reipub. tulit, ſed donauit. Hanc occaſionẽ Cteſipho, unus è magiſtratibus, nactus, retulit de eo ad ſenatum, in hãc ſententiã: Quoniã Demoſthenes per oẽm ætatem ſuam erga rempub. beneuolentiã declarare nõ deſiſtat, & nunc muris reficiendis curator, cum ampliore pecunia indigeret, de ſuo deprom ptã donarit, decernendum eſſe à ſenatu populoq; ut aurea corona donetur in theatro, cum nouæ tragœdiæ agantur: eo fortaſſe, quòd multitudo accurreret ſpectandi nouas fabulas cupiditate. Cum igitur id ſenatuſconſultum etiam populo ꝓponeretur intercedit Cteſiphontis accuſator, Aeſchines, ob diuerſam in repub. factionem inimicus: in eo decreto tres eſſe leges uiolatas dictitans. Vnam, quæ obnoxium coronari uetet ante relatas*

I rationes: *nondum autem has, inquit, Demoſthenes retulit, & cum thea-*

II. *tralem pecuniã tractet, & muros inſtauret: item, expectandum fuit, inquit, & differendus honos, donec facta inquiſitione, de eius integritate conſtaret. Alterã legem recitat, quæ iubet in Pnyce coronari, non in theatro: ac ciues reprehendit, quæ conceſſiſſent, ut in theatro corona Demoſthe*

III. *nis pronunciaretur. Tertia lex ad totius uitæ & geſtæ reipub. refertur*

Defenſio Demoſthenis.

inquiſitionem. Vetat enim, ne unquam falſæ literæ in Metroum referantur, ubi ſunt omnia publica monumenta. Mentitus autem, inquit, eſt, teſtificanda Demoſthenis beneuolentia et ſtudio, cum is malè uelle potius & hoſtis eſſe patriæ reperiatur. hac tertia lege, quam ex uſu ſuo eſſe uideret orator, tanquã ancora quadam apprehenſa, ꝓſtrauit uelut in lucta aduerſarium, artificio in accuſatorem ſolertiſſimo uſus, & prudentiſſimo. Inde.n. anſam habuit capiendi & debellandi hoſtis. Nam cæteras duas leges, tum eam quæ eſt de obnoxijs, tum alterã de præconio, in medium

rationis abiecit: arte imperatoria ignauis in medium compulſis, & fortiſsima in extremis eſt uſus, ad aliarum imbecillitatem utrinq; fulciendam. Quin & ad utilitatem dirigit orationem, & artem callidè diſsimulat. Cum enim in principio præterire legitimum caput uideatur, alia ratione legitimum adhibuit. Etenim *legem recitauit* Aeſchines *de coronis falſam: cui dum reſpondet orator, occaſionem inuenit in medium proferẽdi acta ſua in repub. & legitimo pugnandi.* Ac *orationis diſpoſitio talis eſt.* Caput *autem firmum habet* Aeſchines, *legitimum: orator, iuſtum: cõmune ex æquo eſt, utile, quod non in manifeſtam uenit diſquiſitionem.* Status *ſcripto conſtans, negocialis. ſcripto enim conſtat ſenatuſcõſultum: Quãquam aũt accuſatio, uiuente adhuc* Philippo, *relata eſt: oratio tamẽ habita, & iudicium factum eſt, cum* Alexander *regnum ſuſcepiſſet. Nã quum poſt* Philippi *obitum præſidium* Thebani, *ſumpta fiducia, eieciſſent:* Alexander *id factum ſui contemptum interpretans,* Thebas *euertit. Poſt, cum facti pœniteret, Græcia præ uerecundia exceſsit, & expeditionem contra Barbaros mouit.* Athenienſes *autem occaſionem dari ſibi putarunt, in iudicium adducendi proditores, qui* Græciam *uiolaſſent: atq; ita conſtitutum fuit hoc iudicium. Proinde primum exordium uoto conſtat, diſtributione tractatum, quo beneuolentiam captat, qua in præſentia maximè indigemus: eſtq; Homerica imitatione explicatum,*

Firmamenta utriuſq; partis.

Tempus actæ cauſæ.

Exordium.

Dijq; deæq; meis omnes attendite uotis.

Quin & innuit ſe fretum eſſe beneuolentia ſua: neq; enim omne deorũ genus inuocaret, niſi ita eſſet affectus. Verbum διατελῶ, *perſeuero, è decreto ſumptum eſt: & ſignificat, eum per omnem uitam bene cupiuiſſe reipub. eiuſq; curam gerere perpetuam, & uitam amiſſurum prius, quã hanc ſententiam mutaturum.*

O Græculum imperitum rerum, ſi neſcit nullũ animal eſſe homine mendacius, præſertim oratore.

DEMOSTHENIS DE CORONA ORATIO, [redacted]

PRIMVM, Athenienſes, deos & deas omnes precor, ut quantã ego beneuolentiam erga & rempub. & uos oẽs conſtãter habeo, tanta mihi à uobis in hoc iudicio tribuatur. Deinde, ut (quod uos ueſtramq; & religionem et gloriam maximè decet) eam dĳ uobis mentem dent, ne aduerſarium, qua ego ratione ſim audiendus, in conſilium adhibeatis (iniquum.n.id eſſet) ſed leges & iuſiurandum, in quo,

Optat parem ſibi beneuolẽtiam tribui.

ἐμῶς ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι

preter alia equiſſima omnia, & hoc ſcriptum eſt, eodem animo utrumq; eſſe audiendum. cuius uerbi non ea modo uis eſt, ne ullum preiudiciũ afferatur, aut ut par utriq; beneuolẽtia tribuatur: ſed illa etiam, ut eo ordine & defenſione ſic uti ſinatis, quo reus quiſq; uult atq; inſtituit. Ego autẽ cum multis in hoc diſcrimine noĩbus Aeſchine ſum inferior, tum uerò duobus, ĩſq; magnis. uno, ꝙ non ĩſdem de rebus periclitor. neq; enim idem mihi nũc eſt, ueſtra fruſtrari beneuolentia: & iſti, non ꝓbare accuſationẽ. Nam, ut mihi (ſed nihil ominoſum, orationis initio dicam) ſic iſti ſuperuacaneum eſt, me accuſare. altero, ꝙ mortalibus omnibus naturà eſt inſitum, ut & conuicia & criminationes libenter audiant, & ſemetipſos laudantibus ſuccenſeant. Ex his igitur, quod uoluptati eſt, iſte præripuit: id uero qđ omnes ferè grauiter ferunt, mihi eſt relictũ. Cuius ego rei metu, ſi facta mea non recenſuero: nec obiecta crimina poſſe diſſoluere uidebor: neq; cur honorem haberi mihi uelim, oſtẽdere. Sin ad facta mea & acta in repub. narranda acceſſero, ſæpe neceſſe habebo dicere de meipſo. Ac operã qdẽ dabo, ut id q̃ modeſtiſſimè faciam. Qđ aũt res ipſa dicere coegerit, eius in iſtũ culpa meritò transferetur, qui tale certamen inſtituerit. Vos, opinor, Iudices, omnes fateamini, cõmunem hanc eſſe cauſam & mihi & Cteſiphonti, nec minore à me ſolicitudine defendendã. Nã cùm quacunq; re priuari acerbum & graue ſit, ab inimico ꝑſertim: tum uerò beneuolentia ueſtra & humanitate, tanto moleſtiſſimũ, quanto conſequi eaſdẽ eſt ampliſſimum. Iam cũ hæ res in hoc iudicio agantur: peto, & oro uos oẽs pariter, ut me audiatis crimina iuſtè refutantẽ, ut iubent leges: quas qui principiò tulit Solon, uir amans reipub. & popularis, non eò duntaxat ꝙ latæ eſſent, ſed ꝓpter iudicum etiam iuſiurandum ratas eſſe oportere cenſuit: non ꝙ uobis diffideret (ut mihi qdem uidetur) ſed quia uidebat criminationes & calumnias, qbus accuſator ꝓpter priorem in dicendo locum pollet, reo euitare non licere, niſi quiſq; ueſtrûm, deorum immortalium religione obſeruata, etiam poſteriore loco dicentis excuſationes benignè admitteret, ſeq; æquum & cõmunem utriq; auditorem præbendo, ſic de

Queritur de ſuis difficultatibus, & aduerſarĳ commodis.

Conuicia. περιαυτολογίαι.

Et tacere & dicere incommodum.

Trãslatio culpæ in aduerſarium.

Demoſthenis dignitatẽ agi

Iuſiurandum iudicum.

tota controuerſia ſententiam ferret. Cum autem & priuatæ uitæ totius, ut apparet, hodie reddenda mihi ratio ſit, & actorum in repub. rurſus, ut in principio feci, deos inuocabo, & in conſpectu ueſtro precor: primum, quantam ego beneuolentiā conſtanter habeo, erga & rēpub. & uos oēs, tāta mihi ut à uobis in hoc certamine tribuatur: deinde, ut uobis oībus dīj in mentem dent, ut in hac cauſa id ſtatuatis, quod cōmodabit & reipub. gloriç, & pietati ſingulorū. Quòd ſi Aeſchines ea ſolum quæ in accuſatione perſcripſit, tractaſſet: ego quoq; de ipſo ſenatuſcōſulto ſtatim rñdiſſem. Quia uerò cæteris recēſendis non pauciora uerba fecit, & in me pleraq; mētitus eſt: ſimul & neceſſarium & iuſtum eſſe puto, ut paucis, Athenienſes, de his primùm dicā: ne qs ueſtrûm uerbis extra cām factis ductus, alieniore animo refutationē ipſius accuſationis meā audiat. Qđ igitur ad conuicia & priuatç meç uitç accuſationē attinet, uidete q̃ ſimpliciter iuſteq́; rñdeam: ſi me ſcitis eſſe talem, qualē iſte criminatus eſt (neq;.n. uſquam alibi uixi, q̃ apud uos) non recuſo quo minus ne uocem qdem meam audiatis, etiāſi rempub. totam q̃ optimè adminiſtrarim: ſed ſurgatis, meq́; ſtatim condemneris. Sin iſto multo meliorē, & natum è melioribus, & nemine mediocriū (ne qd arrogāter dicam) deteriorem, & me & meos exiſtimatis & noſtis: & iſti nec in alījs credite (liquebit.n. eum æquè oīa confinxiſſe) & mihi, quam omni tpe beneuolentiam oſtendiſtis, in multis antea factis iudicījs, etiā nunc exhibete. Etſi aūt ueterator es, Aeſchine, in eo tñ per q̃ ſtultè putaſti, me factorum atq; actorum in republica omiſſa cōmemoratione, ad maledicta tua uenturum. nō ſanè id faciam, nō ita inſanio. Verùm acta in repub. quæ mendacījs & calumnījs ꝓſcidiſti, ſtatim excutiam: iſtius uerò tam effuſæ petulantiæ deinceps, ſi his audire placuerit, mentionē faciam. Ac crimina qdem multa ſunt & atrocia, ut nōnullis eorū magnæ & capitales pœnç ſint cōſtitutç legibus: præſentis autem iudicij conſilium ab inimici proficiſcitur odio, & ferocia, & conuicio, & deſpectu ſimul, & reliquis eius generis affectibus. & de criminibus obiecta quæ ſunt, ſi uera eēnt, reſpub. nec dignas, nec dignis pro-

Repetit notā[...]

Refutāda aduerſarij mendacia.

Priuata male dicta iudicum conſcientia refutat.

Dilatis conuicijs, ſe de rebus actis dicturum ait.

Calumnias Aeſchinis exagitat.

ſi re'ę malè cohærẽt hæc, ſiue deſit ſiue ſuperſit, ſiue mutatũ ſit aliquid, aut trãſpoſitum.

Non nunc, ſed olim fuiſſe accuſandum.

ximas ſumere pœnas ullo modo poſſet. * Non ſanè cuiquam eſt negandus acceſſus ad populũ, & dicendi poteſtas. Id uerò ex hoſtili odio atq; inuidia factitare: neq;, ita me deus amet, rectũ eſt, neq; ciuile, neq; iuſtũ, Athenienſes. Nã ſi ea qbus me reipub. nocere uidebat, tanta fuerũt, quanta modò tragicè uociferabat̃ et recenſebat: legum pœnis, recentibus adhuc delictis, me ſubĳcere debuiſſet. Si me delatione ad ſenatũ digna cõmittere uidebat, deferret, atq; eo modo in iudiciũ ueſtrum adduceret: ſin ſcribere contraria legibus, uiolataꝝ legũ accuſaret. Cum.n. Cteſiphontẽ pp me perſequi iudicio poſsit: me ipſum profectò, ſi à ſe poſſe cõuinci conſideraret, accuſaret. Quod ſi quid aliud eoꝝ quæ modò calumniabat̃ & recẽſebat, aut quiduis alioq in uos delinquere me uidebat: leges ſunt de oĩbus, & ſupplicia, & accuſationes, & iudicia, q̃ acerbas & magnas habẽt mulctas, atq; ĳs uti licuit omnibus. Quæ ſi eũ feciſſe conſtaret, & hac erga me ratione eſſe uſum: conſentanea factis, eius eſſet accuſatio. Nunc, declinata recta & iuſta uia, res dũ gererẽtur in p̃ſentia, coarguere noluit: tanto autẽ tpis interuallo pòſt criminibus & dicterĳs, & conuicĳs coaceruatis, hiſtrionem agit: cũ me accuſet, hunc in iudiciũ adducit: cũ totius certaminis, eius ſuſceptæ mecũ inimicitiæ principatum teneant, nuſquam mecũ congreditur, ſed alium dignitate palã ſpoliare contendit. Itaq; præter alias rationes, Athenienſes, q̃ pro defenſione Cteſiphontis afferri poſſent, illud ẽt æquiſsimè dici mihi poſſe uidetur: iuſtum eſſe, ut noſtras inimicitias ipſi inter nos diſceptemus: non ut omiſſa concertatione noſtra, aliũ cui mali alíqd demus, quæramus: quo nihil fieri poteſt iniquius. Omnia igit̃ accuſationis capita, uel ex his æquè per iniuriam & mendacium eſſe dicta perſpicitur. Verũ ſeorſim etiam ſingula excutiã, eaq; potiſsimum, q̃ de pace & legatione in me eſt mentitus, ſuis, quæ Philocrate ſocio fecit, facinoribus in me tranſlatis. Eſt aũt neceſſariũ, Athenienſes, & conueniens fortaſſe uobis, q̃ fuerit temporꝝ illorum conditio, reuocare in memoriam: ut pro ratione temporꝝ ſingula ſpectetis. Phocenſi conflato bello, non propter me (tunc.n. ego nondum ad rempub. acceſſerã)

Cteſiphon accuſatur, Demoſthenes petitur.

2. Narrat qui Græciæ ſtatus fuerit, cũ accederet ipſe ad remp. ad

primùm uos ita fuiſtis animati, ut Phocenſes uellet is eſſe incolumes,quanquã uideretis eos iniuſtè facere: Thebanis autem,quicqd acc idiſſet mali,gauiſuri eſſetis, nõ ſine cauſa,nec iniuria eis iraſcẽtes.ſuis.n.ad Leuctra ſuc-ceſsibus,non uſi moderatè fuerant.Deinde tota Pelopõneſus in factiones erat diuiſa:neq3.n.inimici Lacedæmoniorum tm̃ ualebant, ut eos euerterent:neq3 qui prius illorum autoritate imperarant,urbibus moderabant̃:ſed quędam erat inexplicata,& apud hos & apud alios uniuerſos lis & pturbatio. Quæ cũ uideret Philippus(neq3 enim obſcura erant)largitionibus faciendis,in ſingularꝶ urbiũ proditores,oẽs commiſit,& inter ſe cõcitauit.Poſtea,dum alij errant & deſipiũt,ipſe ſe inſtruit, & in pniciem oĩum creſcit. Vt aũt afflictos belli diuturnitate,tũc moleſtos,nunc infœlices Thebanos,pſpicuũ erat omnibus ad uos cõfugituros:Philippus,ut ne id fieret, ne ue ciuitates conuenirent:& uobis pacẽ & illis auxiliũ polliceetur. Quid igit̃ ei profuit,ut uos penè ultrò caperemini? Cæteroꝶ Græcorum ſiue ea ignauia,ſiue ignorantia nominanda eſt,ſiue hoꝶ utrumq3, qui uos bellum aſsiduũ & longum gerentes, idq3 pro cõi omnium utilitate, ut re ipſa declaratum eſt:neq3 pecunia,neq3 hominibus,neque ulla re alia prorſus,adiuuerunt:quibus & iure & cõuenienter irati, alacriter Philippo obtẽperaſtis. Illa igit̃ tum conceſſa pax,pp hæc, & non propter me(ut iſte calumniatur)facta fuit. Iſtoꝶ aũt iniurias et corruptelas in illa,præſentium turbarum (ſi qs rectè inueſtiget) cauſas eſſe deprehendet.Atq3 hęc omnia ſtudio ueritatis, ſubtilius perſequor & commemoro. Vt.n.maximè aliqua in eis peccata eſſe uideantur,nihil ad me utiq3 attinent:ſed q primus & ſententiam dixit,et mentionẽ de pace fecit, fuit Ariſtodemus hiſtrio : qui ſucceſsit & ſcripſit, & cũ iſto ſuam operã in eam rem locauit,Philocrates fuit Hagnuſius,tuus Aeſchine particeps,nõ meus,nõ ſi tibi mẽtienti ilia rumpantur:ſubſcriptores & ſuffragatores fuere,quacunq3 tandem de cauſa(omittam.n.hoc in pręſentia)Eubulus & Cteſiphon. Ego uerò nihil uſquam. Veruntamen,cum tales iſti ſint,& re ipſa eſſe probentur:eò uenit impudẽtię,ut dicere non dubitet,me cũ pacis auto

reſutandam Aeſchinis de pace factam calumniam.

Pax facta inter Philippũ & Athenienſes, nõ facta conſilio Demoſthenis.

Perſtringit Aeſchinem.

rem fuiſſe, tum uerò obſtitiſſe, quo minus eam reſpub. faceret, communi Græcorũ concilio adhibito. Tu uerò (ó quo te nomine rectè appellem?) cũ adeſſes & uideres, tanta re & ſocietate à me ſpoliari ciuitatem, quantam modò tragicè uociferabaris, & recenſebas: uſquã ne indignatus es, aut progreſſus, ea quę nũc accuſas, explicaſti, aut cõmemoraſti? Atqui ſi ego mercede à Philippo conductus, Græcorũ conſpirationem prohibebam: id tibi reliquum erat, ut nõ taceres, ſed clamitares, & teſtificareris, & his ſignificares, id quod nunquam feciſti; neq; eã ex te uocẽ audiuit quiſquam. meritò. neq; n. legatio fuerat tum ad ullum Græcorũ miſſa, ſed iã olim eorum animi patebant: neq; iſte ſani quicquã dixerat ea de re. Ad hæc mendacijs ſuis acerrimè rempub. calumniat. Nã ſi uos ſimul cæteros Græcos ad bellũ accerſebatis, ſimul ipſi legatos ad Philippũ de pace mittebatis: Eurybatæ facinus, non reip. officiũ aut bonorũ hominũ faciebatis. ſed non ita eſt, nõ eſt. Qua n. cauſa eos illo tpe accerſiſſetis? ad pacẽ? at eam habebãt oẽs. ad bellum? at ipſi de pace agebatis. Itaq; neq; primæ pacis me uel ducẽ uel autorẽ eſſe conſtat: neq; cæterorũ quicquam, quę in me cõfinxit, uerum eſſe oſtenditur. Poſtquam aũt pacẽ fecit reſpub. hic iterum conſiderate quid uterq; noſtrũ agere inſtituerit. Ex his. n. ſcietis, quis fuerit qui Philippo in oĩbus ſuffragaretur, & quis ueſtram cauſam egerit, & publicę ſtuduerit utilitati. Ego igitur ſenator decretum feci, ut legati quàmprimum in ea loca nauigarent, in quibus eſſe Philippum audirent, & iuſiurandum exigerent. illi uerò, nec poſt ſenatuſconſultũ meũ id facere uoluerunt. id quò ualuerit, ego uos docebo, Atheniẽſes. Philippo expediebat, plurimum tpis intercedere inter iuſiurandũ: uobis, quàm minimum. quamobrem? quia uos non ab ea die duntaxat qua iuraſtis, ſed ab ea qua ſperaſtis fore pacem, oẽs belli apparationes deſerueratis. ille aũt id maximè perpetuò moliebatur, exiſtimans (id quod uerum fuit) quæ noſtræ urbi eripuiſſet ante datũ iuſiurandum, ea ſe omnia conſtãter habiturũ, neminemq; propter ea pacem ſoluturũ. Quæ cum ego præuiderem, Athenienſes, & reputarẽ, decretũ illud feci: nauigandũ in ea eſſe loca, in quibus eſſet Philip

Silentiũ Aeſchinis in re præſenti.

Aeſchines in Athenienſes iniurius.

Acta poſt pacem.

Decretũ Demoſthenis, & mora legatorum.

pus, & iuſiurandũ quãprimũ exigendũ, ut obtinentibus Thracibus, fœderatis ueſtris, ea loca q̃ iſte modò eleuabat, Serriũ & Myrtiũ & Ergiſcẽita iurarẽt, & nõ ille opportunis locis occupatis, Thraciæ potiret, ne'ue magna pecunia multisq; militibus iſtructus, reliquas res adgrederetur. Hoc decretũ nõ dicit, neq; recitat: ſed q̃ ego ſenator adducẽdos eſſe legatos cẽſui, id exagitat. Sed q̃d mihi agendũ fuit? non decernendũ, ut adducerẽt ĳ, q eo uenerãt ut colloquerẽt uobiſcũ? aut nõ iubẽdũ, ut architectus eis ſpectandi locũ daret? At binis obolis numeratis ſpectaſſent, id decretũ ſi factũ nõ eſſet. Parua igit reipub. cõmoda mihi tuenda erant, ſumma aũt totius reipub. (id q̃d iſti fecerũt) Philippo uendenda? minime uerò. Age, cape decretũ illud, & recita: q̃d iſte cũ ſatis ſciret, p̃terĳt. Recita. DECRETVM Prætore Mneſiphilo pridie Cal. Quintiles, Pãdionia tribu p̃ſidente, Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis, retulit: Poſtquã Philippus miſsis legatis de pace, fœdus ex cõ̃feſſo fecit cũ Athenienſibus: placere ſenatui populoq; Atheniẽſiũ, ut pax in prima concione iuſſa, p̃ficiatur, legatos ex oĩbus Atheniẽſibus iã deligi quinq;: delectos aũt p̃ficiſci oportere, nulla mora interpoſita, eò ubi eſſe Philippũ audierint: & iuſiurandũ tũ ab eo exigendũ, tũ dandũ primo quoq; tp̃e, de facto p̃ eũ cũ populo Athenienſi fœdere, cõprehenſis ẽt utrorũmq; ſocĳs. Legati creati ſunt, Eubulus Anaphlyſtius, Aeſchines Cothocides, Cephiſophon Rhãnuſius, Democrates Phlyẽſis, Cleõ Cothocides. Quæ cũ ego tũ decreuiſſem, et reipub. non Philippi utilitatẽ ſpectarẽ: parum ſoliciti boni iſti legati, ſederunt in Macedonia tres totos mẽſes, donec Philipp⁹ è Thracia redĳſſet, oĩbus illic euerſis: cũ licuiſſet decem diebus, uel triduo potius, aut quatriduo in Helleſpontũ proficiſci, & ea loca tueri, exacto iureiurãdo, priuſquã ea ille expugnaſſet. Aut.n. p̃ſentibus nobis ea non attigiſſet, aut iuſiurandum ab eo non accepiſſemus. Quare pacẽ non impetraſſet, nec utraq; habuiſſet & pacem & loca. Prima igit̃ in legatione & Philippi impoſtura, & corruptela iniuſtorũ iſtorũ hoĩum, & dĳs inuiſorum, talis extitit, p̃p quã & tunc & nunc & ſemper pugnare me fateor

Legati Philippi, iuſſu Demoſthenis adducti ad populum.

Ceſſatio legatorum in exigendo iureiurando.

& controuerſias habere cũ iſtis. Iam aliud ſtatim maius iſto ſcelus ſpectate. Poſtquã receperat Philippus, ſe pacem habiturũ, occupata Thracia culpa iſtorꝫ qui decreto meo nõ paruerant: rurſus ab eis emit ne abirent ex Macedonia, donec expeditionẽ cõtra Phocenſes ſuſceptam inſtruxiſſet: ne, ſi illi huc renũciaſſent, eũ inſtruere ſe & pfecturũ eſſe uos copias educeretis, & triremibus ad Pylas miſsis, ut pri⁹ Porthmũ clauderetis: ſed, ut ſimul iſtos id nunciantes uos audiretis, ſimul ipſe intra Pylas eſſet, uoſq; nihil agere poſſetis. Tãto autẽ in timore atq; i æſtu fuit Philippus, ne etiam his à ſe occupatis, ante interitum Phocẽſium uos eis, audita re, auxilia decerneretis, & ipſe rei gerẽdæ occaſionem amitteret: ut rurſus impurũ iſtum conduceret, nõ iam cõmuniter cũ cæteris legatis, ſed priuatim ſolum, ut ad uos ea diceret & nunciaret, per quæ omnia perierunt. Peto autẽ, Athenienſes, & oro, ut hoc p totã cauſam memineritis, ſi Æſchines nihil extra accuſationem criminatus eſſet, me quoq; nullum aliud uerbũ fuiſſe facturum. Cũ autẽ ille omnia crimina & maledicta coaceruarit, neceſſe mihi quoq; eſſe, ad ſingulas criminationes pauca reſpõdere. Quæ igitur illius uerba tum fuerunt? propter q̃ perierunt omnia? nõ eſſe tumultuandum propterea, q̧ Philippus eſſet intra Pylas progreſſus: conſecuturos enim uos omnia q̃ uelletis, ſi quieſceretis: atq; intra biduũ aut triduũ audituros, quorum hoſtis ueniſſet, ĳs amicum: contrà, quibus amicus, ĳs hoſtem eſſe factum. Neq; n. uerbis amicitias aiebat confirmari, ualde utens honeſto nomine, ſed ijſdem utilitatibus. Expedire autẽ Philippo & Phocẽſibus, & uobis pariter oĩbus, ſtupore & moleſtia Thebanorꝫ liberari. Hęc ex eo quidam libẽter audiebãt, propter intercedẽtes eo tẽpore cũ Thebanis inimicitias. Quid uerò ſtatim hęc ſecutũ eſt? ut paulo pòſt miſeri Phocenſes interirent, & corꝫ urbes euerterentur: ut uos, dũ quieſcitis, & iſti paretis, paulo pòſt ſupellectilem ex agris conueheretis: ut iſte aurũ acciperet: atq; inſuper, ut reſp. noſtrà Thebanorꝫ & Theſſalorꝫ inimicitias ſuſciperet: Philippus autẽ factis illis gratiam iniret. Vt aũt uera eſſe hæc cõſtet, recita mihi & Calliſthenis decretum, & literas Philippi, è quorum utriſq; uobis

Ceſſatio legatorum in reditu.

Aeſchinis mẽdacia.

Excuſat inuectiuas in Aeſchinem.

Pollicitationes Aeſchinis.

Euentus pollicitationum.

omnia hæc erunt manifeſta. Recita. DECRETVM. Mneſiphilo prætore, concione à ducibus cõuocata, & de ſententia conſulũ & ſenatus * iiij. Idus Septẽb. Calliſthenes Eteonici F. Phalereus dixit: Ne quis Athenienſium ulla de cauſa in agro pnoctet, ſed in urbe maneant, & Piræeo, q nõ in pſidijs diſpoſiti ſunt. Eorũ aũt quẽ quiſq; ordinẽ ſuſcepit, eũ tueatur, & nec diurno, nec nocturno tẽpore abſit: quiſquis autem huic decreto nõ paruerit, proditionis reus eſto: niſi neceſsitate aliqua ineuitabili ſe fuiſſe circũuentũ oſtẽderit. Eã aũt neceſsitatẽ cognoſcat dux armamẽtario pfectus, & qſtor, & ſcriba ſenatus. Deferantur etiã quæ ſunt in agris omnia celerrimè: q ſunt intra ſtadia cxx, in urbẽ & Piræeum: q ultra ſtadia cxx, Eleuſinẽ, & Phylen, & Aphidna, & Rhamnuntem, & Sunium. Dixit Calliſthenes Phalereus. Nũquid hac ſpe pacẽ feceratis, aut hæc uobis pollicebatur iſte mercenarius? Age recita & literas, quas poſtea Philippus huc miſit. LITERAE PHILIPPI. Rex Macedonũ Philipp⁹ ſenatui populoq; Athenienſi S. Scitote nos intra Pylas eſſe progreſſos, & Phocidẽ ſubegiſſe. Ac q oppida ultrò deditionẽ fecerũt, in ea pſidia introduximus. q uerò imperiũ detrectabãt, ui cepimus: & ciuib⁹ ſub corona uẽditis, euertimus. Cũ aũt audirẽ & uos inſtrui ad opẽ illis ferendã: ſcripſi uobis, ne ea de re amplius laboretis. Nã in uniuerſum, nõ moderatè facere mihi uidemini, qui pacẽ pepigeritis, & nihilominus in aciem deſcẽdatis, pſertim cũ Phocẽſes in cõmunibus noſtris pactis nõ ſint cõprehenſi. Quare ſi nõ manebitis in cõuentis: nulla re, niſi auſpicãdis iniurijs, eritis ſuperiores. Auditis, q pſpicuè ſignificet atq; explanet his ad uos literis, ſuis fœderatis: Hæc ego feci inuitis Athenienſibus & ægrè ferentibus? Quare, ſi ſapitis, ô Thebani & Theſſali, & eos hoſtes exiſtimabitis, & mihi fidẽ habebitis, nõ q hæc uerba poſuerit: ſed hæc certè oſtẽdere uoluit. His rebus factũ eſt, ut digreſſus, illos ita ſibi deuinciret, ne quicquã deinceps pſpicerent, aut aiaduerterent, ſed eũ omnia in ſuam redigere poteſtatẽ paterent. Vnde accidit, ut miſeri Thebani in pſentibus calamitatib⁹ uerſentur. Iſtius autẽ fidei cõciliator atq; adiutor ſtrenuus, qui falſa huc nũciauit, & fucũ uobis fecit, is eſt qui The-

* μαιμακτηριῶνος ἕκτῃ ἀπιόντος.

Interpretatio literarum Philippi.

Thebanorum excidium.

banorũ mala nunc lamentetur, & q̃ ea miſerabilia ſint, cõmemoret: cum ſit & eorum & Phocenſium malorum, & quæcunq; alia Græci perpeſsi ſunt, omnium ipſe autor. Tu ſcilicet Æſchine, caſus illos ægrè fers, & Thebanorũ uicem doles, cũ poſſeſſiones habeas in Bœotia, & illorũ agros colas: ego aũt gaudeo, q ſtatim expoſcebar ab eo q illa fecerat: ſed incidi in eas res, quas paulo pòſt dici, magis fortaſſe conueniet. Redeo igitur eò, ut probẽ iſtorũ corruptelas & iniurias, p̃ſentium negociorũ cauſas extitiſſe. Poſtquã tum uos decepti eratis à Philippo per iſtos, qui ſe in legationibus mercede Philippo locauerãt, nihilq; ueri uobis nunciarant: tum ærumnoſi Phocenſes & decepti erant, & oppida eorũ euerſa: quid factum eſt? Theſſali, hoĩes nefarij, & uecordes Thebani, amicũ, bene meritũ, ſeruatorẽ Philippũ ducebãt. Is eis erat omnia, neq; uocẽ ferebãt eius, q aliquid aliud uellet dicere. Vos aũt, quãuis ea q̃ fiebant, ſuſpecta haberetis, & ægrè ferretis: tamẽ pacẽ ſeruabatis. Neq;.n. erat quod faceretis ſoli. Quin & alij Græci, quemadmodũ uos, decepti, & ijs fruſtrati q̃ ſperarant, pacem cupidè ſeruabant, etſi & ipſi quodãmodo iamdiu bello peterentur. Cũ.n. circumiens Philippus, Illyrios & Triballos, & Græcorũ etiã quoſdã ſubigeret, & multas magnaſq; copias ſibi ſubijceret: & quidã ex urbibus, propter pacis licentiam illuc euntes, corrũperentur, quorũ iſte unus fuit: tunc omnibus his, cõtra quos illa parabantur, bellum inferebatur. qui ſi id nõ animaduertebant, alia iam fuerit ea diſputatio, neque ad me attinet. Ego.n. prædicebam & teſtificabar tum apud uos ſemper, tum quócũq; mittebar, ſed ciuitates ægrotabant: cum & magiſtratus, rebuſq; gerẽdis p̃fecti, munera captarent, ac largitionib⁹ corrũperentur: & homines priuati partim nõ proſpicerent, partim quotidiana indulgẽtia & ocio eſſent deliniti, atq; hoc morbo correpti uniuerſi. neq; uerò putabant ſinguli ad ſe uenturas eſſe calamitates, ſed aliorũ periculis opes ſuas confirmatum iri, quando uellent. Sic opinor accidit, ut & uulgus hominũ per nimiam illam & intempeſtiuam ſocordiam, libertatem amiſerit: & magiſtratus, atq; ij qui ſe cætera, ſemetipſis exceptis, uendere putabant, ſe uẽdiſſe primos intel-

Pacis occaſione græciæ principes largitionibus corrupti à Philippo.

Et tua res agitur, paries cũ proximus ardet.

Magiſtratus auari, populus delicatus.

Proditorum exitus.

ſeruerint. Non. n. ut tum fiebat, cum munera acceptarent, amici & hoſpites nominantur: ſed aſſentatores, & diis inuiſi, & cætera, q̃ par eſt, omnia, nunc audiunt. Nemo. n. Athenienſes, propter proditoris utilitatẽ ſumptus facit: neq; potitus iis q̃ concupiuerat, proditoris cõſiliis de eo quod ſupereſt, amplius utitur. Alioqui nihil felicius eſſet proditore. Verũ non ita ſunt hæc, nõ ita ſunt. Quî. n. poſſet fieri? multum certe abeſt. ſed poſtquã is qui imperare ſtudet, in ſuam omnia poteſtatẽ redegerit, etiam eorũ qui illa uendiderunt, fit dñs: gnarus autẽ improbitatis, tũ uero, tum & odit, & diffidit, & inſectatur. Sic autem rem cõſiderate. Etſi rerum ipſarũ tempus abiit, at eas ſciendi tempus ſemper adeſt cordatis. Tãtiſper Laſthenes amicus Philippi nominabatur, dum Olynthum prodidiſſet: Tantiſper Timolaus, dum Thebas perdidiſſet: tantiſper Eudicus & Simus Lariſſæi, dum Philippo Theſſaliam ſubieciſſent. Et tamen, cũ exagitarentur, & contumeliis afficerentur, & quid mali nõ ferrent? totus orbis terrarũ repletus eſt ꝓditoribus. Quid Ariſtratus Sicyone? Quid Perilaus Megaris? non'ne abiecti? Ex his etiam euidentiſſimè perſpicitur, q patriam maximè tueatur, atq; iſtis acerrimè aduerſetur, eum uobis, Æſchine, proditoribus & mercenariis occaſionẽ corruptelarũ ſuppeditare: quorũ ſi multi ſunt, ueſtriſq; conatibus reſiſtũt, uos eſtis incolumes, & mercede aucti. Nam, quantũ in uobis quidem ipſis fuit, olim ſanè periſſetis. Etſi aũt de actis illorũ tẽporũ plura dicere poſſem: tamẽ uel hæc plus ſatis eſſe arbitror. ſed iſti id acceptum ferendũ, qui tanquã crapulam quandam ſuæ improbitatis & ſcelerum in me effuderit, quã neceſſe fuit apud uos, qui per ętatẽ res illas cognitas habere nõ poteſtis, eluere. Interim autẽ uos quoq; fortaſſis affecti eſtis moleſtia, qui prius etiam, q̃ ullum ego uerbũ facerem, illam iſtius operã noſtis mercenariam. quã quã eam ipſe amicitiam & hoſpitiũ nominat, atq; nunc alicubi dixit: is qui mihi Alexãdri hoſpitium exprobrat. Ego tibi hoſpitium Alexandri? unde id tibi contigit? aut qua dignitate es receptus? neque Philippi hoſpitem, neq; Alexandri amicum ego te dixerim: non ita inſanio, niſi etiam meſſores & alii mercenarii, amici & hoſpites ap-

Laſthenes. *Timolaus.* *Eudicus.* *Simus.* *Ariſtratus.* *Perilaus.* *Proditores ab aduerſariis cõſeruantur.* *Excuſatio longioris narrationis, cum Aeſchinis inſectatione.* *Mercenarius, non amicus & hoſpes Alexãdri.*

pellandi ſint dominorum. Non ita ſunt hæc. Vnde? multum certè abeſt: ſed mercenarium ego te Philippi olim, & nunc Alexandri uoco, & hi omnes. Quòd ſi id nõ credis, interroga eos, atq; adeò ego ipſe tuo loco id faciam. Vtrum uobis, Athenienſes, mercenarius Æſchines, an hoſpes eſſe Alexandri uidetur? Audis quid dicant? Iam ad accuſationẽ ipſam reſpondebo, & acta mea recenſebo, ut quanquã ſciens Æſchine, tamen audias, quamobrẽ me dicã, & hoc ſenatuſconſulto decretis, & multo etiã maioribus honoribus eſſe afficiendum. Age ipſam accuſationem cape & recita. ACCVSATIO. Chæronide p̃tore viij. Idus Februarias, Æſchines Atromeri F. Cothocides, retulit ad prætorem uiolatarum legum actionem contra Cteſiphontẽ Leoſthenis F. Anaphlyſtium: ſcripſiſſe eum decretum legibus contrarium, de Demoſthene Demoſthenis F. Pæanienſi aurea corona donando, & in theatro, magnis bacchanalibus, nouis tragœdijs, proclamando: donari à populo Demoſthenẽ Demoſthenis F. Pæanienſem aurea corona uirtutis ergò & beneuolentię, quã conſtanter habeat, & in Græcos uniuerſos & populum Athenienſem, atque fortitudinis: & quia nõ deſiſtat agere & dicere populo utiliſſima, atque alacer ſit ad bene de eo merendum, quocunque modo poſſit: quæ omnia falſo ſcripſit, & contra leges: cum legibus interdictũ ſit, primũ ne falſa ſcripta in publica monimenta referantur: deinde, ne quis ante relatas rationes coronetur. Demoſthenes autem muris reficiendis eſt curator, & theatralis pecunię præfectus. Pòſt, ne corona in theatro proclametur bacchanalibus, tragœdijs nouis: ſed ſi ſenatus coronet, in curia eſſe proclamandum: ſin ciuitas, in Pnyce pro concione. æſtimata lis talentis quinquaginta. ſubſcriptores Cephiſophon Cephiſophõtis F. Rhamnuſius, Cleon Cleonis F. Cothocides. Quæ igitur in decreto accuſet, Athenienſes, hæc ſunt. Ego uerò his ipſis declaratum uobis opinor, me iuſtis rationibus omnia refutaturum. Seruato enim eodem ordine quem iſte in accuſatione inſtituit, de omnibus deinceps ſingulatim dicam, & uolens nihil prætermittam. Quod igitur ſcripſit, me utiliſſima populo & agere & dicere non deſiſtere, & paratum eſſe

Nũc ad ipſam cauſam accedit.

Defenſionis ordine quo ſit uſurus.

ad bene

ad bene de eo merēdum, ubicunq; poſsim, proptereaq́ laudauit: acta in repub. mea uenire in iudiciū exiſtimo. In quæ ſi inquiratur, conſtabit, utrum uerè de me ſcripſerit ea Cteſiphon, & conuenienter, an uerò falſo. Quod autem non adſcripſit, poſtquam rationes retulerim, eſſe coronandum, & in theatro coronam proclamari iuſsit: id ipſum etiam ad acta in repub. pertinere exiſtimo, utrū coronam merear, & proclamationem inter ciues, nec ne. Præterea leges etiam mihi oſtendendæ eſſe uidentur, quarum autoritate huic hęc ſcribere licuit. Ita quidem iuſtè, Athenienſes, & ſimpliciter, me defendere cōſtitui: accedam autem ad res à me geſtas. neq; me quiſquā exiſtimet ſuſpēdere orationem de accuſatione, ſi in actiones Græcas & diſputationes incidero. Qui.n. eam decreti partem, quæ eſt de eo, me optima et facere & dicere, inſectatur, & falſitatis accuſat: is eſt, qui orationem de omnibus actis in repub. meis, & factis, conuenientem, & accuſationi neceſſariam fecerit. Deinde cum uariæ ſint in repub. functiones, eas ego mihi delegi, quę ad Græcię ſtatum attinerent. Quare æquum eſt, ut & probationes ex ĳs petam. Ac quæ antequam ego ad remp. acceſsi, et conciones habui, Philippus occupauit atq; obtinuit, omittam. Nihil enim illorū ad me attinere puto. Quibus autem occupandis ex eo die, quo ego acceſsi ad rempublicam, ſit deiectus, eorum commonefaciā, rationemq; reddam, ſi prius hoc dixero: Magnam, Athenienſes, prærogatiuam habuit Philippus. Apud Græcos enim nō aliquos, ſed æquè omnes, prouentus proditorum & largitionibus inhiantium, & dĳs inuiſorum hominum contigit ut exiſteret, & tantus quantum nemo unquam prius fuiſſe meminit: quos ſuffragatores & adiutores nactus, prius quoque inter ſe malè animatos & diſſentientes Græcos, magis etiā conturbauit, alios decipiendo, alios largiendo, alios omni modo corrumpēdo, & in multas partes diſgregauit eos, quibus hoc unū expediebat uniuerſis, ut illius incrementa prohiberent. Tali autē in ſtatu, atq; etiam ignoratione coorientis & naſcentis mali cum uerſarentur omnes Græci; conſiderandum eſt uobis, Athenienſes, quid ſuſcipiendum atq; faciendum rei

Acta ſua in repub. neceſſario exponenda.

παραδιηγησις

παράληψις

Proditores Philippi adiutores.

Propoſitio. Demoſthenis ſua conſilia nō ad ſecuritatē, ſed ad dignitatē, reipub. ſuiſſe accōmo

danda.

pub. ſuerit; & eius à me ratio repoſcēda. Nam qui in ea ſe reipub. parte collocarit, is ego ſum. Nunquid eā oportuit, Æſchine, abiectis animis & dignitate ſua, Theſſalorum & Dolopum numero, Philippum adiutare in parādo Græciæ principatu, & maiorum gloriam & ius abolere? an uero id qdem faciēdum non fuit (nihil.n.fieri poteſt indignius) ſed q̃ euentura uidebat, ſi nemo prohiberet, atq; multo antè, ut par eſt, ꝓſpiciebat; conniuendū, illa uti fierent? Ego uerò acerrimū actorum reprehenſorem perq; rogare uelim, utrius factionis optarit fuiſſe rēpublicam? eius ne, cuius ope factū eſt, ut Græci eas clades atq; ignominiam ſuſciperent: in quo numero cenſeri Theſſali poſſunt, & gregales horum: an uerò illius, quę hæc fieri paſſa eſt, priuati emolumenti ſpe: quo loco Arcades & Meſſenij & Argiui ſunt habendi? ſed & horum pleriq;, imò omnes, peius q̃ nos tractati ſunt. Etſi enim Philippus uictoria potius, ſtatim abijſſet, ac poſtea quieuiſſet, neq; ſociorum ſuorum, neq; cæterorum Græcorū ulli, re ulla moleſtus: tamen ij, qui conatibus eius aduerſati non eſſent, rep̄hendi nonnihil & accuſari potuiſſent.

Athenienſium factum eſſe omnium honeſtiſsimum.

At ſi omnes pariter dignitate, principatu, libertate, atque etiā rebuſpublicis, quos potuit, ſpoliauit, non'ne uos mea ſecuti conſilia præclariſsime omnium uos geſsiſtis? Sed illuc redeo. Quid ciuitatem noſtrā facere decebat, cum Græciæ principatum & tyrannidem cogitare Philippum & moliri cerneret? aut quid mihi ſuaſori dicendum, aut decernendum fuit, cum Athenis agerem? (id enim plurimum refert) qui ab omni memoria ſcirem ad hunc uſque diem, quo ego ſuggeſtum cōſcendi, ſemper de principatu & honore & gloria patriam dimicaſſe, et plus hominum atq; pecuniæ, honoris ſtudio, & propter omnium Græcorum utilitatem, impendiſſe, q̃ cæteros Græcos, qui pro ſe quiſq; impenderūt? Videbam & philippo, qui cum certamen nobis erat, pro imperio et principatu oculum exectum, clauiculam fractā: cum manū, pede mutilatum, omnem quācunq; fortuna uellet corporis auferre partem, facilè & expeditè abijcere, ut cum eo quod reliquum eſſet, honoratè & glorioſe uiueret. Atqui nemo dicere audebit, decuiſſe pellæ educato, in

Reſiſtendum fuiſſe Philippi conatibus.

Ab exemplo Philippi.

oppido & obſcuro (tum quidem) & paruo, tantam innaſci animi magnitudinem, ut Græciæ principatum expeteret, idq́ in animum induceret. uobis autẽ Athenienſibus, quotidie in omnibus & orationibus & ſpectaculis uirtutis maiorum monimenta intuentibus tantam ineſſe ignauiam, ut Græcorum libertatem ultrò, uolentes, Philippo proderetis? Nemo eſt qui ita ſentiat. Reliquũ fuit igitur, & neceſſarium ſimul, omnibus eius actionibus, quibus iniuriam uobis faciebat, iuſtè aduerſari. Id faciebatis ab initio uos, meritò, & ex officio. Scripſi & ego, & cõſului, q̃bus in republica uerſabar temporibus, fateor. Sed quid fuit mihi faciendum? Iam.n. te interrogo: cæteris omnibus omiſsis, Amphipoli, Pydna, Potidæa, Haloneſo: nullius horum facio mentionem. Serrium autem & Doriſcum, & peparethi uaſtationem, & cæteras eius reipublicæ noſtræ factas iniurias, nec utrũ extiterint, noui. Tu autem dixiſti, me, q̃ illa dixiſſem, populum oneraſſe inimicitijs, cũ illa decreta Eubuli & Ariſtophontis & Diopithis ſint, nõ mea: ô homo, qui temerè quicquid in buccam uenerit, effutias: neq; nunc ijs de rebus dicam. At ille q̃ Eubœam abalienabat, eamq́ ad oppugnandã Atticam muniebat: q̃ Megara inuadebat, qui Oreũ occupabat, q̃ porthmũ ſuffodiebat, q̃ & Orei Philiſtidem tyrannum, & Eretriæ Clitarchum cõſtituebat, qui Helleſpontum ſubigebat, q̃ Byzantium obſidebat, & Græcarũ urbiũ alias euertebat, in alias exules reducebat: nunq̃d ijs omnibus agendis iniquè faciebat, et fœdus uiolabat, & pacẽ ſoluebat, an nõ? Vtrum Græcorum aliquẽ exiſtere oportebat, q̃ eũ illa facere ꝓhiberet, necne? Nã ſi nõ oportuit, ſed conniuendũ fuit, ut, q̃d dicitur, Myſorũ præda Græcia fieret, uiuentibus & ſupſtitibus Athenienſibus: ſuperuacaneũ & ego laborem cepi, qui talibus de rebus uerba fecerim: ſuperuacaneũ laborem & reſpub. cepit, quæ mihi paruerit: ea uerò quæ facta ſunt omnia, delicta & errata mea ſunto. Sin aliquẽ eſſe decuit qui prohiberet, quemnam eum alium q̃ populum Athenienſem eſſe conueniebat? Hæc igitur ego tunc adminiſtraui: et cũ ab eo mortales oẽs opprimi ſeruitute uiderẽ, aduerſatus ſum, tũ ꝓdicẽdo, tũ monẽdo, nẽ

ἀνακοίνωσις & παράληψις

Subiectio: Suadendum fuiſſe à Demoſthene, ut Philippus cohercetur.

μυσῶν λεία

ea Philippo licentia concederetur. Atqui pacem ille ſoluit, nauibus captis: non noſtra ciuitas, Aeſchine. Profer ipſa decreta & literas Philippi, & recita ordine. Nã hęc, ſi conſiderẽtur, quis cuius rei ſit autor, perſpicuum fiet.

Belli alios fuiſſe ſuaſores, decretis & literis Philippi probat.

Recita decretum. DECRETVM. Prætore Neocle, menſe Sextili, indictis à ducibus comitijs. Eubulus Mneſithæi F. Cyprius, dixit: Poſtquam duces in concione retulerunt, Leodamantem nauarchum, & miſſa cũ eo uiginti nauigia in Helleſpontum, ad portandum frumentum, à Philippi duce Amynta excepta, & perducta eſſe in Macedoniã, & in cuſtodia teneri: curandũm eſſe, conſulibus & ducibus, ut ſenatus conueniat, & legati deligantur ad Philippum, qui profecti, cum eo agant de nauarcho dimittendo, & nauigijs & militibus. Quod ſi id ex ignorantia fecerit Amyntas, nihil queri de eo populum. Sin præter mandata deliquiſſe conſtiterit, Athenienſes inquiſituros, & pœnas pro delicti modo exacturos. Sin horum neutrum ſit, ſed priuatim iniurij ſint, uel is q miſit, uel is qui miſſus eſt: id quoq; indicandum, ut re cognita, populus deliberet, quid agendũ ſit. Hoc igitur decretum Eubulus fecit, non ego: id uerò quod ſeqtur, Ariſtophõ, deinde Hegeſippus, poſt iterũ Ariſtophõ, mox Philocrates, deinde Cephiſophon, poſt omnes alij: ego uerò nihil horum. Recita decretum. DECRETVM.

Neocle prætore, pridie Cal. Septembris, de ſententia ſenatus, Coſſ. & duces, relata concionis uolũtate, expoſuerunt, iubere populum, legatos deligi ad Philippum, de nauibus repetendis, eisq; mãdata dari & plebiſcita, & deſignarunt hos: Cephiſophontem Cleonis F. Anaphlyſtium, Democritum Demophontis F. Anagyraſiũ, Polycritum Apemanthi F. Cothocidẽ: præſidentẽ tribu Hippothoontia, Ariſtophon Colyttenſis, præſes, dixit.

Demoſthenẽ nec à Philippo cõcitati belli accuſari.

Vt igitur ego hæc oſtendo decreta, ſic & tu oſtende Aeſchine, quo ego decreto ſcripto, autor belli fuerim. Id uerò non potes. Nam ſi poſſes, nihil eo prius nunc protuliſſes: atq; adeò nec Philippus belli cauſam mihi imputat, cum de alijs queratur. Recita ipſas Philippi literas. LITERAE PHILIPPI. Rex Macedonum Philippus Senatui populoq; Athenienſi S. Profecti ad me legati ue

ſtri Cephiſophon & Democritus & Polycritus, de nauibus dimittendis uerba fecerunt, quibus præfuit *Laodamas. Vt igitur breuiter dicam, magnus mihi ſtupor eſſe ueſter uidetur, ſi me hoc non intelligere putatis, miſſa fuiſſe illa nauigia per ſpeciem frumenti ex Helleſponto in Lemnum portandi: reuera ut Selymbrianis, qui à me obſidebantur, & communi amicitiæ fœdere comprehēſi non erant, opem ferrent. Atq; hæc mandata fuerūt nauarcho, ſine quidem populi Athenienſis autoritate, ſed à quibuſdam in magiſtratu, & alijs, qui cum priuati nūc ſint, omnibus modis efficere ſtudēt, ut populus, repudiata mecum inita amicitia, ad bellū redeat, atq; in eo conficiendo multo magis elaborant, q̃ ut Selymbrianis opitulentur: eamq; rem ſibi quæſtui fore putant. Ego tamē id neq; uobis neq; mihi conſultum eſſe puto. Quamobrem & nauigia q̃ nunc ad me p̄ducta ſunt, uobis remitto: atq; in poſterū, ſi ueſtros magiſtratus uetueritis malitioſe rempub. gerere, & cohercueritis, operā dabo, ut & ego pacem cuſtodiam: Valete. Hic nuſquā Demoſthenis meminit: neq; de me quicquam queritur. Quamobrem igitur, cum alios accuſet, actorum meo℞ non meminit, q; iniuriarum ſuarum meminiſſet, ſi qd de me ſcripſiſſet. Iis.n. ego inhęrebam, & ijs aduerſabar: ac primū Peloponnenſem legationē decreui, cum ille primū in Peloponenſum inuaderet. deinde Euboicā, cum Eubœam attingeret: poſt, expeditionē Oritanam, nō iam legationem, itemq; Eretrienſem, cū ille iam tyrannos in illis urbibus conſtituiſſet. Poſt hæc claſſes illas oēs ablegaui, per quas Cherſoneſus conſeruata eſt, & Byzantiū, & oēs fœderati. Vnde uobis res pulcherrimę, laudes, gloria, honores, coronę, gratiarū actiones ab ijs q beneficijs affecti fuerant, reddebantur. Eorum aūt qui afficiebantur iniuria, ijs q uobis obtemperarant parte fuit ſalus: q uerò neglexerunt, id conſecuti ſunt, ut ſæpe ueſtrarū prædictionum meminerint: utq; ſibi uos non modò conſultum uoluiſſe, ſed ēt prudentes homines & uates eſſe putent. Euenerūt.n. omnia, quæ uos eis prædixeratis. Atq magnam pecuniā daturū fuiſſe Philiſtidem, ut Oreum: magnā & Clitarchū, ut Eretriā obtineret: magnam etiā

Legitur & Λαομέδων.

Demoſthenis acta in repub.

Philippum, ut eà contra uos præſidia haberet, & cæterà eius conatus nõ patefierent, ut'q́ in reliquas eius iniurias nemo uſquã inquireret: nemo ignorat, & tu minimè omnium. Legati. n. tum à Clitarcho & Philiſtide huc miſſi, apud te diuerſabant Aeſchine: tu eorũ eras procurator, quos reſp. ut hoſtes, & neq; iuſta neq; utilia poſtulãtes, repulit. ij tibi amici fuerunt. Nihil igit̃ horũ factum eſt, ó homo in me maledice, qui dicis me accepta tacere pecu nia, expenſa clamitare. Tu uerò non ita, ſed clamitas & dũ habes: & nunquã deſines, niſi te hi cohercuerint hodie coactum in ordinem. Ob ea igit̃, cum uos me tũ coronaſſetis, et Ariſtonicus eaſdẽ ſcripſiſſet ſyllabas, quas Cteſiphon hic nunc ſcripſit; & proclamata eſſet in theatro corona, & ſcdm hoc mihi nunc ſit præconium: neq; aduerſatus eſt Æſchines, cũ adeſſet, neq; decreti autorẽ accuſauit. Age cape & hoc decretũ, & recita. Recita.

Perſtringit Aeſchinem.

Simile decretũ antè factũ de Demoſthene, & à nemine accuſatum

DECRETVM. Prætore Chæronida Hegemonis. F. 6. Cal. Februarias, tribu Leontina pręſidente, Ariſtonicus Phrearrius dixit: Poſteaquã Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis, multa & magna officia pſtitit populo Athenienſi, multisq; fœderatorũ, & cũ prius, tum pſenti hoc tpe per ſenatuſconſulta opẽ tulit, & quaſdã in Eubœa ciuitates liberauit, & populo Athenięſi bene uelle perſeuerat, & cũ dicit, tum agit quicquid eſt è re & ipſorũ Athenienſium & cæterorũ Græcorũ: placere ſenatui populoq; Athenięſi, ut laudet̃ Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis, & aureà corona donet̃, & corona in theatro proclametur, bacchanalibus, nouis tragœdis. Coronæ aũt proclamatio curæ ſit præſidenti tribui, & agonothetæ: ſniam dixit Ariſtonicus Phrearrius. Eſt'ne igit̃ ueſtrũ aliquis, qui dedecus aliqđ ſuſcepiſſe ſciat remp. noſtram pp hoc decretum, aut illuſam eſſe, aut deriſam: eá'ue accidiſſe, quæ modò iſte futura eſſe dicebat, ſi ego coronarer? Atqui, dũ res nouæ ſunt, notæq; omnibus, ſiue præclarè ſe hñt, gratiam cõſequuntur: ſiue quocunq; modo aliter, ſuppliciũ. Conſtat aũt gratiam mihi tunc eſſe habitam, nõ reprehenſione ſupplicio'ue me affectũ. Proinde ad ea uſq; tempora, quibus hęc acta ſunt, in cõfeſſo eſt omni tempore ea feciſſe me, quæ eſſent è repub.

Commendat dicta ſua.

quod & dicenda ſententia, & decernẽdo, uobis delibe-rantibus, fui ſuperior: & ꝙ decreta perfecta ſunt, et coro nis reſpublica, & ego, & uos oẽs propter ea donati: ꝙ uos dijs ſacra fecíſtis & ſupplicationes, quaſi ea fauſta eſſent. Expulſus igitur ex Eubœa Philippus, ut armis ue ſtris, ſic adminiſtratione decretisq́ (etiamſi rumperẽtur iſtorum qdam) meis: aliud oppugnandæ reipublicæ no ſtræ præſidium quæritabat. & qa uidebat nos plurimò omnium mortalium importato frumento uti, operã da bat, ut frumentariam uectionẽ in ſuam poteſtatem redi geret. Progreſſus igit̃ in Thraciam, à Byzantijs ſibi fœ-deratis, petijt primùm, ut unà ſecum bellum uobis infer rent. Quod cũ recuſarent, & (quod uerũ erat) non ijs ſe conditionibus coiſſe ſocietatem dicerent: extructo ual-lo urbẽ circũdedit: & machinis admotis, obſedit. Ea dũ fiebant, qd nos facere decuerit, non iã interrogabo. Per-ſpicuum .n. eſt omnibus: ſed quis fuerit, qui iuuerit By-zantios, eosq́ conſeruarit? Quis obſtiterit, quo minus illis tẽporibus Helleſpontus alienaretur? Vos ò Athenië ſes. Vos aũt cum dico, rempub. dico. Quis uerò reipub. & dicebat, & ſcribebat, & agebat: deniq; ſe adminiſtra tioni rerũ prorſus dederat? Ego. Atqui ex ijs quantæ ad oẽs redierint utilitates, non iam è uerbis eſt cognoſcen-dum, cũ re ipſa ſitis expti. Quod .n. bellum tum gereba-tur, præterq̃ ꝙ famam honeſtam peperit: id quoq; prę-ſtitit, ut omnia ad uitam ſuſtentãdam neceſſaria, & ube-rius, & minoris pararẽtur à uobis, q̃ hac præſenti pace, quam lenes iſti cũ patriæ detrimento cuſtodiunt: ei ſpei inhiantes, qua utinam fruſtrentur, neq; unà fruanť ijs, q̃ uos reipub. amãtes, à dijs immortalibus exoptatis: neq; uobis ea impertiant, q̃ ipſi inſtituerunt. Recita eis et By zantiorũ coronas, & Perinthiorũ, quibus rempub. pro-pter hęc ornauerũt. DECRETVM BYZANTIORVM pontifice Boſporicho Damagetus in Tealia de cõſilij ſnia dixit: poſteaquam populus Athenienſis cum ſupe-rioribus temporibus bene cupere Byzantijs nõ deſtitit, & ſocijs cognatisq́ perinthijs, & multa magnaq́ offi-cia præſtitit: tũ pręſenti hoc tpe, philippo noſtrum agrũ & urbẽ hoſtiliter aggreſſo, ad excidium Byzantiorũ &

Byzantium li beratum.

Bellum pace felicius.

Perinthiorum, & agrum incendijs, & ſucciſis arboribus deuaſtante: opem tulit nauibus centum & uiginti, & frumento & telis & legionibus, noſq́ę magnis periculis eripuit, & patriam rempub. reſtituit, & leges & monumenta maiorum: placere populo Byzantiorũ & Perinthiorum, dare Athenienſibus affinitatem, ciuitatem, agri poſſeſſionem, & proprium, & principem locum in ſpectaculis, apud Tholum, apud ſenatũ & populum, apud ſacrificos, & in urbe habitare uolentibus, immunitatem omnium onerum ciuilium: & erigendas eſſe ſtatuas in Boſporo tres ſedenûm cubitûm ſingulas, populi Athenienſis coronati à populo Byzantiorum & Perinthiorum: mittenda etiam eſſe munera in celebres Græciæ cõuentus, Iſthmia & Nemea & Olympia & Pythia, & proclamandam coronã, qua donatus eſt populus Athenienſis à nobis, ut norint Græci omnes Athenienſium uirtutem, & Byzantiorum & Perinthiorum pietatem. Recita etiam donatas à Cherroneſitis coronas. DECRETVM CHERRONESITARVM. Cherroneſitæ qui Seſtum incolunt, Eleuntẽ, Madytũ, Alopeconeſum: ornant Athenienſium ſenatum & populum aurea corona ſexaginta talentorũ, & Gratiæ aram extruunt & populi Athenienſis, ꝙ in Cherſoneſitas beneficium contulerit omnium maximum, ereptos è Philippi manibus, & reſtituta patria, legibus, libertate, ſacris: & ſequenti æuo omni non deſinent agere gratias, & quacunque ratione poterunt, benemereri hæc decreuerunt in cõmuni concilio. Nõ igitur id ſolum, ut Cherſoneſus & Byzantium ſeruaretur, & Helleſponti dominatu Philippus tum excluderetur & reip. propter hæc honos haberetur, conſilio meo & adminiſtratione perfectum eſt: ſed illud etiam mortalibus omnibus oſtenſum, quanta eſſet & reip. noſtræ bonitas, & Philippi improbitas. Nam is quidem amicus & ſocius Byzantiorum, palàm omnibus eos obſidebat, quo quid fieri poſſit fœdius, aut ſceleratius? Vos autem, qui non iniuria multa, eaq́ę grauia de eis queri potuiſſetis, ꝓpter ea quę ſuperioribus temporibus in uos cõmiſerant: non modò memoriam iniuriarum obliteraſtis, & ne iniurijs afficeretur, prohibuiſtis, ſed etiam conſeruaſtis, unde

Cherroneſitæ liberati.

Amplificatio per contentionem.

Propter ſolum Demoſthenẽ Athenienſes coronati.

gloriam, beneuolentiam eſtis ab oibus aſſecuti. Ac multos iam à uobis, uerſatos in rep. coronis eſſe donatos, ſciunt omnes: propter quem autem alium reſpub. coronata ſit (conſiliarium dico, & oratorem) niſi ꝓpter me, nemo omnium dicere queat. Vt autem & maledicta quibus Eubœenſes & Byzantios inceſsit, refricans eorꝶ memoriam, ſi quid in uos cõmiſerant inciuilius, calumnias eſſe oſtendam: non propterea tantũ ꝗ mendacia ſint (nam id uos præſcire arbitror) ſed, ut maximè uera eſſent: quia tamen ita agi, ut ego egi, fuit utiliſſimũ, unũ atꝗ alterum præclarũ reip. facinus exponã, idꝗ́ paucis. Etenim & ſingulis priuatim & publicè omnibus danda eſt opera, ut in ea q̃ habent honeſtiſſima, intuentes cætera ſemper ſtudioſe faciant. Vos autẽ, Athenienſes, cum Lacedæmonĳ terra mariꝗ́ imperarent, & undiꝗ finitima Atticæ loca præfectis, & præſidijs Eubœam, Tanagram, Bœotiam uniuerſam, Megara, Æginam, Cleonas, reliquas inſulas obtinerent: urbe nõ mœnia tum habente, egreſſi eſtis ad Aliartum: atꝗ iterum, nõ multis diebus poſt, ad Corinthum: quũ illius temporis Athenienſes multas cauſas ſimultatum haberent erga & Corinthios & Thebanos, propter ea q̃ bello Decelico facta erant. Sed iniuriarum non meminerunt, & multum abfuit ut id facerent. Atqui Æſchine tum utraꝗ hæc, neꝗ pro benemeritis ſuſcipiebant, neꝗ carere periculo uidebant: ſed propterea non deſerebant ſupplices. quin pro gloria & honore ſemetipſos periculis offerebant, recto & honeſto conſilio. omnium.n. hominũ uita morte finitur, etiamſi quis in corte concluſum tueri ſeſe ſtudeat. Fortibus autẽ uiris ſemper res honeſtæ præclaræꝗ́ omnes, ſpe bona tanquã clypeo fretis & munitis ſuſcipiendę ſunt, & quicquid Dei uolũtate contigerit, infractis animis perferendũ. Hæc maiores noſtri factitabant, hæc natu grandiores è uobis, q Lacedæmonios nõ amicos, neꝗ benęmeritos, ſed poſt multas & magnas iniurias reip. noſtræ factas, cum Thebani poſt Leuctricã uictoriã eos delere inſtituerẽt, obſtitiſtis, nõ perterriti robore illo Thebanorꝶ, & gloria qua florebãt: neꝗ ratione inita, quid in uos illi cõmiſiſſent, ꝓ q̃bus pugnabatis. Illis itaꝗ factis, Græcis omnibus declara-

Rectè defenſos eſſe Eubœenſes et Byzãtios exemplũ probat.

γνώμη.

Bœotĳ.

Corinthĳ.

Breue & irreparabile tempus omnibus eſt uitæ: ſed famam extendere factis.

Hoc uirtutis opus.

Lacedæmonĳ.

Athenienſium clementia.

ſtis, quicquid tandem in uos ab ullo cõmiſſum fuerit, cõtra cum uos cæteris in rebus retinere iracundiam: ſin eorum ſalus aut libertas periclitari cœperit, uos offenſarum & obliuiſci, & nullam rationem habituros. Neq; in hos tantum ita fuiſtis animati, ſed rurſus, cum Thebani Eubœam ſibi uendicarent, nõ neglexiſtis: neq; Themiſonis & Theodori iniuriarũ de Oropo eſtis recordati, ſed & his opẽ tuliſtis: cũ eo primũ tẽpore reipub. ultro ſe obtulerint quidã triremes inſtructuri, quorũ unus ego fui: ſed nondum de his. Etſi autem p̃clarum fuit conſeruaſſe uos inſulam: illud tamen fuit multo præclarius, q; redactis in poteſtatem ueſtrã & ciuibus & oppidis, ea iuſtè reddidiſtis illis ipſis qui in uos deliquerant, nulla iniuriarũ, cũ ad fidem ueſtram confugiſſent, habita ratione. Sexcenta alia recenſere poſſem, q̃ p̃tereo, nauales pugnas, expeditiones, terreſtria prælia, & olim cõmiſſa, & nunc ueſtra ætate: q̃ reſp. noſtra omnia pro cæterorũ Græcorũ libertate geſſit, & incolumitate. Proinde ego, cum ſpectaſſem remp. noſtram, tot & tantis in rebus pro aliorum utilitate dimicare uoluiſſe: cũ ipſius quodãmodo res ageretur, quid iubere, quid'ue ſuadere illi debui? ut ſuccẽſeret ſcilicet ĳs qui defendi ſe cupiebant? & cauſas q̃ritaret, p̃pter quas omnes utilitates abĳceremus? Ecquis me iurè non occidiſſet, ſi ueterẽ reipub. dignitatem & gloriam, uerbo dũtaxat dehoneſtare inſtituiſſem? Nam ipſam rem ſatis ſcio, uos nequaq; fuiſſe admiſſuros. Quod ſi uoluiſſetis, quid uobis obſtitiſſet? nõ licebat? nõ erant iſti qui id cõſulerent? Nunc ad ea reuertar, q̃ poſt hæc ordine adminiſtraui, in quibus uos rurſus cõſiderabitis, quid reip. fuerit utiliſſimũ. Nã cum uiderem, Athenienſes, claſſem ueſtrã dilabi, & homines locupletes paruis impenſis ĩmunitatẽ cõſequi, ciues aũt mediocres aut tenues rem familiarem perdere, atq; ita fieri etiam ut reſp. occaſiones negligeret: legẽ tuli, qua & officiũ facere coegi locupletes, & iniuria prohibui deinceps tenuiores: atq; effeci, qđ utiliſſ. fuit, ut ciuitas tẽpeſtiuè inſtrueretur: atq; in ea cauſa uiolatarũ legũ accuſatus, ad uos ſum ingreſſus & abſolutus, & quintã ſuffragiorũ partem nõ tulit accuſator. At quantã pecuniã duces claſſium aut ſecundanos, aut tertianos mihi da

Eubœenſes.

Aequitas Athenienſium.

Concluſio.

Culpam communicat cum Athenĩẽſibus, ſi qua ſit cõmiſſa.

Lex Demoſthenis trierarchica.

uiros fuiſſe putatis? maximè ut eam legem non ferrem? ſin minus, ut præuaricatus eam nō perferrem? Tantam, Athenienſes, quantam apud uos dicere non audeo. Neq; id ab re faciebāt. Per priores enim leges eis licebat ſedenis obire munera, ſic ut ipſi pauca, immò nihil impenderent: inopes autem ciues attererent. Mea uerò lege cauebatur, ut pro facultatibus & portione ſinguli conferrent. Ita binarum triremium pręfectus extitit, qui prius ſextus & decimus in unam contribuerat. Neq; enim triremium præfectos ſe nominabant, ſed contributores. Id igitur ut caueretur, ne ue iuſta præſtare cogerentur, nihil eſt quod daturi non fuerint. Ac mihi primùm decretū recita, quo in iudicium ueni: & recenſiores, tum illam ueteris legis, tum hanc meæ. Recita. DECRETVM. Prætore Polycle. 16. Cal. Septembris, tribu præſidēte Hippothoontia, Demoſthenes Demoſthenis F. Pęanienſis, legem naualem priori ſubſtituit, qua cōtributiones fiebant trierarchorum: & ſuffragia tulit ſenâtus & populus. Cum aūt uiolatarum legum reum feciſſet Demoſthenem Patrocles Phlyenſis, non accepta ſuffragiorum parte, ſoluit quingentas drachmas. Agè profer & præclaram recenſionē. RECENSIO. Trierarchi ad triremem uocentur ſedeni, è manipulorum cōtributionibus, à quinq; & uiginti annis uſq; ad quadraginta, qui ex æquo ſuppeditent. Agè confer cum hac meæ legis recenſionem. RECENSIO. Trierarchi ad triremem deligendi ſunt è cēſu rei familiaris à denis talentis. q; ſi res familiaris pluris ęſtimata fuerit, munus id pro portione ad ternas naues & ſcapham progrediatur. Eadem ratio ſeruetur in ĳs quorum opes decem talentis ſunt minores, ut contributis alijs, decem talenta expleant. Num parum opis attuliſſe uideor pauperibus, aut parum impenſuros fuiſſe putatis diuites, ne æqua præſtare cogerentur? Neq; uerò illud ſolum mihi laudi duco, quod non præuaricatus ſum: aut, quòd accuſatus, abſolutus ſum: ſed quòd conducibilem etiam legem tuli, & ipſa experientia comprobatam. Nam cum totius belli tempore claſſes ex mea lege mitterētur, nullus unquam trierarchus ſupplex fuit, ut oneratus: nullus in Munychia ſedit, nullus à claſſiarĳs uinctus eſt, *nulla*

Abſtinentia Demoſthenis.

Vtilitas legis Demoſthenicæ.

triremis neq; foris ob tarditatem perijt reipub. neq; do-
nu relicta fuit, ꝙ ire non poſſet. At ueteribus legibus hęc
omnia fiebant, & in cauſa erant pauperes, qui obire mu-
nera non poterant. Multis ſanè facultates deerant. Ego
autem cum à pauperibus ad diuites transtuliſſem trierar
chias, omnia ritè fiebant. Enimuero hoc ipſum etiã lau-
dem mereor, ꝙ oía eius generis munia mihi delegi, unde
ad rempub. ſimul & gloria & honos & copiæ redibãt:
quodq; nihil inuidè, nihil acerbè, nihil malitioſe geſſi, aut
abiectè, aut cõtra urbis dignitatem: & eundem eſſe meũ
animum cõſtabit, & in urbanis adminiſtrationibus, &
in Græcoꝝ negotijs. Neq;.n. in repub. locupletum gra-
tiam prætuli defenſioni multitudinis: neq; in rebus Græ-
coꝝ Philippi munera & hoſpitium pluris feci, q̃ cõmu-
nes Gręcoꝝ omnium utilitates. Reliquum nũc eſſe mihi
puto, ut de pręconio dicam, & rõnibus referendis. Nam
& optima feciſſe me, & perpetuò ueſtri eſſe ſtudioſum,
ſatis ex his quæ dicta ſunt, à me oſtenſum eſſe exiſtimo.
Tametſi actoꝝ in repub. factorumq; meoꝝ partem ma
ximam prætereo: exiſtimãs primùm ordine mihi ad uio-
lataꝝ legum crimen eſſe rñdendum. deinde, tametſi de re
liquis adminiſtrationibus nihil dixero, ueſtrum tamen
omnium conſcientiam pro me loqui. Ac uerba quidem,
quæ iſte ſurſum & deorſum permiſcendo de uiolatis le-
gibus faciebat, ita me dij ament, neq; uos percepiſſe arbi
tror, neq; ipſe potui pleraq; intelligere. Simpliciter aũt re
cta uia de iure diſputabo. Ego tãtum abſum ab eo, ut di
cam me non eſſe obnoxium (id quod iſte modò ſubinde
exagitabat & inculcabat) ut per oẽm uitam obnoxium
eſſe me fatear reddendę rationi eoꝝ quæ adminiſtrarim
aut geſſerim apud uos: ſed eorum quæ de meo pollicitus
& largitus ſum populo, nullum me diẽ obnoxiũ eſſe af-
firmo. Audis Aeſchine? neq; alium quenq;, etſi nouem ui
roꝝ aliquis fuerit. Quæ.n. lex eſt tanta iniquitate & in-
humanitate referta, ut aliquem liberalitate uſum, & gra
tia ſpoliet, & calũniatores ducat, illoſq; rationibus alie-
næ liberalitatis exigendis præficiat? nulla certè. Quòd ſi
quam iſte eſſe ait, oſtendat: ea ego acqeſcam, & tacebo.
ſed nulla eſt, Athenienſes. At iſte calũniator, tum ꝙ thea-

Demoſthenis integritas in gerenda republica.

Tranſitio ad præconium.

Obſcuritas uerborũ Aeſchinis.

Adminiſtrationum, nõ donationum cauſa, obnoxius referendis rationibus.

Ab iniquo.

Laudatus non

tralis pecuniæ curator, largitus ſum pecuniam, cum, inquit, obnoxium laudauit ſenatus. non.ſ. ob eorum quicquam, quorum rationes referendæ mihi erant, ſed ob ea quæ largitus ſum, ô calumniator. Sed & murorum, inquit, inſtaurator fuiſti. & ob hoc ipſum rectè laudabar, quod impẽſas de meo ſum largitus, & non expenſas tuli. Expenſi.n.tabulæ, rationes & inquiſitores requirũt; donatio aũt, gratiarum actionem & laudationem meritò conſequit̃. Quapropter hic ea de me ſcripſit. Atque hæc ita ſe habere, & non tantum legibus, ſed ueſtris etiam moribus eſſe definita, ego facilè multifariam oſtendam. Primùm, Nauſicles, dum cum imperio fuit, ſæpe à uobis corona donatus eſt ob priuatam liberalitatẽ. Deinde cum Diotimus clypeos dedit, atque iterum Charidemus, coronis ornati ſunt. Etiam Neoptolemus hic, cum fuerit multis opibus præfectus, ꝓpter ea quæ de ſuo largitus eſt, honoribus eſt affectus. Nam id quidem indignũ eſſet, ſi cui magiſtratu aliquo fungẽti, aut largiri ſua reipub. ꝓpter magiſtratum non liceret, aut pro datis non recipienda gratia, ſed ratio reddenda eſſet. Hæc ut uerè à me dici conſtet, cape ipſa decreta de his facta, & mihi recita. Recita. DECRETVM. Prætor fuit Demonicus Phlyenſis, 6. Cal. Septemb. cum de ſnia ſenatus & populi Callias Phrearrius dixit: placere ſenatui populoque, corona donare Nauſiclem armamentario pręfectum, quod, cum Athenienſes legionarij bis mille eſſent in Imbro, & Athenienſibus inſulam incolentibus opem ferrent, cũ Phialo quæſtor deſignatus, ꝓpter tempeſtates nauigare non poſſet, & ſtipẽdia ſoluere militibus, de ſuo numerauit, & populo expenſa non tulit: & proclamãdam eſſe coronam bacchanalibus, nouis tragœdis. DECRETVM. Dixit Callias Phrearius, Coſſ. de ſnia ſenatus referentibus: poſtquam Charidemus cum legionibus Salaminẽ miſſus, & Diotimus magiſter equitum, in cõflictu ad fluuium militibus quibuſdam ab hoſtibus ſpoliatis, priuatis ſumptibus adoleſcentes armarũt clypeis octingentis: placere ſenatui populoque, ut donentur Charidemus & Diotimus aurea corona, & ꝓclamentur Panathenæis magnis in gymnico certamine, & bacchanalibus, tragœdis nouis. Proclama

ob adminiſtrationẽ, ſed propter liberalitatem.

Ob exemplis.

Nauſicles.

Charidemus, Diotimus.

tio autem curę ſit ſexuiris Coſſ. agonothetis. Horũ ſingu lis, Aeſchine, magiſtratus quem geſſerant, rationes referendæ erant: ob ea ꝓpter quæ coronabantur, non item. Proĩde nec mihi. In ſimili.n. cauſa ſimile mihi cũ alĳs ius quoq; tribuẽdum eſt. Largitus ſum, & ꝓpterea laudor: neq; ꝓpter ea quæ de meo dedi, ſum obnoxius in magiſtratu fui, & de eo rationes retuli, non de ĳs quę largitus ſum medius fidius. At malè geſſi magiſtratum? cur uerò tu, qui adeſſes cum me quæſtores introducerent, nõ accuſabas? Vt aũt ſciatis iſtũ ipſum teſtificari mihi, me ob ea eſſe corona donatum, ꝓpter quæ rationes reddendæ mihi non fuerunt, cape & recita totum decretum de me factum. Quod.n. ſenatuſconſultum nõ accuſauit, eo ipſo calumniatorem eum agere accuſatione ſua, conſtabit.

Se non malè geſsiſſe magiſtratum.

DECRETVM. Prætore Euthycle.3.Cal. Nouemb. tribu præſidente Oeneta, Cteſipho Leoſthenis F. Anaphlyſtius dixit: Q̃m Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis, muris reficiendis curator factus, tria talenta de ſuo in opus inſumpta populo donauit: & theatrali pecunię prę fectus, largitus eſt ex omnibus tribubus ĳs qui theatrali pecunia fruuntur, centum minas ad ſacrificia: placere S.P.Q.A. laudare Demoſthenem Demoſthenis F. Pæanienſem uirtutis ergò & bonitatis, qua cõſtanter utitur omni tpe in populum Athenienſem: & ornare corona aurea, & ꝓclamare coronã in theatro bacchanalibus, tragœdis nouis: præconiũ autem curæ ſit agonothetæ. Quæ igitur largitus ſum, hæc ſunt, quorum tu nihil accuſaſti. Quæ uerò ſenatus pro his mihi tribuẽda cenſet, ea ſunt quę accuſas. Quæ igitur data accipe, legitimũ eſſe cõfiteris, pro ĳs relatã gratiam uiolatam legum accuſas? at homo ꝓfligatiſſimus, & dĳs inuiſus, & reuera liuidus, qualis erit per deos? nõne talis? Iam qđ ad pręconiũ in theatro attinet, ſexcenties ſexcentos eſſe proclamatos prætereo: & me ſæpe ipſum prius eſſe corona donatum. ſed Deum immortalem, ita'ne uæcors es & ſtupidus, Æſchine, ut intelligere nequeas, ei qui coronatur, eandem contingere felicitatem ubicunq; corona ꝓclametur: ſed ꝓp corona donantium utilitatem in theatro fieri pręconiũ. Nam quotquot audiuęre, hi ad benę de republica me-

Præconium in theatro.

rendum excitantur: & eos qui gratiam referunt, magis laudant, quàm eum qui coronatur. Quapropter legem hanc respublica tulit. ſed ipſam cape mihi legem, & recita.

LEX. Quos municipia quædam coronant, earum coronatum præconia fiant in ipſis municipijs: niſi ſi quos ipſe populus Athenienſis aut ſenatus coronat, eos uerò liceat in theatro bacchanalib9 proclamari. Audis Æſchine legem perſpicuè dicere, præterquàm ſi quos populus aut ſenatus corona ornauerit: hi uerò proclamentur. Quid igitur ô miſer calumniaris? quid fabulas comminiſceris? cur ueratro te non purgas ob iſta deliria? neque erubeſcis inuidiæ actionem inſtituere, non criminis alicuius: & leges alias immutare, alias mutilare, quas integras legi oportebat utique his, qui ſe ex legibus pronunciaturos iurarunt? Et cum ita te geras, recenſes quæ ineſſe oporteat homini populari: tanquam ſtatuam elocaris ex tabulis, eamque poſtea receperis non ita perfectam, ut tabulæ iubebant: aut tanquam è uerbis, & nõ è factis & rebus geſtis homines populares æſtimentur: & uociferaris, fandaque & nefanda nominas, tanquã de plauſtro, quæ tibi tuoque generi inſunt, nõ mihi. Atqui & hoc ego Athenienſes conuicium ab accuſatione differre exiſtimo, quòd accuſatio crimina cõplectitur, quorum ſupplicia legibus conſtituta ſunt: cõuicium autẽ maledicta, quæ pro ſua quique natura inimici alij in alios dicere ſolent. Ædificata autem puto à maioribus hæc prætoria, non ut uobis è priuatis ædibus in ea conuocatis, nefarijs maledictis alios alij proſcinderemus, ſed ut iniurios in rempublicam conuinceremus. Quæ cum Æſchines æquè mecum ſciret, ſcurrã agere, quàm accuſatorem maluit. ſed hic quoque tamen par pari referre eſt æquum. Iam igitur eò ueniam, ſi hoc prius interrogaro: Vtrum te aliquis reipub. hoſtem, an meũ eſſe dicat? meum nimirum. Cur igitur, ubi me horum uicem ex legibus ulciſci potuiſſes, ſi quid deliquiſſem: neglexiſti in relatione rationum, in accuſationibus, in alijs iudicijs? Vbi autem ego rebus omnibus ſum innocens, legibus, tempore, præfinitione, præiudicijs ſæpenumero prius hiſce de rebus factis, innocentia mea ſubinde declarata: & exiſtimationis ſiue plus, ſiue minus (ut in rebus pu-

Inſectatio calumniatoris.

Conuiciũ & accuſationis diſcrimen.

Aeſchines reipub. hoſtis, non Demoſthenis.

blicè factis) ad rempublicam redire neceſſe eſt, ibi occur
Recriminatio Aeſchinis. ſaſti. Vide, ne cũ horum ſis hoſtis, meum eſſe te ſimules.
Poſtquã igitur, quod ſit pium & iuſtũ ſuffragium, omnibus eſt oſtenſum: mecꝫ, ut uideo (quãuis à conuicijs natura abhorream) oportet propter coaceruata iſtius maledicta, pro multis & falſis maximè neceſſaria de eo dicere, atcꝫ oſtendere, quis ille cum ſit, & quibus ortus natalibus, adeò petulanter maledicere cœpter, & uerba quędam exagitet, cũ ipſe ea dixerit, quæ quis eſt homo paulo moderatior qui nominare non uereatur? Nam ſi Aeacus, aut Rhadamanthus, aut Minos eſſet accuſator, & non uitilitigator, rabula forenſis, ſcriba perditus: eum talia fuiſſe dicturum non exiſtimo, necꝫ tam moleſta uerba conquiſiturũ, tanquã in tragœdia clamitantem, ô tellus, & ſol, & uirtus, & huius generis alia: & rurſus, intelligentiam & eruditionem, inuocantẽ, qua honeſta & turpia diſcernantur. hæc.n. uticꝫ dicentẽ eum audiuiſtis. Quid uerò tibi, aut tuis, ô ſentina flagitiorum, eſt cũ uirtute cõmercij? quę ue talium rerum dijudicatio? unde aſſecutus? quî eam dignitatẽ adeptus es? Eſt uerò tibi fas eruditionis facere mentionem, qua qui uerè perpoliti ſunt, eorum nemo de ſe tale quicquã dixerit: ſed uel alio dicente, erubeſceret. ij uerò qui liberalis inſtitutionis ſunt expertes, ut tu, & præ ingenij ſtupore tamen ſimulanti id conſequuntur, ut auditores faſtidio enecent, cum talia iactant, non ut tales eſſe uideantur. Quanquã autem copia non deeſt eorum quæ in te dicam, tamen dubito cuius rei primũ faciam mentionem, utrum illud dicam, patrem tuũ Trometem ſeruiſſe ſeruitutem apud Elpiam, qui literas ad Theſei fanum doceret, craſſis compedibus & ligno uinctum? aut matrem tuam diurnas nuptias in fornice apud Calamitem heroem, celebrantem, te nobis elegantem iſtam imaginem, & ſummum hiſtrionem edidiſſe? An ut tibicẽ nauticus Phormio, Dionis Phrearrij ſeruus, eam ab illo præclaro quæſtu reuocarit? Sed ita me Iupiter dijcꝫ omnes ament, uereor, ne dum te digna dico, orationem me indignã inſtituiſſe uidear. His igitur omiſſis, ab iſtius ipſius uita primordium capiam. * Necꝫ.n. eorũ fuit, quorũ ſunt: ſed eorũ unus fuit, quos populus execratur.

Seſquipedalia uerba Aeſchinis. *Inſcitia.* *Aeſchinis pater.* *Mater.* *Aeſchines adulterinus ciuis.* *οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν.*

tur. Nam ſerò tandem, ſerò inquam, heri quidem certè, & nudiuſtertius ſimul, Athenienſis factus eſt, & orator: ac duabus ſyllabis additis, patrem pro Tromete fecit Atrometum: matrem autem perquàm grauiter Colaucotheā nominauit: quam Empuſam omnes ſciunt fuiſſe uocitatam, indito nimirum ex eo nomine, quòd omnia & faceret & pateretur. Nam unde alioqui? Sed tamen adeo ingratus es & improbus natura, ut liber è ſeruo, & diues è mēdico per hoſce factus, non modò gratiā eis non habeas: ſed mercede conductus, his in gerenda republica aduerſeris. Ac quæ in controuerſia ſunt, utrum ea pro republica dixerit, omittam. Quæ autē eum feciſſe pro hoſtibus planè compertum eſt, ea in memoriam reuocabo. Quis ueſtrûm ignorat, Antiphontem illum ciuitate eiectum, qui Philippo pollicitus, ſe naualia ueſtra incenſurum, in urbem uenit? Quem cum ego in Piræeo occultatum cepiſſem, & in concionem adduxiſſem: clamitando inuidus iſte, & uociferādo, me in populari imperio indigna facere, qui calamitoſis ciuibus inſultarem, & ædes inuaderem: effecit, ut ſine decreto dimitteretur. Quod niſi ſenatus Areopagiticus, re animaduerſa, & ueſtram ignorantiam alieno tempore accidiſſe, conſpicatus, hominē indagaſſet, & comprehenſum, ad uos reduxiſſet: ereptus fuiſſet homo talis, euitatoque ſupplicio, amiſſus per iſtū ſpecioſum oratorem. Nunc uos eum quæſtione habita, occidiſtis, quemadmodum ſanè & iſtum occiſum oportebat. Itaque gnarus iſtius facinorum ſenatus Areopagiticus, cum uos eum patronum Delphici templi miſiſſetis, eâdem ignoratione, qua multa uobis negotia publica elabuntur è manibus: ut eum etiam in cōſilium adhibuiſtis, decernendi tradita autoritate: iſtum ſtatim repudiauit ut proditorem, & Hyperidi orationem mandauit: idque ab ara ferens ſuffragia, fecit, neque ullum ſuffragiū pro iſto impuro latum eſt. Hæc, ut à me uerè dici conſtet, accerſe mihi harum rerum teſtes. TESTES. Teſtificantur Demoſtheni uice omnium hi: Callias Sunienſis, Zeno Phlyenſis, Cleo Phalereus, Demonicus Marathonius: cum populus aliquando deſignaſſet Æſchinem patronū Delphici templi ad Amphictyones, nos in cōſeſſu iudi-

Aeſchinis facta cōtra rem publicam.

Antipho defenſus.

Aeſchines à ſenatu Areopagitico improbatus.

cauimus Hyperidem digniorem eſſe, qui ꝓ ciuitatē orationem haberet, & miſſus eſt Hyperides. Proinde cum iſtum uerba facturum ſenatus repulerit, et id munus alteri mandarit: tum proditorem eum eſſe, tum uobis malè uelle declarauit. Vnum igitur hoc factum eſt, iſtius hominis generoſi, non ijs ſanè ſimile, quorꝫ me accuſat. Iam alterum recordamini. Cum Philippus Pythonem miſiſſet Bizātium illum, & à socijs ſuis uniuerſis legatos unà miſiſſet, ut probro affecturus urbem, & oſtēſurus eam derelinquere: tunc ego Pythoni inſoleſcēti, et acriter in uos inuehenti, non ceſſi, neqꝫ ſtationem deſerui. ſed ſurrexi, & reſpondi, & ciuitatis noſtræ cauſæ non defui, & Philippi iniurias tam euidēter coargui, ut eius ſocij ultrò ſurgerent & confiterentur. At iſte illis aderat, et in patriam teſtimonium dicebat, idqꝫ falſum. Neqꝫ hæc ei ſatis erāt, quin denuò poſt hæc, cū Anaxino exploratore in Thraſonis ædibus congreſſus, deprehenſus eſt. Atqui ab hoſtibus miſſum ſolus ſolum conuénit, & cum eo conſilia communicauit: is ipſe naturà fuit explorator, & hoſtis patriæ. Atqꝫ hæc à me uerè dici, ut appareat, uoca mihi horum teſtes. TESTES. Celedemus Cleonis F. Hyperides Callæſchri F. Nicomachus Diophāti F. teſtificantur Demoſtheni, iureiurando adacti à ducibus, ſcire ſe, Æſchinem Atrometi F. Cothocidem conueniſſe noctu in ædes Thraſonis, & conſilia cōmunicaſſe cum Anaxino, qui iudicatus fuit miſſus eſſe explorator à Philippo. Hæc teſtimonia relata ſunt prætore Nicia, tertio Nonas Iunias. Infinita alia, quæ de eo referre poſſem, prætermitto. Nam ita omnino ſe res habet. Multa ego huius generis etiam nunc poſſem oſtendere, in quibus iſte illis rpibus & hoſtibus inſeruire & inſultare mihi deprehenſus eſt. ſed ea uos nō diligenter memoriæ mandatis, neqꝫ ea qua cōueniebat iracundia, ꝑſequimini: & prauę cuidam conſuetudini multū licentię dediſtis, ut cuilibet liceat ueſtris utilitatibus patrocinantē ſupplantare & calūniari, uoluptatē & ſuauitatem audiendi conuicia, publicæ utilitati præferentes. Quapropter facilius eſt, & ſemper tutius, hoſtibus inſeruiendo, locare operam, quàm eam in repub. diligere ſtationem, qua ueſtra cōmoda ꝓpugnet

παράληψις et querela de leuitate Athenienſium.

O pernicioſā ſtultitiam.

tur. Ac ante bellum apertè Philippum defendere, graue quidem certè fuit, ô tellus & dij: quis.n. negett? contra patriam. ſed date, ſi uultis, date ei hoc. ſed cũ ſpoliatis iam palàm nauibus uaſtata Cherſoneſo, homo Atticã inuaderet, neq; iam dubiæ res eſſent, ſed bellum impenderet: qd pro uobis unquam egerit iuidus iſte iambographus oſtendere nõ poterit, neq; extat ullum uel maius uel minus decretũ, factũ ab Æſchine, ꝓ utilitate reipub. ſin aliquod extare dicit, oſtendat nunc ad meã aquã. ſed nullũ extat. Alterutrũ aũt neceſſe eſt, eum aut ꝙ nihil eorꝫ quę tum à me agebantur, poſſet reprehendere, nõ alia pręter ea ſcripſiſſe: aut ꝙ hoſtium cõmodis ſtuderet, non in medium his protuliſſe meliora. Sed non dicebat, credo, neq; ſcribebat, cum uobis aliqd mali dandum eſſet? Imò nemini alij dicendi locus erat. Ac cætera qdem reſpublica ferre poterat, ut apparet, quæ iſte clàm faciebat: unum aũt perfecit eiuſmodi Athenięſes, ꝙ cæteris omnibus faſtigium imponeret, in quo magnam orationis ſuæ partẽ cõſumpſit, Amphiſſenſium Locrorꝫ decreta recẽſendo, ſpe peruertendæ ueritatis. Id uero nõ ita eſt. Nam qui fieri poſſit? multum certè abeſt. neq; tu unquã elues ea quę illic egiſti: non adeò multa dices. Aduoco aũt in conſpectu ueſtro, Athenienſes, deos deaſq; uniuerſos, qui terrã Atticam tenent, & Apollinem Pythium, qui eſt huic urbi patrius, & hos oẽs precor, ut, ſi uera nunc apud uos dixero, & tunc ſtatim pro concione dixi, cum primũ uidi impurum iſtũ eã rem aggredi (cognoui.n. ſtatim, cognoui) ut mihi felicitatem tribuant & ſalutem. Sin ex odio aut ꝓpter priuatam ſimultatẽ, crimen iſti falſum impingo, ne me ullius boni fructũ capere patiañt. Cur uerò hęc imprecatus ſum, tamq; uehemẽter aſſeueraui? ꝙ cum & tabulas in curia repoſitas habeã, qbus hæc poſſum apertè oſtendere, & uos rem meminiſſe ſciam, illud uereor, ne iſte minor ꝗ qui tantum dare malorũ potuerit, exiſtimetur. quod prius accidit, cum miſeris Phocenſibus internecionis fuit autor falſa huc renunciando. Nam bellum Amphiſſenſe, propter quod ad Elatiam uenit Philippus, & ꝓpter quod Amphictyonum dux deſignatus fuit, quę res uniuerſam Gręciã euertit, is eſt qui excitarit,

Conceſſio.

Belli tpe nihil actum ab Aeſchine pro utilitate reipub.

Dilemma.

Belli Amphiſſenſis autor Aeſchines.

Imprecatio.

& omnium unus uir maximorum autor malorum. & tum ſtatim me teſtificante & clamitante in concione: Bellũ in Atticã introducis Æſchine, bellum Amphictyonicũ. alij qui aduocati cum eo cõſidebant, me concionem habere uetabãt: alij demirabantur, & inane crimen pp priuatam ſimultatem inferre me ei putabant. Quæ autem natura fuerit rerum illarum, & qua de cauſa inſtructæ illæ fuerint, & qũo geſtæ, nunc audite, quãdo eum audire uobis nõ licuit. Negotium enim probè concinnatum uidebitis, & magnas utilitates ad cognitionem rerum cõmunium capietis. Et quãta fuerit in Philippo calliditas, ſpectate. Belli ueſtri finis aut exitus nullus erat Philippo, niſi Thebanos & Theſſalos hoſtes effeciſſet urbi: & quantumuis miſerè & malè ueſtri duces cũ eo bellarent, tñ ab ipſo bello & prædonibus, infinitis malis uexabat̃. Neq; enim è ditione eius quicq; qđ ibi naſceretur, uel exportabatur, uel importabat̃, quo ipſe idigebat. Neq; uerò erat eo tpe mari uobis potentior: neq; in Atticam uenire poterat, ſi nec Theſſali eum ſequerentur, nec Thebani tranſitũ darent. Vſu ueniebat aũt ei qualeſcũq; duces miſſos à uobis (omitto.n.hoc) prælio ſuperãti, ob ipſam loci naturam, & utrorumq; facultates, ut malè tractaret̃. Qđ ſi ſuarum cauſa inimicitiarum, ſiue Theſſalis, ſiue Thebanis ſuaderet, ut uos inuaderent, nèminem ſibi obtẽperaturum putabat: ſin per ſpeciem cõmunis cauſæ illorum dux deſignaretur, facilius ſperabat ſe alia fraude, alia perſuaſione conſecuturum. Quid igitur inſtituit? ſpectate q̃ bene. bellum excitare iter Amphictyones, & de Pylæa tumultũ. ad ea.n.ſtatim putabat eos ipſius opem requiſituros, cuius belli, ſi qs uel à ſe miſſus aſſeſſor uel ſuorum ſociorum autor eſſet, rem fore ſuſpectam putabat, & Thebanos & Theſſalos, & oẽs fore cautiores. Sin Atheniẽſis, & à uobis eſſet, ſuis aduerſarijs, qui id ageret, facilè clàm futurum. id qđ accidit. Quo igit̃ ea pacto confecit? Cõducit iſtũ. Nemine aũt rem, ut opinor, pſciente, aut cauente (quemadmodũ apud uos talia fieri ſolent) deſignatus iſte Pylagoras, & tribus quatuor'ue ſuffragatis, renunciatus eſt. Vt autem aſſumpta reipubli. noſtræ autoritate ad Amphictyones uenit, alijs rebus omnibus relictis & deſpe-

Cõſilium Philippi exponit, de excitando bello Amphictionico.

Aeſchinis acta, cum legatus in Pylas iſſet.

ctis,ea confecit,ꝑpter quę conductus erat,& uerbis ſpe ciosis,& ſabulis, unde Cyrrhæus ager conſecratus eēt, cōpoſitis atq; cōmemoratis: hominibus eloquentię non aſſuetis,et futura nō ꝓſpicientibus aſſeſſoribus,ꝑſuadet, ut decernerēt obeundū eſſe agrum, quē ſe Amphiſſenſes ut ſuū fundum colere dicebant, iſte aūt ad conſecratam regionem ꝑtinere criminabatur: Locrenſibus nullā mul ctam nobis imponentibus,neq; ea quæ nūc iſte ꝑ mendacium cauſaur, poſtulantibus. Qđ inde cognoſcetis. Haud licebat utiq; Locrenſibus,non citata noſtra urbe, iudiciū contra noſtrā urbem exequi. Quis igiť uos citauit? quo prēditus magiſtratu? dic qs ſit cōſcius? oſtende. Verū haudquaquā poteris:ſed inani iſto ꝓtextu abuteba ris,& falſo. Obeuntibus autē agrum Amphictyonibus de ſnia iſtius, facto impetu Locrenſes,parū abfuit, quin uniuerſos iaculis cōficerent: quoſdā etiam cōprehenderunt legatoꝝ. Vt uerò ſemel ex his querimonię, & bellū aduerſus Amphiſſenſes conflatū eſt: primū Cottyphus ipſoꝝ Amphictyonum duxit exercitum. Vt aūt alij non uenerunt,alij qui uenerant,nihil egerunt:inſequente con uentu ad Philippum ſtatim ducem referebāt ſubornati, & olim ſcelerati quidam è Theſſalis & alijs oppidis, & cauſas ꝓbabiles habebant:aut.n.ipſis tributa conferenda,& alendum peregrinum militem dicebāt,& puniendos qui facere id recuſarēt: aut illum ducem eligendum. Quid multis? ſic creatus eſt imperator:& poſt hæc,collecto ſtatim exercitu,ꝓgreſſus tanq; ad Cyrrhæū agrū, multum ualere iuſſis & Cirrhæis et Locrenſibus,Elateā occupat. Quòd niſi ſtatim Thebani,mutata ſnia,ſe uobiſcum coniunxiſſent, tanq; torrens uniuerſa belli moles in urbem noſtram irruiſſet. Nunc(tum qdem)eum illi ſubitò cohercuerunt,idq́; factum eſt cum primis.Athe nienſes numinis alicuius benignitate erga uos: poſt autem,& quantum in uno uiro eſt, mea quoq; autoritate. Da uerò mihi decreta iſta, & tempora, quibus horum quidq; factum eſt,ut ſciatis,quantis rebus turbatis, nefarium iſtud caput pœnas non dederit. Recita decreta. DECRETVM AMPHYCTIONVM. Sacerdote Cli nagora,uero conuentu,uiſum eſt Pylagoris & aſſeſſori-

Philippus crea tus imperator Amphictyonū

Elateæ occu patio.

bus Amphictyonum: quũ Amphiſſenſes ſacrum agrum inuadant & conſerant, & armentis depaſcant: Pylagoris & aſſeſſoribus in rem præſentem ueniendum, & columnis limites dirimendos, & interdicendum Amphiſſenſibus, ne in poſterum inuadant. ALIVD DECRETVM. Sacerdote Clinagora, uerno cõuentu, uiſum eſt Pylagoris & aſſeſſoribus Amphictionum, & communi Amphictyonum, quando Amphiſſenſes ſacrum agrũ inter ſe partiti colant, & armenta in eo paſcant: & cum id facere prohiberẽtur, armata manu progreſſi, commune Græcorũ concilium ui repulerint: quoſdam etiam uulneribus affecerint, & ducem creatũ ab Amphictyonibus Cottyphum Arcadem: legationem ad Philippum Macedonem mittendam, & petendum, ut opituleẽ & Apollini & Amphictyonibus, ut ne patiaẽ ab impijs Amphiſſenſibus Deo fraudem fieri: atq; eum dictatorẽ creari à Græcis, qui ius habeant concilij Amphictyonũ. Age recita & tempora qbus hęc facta ſunt: fuere etiam ea quibus iſte Pylagoram egit. Recita. TEMPORA. Prætor Mneſithides. 16. Calẽ. Decembris. Age da mihi literas, quas, ut non parebant Thebani, miſit ad Peloponnẽſes ſocios Philippus, ut etiam ex ijs perſpiciatis, ueram cauſam rerum, quæ erat, ut illa quæ contra Græciam & Thebanos & uos moliretur, occultaret, ſeq́ communia decreta Amphictyonum exequi ſimularet. Qui uerò eas occaſiones & prætextus ei ſuppeditarat, iſte fuit. Recita. LITERAE PHILIPPI. Rex Macedonum Philippus Peloponnenſium fœderatorum magiſtratibus & aſſeſoribus, & alijs ſocijs omnibus S. Quoniam Locrẽſes, qui Ozolæ nominantur, atq; Amphiſſam incolũt, in delubrum Apollinis Delphici delinquunt, & ſacrũ agrum armata manu progreſſi deprædantur: Deo, uobis adiutoribus, opem feram, & ulciſcar eos, qui ius gentium, & religionem uiolarunt. Quare armati nobis occurrite in Phocide, allato cõmeatu quadraginta dierum, præſenti mẽſe Loo, ut nos habemus: ut Atheniẽſes, Boedromione (ſextili) ut Corinthij. Panemo. Qui ſe autem nobiſcum non coniunxerint, * eos hoſtium numero habebimus: eos autem qui noſtris conſilijs non paruerint mulctabi-

πανδημεί χρησόμεθα

mus. Valete. Videtis eũ ſugere ſuas cauſas, & in Amphictyonicas confugere? Quis igitur illis concinnandis adiutor? quis cauſas ſuppeditauit? quis malorum quæ inciderunt potiſſimũ autor? non'ne iſte? Ne igitur paſſim dicatis, Athenienſes, ab uno homine Græciam eſſe talia perpeſſam. non ab uno, ſed à multis atque improbis in ſingulis urbibus, proh diuûm fidem atque hominum: quorum iſte unus eſt, quem (ſi uerum liberè dicendum ſit) non dubitarim ego cõmunem peſtem eorum quã poſtea perierũt omnium, dicere, hominum, locorum, urbium. Qui.n. ſemen præbuit, is enatæ ſegetis malorum eſt autor. quem quî nõ è primo ſtatim àſpectu ſitis auerſati, demiror. Sed magnæ, ut apparet, apud uos tenebræ ſunt obiectæ ueritati. Accidit autem mihi, facinora illius contra patriam deſignata aggreſſo, ut ad ea peruenerim, quã illi aduerſatus ego in republica geſſi, quæ cũ multis de cauſis meritò ex me audietis: tum uerò, quod turpe eſt, Atheniẽſes, cũ ego res ipſas laborum ueſtra cauſa ſuſceptorum ſuſtinuerim, uos nec uerba de rebus uelle ſuſtinere. Cum.n. ego uiderem Thebanos, atque adeò uos quoque, propemodũ à Philippi procuratoribus, & hominibus apud utroſque corruptis adductos, & id quod utriſque erat formidabile, magnamque cautionem requirebat, ne potentiam Philippi creſcere ſineretis, negligere: nec ullam ea de re cauenda ſuſcipere curam, & ad inimicitias mutuaſque ſimultates propendêre: hoc ut ne fieret, perpetuò cauebam: non meapte dũtaxat prudentia ea cõferre exiſtimans, ſed gnarus Ariſtophontem, & rurſus Eubulum, omni tempore cõciliare uoluiſſe illam amicitiam, & cũ aliĳs de rebus ſæpe inter ſe diſſentirent, in hoc ſemper concordaſſe: quos tu uiuentes, ô Vulpecula, aſſentans ſectabare: defunctis obtrectare nõ erubeſcis. Nam quod me de Thebanis accuſas, illos multo magis quàm me accuſas, qui ante me ſocietatem illam probauerunt. Sed illuc redeo. Amphiſſenſi bello per iſtum excitato, & inimicitĳs aduerſus Thebanos per alios eius adiutores perfectis, accidiſſe, ut Philippus nos aggrederetur: qua de cauſa iſti urbes inter ſe committebant. Quòd niſi paulo antè euigilaſſemus, ne recuperare quidem uires licuiſſet. eò uſque iſti rem perduxerant. Vt uerò

Aeſchines malorum autor.

Semẽ malorũ.

Veritas inuoluta tenebris.

Demoſthenis acta contra Aeſchinem.

Conciliatio Thebanorũ et Athenienſiũ.

Ariſtophon.

Eubulus.

Decreta de Philippi conatibus prohibẽdis.

alij in alios fueritis animati,his decretis auditis & reſpõſionibus,ſcietis. Age cape hæc, & lege. DECRETVM. Heropytho prætore IIII calendas Martias,tribu præſidente Erechtheia,de ſententia ſenatus & ducum: Quoniam Philippus oppida q̃dam finitima occupauit,q̃dam populatur,atq; in ſumma,ad Atticam inuadendam ſe inſtruit,fœdus noſtrum pro nihilo ducens,& iuſiurandum ſoluere inſtituit & pacem,fidem mutuò datam frãgens: placere ſenatui populoq́;, ut legati ad eum mittãtur,qui cũ eo agant,& eum hortentur,potiſſimũ,ut cõcordiam nobiſcum factam & pacta tueatur:ſin minus,ut ſpacium deliberandi prębeat reipublicæ,& inducias uſq; ad menſem Aprilem prorogeт. Lecti ſunt è ſenatu Simus Anagyrrhaſius,Euthydemus Phliaſius,Bulagoras Alopœcenſis. ALIVD DECRETVM. Heropytho prætore,pridie Calend. Apriles de Belliducis ſententia:Quoniã Philippus Thebanos alienare à nobis inſtituit,itaq́; ſe parauit,ut in Atticæ loca proxima cũ omni exercitu ingrediatur,in quo fœdus quod ei nobiſcũ intercedit,uiolat,placere ſenatui populoq́;,ut ad eum mittantur caduceator & legati,qui petant & eũ hortentur,ut inducias faciat, ut è re nata populus deliberet. * Nunc enim eum non inſtituiſſe opem ferre in ulla re moderata. Lecti ſunt è ſenatu Nearchus Soſinomi F. Polycrates Epiphronis F. & caduceator Eunomus Anaphlyſtius è populo. Recita etiam reſponſa. RESPONSA DATA ATHENIENSIBVS. Rex Macedonum Philippus S.P.Q.Athenienſi S. Quo animo fueritis erga nos ab initio affecti,nõ ignoro, & quid ſtudio habeatis, coniungere uobiſcum Theſſalos & Thebanos,atque adeò Bœotios etiam cupientes. Qui cum ſaniores ſint, & ueſtram amplecti ſectam, uobiſq́; ſubijcere ſe recuſent,atq; à parte utilitatis ſtent,nũc mutata ſententia, miſſis legatis & caduceatoribus, pactionum mentionem facitis,& inducias petitis,nulla per nos iniuria laceſſiti. Verũtamẽ ego legatis auditis,annuo poſtulatis,& paratus ſum facere inducias,ſi eos qui uobis nõ rectè cõſulunt,repudiatos,ea qua digni ſunt ignominia mulctabitis. Valete. RESPONSA DATA THEBANIS. Rex Macedonũ Philippus S.P.Q. Thebano S.

νῦν γὰρ ἠκίχρειν βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων.

Accepi literas ueſtras, quibus concordiam & pacē mecū factam renouatis, ſed tamen audio Athenienſes omni ſtudio contendere, ut ipſorum decretis ſuffragemini. Vt igitur prius uos accuſabam, quòd ſpem, quā illi faciebant, eſſetis amplexuri, & eorum inſtitutum ſecuturi: ita nunc poſteaquā intellexi, malle uos pacem nobiſcum factā tueri, quàm aliorū ſequi ſententias, ſum delectatus. & uos cū multis nominibus laudo, tum eo potiſſimum, quòd & tutiora cōſilia ſectamini, & beneuolentiam erga nos retinetis. Quod non parum uobis momenti allaturum puto, ſi in iſto inſtituto perſeuerabitis. Valete. Ita concitatis inter ſe urbibus Philippus iſtorum opera, & his decretis elatus, & reſponſionibus, aduentauit cum exercitu, & Elateam occupauit, tanquā, etiamſi quid accidiſſet, nō iam conſpiraturis uobis & Thebanis. Verùm qui tumultus in urbe tum fuerit excitatus, noſtis omnes: paucis tamē audite cognitu maximè neceſſaria. Veſpera erat: uenit autem quidam ad conſules, Elateam eſſe occupatam nuncians. Poſt hęc alij à cœna ſurgentes, & circumforaneos è tabernis expellebant, & crates incendebant: alij duces accerſebant, & tubicinem uocabāt: tumultu deniq; referta erat urbs. poſtridie, primo diluculo conſules ſenatum in curiam uocabant: uos autem in concionem ibatis, ac priuſquam ſenatus referret ac decerneret, uniuerſus populus animo ſuſpenſo ſedebat: & pòſt, ut ingreſſus fuit ſenatus, & conſules ea quæ ipſis nunciata fuerant, propoſuerunt, & nuncium produxerunt, iſq́; nunciauit: præco rogabat, Quis concionem habere uellet? nemo prodibat, ſæpius rogante præcone: nihilo magis ſurgebat quiſquam, prǽſentibus omnibus ducibus, omnibus oratoribus, & cōmuni patriæ uoce requirente aliquem, qui de urbis incolumitate diſſereret. Quam enim præco uocem ex inſtitutò legum edit, hæc iurè cōmunis eſt totius patriæ uox exiſtimāda. Quòd ſi ſurgendū fuiſſet ijs qui rēpub. ſaluam uoluiſſent, omnes uos cæteriq́; Athenienſes conſurrexiſſetis, & ad ſuggeſtū acceſſiſſetis. omnes enim, ſatis ſcio, incolumem eſſe eam uoluiſſetis: ſin ditiſſimis, trecentis: ſin quibus utraq; hæc ſuppetebant, ut & reipublicæ conſultum cuperent, & diuites eſſent, ijs qui poſtea magna largiti

Trepidatio Athenienſiū occupata à Philippo Elatea.

Demoſthenis tacentibus omnibus alijs, & attonitis, ſalutare cōſilium.

ſunt,id quod propter & beneuolentiam & diuitias fece-
runt. Sed ut apparet,illud tempus & illa dies non modo
bene cupientem & locupletē uirum poſtulabat,ſed & in
rebus illis ab initio uerſatū,& rectè meditatum,qua gra-
tia Philipp9 illa ageret,& qd ſibi uellet. Quas res q igno-
rabat,& nō multo antè perueſtigarat accuratè,ſiue bene-
uolus,ſiue diues eſſet,nihilo magis ſciturus erat,quid aut
agendū, aut ſuadendum uobis eſſet. Is igitur eo die ego
extiti,& progreſſus ad uos,ea dixi quæ me referentē dua-
bus de cauſis attentè audiatis uelim: tum ut ſciatis me ſo-
lum ex oratoribus & in republica uerſantibus beneuo-
lentiæ munus in periculis nō deſeruiſſe,ſed ex officio bo-
ni ciuis & dixiſſe & ſcripſiſſe pro uobis in ipſa trepidatio-
ne quæ opus fuerunt: tum ꝙ exiguo impēſo tempore ad
reliqua reipublicę munia multo eritis inſtructiores. Dice-
bam igitur, qui nimis illud formidarent,ꝙ Thebani Phi-
lippo amici eſſent,eos uideri mihi pręſentia negotia non
intelligere. ſatis enim ſcire me,ſi id ita ſe haberet,nos eum
non Elateæ,ſed in noſtris uerſari finibus,audituros: uerū
ubi res Thebanas compoſuiſſet,eum huc uenturum eſſe,
me compertum habere. Vt autem hæc inquā ſe habeant,
audite me. Ille quoſcunq; Thebanorum uel allicere pe-
cunia,uel decipere licuit,paratos habet. Eos autem qui
principiò illi reſtiterunt, & adhuc aduerſantur,nequāꝗ
cōmouere poteſt. Quid igitur ſibi uult? & quamobrem
Elateam occupauit? ut è uicinia oſtenſo exercitu,armiſq;
admotis,& ſuos amicos confirmaret atque erigeret,&
aduerſarios percelleret: quo aut præ metu ea quæ nunc
nolunt,concederent,aut cogerentur. Quòd ſi igitur, in-
quam, in præſentia, ſi qua re Thebani uos offenderunt,
eius meminiſſe,& eis,ut qui cum hoſtibus faciant,diffi-
dere inſtituemus,primùm quod optarit Philippus,facie-
mus. Deinde uereor,ne illi qui nunc ei aduerſantur,cum
eo ſe coniungant, & omnes uno animo Philippo ſtude-
ant,atque in Atticam ueniant utrique. Verùm ſi mihi pa-
rebitis,& in ijs quæ dixero conſiderandis potius ꝗ exa-
gitandis eritis occupati: arbitror fore,ut & recta dicere
uidear, & imminens reipublicæ periculum propulſem.
Quid igitur faciendum eſſe cenſeo? primùm præſentem

metum remittendum: deinde mutata ſententia, Thebanis eſſe metuendum, ut qui cladibus ſint multo propiores, & periculo priores expoſiti. Tertio loco iuuentutem & equites Eleuſina eſſe educendos, ut oſtendatis omnibus uoſmetipſos eſſe in armis: & ut, qui Thebis uobiſcũ faciunt, pari libertate ſuam tueri cauſam audeant: cum ſciant, quemadmodũ ijs qui patriam Philippo uendunt, præſto eſt Elateæ, qui opituletur exercitus: ſic libertatis aſſertoribus, uos paratos eſſe ad ferendum auxilium, ſi quis eos inuaſerit. Poſt hæc decerni iubeo decẽ legatos, & ijs cum ducibus permittendum, & quando ſit illuc ueniendum, & quando hinc abeundum. Sed ubi Thebas legati uenerint, quomodo rem hanc adminiſtrabitis? magnopere moneo, ut mihi auſcultetis, neque à Thebanis quicquam poſtuletis. Eſt enim id hoc tempore alienum: ſed polliceamini uos opem laturos ſi iuſſerint, quod & ipſi in extremo diſcrimine uerſentur, & uos melius, quam illi, uentura proſpiciatis: ut ſi hæc admiſerint, & nobis paruerint, & quæ uolumus, conſecuti fuerimus, ea etiam pro dignitate noſtrę reipublicæ conficiamus. ſin fortè uoto fruſtrari contigerit, illi ſemetipſos accuſent, ſi quid nunc deliquerint: nos autem nihil turpe aut humile egerimus. His & ſimilibus dictis, deſcendi. Quæ cum collaudaſſent omnes, & nemo quicquam contrà dixiſſet, non hæc ita dixi, ut non ſcriberentur: neque ita ſcripſi, ut legationem non obirem: neque legationem ita obij, ut Thebanis non perſuaderem: ſed ab initio ad finem uſque ſum omnia perſecutus, & me ueſtra cauſa, in imminentia reipublicæ pericula conieci. Age profer mihi decretum, quod tum factum eſt. Iam uerò quem uis Æſchine te, & quem me ipſum illo eſſe die ponam? uis me quidẽ eum, quem tu per conuicium & contumeliam Battalum uocas? Te uerò, heroem, nec eum uulgarem, ſed illorum aliquem qui in ſcena celebrantur, Creſphontem, aut Creontem, aut quem aliquando in Colytto Oenomaum male repræſentando contriuiſti? Illo igitur tempore Pæanienſis ego Battalus, me præſtiti patriæ utiliorem, quàm tu Cothocides Oenomaus. Tui nullus uſpiam fuit: uſus ego uerò quæ bonum ciuem decent, feci omnia. Reci-

Collatio actorum Aeſchinis & Demoſthenis.

ra decretum. DECRETVM DEMOSTHENIS. Prætore Nauſicle, tribu pſidente Aiacia, decimoſeptimo Calend. Iunij Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis dixit: Quoniam Philippum Macedonum regem ſuperiori tempore conditiones pacis cũ populo Athenienſi factæ, uiolaſſe conſtat, deſpecto iureiurando, & apud oẽs Græcos uſitato iure, & urbes intercipere nihil ad ſe attinentes: quaſdã etiam, q̃ Athenienſium fuerunt, expugnatas cæpiſſe, nulla à populo Athenienſi laceſſitum iniuria: & in præſentia longè graſſari ui & crudelitate. Nam & q̃dam Græca oppida pſidijs tenet, & reſpublicas abrogat: quædam etiam excindit, & ciues ſub corona uendit: in q̃dam etiam, eiectis Grçcis, barbaros collocat, in fana & monumenta maiorum inductos: in quo nihil ſanè alienum facit uel patria ſua, uel moribus: & pręſente hac ſua fortuna importunè utitur, oblitus ſui, qui è paruo & quolibet factus ſit inſperatò magnus. Ac dum oppida eũ uidebat intercipientẽ Barbara & priuata, minus in ſe delinqui putabat populus Athenienſis. nunc uerò uidens Gręcarũ urbium aliàs indignè tractari, aliàs euerti: iniquum eſſe cenſet, & gloria maiorꝝ indignũ, cõmittere ut Græci ſeruitute opprimantur. Itaq; uiſum eſt ſenatui populoq́ Athenienſi, ut uotis nuncupatis, & ſacris peractis, dijs & heroibus urbis tutelaribus, & ditionis Athenienſium: & reuocata in memoriam uirtute maiorum, qui pluris fecere defenſionem Gręciæ libertatis, q̃ ſuam patriam: ut ducentæ naues in mare protrahantur, & nauarchus intra Pylas appellat, & dux & magiſter equitum, pedeſtres & equeſtres copias Eleuſinem educant: & ut legati mittantur ad cæteros Græcos, ac primũ omnium ad Thebanos, propterea ꝙ Philippus agro illorum eſt proximus, qui eos cohortentur, ut à Philippo non perterrefacti, ſuá & aliorum Græcorũ libertatem defendant: & indicent, populum Athenienſem, obliterata ueterum, ſi quæ inter urbes interceſſerint, offenſarum memoria, opem laturum & copijs, & pecunia, & telis, & armis, qui ſciat ipſis inter ſe contendere de principatu, cum Græci ſint, præclarum eſſe: homini autem alienigenæ parêre, & principatu ſpoliari, indignum eſſe Græcorum gloria

& uirtute maiorum. Ad hæc nec alienũ ſibi ducere populum Atheniẽſem Thebanorum populum, uel cognatione, * uel gentilitate, & recordari maiorum ſuorũ collata in Thebanorum maiores beneficia: cum & Herculis liberos, qui patrio imperio á Peloponnenſibus ſpoliarentur, reſtituerint, bello deuictis ĳs q contrá uenire conabantur Herculis liberis: & nos Oedipum, eiusq́ comites eiectos ſuſcepiſſe, & multa humanitatis & celebrata officia præſtitiſſe Thebanis. Quamobrem ne nunc quidem populum Athenienſem Thebanorum cæterorumq́ Græcorum commodis defuturum: & paciſci cũ eis de ineunda & ſocietate & affinitate, & iureiurando dando & accipiẽdo. LEGATI. Demoſthenes Demoſthenis F. Pęanienſis, Hyperides Cleandri F. Sphettius, Mneſithides Antiphanis F. Phrearrius, Democrates Sophili F. Phlyenſis, Callæſchrus Diotimi F. Cothocides. Hoc Thebanarum rerum fuit initium, hæc prima cõſtitutio, cum anté in inimicitias & odium & diffidentiam per iſtos impulſæ eſſent ciuitates. hoc decretum effecit, ut tum impendens reipublicæ periculum, tanquam nubes præteriret. Fuiſſet igitur boni ciuis tum oſtendere omnibus, ſi quid his haberet melius, nõ nunc reprehendere. Conſiliarius enim, & calumniator, cum nulla re alia inter ſe ſint ſimiles, tum hoc maximé differunt, q̃ ille ante res ſententiam dicit, & ſe reddit obnoxium ĳs qui paruerint, fortunæ, temporibus, cuilibet: hic, cum dicendũ fuiſſet, tacuit: ſi quid aduerſi accidit, id exagitat. Illud igitur, ut dixi, tempus fuiſſet uiri ſoliciti de republica, & de habendis iuſtis orationibus. Ego uerò tam prolixè ago, ut ſi quis nunc aliquid melius proferre poteſt, aut ſi q̃d omnino fieri potuit aliud, q̃ ea quæ ego delegi, me iniurium eſſe confitear. ſi quid enim eſt, quod nunc aliquis uidit, quod tum fieri profuiſſet: id ego me fateor ignorare non debuiſſe. Si ueró neq; eſt, neq; fuit, neque dicere quiſquam uel hodie poſsit: quid cõſiliario fuit agendũ? non eorum quæ eſſe uiderentur, quæq́ darentur optima eligenda? At ego id feci, præcone rogante Æſchine, quis concionari uellet? non, quis pręterita criminari? nec quis præſtare uellet futurorum euentum? Cũ uero tu mu

τῶ ὁμοφύλῳ

Aeſchines nõ ſuaſor agendarum, ſed calũniator actarũ rerum.

Demoſthenis conſilio nihil potuiſſe fieri melius.

tus illis temporibus in cõcionibus ſederes, ego progreſſus uerba feci. Sed quoniam id tum non feciſti, nunc ſaltem oſtende, dic, quæ nam aut oratio, quę fuerit inueniẽda, aut quæ reipub. utilis occaſio fuerit à me prætermiſſa? quæ ſocietas? quæ actio, ad quam hi potius incitandi mihi fuerint? Atqui præterita miſſa fieri ſolẽt ſemper ab omnibus: neq; de ĳs uſquã quiſquam deliberationẽ inſtituit, ſed aut futura aut præſentia conſiliarĳ munus requirunt. Tum uerò cladium aliæ impendebant (ut apparebat) aliæ iam aderant. In quibus inſtitutum mearũ adminiſtrationum ſpectare, nõ euentum calumniari debes. Rerum enim omnium exitus talis eſt, qualem Deus eſſe uoluit. Ipſum uerò propoſitum conſulentis animum declarat. Ne igitur id iniuriæ loco mihi numeres, ſi ita cõtigit ut Philippus prælio uictor eſſet. Eius enim rei finis in Dei uoluntate, non penes me fuit. Sed me non omnia quæ humano prouideri cõſilio poſſent, exquiſiuiſſe, nec ea rectè & diligenter egiſſe, & induſtria maiore q̃ pro uiribus, aut non præclaras res, & è dignitate reipub. inſtituiſſe, & neceſſarias: hæc mihi cum oſtenderis, tum demum accuſa. Sin aũt delatum fulmen aut tempeſtas, nõ modò uobis, ſed omnibus etiã alĳs Græcis maior fuit: quid erat faciẽdum? Perinde id quidem fuerit, ac ſi quis nauicularium, qui incolumitatis cauſa feciſſet omnia, & nauigium rebus oĩbus adornaſſet, quas ad eius cõſeruationem facere putabat: poſtea tẽpeſtate conflictatũ, & fathiſcentibus ei aliquibus inſtrumentis, aut prorſus ẽt cõfractis, naufragĳ criminaretur: ſed neq; gubernaui nauem, inquiet, quemadmodũ nec ego exercitum duxi: neque fortunæ fui dñs, ſed illa domina eſt omnium. Iam illud conſidera & uide, ſi nobis, Thebanis adiutoribus, is prælĳ exitus in fatis fuit: quid fuiſſet expectandũ, ſi nec illos ſocios, ſed cũ Philippo coniunctos, aduerſarios habuiſſemus? qua de re qd tum ille non dixit? & ſi nunc, cũ tridui itinere præliũ ab Attica cõmiſſum fuerit, tm̃ periculum & terror ciuitati inceſsit, quid, ſic ubi in agro noſtro ea clades accidiſſet, fuit expectãdum? Nunqd putatis futurum fuiſſe, ut liceret nobis etiamnum ſtare, cõuenire, reſpirare? Multũ unus dies et duo & tres reipub. cõ

Nõ euẽtus ſpectandus, ſed animus.

Fatales imperiorum cõuerſiones tempeſtati conferuntur.

Niſi fuiſſet inita ſocietas cũ Thebanis, in maiore futurã fuiſſe periculo rempu.

tulerunt ad ſalutẽ. Tum aũt: ſed dictu indigna ſunt, ea q̃ ne experiremur, numinis alicuius benignitate factũ eſt, & obiectu ſocietatis huius quam tu accuſas. Hæc autẽ omnia ad uos pertinere uolo, Iudices, & ad circumſtantem foris coronã, & audientem. Nam ad iſtũ quidem inquinatum hoiem, breuis & pſpicua ſatis eſſet oratio. Nã ſi tibi explorata fuerunt futura Æſchine, ſoli, cũ reſpub. de ijs deliberabat, tum prędicenda fuerũt: ſin haud pręſciebas, eiuſdem reus es inſcitiæ cum alijs. Cur igitur ob ea tu me magis accuſas, q̃ ego te? Tanto. n. ego in ijs ipſis te melior ciuis fui q̃ dico (neq; dum de alijs diſſero) quo maiorem ego nauaui operã in ijs rebus, q̃ omnibus uidebantur pfuturæ, nullius priuati piculi metu aut reſpectu deterritus. Tu uerò neque alia his meliora dicebas (alioq meis non uſi eſſent conſilijs) neq; ad hæc ipſa exequenda quicquã utilitatis & ſtudij conferebas. ſed qđ homo neqſsimus fecerit, & reip. inimicisſimus, id feciſti, & poſt euentũ prodijſti, & ſimulac Ariſtratus Naxi, & Ariſtolaus Thaſi, perpetui & manifeſti hoſtes noſtræ urbis, Athenienſiũ amicos iudicijs uexant, ẽt Athenis Æſchines Demoſthenẽ accuſat. Verũ cui Gręcorũ calamitates ad nominis celebritatẽ & exultationẽ reſeruabantur, eũ æquius eſſet ipſum interfici, q̃ alios accuſare: & cui eadẽ tpa quæ reipub. hoſtibus pfuerũt, is bonus eſſe ciuis & patriæ amãs haud põt. idq; declarat & uita tua, & facta & acta tua in repub. & nõ acta. Agit̃ aliqd quod è re ueſtra fore uideat̃? Mutus Æſchines. Nõ ſucceſsit aliqd, et ſecus euenit q̃ oportuit? Adeſt Æſchines, quemadmodũ rupta & conuulſa, ſi qd mali corpus occupauerit, tũ commouentur. Cum aũt euentum acriter urgeat, aliqd etiam dicã admirabile, & q̃ſo per deos ne quis meam demiret̃ inſolentiam, ſed ut id qđ dicam, cõſideret cum beneuolentia: ſi oibus perſpicua fuiſſent ea q̃ futura erant, & præſciſſent oẽs, & tu pdixiſſes Æſchine, & obteſtatus eſſes, clamitãs & uociferans, q nec os aperuiſti: ne tum quidem hæc miſſa reipub. facienda fuiſſent, ſi modò uel gloriæ maiorum, uel memoriæ poſteritatis rationem habuiſſet. Nunc enim fruſtrata eſſe conatibus iudicatur, qđ omnibus commune eſt mortalibus,

ἀποπειράσαιτο

Dilẽmate urget aduerſarium.

Ante rẽ ignauus, actare calumniator.

Inſectatur Aeſchinẽ, ut reipub. hoſtem.

Digreſsio: ẽt cũ manifeſto periculo dignitatem rei p. tuendã fuiſſe.

ſi Deo uiſum ita fuerit. Tum uerò, ſi principatum ſibi in
alios arrogaſſet, eo'que poſtea ceſsiſſet: omnes Græcos
ab ea Philippo eſſe proditos, crimini daretur. Nam ſi il-
la ſine certamine abieciſſet, propter quæ nulla non peri-
cula maiores adierunt, quis te non conſpuiſſet? neque.n.
remp. aut me. Quibus, deum immortalē, oculis, qua frō-
te aſpexiſſemus hoſpites in noſtram urbem uentitātes,
ſi res eò quò nunc, rediſſent, & dux et dominus omnium
Philippus eſſet creatus? & prælium ad ea prohibēda ſu-
ſceptum, alij ſine nobis commiſiſſent? præſertim quum
ſuperioribus temporibus reſpub. noſtra nunquā in glo-
riam ſecuritatem periculis, honeſtatis cauſa ſuſceptis præ-

Athenieſes honeſta pericula turpi ocio ſemper prætulerunt.

poſuerit? Quis enim Græcorum neſcit? quis Barbarorum?
& à Thebanis, & qui ante hos potentes fuere, Lacedæ
monijs, & à Perſarū rege, cum optima gratia hoc liben
ter cōceſſum fuiſſe reipublicæ, ut quicquid uoluiſſet, ac-
ciperet, & ſua teneret: imperata faceret, & alium Græcis
ſineret imperare? Verū ea non erant, ut apparet, Athenié
ſibus patria, nec tolerabilia, nec inſita, neq; unquā quiſ-
quam reipub. noſtræ ab omni æuo perſuadere potuit, ut
cum potentibus quidem, ſed iniuſta agentibus coniun-
cta, tutò ſeruiret: ſed dimicare de principatu, de honore
& gloria periclitari, nullo unquam æuo deſtitit. atq; ea
uos ita ſplendida & cōuenientia ueſtris moribus eſſe pu
tabatis, ut & è maioribus eos qui hæc fecerunt, maximè
laudetis, nec iniuria. Quis enim non admiretur uirtutē
illorum uirorum, qui & regionem & urbem relinquere
ſuſtinuerunt triremibus cōſcenſis, ne imperata facere co

Themiſtocles.

gerentur? & eius rei ſuaſorem Themiſtoclē, ducem ele-
gerunt? Eum autem qui pronunciarat mandatis paren-

Cirſylus.

dum eſſe, Cirſylum lapidarunt, non ipſum ſolum, ſed &

ἐπιφώνημα

mulieres ueſtræ uxorem eius. Non enim quærebant il-

Patriæ nati ſumus.

lius temporis Athenienſes uel oratorem, uel ducem, per
quem fœliciter ſeruirent: ſed nec uiuendum ſibi cenſebāt,
niſi id cum libertate facere liceret. Nam eorum quiſque
putabat ſe non patri & matri duntaxat eſſe natum, ſed
etiam patriæ. Quid uerò intereſt? ꝙ is qui ſe parentibus
tantum natum eſſe putat, fatalem & naturalem mortē
expectat: qui autem & patriæ, is, ne hanc ſeruire uideat,

emoriuolet: & magis metuendas eſſe ducet contumelias & ignominias, quas in ſeruiente urbe ferre neceſſe eſt, quàm interitum. Quòd ſi hoc ego dicere aggrederer, uos à me excitatos eſſe ad elationem animorum dignã maioribus, nemo eſt quin iurè me reprehenderet. Nũc ego ueſtra eſſe hæc inſtituta declaro & oſtendo etiam ante me his animis fuiſſe rempublicam: cæterũ miniſterij partem in ſingulis rebus geſtis ad me quoq; eſſe referendã affirmo. Iſte autem, dum omnium me accuſat, & ſuccenſere mihi uos iubet, ut qui terrorum & periculorum cauſa reipublicæ fuerim, non modò pręſentem eripere mihi honorem ſtudet, ſed laudationibus etiam uos ad omnẽ poſteritatem priuat. Nam ſi hunc uirum, quaſi reipublicæ non optimè præfuerit, condemnabitis, erraſſe uidebimini, non fortunæ temeritate cladem accepiſſe. Sed fieri non poteſt, Athenienſes, ut erraueritis, defenſione libertatis & ſalutis omnium, cum periculo ſuſcepta: non, teſtor maiores noſtros, q in Marathone pro alijs dimicarunt, & qui ad Plateas in acie ſteterunt, & qui ad Salaminem nauale prælium commiſerunt, et qui ad Artemiſium: & multos alios, qui in publicis monumentis ſepulti iacent, fortes uiros, quos uniuerſos ęquè reſpublica eodem dignata honore, ſepelijt, Æſchine: non eos ex illis q rem bene geſſerunt, aut uicerunt, ſolos, iurè. Quod enim fortium uirorum officium fuit, omnes præſtiterunt. Fortuna autem quam cuiq; numen tribuit, ea ſunt uſi. Et, ò execrande & gibboſe literator, tu, quo me honore horũ & humanitate fraudares, triumphos, & prælia, & antiqua facinora narrabas, quorum quod'nam requirebat præſens hoc iudicium? Me uerò, tertiane hiſtrio, ad dandum reipublicæ de principatu conſiliũ progreſſum, cuius ſumere animum conueniebat? eius'ne qui his indigna diceret? iurè quidem occiſus eſſem. Deinde neq; uos decet, Athenienſes, eodem animo cauſas priuatas & publicas diſceptare. ſed ut quotidianæ uitę contractus è priuatis legibus et factis ſpectandi ſunt: ita in cõmunibus inſtitutis, ad maiorum dignitatem eſt reſpiciendum, et ſuſcipere ſe unà cum baculo et * teſſera magnanimitatem reipub. unicuique exiſtimandum, cum ad publicas cau-

Translatio.

Demoſthenes miniſter, non autor magnanimitatis Athenienſium.

Suum periculum cum ignominia reipub. coniungit.

Ab exemplis maiorum.

Etiã occiſi in prælijs honorãdi.

In publicis cõſilijs priuata perſona deponẽda, aſſumẽda publica.

* συμβόλῳ

ſas dijudicandas acceditis,ſiquidem ab illis nõ degene randum eſſe creditis. ſed in ſacinora maiorum ueſtrorũ delapſus,quædam decreta & acta præterij. Eò igitur reuertar,unde ſum digreſſus. Vt Thebas peruenimus,Philippi & Theſſalorum & aliorum ſociorũ legatos ibi inuenimus,ac noſtros amicos perterritos,illius,confidentes. Vt autem hæc me nunc non utilitatis meę cauſa cõfingere appareat, recita mihi literas quas nos legati tũ ſtatim miſimus. Quanquam ille tam inſigni uſus eſt calumnia,ut ſi quid rectè factum eſt,id occaſioni, nõ mihi tribuat: ſin quid ſecus cecidit, mihi culpam & fortunæ meę aſcribat. atq; ita,ſi dijs placet,ſuaſor & orator ego, nullius earum rerum quæ oratione & cõſilio actæ ſunt, adiutor ei eſſe uideor: eorum uerò quæ in armis & ducẽdo exercitu male ceciderunt,ſolus autor eſſe. Quis crudelior calumniator,aut execrabilior eſſe poſsit,iſto? Recita literas. LITERAE. Conuocato igit̃ populo, priores illos produxerunt, propterea quod illi ſociorum loco haberentur: qui progreſsi,concionem habebant,multùm Philippũ laudantes,& uos accuſantes: omnia quęcunque unquam Thebanis contraria feciſſetis, commemorantes. ſed illud in ſumma petebant, ut pro acceptis à Philippo beneficijs,gratiam referrent, & ueſtras iniurias ulciſcerentur, utro modo mallent: ſiue dato eis tranſitu ad uos, ſiue ipſi unà in Atticam facta impreſsione. & oſtendebant,ſua qdem opinione, Attica armenta & mancipia,& cætera bona,ſi ipſis auſcultaſſent,in Bœotiã uentura: ſin noſtra oratione mouerentur, Bœotiã belli fore prædam, & direptum iri: atq; alia præterea multa,quæ tamen huc omnia pertinerent,dicebant. Quæ uerò nos contra ea dixerimus, ſingulatim equidẽ ita referre geſtio,ut in uita mihi putẽ nihil fuiſſe iucũdius: ſed uereor,ne uos poſt res actas, ſi quas quodã quaſi diluuio putetis abreptas,uerbis q̃ de eis fierent,fruſtra uobis faceſsi negociũ exiſtimetis. Quæ aũt nos eis pſuaſerimus, & q̃ ipſi nobis reſpõderint,audite. Cape hoc,& recita. RESPONSVM THEBANORVM. Poſt hęc igit̃ uocabant uos,& accerſebãt: exijſtis, opẽ tuliſtis (ut q̃ interceſſere, ꝑteream) adeò familiariter uos exceperunt,ut cũ

Redit ad Thebanam legationem.

Calumniatorum conſuetudo.

Philippi legatorum apud Thebanos oratio.

Demoſthenis apud Thebanos oratio.

Athenienſes à Thebanis honorificè accepti.

legiones & eqtatus foris eſſent, in ædes & urbem recipe-rent exercitũ, ad liberos & uxores & chariſsima quæq;. Itaq; tres eo die ueſtras laudes Thebani declararũt omnibus mortalibus pulcherrimas: unã fortitudinis, alteram iuſtitiæ, tertiã temperantiæ. Nã & ſtare uobiſcum in acie, q̃ contra uos, maluerũt: & meliores eſſe uos, & æquiora petere q̃ Philippum iudicarunt: & quæ tũ ipſi, tũ uniuerſi diligentiſsimè cuſtodire ſolent, liberis & uxoribus ueſtrę fidei commiſsis, ſe de ueſtra tẽperantia non dubitare oſtenderũt. In quibus oĩbus, Athenięſes (quantum qdem ad uos attinet) rectè ſibi conſuluerunt. Nã neque in urbẽ ingreſſo exercitu, quiſquã ulla de re uos uel per iniuriam accuſauit, adeò continentes uos p̃buiſtis, et bis inſtructo exercitu cũ eis, in primis conflictibus, altero ad flumẽ, altero hyberno, non modò inculpatos, ſed etiam admirabiles uos p̃ſtitiſtis, modeſtia, apparatib⁹, alacritate animoꝝ. Quapropter & ab aliĳs laudabamini, & à uobis ipſis ſacrificia & uota dĳs ſoluebant. Atq; ego perq̃ ex Æſchine uelim q̃rere, cũ illa fierent, & gratulationis, & admirationis & lætitiæ ciuitas referta eſſet, utrũ unà ſacrificarit & lætatus ſit cũ multitudine: an triſtis & gemens & ægrè ferens cõem fœlicitatẽ, domi ſederit? Nã ſi adfuit, atq; cum aliĳs ſe conſpiciendũ præbuit, an nõ iniquè, uel potius nefariè facit, ſi q̃ dĳs imortalibus teſtibus, optima iudicauit, ea nũc à uobis alia q̃ optima poſtulat iudicari, qui p deos iuraſtis? Sin haud adfuit, non ne multiplex meret exitiũ, ſi, qbus aliĳ lętabũtur, eoꝝ ipſe aſpectu cõtriſtabatur? Age & hæc mihi decreta recita. DECRETA SACRIFICIORVM. Itaq; nos tũ ſacrificĳs occupati eramus: Thebani aũt in ea opinione, ut ſe p nos ſaluos eſſe ducerẽt: eoq; res redierat, ut quibus pp iſtoꝝ conatus auxilĳs opus fore uidebat, ĩj aliis ferretis auxiliũ, cũ meis conſilĳs paruiſſetis. Quales aũt tũ Philippus uoces ediderit, in quibus ppea turbis fuerit, ex eius quas in Peloponneſum miſit, literis cognoſcetis. Age cape illas, & mihi recita, ut ſciatis, mea aſsiduitas, & erratio, & ærũnæ, & crebra decreta, q̃ iſte mõ exagitabat, qd effecerint. Atq multi apud uos, Athenięſes, fuerũt oratores celebres & magni ante me, Calli

Laus fortitudinis, iuſtitiæ, modeſtiæ.

Pugna ad fluuium, hyberna.

Dilemma in Aeſchinẽ, uel hoſtem, uel calumniatorem.

Euentus legationis apud Athenienſes, Thebanos, Philippum.

Demoſthenes ſuũ in remp. ſtudium, colla

ſione cetero-rum oratorũ amplificat. ſtratus ille, Ariſtophon, Cephalus, Thraſybulus, innumeri alij: nemo tñ eorum perpetuò ſe reipub. totum, ulla in re, tradidit: ſed qui decreta faciebat, legationẽ non obiſſet: q legatum agebat, decreta non feciſſet. Quiſq;.n. ſibi relinquebat, & ociũ & ſi quid accidiſſet, emergendi occaſionẽ & receptũ. *Occupatione uitat arrogantiæ ſuſpicionẽ.* Quid igiť, dicat aliquis, tu ne uiribus & audacia uſqueadeò pſtas alijs, ut ipſe oĩa facias? non dico hoc. ſed adeò magnum eſſe, q rempublicã occuparat, periculum credebam, ut mihi non locũ dare, neque ullam me rationẽ habere priuatę ſecuritatis, pati, ſed boni eſſe cõſulendũ uideretur, ſi qs nihil ptermittendo, nauaret aliquid atq; efficeret. *Fiducia Demoſthenis de ſemetipſo.* De me ipſo autẽ perſuaſum habebam, ſtupidè fortaſsis, ſed perſuaſum tñ habebam, neq; ullum decreta facientem meliora q me decernere, neq; aliqd agentem, agere, neq; legatũ ſtudioſius obire legationẽ poſſe q me, aut icorruptius. Propter has cauſas, in oĩbus negocijs præſto fui. Age, lege Philippi literas. LITERAE. Eò redegerunt acta in repub. mea Philippum Æſchine. Hanc ille uocẽ propter me edidit, cum multis prius & cõfidentibus uerbis in rempub. inueheretur, ob q iurè corona donabar ab his, neq; tu coràm cum adeſſes, refragabaris, & Diondas cũ intercederet, quintam ſuffragiorum partem non ferebat. Age recita mihi decreta ea: quæ & tũ abſoluta, & ab iſto nec accuſata fuerunt. DECRETA. Hæc decreta, Athenienſes, eaſdem ſyllabas, & eadẽ uerba hñt, q & prius Ariſtonicus, & nũc Cteſipho hic ſcripſit: ea uerò Æſchines neq; accuſauit ipſe, neq; accuſatori ſubſcripſit. *Demoſthenes prius etiam ſimilibus decretis cum fuerit ornatus, intẽpeſtiuè nunc exagitari Cteſiphõtem.* Æquius autẽ fuiſſet, ut tũ Demomelẽ, illius decreti autorẽ, & Hyperidem inſectatus eſſet, ſi me uerè nunc accuſat, q ut hunc perſequeretur. quamobrem? q huic factũ ſuum ad illos referre licet, & ad iudiciorum cognitiones: & q iſthic ipſe non accuſauit illos, q eadem quæ hic nunc, ſcripſerunt, & q de rebus ita actis nulla iam legibus datur actio, & ob multa alia: tũ uerò ipſa cauſa per ſe in diſquiſitionem ueniebat, priuſquã horum quicquam acceſsiſſet. *Calũniatores actum agunt.* Sed nõ licebat opinor tum, qđ nunc facit, ex antiquis annalibus, & multis decretis electa ea, q neq; præſciebat quiſquã, neq; in hunc diẽ fore putabat ut dicerenť, calumniari, &

translatis tẽporibus, cauſisq́; actionum falſis loco uerarum ſubſtituendis, uideri aliqd dicere. Non tum ea licebant, ſed ꝓpinqua ueritate, factis adhuc ueſtra in memoria uerſantibus, & tm̃ non in manibus ueſtris collocatis ſingulis, oẽs orationes fuiſſent habitæ. Quapropter declinata rerũ ꝓ̃ſentium diſquiſitione, nũc poſterius uenit, oratorꝶ ludum (ut mihi qdem uideť) & non acta in rep. examinaturos eſſe uos exiſtimans, & de uerbis iudiciũ, non de publica fore utilitate. Et tamen argutať, & dicit, quã opinionem de nobis domo allatã habueritis, eſſe eã neglıgendã, ſed quemadmodũ cũ exiſtimetis ſupereſſe pecuniã alicui, ſi ratione putata puri ſint calculi, nihilq́; ſuperſit, cõcedatis: ſic & nunc orationis probationibus eſſe aſſentiendũ. Spectate aũt q̃; natura ſit ruinoſum, uti par eſt, qcquid non recte actũ fuerit. Nã iſthoc ipſo ſapiẽte exemplo confiteť, nunc uos habere perſuaſum, me patriæ cauſam defendere, ſe Philippi. Neq;.n. à ſententia deducere uos ſtuderet, niſi de utroq; noſtrũ talis eſſet opinio. Verùm eũ non rectè dicere, q uos eã opinionẽ deponere poſtulet, ego facile docebo: non calculis poſitis (neque.n. hæc eſt pecuniæ cõputatio) ſed ſingula paucis cõmemorando, cõputatoribus ſimul & teſtibus auditoribus uobis uſurus. Mea adminiſtratio, quã iſte accuſat, effecit, & ut Thebani non cũ Philippo in noſtram ditionem irruerent, id quod oẽs futurum putabant, ſed cõiuncti nobiſcũ, illum ꝓhiberent: & ut bellum non in Attica eſſet, ſed ſeptingenta ſtadia ab urbe, in finibus Bœotiæ committereť: et ut non Euboici latrones nos hoſtilibus direptionibus uexarent, ſed ut Attica pacata eſſet à mari, totius belli tpe, & ut Philippus nec Byzãtiũ caperet, nec Helleſpontũ teneret, ſed ut Byzantij nobiſcum illũ oppugnarent. Nunquid tibi calculis conferenda uidetur actionum conſideratio, aut ex æquo hæc tollenda eſſe, ac non potius id agendum, ut æternæ memoriæ conſecrentur? Neq; iam adijcio, crudelitatem, quam in ijs, quorum in uniuerſum dominus erat factus, uidere licuit, alijs experiri contigiſſe, humanitatis autem, quam cæteras ille res moliẽs, erga uos ſimulabat, uos, ut decuit, fructum percepiſſe. Verùm omitto hæc. Quin illud etiã di-

Argutias Aeſchinis de exiſtimatiõe Demoſthenis, ad ſuam utilitatem trahit, ꝑ inuiſionem.

Adminiſtratio Demoſthenis minimè cũ calculis conferenda.

παραλειψις

De oratore quo pacto iudicandum.

ceſſe non uerebor, qui oratorem rectè explorare, non calumniari uelit: eum nō quæ tu nunc dicebas, ea accuſaturum, exempla confingendo, & uerba & geſtus imitādo. Ex eo enim, non'ne uides, non mutatum ſtatum eſſe Græciæ, ſi hoc ego uerbū, non illud elocutus ſum: aut huc manum, nō illuc tranſtuli: ſed ipſas res conſideraturū fuiſſe, quas habuerit occaſiones reſpublica, & quas copias, cū res gerēdas aggrederetur, & quas ego ei deinceps, ut ad rempublicam acceſſi, comparatim: & quo loco fuerint res aduerſariorum. Pòſt, ſi ego minuiſſem copias, in me crimen hærere oſtendiſſes: ſin multum auxiſſe, non calūniatus eſſes. Quia uerò tu hoc fugiſti, ego faciam. Itaq; cōſiderate an iuſta utar oratione. Copias igitur habebat reſpublica, inſulares, nō uniuerſos, ſed infirmiſſimos: neq; enim Chius, neq; Rhodus, neq; Corcyra nobiſcū erat. Pecuniæ tributum ad quinque & quadraginta talenta, atq; ea iam antè erant exacta: militem, aut equitem, præter domeſticos, neminem. Quod uerò erat omnium maximè, & formidoloſum nobis, & hoſtib⁹ opportunum, iſti effecerant, ut finitimi omnes inimicitijs eſſent, q̄ amicitię propiores: Megarenſes, Thebani, Eubœenſes. Ac talis ſtatus erat reipublicæ, neque præter hæc aliud dicere quiſquā poterit. Quę autem Philippi fortuna fuerit, cum quo certamen nobis erat, conſiderate. Primū præerat ijs qui eum ſequebantur, pro imperij autoritate, quod omnium maximi eſt in re bellica momenti. Deinde illi arma perpetuò habebant in manibus. Ad hæc, pecunia abundabat, & quæ ei uiſa erant, agebat, non decretis antè denuncians, neq; palàm deliberans, neq; à calumniatorib⁹ exagitandus, neq; uiolatarum legum accuſandus, neque cuiquā obnoxius: ſed planè ipſe dominus, imperator, gubernator omnium. Ego uerò qui ei aduerſarer (nam & hoc exquiri æquum eſt) cuius rei poteſtatem habebam? nullius. Primū.n. ipſam conciones habendi facultatē, cuius ſolius erā particeps ego, ex æquo proponebatis uos illius mercenarijs & mihi: & quibus illi rebus me ſuperabant (multa aūt eiuſmodi fiebant, alijs alia de cauſis) ea uos pro hoſtibus decernebatis. Etſi aūt ego tanto erā deteriore conditione, tamen ſocios feci uobis Eubœenſes,

Opes Athenienſiū quomodo auctæ à Demoſthene.

Copia & prerogatiuæ Philippi.

Inopia & difficultates Demoſthenis.

Societates Athenienſium.

Achæos, Corinthios, Thebanos, Megarenſes, Leucadios, Corcyręos: à qbus & peregrini milites quindecies mille, & bis mille equites, abſq; oppidanis copijs conuenerunt: pecuniæ autẽ quantã potui cõtributionem effeci. Quòd ſi aut de iure erga Thebanos dicis Æſchine, aut erga Byzãtios, aut erga Euboenſes, aut ſimilib9 de rebus nũc diſputas: primũ ignoras, olim etiam, cũ pro Gręcorũ defenſione trecentę triremes uniuerſę dimicarent, rẽpub. noſtrã ducentas ꝓbuiſſe, & nõ iniuriam ſibi putaſſe fieri, neq; in iudiciũ adduxiſſe illius cõſilij autores, neq; id grauiter ferre uiſam eſſe (turpe.n.fuiſſet) ſed dijs imortalibus habuiſſe gratiam, ſi cõmuni periculo Græcis impendẽte, ipſa duplo plura ꝗ alij ad oium ſalutẽ cõtuliſſet. Deinde inanem ab his gratiam inis, me calumniando. Cur enim nunc dicis quæ agenda fuerint, ac nõ tum potius, cũ pręſens in urbe adeſſes, decernebas, ſi per illa tempora licebat, quibus nõ ꝗ uolumus, ſed ea ꝗ negocia darent, erant accipienda? Nã qui contrà liceretur, & celeriter, à nobis repulſos, acciperet, & precium augeret, paratus aderat. Quòd ſi nunc de ijs accuſor quę geſta ſunt, quid futurum fuiſſe putatis, ſi me tũ de his ſcrupuloſe diſputãte abiſſent urbes, & ſe cũ Philippo coniunxiſſent, iſq; ſimul & Euboeæ & Thebarũ & Byzãtij potitus eſſet? quid'nã fuiſſe facturos aut dicturos cẽſetis impios iſtos hoies? non'ne eos eſſe deſertos? non'ne eſſe repulſos, cũ nobiſcum eſſe uoluiſſent? Deinde ſi Helleſpontum per Byzantios obtinuiſſet: ſi frumentariam in Græciam uectionem, in poteſtatem ſuam redegiſſet: ſi bellũ finitimũ, & graue in Atticam ꝑ Thebanos eſſet illatum: ſi mare ꝓpter graſſantes ex Euboea piratas nauigari nõ potuiſſet: nõ'ne hæc dixiſſent, & ꝑter hęc etiam multa alia? Improba res Athenienſes, improba res eſt calũniator ſemper, & undecũq; inuidendi & obtrectandi cauſas quęritat: iſte aũt homuncio natura eſt uulpecula, quę iam inde ab initio nihil ſani, nihil ingenui fecit, tragicus ſimius, ruſticanus Oenomaus, adulterinus orator. Quid enim eloquentia tua patrię prodeſt? nunc nobis diſputas de rebus præteritis? Perinde ac ſi quis medicus, decumbentibus ægrotis, ingreſſus non dicat, nec oſtendat, quomodo morbum euaſuri ſint: ſed,

Occupatio.

Honorificum Athenięſibus, contuliſſe plurimũ ad Græciæ defenſionem.

Intempeſtiua Aeſchinis calumnia.

A minori ad maius.

ἐπιφώνημα

Inſectatio Aeſchinis.

Similitudo.

ubi quis eorum perierit, eiq́ iuſta perſoluantur, in funus prodiens, cõmemoret: ſi hoc atq; illud homo iſte feciſſet, nõ obijſſet. Attonite, ita'ne nunc demum referes? Neq; uero uel cladẽ, ſi ea tibi facit animos, ob quã gemere te, ô execrande, conueniebat, ulla re, quæ in mea poteſtate fuerit, accidiſſe reipublicæ inuenietis: idq́; ſic cõſiderate. Nuſq;, quò ego legatus miſſus ſum à uobis, unquã uictus receſſi à Philippi legatis: non è Theſſalia, nõ Ambracia, non ex Illyrijs, non à Thracenſibus regibus, non Byzantio, non aliunde uſquã, non deniq; nuper Thebis: ſed quibus in rebus eius legati oratione uincebãtur, eas armis aggreſſus euertebat. Ea igitur à me poſtulas, neq; erubeſcis eundẽ, & ut mollem inceſſere, & Philippi exercitibus poſtulare, ut unus ego ſim ſuperior: idq́; uerbis? Cuius. n. ego rei alterius habui poteſtatem? neq;. n. uitæ ſingulorum, neque fortunæ pugnantium, neq; militaris imperij, cuius à me rationem poſtulas. Adeò es demens. ſed quæ oratori præſtanda ſunt, eorum à me quãuis rationẽ exige: nõ recuſo. Quę igitur illa ſunt? ut uideat initia rerum, & præſentiat & prædicat alijs. hæc à me facta ſunt: atq; etiam ſingulis in negocijs tarditates, tergiuerſationes, ignorationes, contentiones, quæ ciuilia urbibus inſunt uniuerſis & neceſſaria errata: ea ut in pauciſſima cõtrahat: cõtraq; ut ad concordiã & amicitiam, & officij faciendi alacritatem cohortetẽ. Etiã hæc à me omnia facta ſunt: neq; ullus mortalium unquã reperiet me ulla in re officio meo defuiſſe. Quod ſi quis quẽcunq; rogitet, quibus rebus Philippus maximã eorum quę confecit partem, expedierit, omnes reſpondebunt: exercitu, & largiendo, & corrũpendis ijs qui in gerẽdis rebus uerſantur. At ego neq; in exercitus imperiũ habui, neq; dux fui. Quare quæ ibi facta ſunt, ad me nihil attinent. ſed reſiſtendo largitionibus ſuperaui Philippum. Vt. n. emptor uincit eum qui prætium accipit, ſeq́; emi patitur: ita qui nihil accipit, neq; corrumpitur, uincit emptorẽ. Quare, quod ad me attinet, inuicta eſt ciuitas. Quæ igitur eò contuli, ut hæc iurè decerneret hic de me, præter alia multa, hæc & his ſimilia ſunt. Quæ autem uos omnes noſtis, ea iam dicam. Statim poſt prælium, populus, qui ſciret & uidiſſet quæ ego feceram omnia, cum iam ipſis periculis & terro

Demoſthenes quantũ in ipſo fuit, ſemper inuictus.

Oratoris in rep. officium.

Tranſlatio. alios à Philippo corruptos eſſe, non ſe.

Tranſitio.

tibus cingeretur, neq; per iracundiam aliquid in me grauius conſulere multitudinē, mirandum fuiſſet: primū ſententias meas de ſalute reip. cōprobauit: & omnia q̄ munitionis cauſa agebantur, conſtitutio cuſtodum, foſſæ, conferenda ad mœnium inſtaurationē pecunia, per decreta mea fiebant. Deinde cū eligēdus eſſet rei frumētariç curator, ex oībus me populus elegit: & poſt eoꝝ conſpirationē, quibus curæ erat ut me peſſundarent, q accuſationes, rationū relationes, delationes, cętera eius generis omnia cōtra me inſtituebāt, principiò nō per ſemetipſos, ſed per eos quos maximè latêre poſſe ſperabant (noſtis. n. profecto, & meminiſtis, me primis diebus ferè quotidie in ius uocari ſolitū) & neq; deſperationē Soſiclis, neq; calumniam Philocratis, neq; Diondę & Melani inſaniam, neq; aliud illi quicquā contra me intentatū reliquiſſent: in his inquā oībus, maximè per deos īmortales, ſecundo loco per uos & alios uniuerſos Athenienſes, meritò conſeruabar. hoc enim & uerū eſt, & cū laude coniunctum eorū iudicum qui & iurati fuerunt, & religioſe pronunciarunt. In delationibus igitur, cū me abſolueretis, & quintā ſuffragioꝝ partem accuſatoribus nō tribueretis: tum decernebatis, me rectiſſimè feciſſe. Cum uerò publicis actionibus abſoluerer, legitima & decreuiſſe & dixiſſe me oſtēdebatur: cū rationum actiones obſignaretis, iuſtè & incorruptè à me acta eſſe omnia cōfitebamini. Quę cū ita eſſent, qd cōueniebat, aut ęquū erat, Cteſiphontē rebus meis geſtis, nominis imponere? an nō id quod populum imponere uidebat? nō quod iuratos iudices? nō quod ueritate apud omnes cōfirmari? Eſto, inqt: ſed illud Cephali p̄claꝝ, nullius reum fieri criminis. Imò mehercule etiam fortunatū. Sed quî magis aliquis, ſi ſit ſæpe reus factus, nunq; reus peractus: uituperandus iurè propterea fuerit? Quanq;, Athenienſes, iſti etiā illud Cephali p̄claꝝ reſpōdere poſſum: nullā. n. unq; iſte mihi diē dixit, nullā litem intendit. Quare tua quidē cōfeſſione nihilo ſum ciuis Cephalo deterior. Iſtius autē iniquitas & inuidentia, cū multis ex rebus perſpici poteſt, tum uerò ex ĳs quæ de fortuna diſſeruit. Ego uerò in uniuerſum, quiſquis homo cū ſit, homini fortunā obĳcit, eum prorſus amentē eſſe duco, ſi

Acta ſua probauiſſe, pbat à populi in ſe ſtudio.

Concluſio. Rectè ſe à Cteſiphonte laudatum.

Conceſſio. non accuſari felicitatis eſſe potius, quàm accuſari, improbitatis.

Correctio conceſſionis.

Nemini fortuna exprobranda.

enim is qui optime ſecũ agi putat, & proſperrima ſe uti fortuna, ignorat talis'ne manſura ſit uſq; ad ueſperũ: qui de ea dicere conuenit, aut eam alijs exprobrare? Quia uerò iſte, pter multa alia, etiam de his inſolenti uſus eſt oratione: conſiderate Athenienſes, & ſpectate, quanto & uerius & humanius ego de fortuna ꝙ iſte diſputẽ. Equidẽ fortunam reip. ueſtrę bonã eſſe iudico, idq; uideo uobis, & Dodonæi Iouis, & Pythij Apollinis oraculis, declarari: ſed fortunã mortalium omniũ his temporibus eſſe grauem & acerbã. Quis. n. Græcorꝝ, aut quis Barbarorꝝ, nõ multa mala hac tẽpeſtate eſt expertus? Quòd aũt & honeſtiſſima quæq; ſuſcepimus, & Græcis qui putabant, ſi nos proieciſſent, ſe beatè uicturos, his ipſis feliciores ſumus: id ego bonæ reip. noſtræ fortunæ tribuo. Quòd aũt impegimus, & non ꝗ uoluimus omnia nobis euenerunt: cæterorꝝ hominũ fortunæ partẽ nobis conuenientẽ, ciuitati tributã eſſe cẽſeo. At priuatã fortunã meã, & uniuſcuiuſq; noſtrũ, in priuatis exquiri rebus æquũ eſſe duco. Ac ego quidẽ ſic de fortuna fieri iudiciũ poſtulo, rectè & uerè, ut mihi perſuadeo, & uos aſſentiri mihi exiſtimo. Iſte autẽ priuatã fortunã meam, cõmuni fortuna reip. ualentiorem eſſe dicit, paruã & uilem, bona & ampla. Id uerò fieri quî poteſt? Quanquã Æſchine, ſi in meam inquirere fortunã omnino inſtituis, eam cũ tua confer: quam ſi tua meliorem inueneris, deſine conuiciari. cõſidera igitur à primordio ſtatim. Atq; uos per Iouem & omnes deos oro, ne quiſq; ineptire me putet. Ego. n. neq; ſi quis paupertatem exagitat, ſanũ eum eſſe puto: neq; ſi quis ſplendidè educatus, ea re gloriatur. Sed iſtius importuni maledictis & calumnijs in huiuſmodi uerba incidere cogor, quibus, ut rei natura patitur, egoq; potero, ꝙ modeſtiſſ. utar. Mihi igitur contigit Æſchine, dum fui puer, conuenientia diſcendi loco frequentare, & ea habere, quę opus ſunt homini turpe nihil facturo propter inopiam: Egreſſo è pueris, his cõſentientia agere, ædilitia munera obire, triremes inſtruere, tributa cõferre, nulla uel priuata in re, uel publica, liberalitatẽ meam requiri ſinere, ſed & amicos & rẽpub. iuuare. Poſtquã aũt ad rẽpublicam acceſſi, ea inſtituta mihi ſequi uiſum eſt, ut & à patria & cæteris

Fortuna Athenarũ bona, omnium mortalium grauis.

Fortuna priuata in priuatis reb. ſpectãda.

Collatio fortunæ Demoſthenis & Aeſchinis.

Excuſat τὴν περιαυτολογίαν.

Fortuna Demoſthenis.

Græcis ſæpe ſim corona donatus, & ut neq; uos inimici, nõ præclara fuiſſe q̃ inſtitui dicere, aggrederemini. Talis igitur fortuna mea perpetuó fuit, de qua multa alia q̃ dicere poſſem, ꝑtereo, ne quẽ ijs referendis q̃ mihi laudi duco, offendam. Tu uerò ꝑclare uir & alios conſpuens, cum hac eam fortunã cõfer, qua tu es uſus: puer in magna egeſtate es educatus, unà cũ patre ad ludum literarium ſeſſitans, atramentũ terens, & ſubſellia ſpõgijs detergens, & pædagogiũ uerrens, famuli uicem, nõ ingenui pueri obiens. Vir factus, matri initianti libros lectitaſti, & in cæteris rebus ad impoſturã neceſſarijs, adiutaſti, hinnulorum pellibus, & aqua luſtrans atq; expians eos qui initiabantur, & extergens luto, & furfuribus: & cũ ſurrexiſſes à luſtratione, dicere iubens, Mala effugi, reperi meliora, id tibi laudi ducens, neminem unquã tantũ ululaſſe: idq́; & ego puto. Nolite enim credere eum, cũ tam clarè loquatur, nõ ſplendidiſſimè ululare. Interdiu autẽ ꝑclaros illos cœtus per uias ducens, fęniculo & populo redimitos, ſerpentes quas parias uocant elidens, & ſupra caput efferens, & clamitans, Euœ Saboe: & interim ſaltitãs, Hyes, Attes, Attes, Hyes, auſpex & anteambulo, & picifer & facifer, & eius generis alijs noibus ab aniculis ſalutabare: mercedem pro iſtis muneribus accipiens, placẽtas & ſcriblitas, & recentes panes: ob q̃ quis eũ non uerè fœlicem ꝑdicet, & fortunã eius magnifaciat? Poſtquã autem in municipij albũ inſcriptus es, quocũq; modo (id enim prætereo) poſtquã ergo inſcriptus es, ſtatim pulcherrimũ tibi munus delegiſti, ut dictata ſcriberes, & in conuenticulis operã locares. Vt aũt tandem id quoq; reliquiſti, perpetratis ijs oibus q̃ in alijs accuſas: nihil mehercule indignũ admiſiſti natalibus tuis in poſteriore uita, ſed locata opera tua illis, q ſuſpirioſi cognominant, hiſtrionibus, Simmicę & Socrati, tertias partes actitabas: & dũ ficus & uuas & oliuas colligeres, tanquam fructuũ emptor, ex alienis prædijs, propterea plura uulnera accipiebas, q̃ propter ludos, in quibus uos periculum capitis adibatis. Erat enim uobis implacabile & perpetuũ bellũ cũ ſpectatoribus, à quibus plerũq; uulnera cũ acceperis, non iniuria talium periculorum rudes, ut timidos deri-

Fortuna Aeſchinis.

Miniſter.

Præſtigiator.

Scriba.

Hiſtrio.

ἀποδίωξις & tranſitio a fortuna ad animi uitia. des. Verùm omiſſis ĳs quę paupertati imputari queunt, ad ipſas ingenĳ tui uenio accuſationes. Eam.n.gerendæ reipublicæ rōnem delegiſti, (poſteaquam id quoq; tibi aliqñ in mentem uenit) qua, florēte patria, leporis uitam *Patriæ proditor.* degeres perterritus & tremēs, & ſemp uerbera expectās pp ſcelerum conſcientiam. In alioꝝ aūt pſperis ſucceſſibus, ab omnibus ſpectata eſt tua confidentia. At, qui mille ciuibus īterfectis, fuit alacris: quo iurè ſupplicio afficietur à uiuentibus? *ἀποδίωξις.* Quanq; aūt alia multa de eo poſſem dicere, tñ ea præteribo, non.n. faciendum puto, ut oīa quę oſtendere queam, eius flagitia, & probra expedite proferam, ſed ea tantum, quæ ſine turpitudine à me referri poſſunt. *Cōtētio utriuſque fortunæ, per cōgeriem.* Confer igitur inter ſe tuam & meam uitam leniter, & non acerbè, Aeſchine. Deinde hos interroga, utrius uitam unuſquiſq; eoꝝ malit. docuiſti literas? ego didici. initiaſti? ego initiatus ſum ſaltaſti? ego ſumptus præbui. dictata ſcripſiſti? ego in concione ſedi. tertias partes actitaſti? ego ſpectaui. excidiſti? ego explodi. pro hoſtib. egiſti omnia? ego pro patria. Omitto cætera: ſed hoc, hodiernó die de me, an corona ſim donandus, fit iudicium: ſed me nihil ſceleratè feciſſe, in confeſſo eſt: tu id conſecutus es, ut calūniator eſſe uidearis, atq; in periculo uerſaris, utrū in eo pergere debeas, an uerò iam compeſci, non accepta *Publica Demoſthenis liberalitas.* qnta parte ſuffragioꝝ. Cum aūt bona (nōne uides?) fortuna fueris uſus, meam ut malam accuſas. Age uerò etiā publicoꝝ munerum quæ obĳ, teſtimonia recitabo uobis omnia. Sed & tu dicta quæ corrupiſti, uiciſſim nobis recita: Venio relictis inferoꝝ ſedibus: &, Mala nunciare *Dicta corrupta ab Aeſch.* nolle me qdem ſcias: &, Malū male te: potiſſimùm dĳ, deinde & hi omnes perdant, improbū ciuem, & pditorem, & tertianū hiſtrionem. Recita teſtimonia. In repub. igitur fui talis. in priuata aūt uita, niſi oēs noſtis me comē *Priuata uita Demoſthenis κατὰ παράλειψιν.* & humanum, & in ſupplices liberalē, tacebo, & nihil dicam, nec ea de re ullum pferam teſtimoniū: nec ſi quos ab hoſtibus redemi, nec ſi qbus in filiabus elocandis adiumento fui, neq; tale qcq;. Etenim in ea ferè ſum ſnia, ut exiſtimē eius qui accepit beneficiū, eſſe, ut perpetuò meminerit: eius qui bñfecit, ut ſtatim obliuiſcatur, ſi ille boni uiri, hic non puſilli ſit facturus officium. Nam cōme-

morare & dicere quæ ipſe bene feceris, parum abeſt ab exprobrando. Nihil igĩ tale cõmittam, neq; eò progrediar: ſed quæcunq; pp hæc de me ſit exiſtimatio, ea ſum cõtentus. Lubet et aũt priuatis omiſſis, pauca etiam apud uos dicere de republi. Si quẽ potes Aeſchine, qui ſub hoc ſole ſunt referre mortalium, qui indemnis & expers olim Philippi, nũc Alexandri fuerit dominatus, ſiue Græcorum, ſiue Barbarorum: eſto, concedo tibi meam ſiue fortunam, ſiue infortuniũ nominare mauis, oium malorum fuiſſe cauſam. Si uerò, qui me nunq; uiderunt, neq; uocem meam unq; audiuerũt, multi multa & acerba ſunt perpeſſi, non modò uiritim, ſed et totę urbes et gentes: quãto eſt æquius & uerius, oium, ut apparet, mortalium cõmunem fortunam, & impetũ quẽdam rerum grauem, & alium q; oportebat, horum cauſam exiſtimare? Quibus tu omiſſis, mę apud hos gerentem rempub. criminaris, idq; cum ſcias, ſi non totũ, partem ſaltem conuicij quadrare in omnes, & maximè te. Nam ſi ego pro me firma autoritate deliberaſſem, licuiſſet uobis cæteris oratoribus me criminari. At ſi & in concionibus omnibus ſemp adfuiſtis, & publicè qd expediret, deliberandũ reſpub. ꝓpoſuit, & cùm omnibus, tum uerò tibi uel maximè ea eſſe in repub. uiſa ſunt (neq;.n. ex beneuolentia mihi conceſſiſſes ſpem & admirationem & honores, quę oia tum ſuberant ijs quę à me agebantur) ſed ueris uictus nimirum, & eò q nihil poteras dicere melius, nõne iniurius es & iniquus, qui ea nunc accuſes, qbus tum non poteras dicere meliora? ac apud alios mortales oẽs diſtincta & ordinata quodãmodo talia eſſe uideo. Iniuriã facit aliqs ultrò? irã & pœnam ſubit. Peccauit inuitus? loco pœnę uenia parata eſt. ſi qs nec iniuriam facit, nec delinquit, & cum ſe totũ ijs rebus tradiderit, quę oibus profore uidebanť, ſucceſſu caruit cũ uniuerſis? non ęquum eſt illi opprobare, non conuicia dicere, ſed uicem eius dolere. Neq; hæc ſolis legib. contineri, ſed ipſam naturam inſtitutis nõ ſcriptis et moribus humanis, ſanxiſſe iueniet. Aeſchines igiť uſq; adeò hoies uniuerſos ſuperat crudelitatę & calumniandi ſtudio, ut quorum & ipſe ut infortuniorum meminit, illa ẽt mihi crimini dederit: & præter cętera, tanq; ipſe ſimpliciter &

Calamitates nõ Demoſthe ni, ſed fatis im putandæ.

Communicat culpã, ſi qua cõmiſſa ſit, cũ Aeſchine.

Iniquum eẽ, infortuniũ culpæ tribui.

Eloquẽtia Demoſthenis & publicè & pri uatim utilis, Aeſchi. nocẽs.

ex beneuolētia orationes omnes habuiſſet, caueri me & obſeruari iuſſerit, ut ne fucum facerē, néue ſeducerē: ueteratorē & prſtigiatorē & rabulā, & alijs eiuſmodi noīb. appellans. Quaſi uerò, ſi qs ea qbus ipſe eſt obnoxius; prior alijs impegerit, ea ſic adhſura ſint, neq; auditores qcq; amplius cōſideraturi qs nam ille ipſe ſit, qui ea dixerit. Ego uerò ſcio iſtū uobis notum eſſe oībus uoſq; ſentire in iſtum ea cadere multò magis q̄ in me: qn & illud ſatis ſcio, meā eloquentiā (eſto.n. q̄q; uideo oratorū facultatē, maxima ex parte in ptāte eſſe auditorū, ut.n. uos accipitis, & beneuolentia quoſq; pſequimini, ſic de prudentia oratoris fit iudiciū.) Sed ut ſit aliqua & in me talis peritia, eā reperietis oēs, & publicè p uobis uſurpari ſemp, & nuſquā cōtra uos, neq; cōtra quenq; priuatim: iſtius contrà, non modò hoſtiū cām agendo, ſed ut ſi qs iſti aliqua re fuit moleſtus, aut alicubi eius offenſam icurrit, eos accuſando. Neq;.n. ea iuſtè, neq; reipub. utiliter utitur. Nam bono ciui non eſt poſtulandū, ut ſua uel iracūdia, uel inimicitiæ, uel eius gn̄is alia confirmenē à iudicibus, qui pro repub. ſunt huc ingreſſi: aut ea de cauſa in iudicium ueniendū, ſed maximè p̄ſtaret, non eſſe tali prdicitum ingenio: ſin mutari natura nequit, illius certè impetus ſunt moderandi. Quibus aūt in rebus uehementem eſſe hoīem, uerſantem in repub. & oratorem decet? cum periclitatur ſumma reipub. q̄n pplo res eſt cum aduerſarijs: In his. hec.n. generoſi ſūt & ſtrenui ciuis & boni. Cū aūt in nullo unq; crimine publico, addam ēt nec in priuato, pœnas de me ſumere poſtularit, uel reipub. uel ſuopte noīe: coronæ & laudationis accuſatione uenire nūc conſarcinata, & tot uerba in ea cōſumere, priuatarū inimicitiarū & inuidentiæ & puſilli animi eſt indiciū, bonæ rei nullius. Atq; illud etiam, qd me prtermiſſo, Cteſiphontem hunc inuadit, et iudicio uexat, ſummę eſt improbitatis. Vnde fit ut exiſtimem, te Aeſchine accuſationē iſtam exercitatæ uocis oſtentandę ſtudio: nō ullius exigendæ pœnæ cauſa inſtituiſſe. Neq; uero magno æſtimanda eſt oratoris uel oratio, uel cōtentio uocis: ſed idē uelle cum pplo, atq; idem nolle, & eoſdē amare & odiſſe, quos patria, id demū magno ſtimāda eſt. Qui.n. ita erit anima-

Eloqntiæ uis pēdet à uoluntate auditorū.

Moderādū improbæ naturæ

Acriter defendenda reſpublica.

Inuidentiam Aeſchinis exagitat.

Aeſchines patriæ hoſtibus amicus.

tus, is bono ſtudio dicet oĩa. Qui uerò eos colit, à qbus imminere ſibi periculũ reſpub. ꝓuidet, is non eadẽ nititur ancora qua ppl's. Proinde nec ſecuritatis eandem habet expectationẽ. Sed uides? Ego: eaſdẽ. n. mihi, quas reipub. utilitates ꝓpoſui, & nihil eximiũ neq; ꝓprium eſſe uolui. An' ne tu qdem? q uerò? cum ſtatim poſt pugnã legatus ad Philippum ꝓficiſcerere, qui eſſet illis tẽpibus cauſa patriæ calamitatũ: idq́, cũ illud munus antea omni tẽpe defugiſſes, quẽadmodum oẽs norunt. Quis aũt eſt qui rem pub. decipiat? non is q diſſimulat ea quę ſentit? Quẽ prę co ſingulis comitijs iurè execratꝰ? nõne talem? Quid uerò grauius & ſceleratius in oratorẽ dici queat, q̃ eũ non eadem ſentire & loqui? Tu aũt talis es deprehenſus. & tu uocem edis, & hoꝝ uultũ audes atq; ora intueri? nunqd eos ignorare putas, qui ſis? aut tanto ueterno & obliuione teneri oẽs, ut nõ meminerit uerboꝝ q̃ iactabas apud ppl'm, teipſum deuouens, & deierãs, nihil eſſe tibi rei cũ Philippo, ſed me id tibi crimen impingere ex priuata ſimultate falſo? Cum primũ aũt pręlium nunciatũ fuit: hiſce neglectis, ſtatim fatebare, & præ te ferebas, amicitiã & hoſpitiũ tibi eſſe cũ eo, operę mercenarię noĩe cum his cõmutato. Qua. n. pari, iuſtáue de cauſa Aeſchini Glaucotheę tympaniſtrię filio, hoſpes, aut amicus, aut notus eſſet Philippus, eqdem nõ uideo. ſed cõductus es ad itervertenda hoꝝ cõmoda: Sed tñ cum tua ꝓditio edeò manifeſtè ab his deprehẽſa ſit, & ipſe de te, poſt pugnę euẽtum, indiciũ feceris: mihi cõuiciaris, & obijcis ea, quoꝝ quoſuis potius q̃ me autores eſſe deprehẽdes. Multas & p̃claras & magnas res & ſuſcepit, & ꝓſpè geſſit, Aeſchine, reſp. ꝑ me, quaꝝ nõ fuit ĩmemor. Cuius rei hoc ſignũ eſt, ꝙ ppl's, cum eũ qui orõnẽ funebrẽ hr̃et, clade recenti adhuc deligeret, non te, quantũuis uocalẽ delegit, q̃uis eſſes deſignatus: neq; Demadẽ, qui modò pacem impetrarat: neq; Hegemonẽ, neq; alium ueſtrũ quenq̃, ſed me. Cumq́ tu prodiſſes, & Pythocles, ferociter & impudenter, ô Iupiter & dij, & me accuſaretis eoꝝ quæ & tu nunc obijcis, & conuiciaremini, multo etiam magis me delegit. Cauſam etſi nec ipſe ignoras, tñ & ego tibi dicã. Vtraq; norãt hi, & meã bñuolẽtiã et alacritatẽ,

Deceptor reipublicæ.

Philippi ꝓditor, nõ hoſpes, aut amicus.

Mandatã Demoſtheni funebrem oratiõnẽ, argumẽto eſſe, et eius acta probari populo, et Aeſchinẽ improbari.

qua negotia gerebã: & ueſtra ſcelera. Quæ.n.felici rerũ ſtatu iureiurando negabatis,ea,ut cladẽ accepit reſpub. confeſſi eſtis.Eos igĩt q̃ in cõmunibus calamitatibus ſuæ ſniæ impunitatẽ nacti erant,arbitrati ſunt hoſtes & olim fuiſſe,& tũ patuiſſe. Deinde conuenire ẽt putarunt,ut is qui tum de defunctis orõnem haberet, & eorũ uirtutem ornaret:nec ſub eodẽ tecto fuiſſet,nec eadẽ ſacra libaſſet cum iis qui contra illos in acie ſtetiſſent: neq; eos qui illic comeſſarent & triumpharent de Græcorũ calamitatibus cum iis qui ipſis ſuis manibus cædem feciſſent, huc reuerſos,eſſe honorandos:neq; ab iis illorũ fortunã ſimulata uoce deplorandam,ſed ab iis qui ex animo uicem illorũ dolerent.Id qđ in ſe eſſe uidebant,& in me:in uobis non item. Propterea me delegerũt,nõ uos.Neq; uero cũ pp̃ſ ſic egiſſet,defunctorũ patres & fratres, tum à pp̃ſo delecti,egerunt aliter:ſed cum eos epulum funebre præbere oporteret,id præbuerunt apud me, tanq̃ coniunctiſſimum defunctis,ſicut cætera ſolent fieri.nec iniuria:Genere.n.ipſi inter ſe coniunctiores fuerunt,q̃ mihi: cõmuniter,oibus nemo cõiunctior.Cuius.n.euadere illos,& bene rem gerere maximè intererat,is ẽt, cum eis accidiſſent, quæ utinã nunq̃ accidiſſent, maximũ de clade cõmuni dolorem capiebat. Sed recita ei epigrãma, quod publicè ciuitati uiſum eſt eorum monimento inſcribere:|ut ex ipſo intelligas Aeſchine,iniquum eſſe te,& calumniatorem,& impurum. Recita.

Inſcriptione ſepulchri pbat, fortunam non eſſe in crimen uocandum.

EPIGRAMMA.

Pro patria,quos hic tumulus tegit,arma ferentes.
Hoſtilem ualida uim pepulere manu:
Græcia Barbaricis ne ſubderet ora capiſtris,
Et graue ſeruitij ferret adacta iugum.
Terribili uirtute licet fera bella cierent,
Orci iudicio ſuccubuere tamen.
Et demum fortes (quoniam Iouis illa uoluntas)
Contegit in placido patria terra ſinu.
Dij bene perficiunt quicquid uoluere, nec uſquam
Errant:mortales aſpera fata premunt.

Audis Aeſchine, etiam in hoc ipſo, nihil errare deorũ eſſe, & omnia bene gerere? non conſiliario eam facultatem

tem adſcribit, qua milites in acie ſuperiores ſint, ſed dĳs immortalibus. Quid igitur, execrāde, mihi ꝓpterea conuiciaris, & ea dicis, quæ in tuū tuorumq́ꝫ capita dĳ conuertant? Quanq́ꝫ aūt, Athenienſes, & alia mihi crimina & mendacia obiecit, unū demiratus ſum maximè oīum, qđ in mentione cladiū ciuitatis, non ut patriꝫ amans, & bonus ciuis affectus fuit, neq́ꝫ lacrymauit, neq́ꝫ ullum talem animi ſenſum prꝫ ſe tulit: ſed cōtenta uoce, & lꝫtabūdus, & faucibus reſonās, me accuſari à ſe putauit. ſ. cum oſtēderit iterim, ſe acceptis cladib. minimè ſic affici ut alios. Decet aūt eū q legū & reip. cura tāgi ſe, dicit, ut iſte nūc, ut nihil aliud, hoc ſaltem hr̄e, ut ĳſdem cum ppl'o rebus doleat, & ĳſdē lꝫtet: non cū reip. adminiſtrationē ꝓfiteat̄, ſtare ab aduerſarĳs: id qđ te nunc feciſſe pſpicuum eſt, dum me rerꝫ oīum autorē eſſe, & pp me rempub. in moleſtias incidiſſe dicis: cū uos non à mea adminiſtratione aut iſtituto Grꝫcis opitulari cœperitis. Nam ſi mihi qdē id uos largiremini, pp me uos tantopere aduerſatos eſſe principatui qui cōtra Græcos comparabat̄: maius mihi donū largiremini, q̄ꝫ ea uniuerſa ſunt, quꝫ alĳs tribuiſtis. Sed neq́ꝫ ego id affirmo (facerem. n. uobis iniuriam) neq́ꝫ uos, ſat ſcio, id mihi cōcederetis: neq́ꝫ iſte, ſi rectè faceret, priuatæ ſimultatis cauſa, maxima ueſtra decora læderet & calumniaret̄. Sed qd hæc reprehēdo, cū alia multò indigniora obiecerit atq́ꝫ emētitus ſit? Nā q Philippi mihi ſtudiū obĳcit, ô tellus & dĳ, qd is nō diceret? At mehercle, deos oēs teſtor, ſi res uerè cōſiderāda ſit, mēdacijs & è ſimultate ortis ſermonibus è medio ſublatis, q nā reuera illi ſint, in quorꝫ capita euentorꝫ cām cōferre debeāt uniuerſi: iſtius ſil'es eos eſſe in ſingulis urbibus, nō mei reperiet̄: qui quū infirmꝫ eēnt opes Philippi, & admodū tenues, ſꝫpe p̄dicentibus nobis & hortātibus & docētibus ea quꝫ optima erant, pp priuatas ſordes publicā utilitatē deſerebāt, ſuos q́q́ꝫ ciues decipiētes & corrūpētes, donec ſeruos reddiderūt: Theſſalos, Daoch⁹, Cineas, Thraſydꝫus: Arcades, Cercidas, Hieronym⁹, Eucalpidas: Argiuos, Myrtis, Teledamus, Mnaſeas: Eleos, Euxitheus, Cleotimus, Ariſtꝫchmus: Meſſenios, liberi Philiadæ, hominis dĳs inuiſi, Neon & Thraſylocus: Sicyonios, Ari-

Aeſchinē, qui ſine dolore patriæ mala commemorarit, malum eſſe ciuem.

Trāſlatio culpæ, ſed honorifica, in auditores.

Correctio trāſlationis ꝓditorib. mala omnia accepta ferenda eſſe.

Catalogus proditorum Græciæ.

ſtratus: Megarenſes, Ptœodorus, Helixus, Perilaus: Thebanos, Timolaus, Theogiton, Anemætas: Eubœenſes, Hipparchus, Clitarchus, Soſiſtratus. Dies me deficiet ꝑditorꝝ noīa recenſentē. Horꝝ oium, Athenienſes, conſilia fuerunt eadē in ſuis ciuitatibus, quę iſtorꝝ apud uos: hominū nefariorꝝ & adulatorꝝ & furiarꝝ: qui ſuam qꝫ patriam mutilarunt, quaſi ꝓpinata libertate, olim Philippo, nunc Alexādro, uētre metientes & fœdis libidinibus felicitatē. Libertatē aūt & ſe nulli parere dño, q ueterib. Gręcis fines erāt, & regulæ bonorꝝ, ſubuerterūt. Huius igiť adeo turpis & puulgatæ cōſpirationis et improbitatis, uel ꝑditæ potius, Athenienſes (ſi nugandum non eſt) Gręcorꝝ libertatis, nec reſp. nr̄a, mortaliū oium cōſenſu, cām ullā præbuit ex mea adminiſtratione, nec ego apud uos. Et me rogas, ob quā uirtutē honorē haberi mihi poſtulem? Ego igiť tibi dico, cū magiſtratus apud Græcos oēs, à te facto initio, corrupti eſſent, ut olim à Philippo, ſic nunc ab Alexādro: me neqꝫ occaſio, neqꝫ uerborꝝ comitas, neqꝫ pollicitationū magnitudo, neqꝫ ſpes, neqꝫ metus, neqꝫ gr̄a, neqꝫ aliud qcq̄ꝫ cōmouit aut impulit, ut qcq̄ꝫ prętermitterē qđ iuſtum aut è rep. eſſe arbitrarer, neqꝫ unq̄ꝫ quę uobis cōſului, iſtorꝝ exēplo, tanq̄ꝫ in trutina nutans & inclinās ad q̄ſtum, conſului, ſed recto & iuſto & incorrupto animo à me oīa facta ſunt: & cū in maximarū inter meæ ætatis hoīes, rerū adminiſtrationibus ſim uerſatus, eas oēs integrè & rectè adminiſtraui. Propter hæc honore me dignū cenſeo. Mœniū aūt inſtaurationē hanc, & foſſarꝝ, de qua tu me cauillabare, etſi me gr̄am & laudē mereri iudico, quidni? longè tn̄ ab actorꝝ in rep. meorū dignitate ſemoueo. neqꝫ.n. lapidibus urbē muniį, aut lateribus ego, neqꝫ hoc in meis laudibus p̄claris eſſe duco. Sed ſi meā munitionē rectè cōſiderare uoles, iuenies arma & urbes & loca & portus & naues et multos equos, et uiros ꝓ harū rerū defenſione pugnaturos. Hæc ego Atticæ propugnacula conſtruxi, quātum humano cōſequi licuit ingenio: & his rebus regionē muniį, non ambitum tantū Piræei, aut urbis: neque conſilijs ego ſum uictus à Philippo (multū certè abeſt) aut apparatibus; ſed ſociorum duces & copiæ à fortuna deſtituti.

Vel ob integritatem et abſtinentiā Demoſthenis honos habendus.

Quibus rebus urbs munita à Demoſthene.

Quæ ſunt harum rerum argumenta? euidentia & manifeſta: quæ cōſideretis uelim. Quid erat ciui reipub. ſtudioſo agendum? Quid illi, qui omni cura & alacritate & integritate, patriæ conſultum uellet? non oportebat è mari Eubœa munire Atticam? è mediterraneo Bœotia? è Peloponneſo, locis noſtro agro finitimis? nō prouidere, ut inuectio frumenti per omnia loca nobis amica uſq; ad Piræeum perueniret? non ea quę tenebamus miſſis tueri præſidijs, & iis rebus quæ eo pertinerent, agendis & dicendis? Proconeſum, Cherſoneſum, Tenedū? non alia conari ut coniuncta & ſocia eſſent: Bizantium, Abydus, Eubœa? nō hoſtibus maximas quas haberent copias, eripere? nō quę reipub. deeſſent, ea ſupplere? Atqui hęc uobis omnia perfecta ſunt meis decretis & actionibus. Quę & rectè deliberata, Athenięſes, ſi quis ſine inuidia cōſideret, inueniet, & ſumma cum integritate acta eſſe, & nullius rei occaſionem prætermiſsā, aut ignoratam á me, aut perditam: & eorum quæ ſub unius uiri poteſtatem et cogitationē caderent, nihil neglectū. Quód ſi numinis alicuius, aut fortunæ uis, aut ducū ſocordia, aut ueſtra Aeſchine, qui urbes proditis, improbitas, aut omnia hæc ſimul, ſummæ rerum tantiſper incōmodarunt, dum eā ſubuertiſſent: quid Demoſthenes deliquit? Si uerò, qualis ego fui apud uos pro mea parte, unus in ſingulis Græcarum urbium uir fuiſſet: imò uerò, ſi unum duntaxat uirū Theſſalia, & unū Arcadia mecū cōſentientē habuiſſent: nemo Græcorum, qui uel intra Pilas ſunt, uel extra, præſentibus malis conflictaretur, ſed oēs liberi & ſui iuris ſine ullo metu, tutò, feliciter, ſuas incolerent patrias, tātorum & talium beneficiorum uobis & cæteris Athenienſibus gratiam habentes propter me. Vt autem uideatis, me uerbis uti longe tenuioribus quàm pro magnitudinē rerum, inuidiæ metu: recita mihi hæc, & lege numerū auxiliorum, quæ ex meis decretis miſſa ſunt. NVMERVS AVXILIORVM. Hæc & ſimilia ſunt agenda bono ciui, Æſchine: quæ ſi ſucceſſiſſent, ô tellus & dij, extra controuerſiam ſummum dignitatis gradum obtinuiſſemus, eumq; cum iuſtitia. Cum uerò ſecus ceciderit, nominis certè celebritas parta eſt, quę talem eſſe rempub. pōt, aut eius inſtitutū. Fortuna quidem accuſanda eſt, quòd talem eſſe

Omnia boni ciuis à Demoſthene præſtita officia.

Calamitas uel fortunæ, uel proditoribus accepta ferenda.

ἐπιφώνημα.

Inſectatio Aeſchinis, ut improbi ciuis.

rerum euentũ uoluit. Nõ ita me amet Iupiter, deſerendã reipub. eſt utilitas, & opa locanda aduerſariis, & hoſtiũ magis ꝙ patriæ cõmodis ꝓmouendis inuigilandũ: neq; ei q actiones è dignitate reipub. ſuadẽdas & decernẽdas ſuſcepit, inq; eis pſeuerarit, obtrectandũ. Nõ ſi priuatim te lęſerit aliqs, id memoriæ mãdandũ, & retinendũ: neq; ociũ agẽdum iniuſtũ & inſidioſum, id qđ tu facis frequẽter. Eſt.n. eſt ocium, ciues, ꝓiuſtũ & utile reipub. qđ multi ueſtrũ ſimplr agunt. Sed non id ociũ iſte agit. multũ certè abeſt. Sed ſi deſerta, cũ ei uiſum eſt, rep. (ſępe aũt ei uiſum eſt) obſeruat, qñ uos ptęſum ſit eius qui ppetuò uerſať in concionibus, aut à fortuna qd aduerſi obiiciať, aut aliqua alia difficultas inciderit: ut multa ſunt humana: tũ uerò, tum demũ orator ſubitò ueluti uentus exoritur, & exercitata uoce, & collectis uerbis & ſententiis, pſpicuè & uno ſpiritu recitat ea, quæ cũ nihil oino ꝓſint, nec ullius boni poſſeſſionẽ afferãt, tum calamitatẽ cuiuis ciuiũ pariant, & cõmune ꝓbrũ. At iſtius meditationis & diligentiæ, Aſchine, ſi ab integro animo ꝓficiſceretur, & cõmodoꝝ patrię ſtudioſo, fructus oportebat generoſos et præclaros & oïbus eſſe utiles: ſocietates urbiũ, ſubſidia pecuniaꝝ, mercatus inſtructionẽ, legum utiliũ cõſtitutionẽ, declaratoꝝ hoſtiũ oppugnationes. Hoꝝ oïum fuit ſuperiori ætate delectus: dedit pręteritũ tṗs bono uiro multas declarandæ beneuolentiæ ſuæ occaſiones: in quaꝝ nulla te fuiſſe cõſtat, nõ primũ, non ſecundũ, non tertiũ, non quartũ, non qntum, non ſextũ, non deniq; ullo in numero, non certè cũ patriæ opes augereń. Nam quę ſocietas tua opa eſt inita cum republica? qđ latum auxilium? quæ parta beneuolẽtia, aut gloria? quę obita legatio? qđ miniſteriũ per qđ reſp. facta ſit honoratior? qd noſtraꝝ, qd Græcanicaꝝ reꝝ, aut hoſpitalium qbus pręfuiſti, per te correctũ? quæ triremes? quæ arma? quæ naualia? quæ muroꝝ inſtauratio? qui equitatus? quæ deniq; ullis in rebus tui fuit utilitas? qđ uel locupletibus, uel tenuibus ciuile & æquũ per te latũ eſt pecunię auxiliũ? nullum. Sed heus tu, ſi nihil horum, at certè beneuolẽtia & ſtudium: ubi? quando? qui, ô omnium iniquiſſime, cum oẽs, quotquot unquã os pro ſuggeſto aperuerunt, ad ſalutẽ aliqđ

Ocium Aeſchini, ſycophanticum.

Aeſchines inutilis ciuis reipub.

Aeſchines non beniuolus reipublicæ.

contulerũt: & poſtremò cum Ariſtonicus collectum argentum * ad dignitatem recuperandã: ne tum qdem uel ꝓdiiſti, uel largitus es quicq̃: non ex inopia. q enim? qui hæreditatẽ cœperis Philonis affinis tui, pecuniæ amplius quoq; talentũm: & duorũ talẽtũm munus ex collecta acceperis à ducibus cœtuum, ꝓpter legem naualẽ exagitatam. Sed ne aliud ex alio dicendo, à ꝓpoſito excidã, prætermittã hæc. nam te nõ ex inopia nihil contuliſſe, ex his apparet, ſed id cauentẽ, ne ulla re illos offenderes, qbus oẽs in repub. tuæ ſeruiunt actiones. In qbus igitur rebus tu uir fortis es? & qñ ſplendidus? cum aliqd contra hos dicendũ eſt, in iis es uoce clariſſima, expromptiſſima memoria, optimus hiſtrio, tragicus Theocrines. Et ueterũ præſtantium uirorũ mentionẽ facis? bene ſanè facis. Nõ tñ æquum eſt, Athenienſes, ut occupata ea beneuolẽtia qua uos defunctos ꝑſequimini, cum illis me cõponat et conferat, qui uobiſcum uiuo familiariter. Quis. n. ignorat oium, uiuentes omnes inuidiæ uel plus uel minus eſſe obnoxios: in defunctos aũt etiam hoſtium odia cõquieſcere? Quæ cũ natura ita cõparata ſint, cum iis ego qui ante me fuerunt, nunc cõponar & ſpecter? nequaq̃. neq; enim iuſtũ neq; par eſt, Aeſchine: ſed tecũ & cum alio quocunq; uis eorũ qui tuã ſectã ſequunt, quiq; uiuunt: atq; illud cõſidera, utrũ honeſtius & præſtabilius ſit reipub. ꝓpter ueterũ beneficia, quę ſunt imẽſa, quorũ utiq; magnitudo uerbis exprimi non põt, ea quæ in præſentẽ collata uitã ſunt, abiicere & cõculcare: an oĩbus qui aliqd agũt bono ſtudio, honoris aliqd & benignitatis à repub. tribui? Quanq̃ ſi & hoc mihi dicendũ eſt, mea quidem acta & conſilia, ſi qs rectè conſideret, illorũ temporũ laudatos uiros æmulari, eodemq; referri deprehẽdet. Tua uerò eos, qui tum illos inceſſebant. Conſtat enim tum quoq; fuiſſe aliquos, qui æquales ſuos cauillarẽtur, ſuperiores laudarent, in quo inuidè idemq; tecum faciebant. Itáne me conferendum qdem cum illis eſſe dicis? Tu uerò conferendus Aeſchine? an frater tuus? aut quiuis alius noſtri ſeculi oratorum? Equidem ullum eſſe nego. Sed cum uiuentibus, ô bone, (ne quid aliud dicam) uiuentem compara, & eos qui ſunt eiuſdem generis, ut

εἰς τὴν ἐπανόρθωσιν. [margin note, partly illegible]

Demoſthenes nõ cum defunctis præſtantibus uiris, ſed cũ ſuæ ætatis hominibus cõferendus.

Correctio.

Demoſthenes imitator ueterum.

Eiuſdẽ ætatis & generis ho

mines conferendi. cætera omnia:poetas,choros,actores. Philammon,non, ꝙ Glauco Caryſtio,& qbuſdam aliis ueteribus pugilibus infirmior eēt, ſine coronis ex Olympia diſcedebat, ſed ꝙ omnium qui ſecū congreſſi eſſent, optimè pugnaret,coronabatur,& uictor proclamabatur. Et tu cū præſentibus me confer oratoribus, tecum, cum quocūq; uis omnium,cedo nemini:inter quos,dum ſequi optima reipublicæ licebat,dum certamen de beneuolentia erga patriam in medio poſitū erat omnibus, ego rectiſſime conſulere uidebar: & meis decretis, & legibus & legationibus omnia gerebantur. Veſtrū autem nemo uſquā erat, prætereꝗ ſi his inſultandum eſſet.Poſtꝗ uero(quæ utinā facta non eſſent)acciderunt,& non iam ſuaſorū,ſed mādata exequentium,& operam cōtra patriam cupidè nauantium,& aliis adulari uolentium delectus habebatur: tum tu & iſtorum unuſquiſq; dignitate florebat,& magnificus erat,& equos ſplendidè alebat: ego uerò infirmus,fateor.ſed beneuolentior,ꝗ uos,populo.Duo autē Athenienſes hęc,naturà moderatum ciuem habere oportet(ſic.n.de me ipſo minima cum iuidia uerba facere potero)ut & in poteſtatibus generoſi animi inſtitutum, & reipublicæ in aſſerendo principatu dignitatem,tueat, & in omni tēpore & actione,beneuolentiam.Hæc enim ſita ſunt in ingenio:poſſe aūt & ualere,in fortuna. illā igitur manſiſſe apud me,omnino inuenietis:idq; ita cōſiderate Num,cū dedendū poſtularent? cū ad Amphictyones citarent?cum minitarent?cum pollicitarent?cū execrabiles iſtos,tanꝗ beſtias in me imitterent, unquā ego meam in uos beneuolentiā abieci?Nam ab initio ſtatim rectam & ueram gerēdæ reipub.uiam ſum ingreſſus honores,principatus,gloriam patriæ colere, augere, in his uiuere inſtitui. Nō ob alioꝝ ego ſucceſſus hilaris & exultans in foro circumeo,dextram prēdens, & rem bene geſtam nuncians, & gratulans iis quos illuc renūciaturos exiſtimem.bona aūt reipublicæ noſtrę cum horrore audio,& gemēs,& demiſſo capite in terrā,ut iſti impii,qui & ciuitatem cauillant(quaſi non ſemetipſos cauillentur, cum id faciunt?)& aliò ſpectant, & alterius res ꝓſperas cum Græcoꝝ cladibus cōiunctas,laudant,& ut eæ per-

Demoſthenes cedit nemini.

Moderati ciuis officia præſtita à Demoſthene.

Aeſchinis inſectatio.

petuò durent, elaborandum eſſe dicũt. Ne uerò, ne, ò dij immortales, quiſquã iſta ueſtrûm annuat, ſed in primis iſtis etiã meliorem mẽtem atq; animum date. Sin omnino ita ſunt inſanabiles: & eos ad internecionẽ funditus terra mariq; delete: & nobis cæteris, quamprimùm impendentibus terroribus ademptis, ſalutem cum ſecuritate concedite.

Concludit uoto, ſicut à uoto etiam exorſus eſt.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS de falſa legatione.

*AEſchines homo Athenienſis fuit, Atrometi filius & Glaucotheæ, utriuſq; obſcuri, ut ait Demoſthenes. Illũ enim literis docendis, hanc luſtrando, & ſacra quædam friuola peragendo, uictum quæritaſſe dicit. Quin ipſum etiam Aeſchinem traditum eſt, & tragicum fuiſſe hiſtrionem, & ſcribam ciuitatis, quod uile miniſterium habebatur. Sed in oratorum tandem numerum uenit, et legationẽ de pace ad Philippum obijt. Belligerantes enim Athenienſes cum Philippo de Amphipoli, & ut ipſi multas clades accipientes, ſic nihil memorabile gerentes, decreuerunt legatos ad Philippum de pace mittere: et mittunt legatos decem numero, inter quos Aeſchines & Demoſthenes fuerunt. Cum autem accepiſſet Philippus pacis conditiones, rurſus ijdem ſecundò legationem obeunt, ut iuſiurandum de pace detur. In his negocijs tria Demoſthenes obijcit Aeſchini: eum Philocrati fœdã & noxiã ſuadenti & decernenti pacem, patrocinatum eſſe: tempus triuiſſe, unde contigerit ut res Thraciæ perirent: Athenienſibus falſa renunciaſſe, unde factũ ſit ut Phocenſes delerentur. Dixit enim, inquit, Philippum nõ euerſurũ Phocenſes: & uos, ei fide habita, hominibus opem non tuliſtis. Aſſerit autem hæc omnia mercede & largitionibus adductũ, malicioſe feciſſe. Status eſt de facto, & cõiectura his. ſed inimicitiæ extitiſſe dicuntur ꝑpter Timarchum Demoſthenis amicum, quem in ordinem coegerat Aeſchines, improbæ uitæ accuſatum, propterea quòd ad Pittalacum *gallinariũ, ut ait, ingrederetur homo formoſus, ad ſpectãdas *gallorũ pugnas, et flagitioſa tũ faceret, tũ pateretur.*

ὀρνιθίαν. ὀρνίθων.

ALIVD ARGVMENTVM INCERTI AVTORIS in eandem orationem.

Bellum inter Philippũ & Athenienſes longum interceſſerat, ex quo ille pactis & conuentis uiolatis, Amphipolim ab Olynthijs acceperat.

quę erat urbis Athenienſis poſſeſſio, & Olynthijs parebat: quo etiam ſu ei tẽpore defecerant. Flagrabat & aliud bellum Phocenſium cum Theſſalis & Thebanis: cùm Theſſalis, pp templum Delphicum: cum Thebanis, propter Orchomenum & Coroneã. Conſtat enim ex hiſtoria, eos & his eripuiſſe duas illas urbes ipſis finitimas, & Theſſalis depulſis, Amphictyoniã occupaſſe, quòd Delphicum templum in media Phocide eſſet ſitum. Cum autem longo tempore bellum inter ſe geſſiſſent Athenienſes et Philippus, ac tandem utriq; pacem facere uellent, ſed eius petendę facere initium utriq; turpe ducerent: Ariſtodemus & Neoptolemus actores tragœdiarum, quibus ppter artem quocunq; impunè ire licebat, atq; etiã ad hoſtes: profecti in Macedoniam, artem ſuã oſtentarunt. adeoq; humaniter à Philippo ſunt accepti, ut preter cæteras pecunias, alia quoque de ſuo eis largiretur: et cum fore ſentiret, ut ad ſe legatos mitterent Phocenſes, & Theſſali, & Thebani, uoluit Athenienſes decipere. eaq; cauſa arrepta Philippus, cum dimitteret Ariſtodemum et Neoptolemum, eis dixit, ſe amicum eſſe Athenienſibus. Rurſus contigit, ut tale quiddã accideret: Phrynon quidã Athenienſis, regreſſus Olympia, ſiue à certamine, ſiue à ſpectaculo, captus eſt à quibuſdã Philippi militibus in feſto, & ſpoliatus omni pecunia. Is reuerſus Athenas, precatur Athenienſes, ut ſe legatum decernant: quò profectus ad Philippum, reciperet ea quibus eſſet ſpoliatus. Aſſenſere Athenienſes, Atq; eum & Cteſiphontẽ decreuerunt. Quos in Macedoniam profectos, Philippus humaniter accepit, neq; ſolùm per milites erepta reddidit, ſed et alia de ſuo eſt largitus: & factum excuſauit, ignoraſſe milites, eo tempore alteri nunciarunt. His auditis Athenienſes certò comperire uoluerunt, an re uera pacem agere uellet Philippus. Itaq; decem legatos decernunt. Sunt autem hi: Cteſipho, Ariſtodemus, Iatrocles, Cimon, Nauſicles, Dercyllus, Phrynon, Philocrates, Aeſchines, Demoſthenes. Eos igitur mittunt in Macedoniam, cognitum, an re uera pacem uellet agere Philippus: & ſi uerum eſſet, ut ſecum adducerent legatos, qui iuſiurandum acciperent. Regreſſi decem legati, quorum unus fuit & Demoſthenes, adduxerunt à Philippo tres legatos, Antipatrum, Parmenionem, & Eurylochum, exacturos iuſiurandum. Cum autem conuocarentur ſocij Athenienſium ad dandum iuſiurandum, & mora intercederet: intelligens Demoſthenes Philippi ingenium ſemper aliquid ſubigentis & graſſantis, ſuadet Athenienſibus, ut celeriter dẽt iuſiurandum, etiam non præſente Cerſoblepte. Nobis, inquit, in Thraciã abeuntibus iuſiurandum dabit Cerſobleptes. Sciendum autem eſt, Demoſthenem in * ſecunda legatione non abijſſe tali de cauſa: Profectus in prima legatione, inuenit quoſdam Athenięſes in Macedonia captiuos,

Occaſio pacis inter Philippum & Athenienſes.

Cerſobleptes excluſus fœdere.

* Fortaſſe tertia legendum

& pollicetur, ſe illos ſua pecunia redempturum: id quod niſi in perſona legati, facere non poterat. Iuſſerat autem naui abire legatos, quo celeriter iter conficerent, & ubicunq; Philippum eſſe audirent, eò proficiſcerentur, & illic iuſiurandum exigerent. Illi uerò non paruerunt, ſed pedeſtri itinere abierunt: et cum in Macedoniam perueniſſent, tres totos menſes deſederunt, donec multis Athenienſium oppidis ſubactis, Philippus reuerteretur, atq; inter alia, ipſo etiam Cerſobiepte capto. Ac ne reuerſus quidem ſtatim dedit iuſiurandum, ſed diſtulit, dum expeditionem contra Phocenſes inſtruxiſſet, etſi ij legatos ad eum de bello deponendo miſerant. Cum autem contra Phocenſes proficiſceretur, non in fano, uti fieri par erat, ſed in caupona iuſiurandum dedit, in hæc uerba: Pacem facio cum Athenienſibus, & Athenienſium ſocijs, Alenſibus & Phocenſibus exceptis, quòd Alenſes hoſtes eſſent Pharſalijs, ſuis amicis: cum Phocenſibus autem ſe pacem facere negabat, quòd fanum Delphicum impiè uiolaſſent. Secunda igitur legatione in Atticam reuerſa, Demoſthenes controuerſiam mouet, decreta Philippi non placere ſibi dictitans. Aeſchines reſpondet, ea dixiſſe Philippum apertè: ſibi uerò in aurem inſuſurraſſe, ſe Alenſes & Phocenſes excepiſſe, ne re animaduerſa Thebani ſibi cauerent, quos inuaſurus et perditurus, hos conſeruaturus eſſet. Athenienſes de ſententia Aeſchinis, tertiam legationem decreuerunt, cognituri, an Philippus ſtaret pollicitationibus Aeſchinis. Demoſthenes & legationem eiurant, et ſe negauit quicquam cum legatione rei habiturum, ſiue ea bene, ſiue malè obiretur. Tum ueritus Aeſchines, ne manens domi Demoſthenes, pſuaderet populo, ut Phocenſibus auxilium mitteret, ſimulat, ut ait Demoſthenes, ſe ægrotare. uenit frater eius Eunomus adducto q; medico, iurat ægrotare Aeſchinem. ſic ipſum Eunomum, Aeſchinis loco, populus legatum creat. Qui legati cum abijſſent, ut in Eubœã peruenerunt, audiuere Phocenſes euerſos eſſe à Philippo, & cum dedecore redierunt. Reuerſa tertia legatione in Atticã, Aeſchines ſuapte autoritate legatus abijt ad Philippum, ut ait Demoſthenes. Sciendum aũt eſt, poſt legationem ſingulos legatos rationem reddidiſſe. Ac primi legati tã præclarè ſuam probarunt innocentiam, ut Demoſthenes eos decreto ad prandium inuitari iuſſerit. Moris enim erat, ut legati, re bene geſta, conuiuio publico exciperentur. Quidam dubitant cur eos Demoſthenes, ſi ſcierit fuiſſe proditores, ad publicum inuitari prandium curarit? Ad quod reſpõdemus, eum à prandio propoſitum eorum animaduertiſſe. Ex poſteriore autem legatione ſolus Demoſthenes rationem reddidit, quam & Aeſchine reddituro, Timarchus & Demoſthenes eum accuſare inſtituerunt: poſtulat Aeſchines, ut inquiſitio fiat: facta inquiſitione, oſtendit Timarchũ

Demoſthenes cur ſecundum legatus non ierit.

Aeſchinis pollicitatio de Alenſibus & Phocenſibus.

Excidium Phocenſium.

Timarchus ignominia notatus ab Aeſchine.

proſtituiſſe pudicitiam, & eum eijcit. Lege enim cauebatur, ne quis impudicus rempublicam adminiſtraret. Deinde aggreditur Demoſthenes Aeſchinem, accuſat. Quidam etiã quærunt, cur hic tertiæ legationis meminerit? Reſpondemus, eum triennio poſt dictam diem, cauſam egiſſe in iudicio. Miſſa enim poſteriore legatione, Athenienſes, cognito Phocéſium excidio, ex agris in urbem ſua comportant, & in magno ſunt tumultu. Triennio poſt ingreſſus Demoſthenes Aeſchinem accuſare, duo ei crimina obijcit, interitum Phocenſium, & accepta munera. Sciendum autem eſt, præcipuum eſſe crimen interitum Phocenſium. ad cuius ꝓbationem altera q̃ſtio incidit, propter pecuniam Aeſchinem id eſſe auſum: ut ꝓbetur prius crimen de Phocenſibus, argumento ſunt, inquit, illa conſtrata & inſtructa eſſe. * Per quæ ſimul etiam tollit Aeſchinis colorẽ, ad ignorationem et deprecationem cõfugientis, atq; argumentorum alia ex prætermiſſis, alia ex factis petijt: quòd ſuffragatus fuerit Philocrati, pacem ſine Phocenſibus decernenti: quòd non exegerit iuſiurandũ à Theſſalis Philippi ſocijs, qui nõ militaſſent contra Phocenſes, ſi iuſiurandum dediſſent: qđ ſpacium Philippo præbuerit inſtruendæ contra Phocenſes expeditionis: cõmemoratum enim fuiſſe de induſtria, & cõſumpſiſſe tp̃s, ne miſſa claſſe populus Pylas clauderet: qđ deceperit populum data opera, duplici ſpe: una, fore ut Thebani ꝑderentur: altera, ut Phocenſes cõſeruarentur, ne ſpacium daretur de incolumitate Phocenſium deliberãdi, cum dixiſſet, fidem habendã eſſe Philippo, qui ſe illos in gratiã noſtræ urbis cõſeruaturum promiſiſſet. Ac prioris q̃ſtionis hæc argumenta ſunt: poſterioris autem de largitionibus, dum oſtendit, accepiſſe Aeſchinem pecuniã, hæc argumenta, quorum item alia è p̃termiſſis petita ſunt, alia è factis. Non odit Philippum, inquit, quanquam ab eo deceptus, ut ait: Patrocinatus eſt Philippo, ut Amphictyo fieret, cum ea de re legationem huc miſiſſent Amphictyones: perpetua conſuetudine Philocratis utitur, corrupti largitionibus: poſtulatus ad dicendum teſtimonium, cum Hyperides Philocratem detuliſſet, quanquam præſens, os non aperuit: creatus legatus in Phocidem ad Philippum de pollicitationibus, ægrotare ſe ſimulauit: captis Phocenſibus poſt eiurationem, ultrò ſine autoritate publica eſt profectus, quo etiã tempore cauere eum oportebat. * Hæc argumenta ſunt ſecundæ orationis. inter ea autem firmiſſimum eſt, quoq; maximè nititur, promiſsio & pollicitatio Aeſchinis de Thebanis & Phocenſibus. Argumentum orationis coniecturale eſt. neq; enim crimina fatetur Aeſchines, ſed omnino negat. Cauſæ genus alij ſimplex putant, & copioſam in eo, ut reuera ſit, concurriſſe materiam: alij ſimul confirmari duo crimina ſtatuunt, unum Phocenſe, alterum Thracenſe. Menander autem, inciden

Accuſatio Aeſchinis.

Videtur aliquid deeſſe: quinquam argumenta paulo pòſt ſequuntur.

ἔτι καὶ φυλάξασθαι αὐτὸν ἐχρῆν.

tis uocat. Exordium ſumptum eſt à calumnia. Dum enim aduerſarium, timidum & ſupplicē facit, indicat eum cauſa parum eſſe fretum. Simul etiam ad odium concitandum ea ſententia pertinere poteſt.

DEMOSTHENIS DE FALSA LEGATIONE ORATIO, [redacted]

QVanta in hoc iudicio, Athenienſes, contentione utantur aduerſarij, quibus prehenſationibus, ferè omnes uos arbitror animaduertiſſe, cum paulo antè uideritis quoſdam, dum ſortiremini, faceſſere negocium & ſupplicare uobis. Petā autem à uobis omnibus ea quæ etiam non rogantibus pręſtari eſt æquum: ut neq; gratiam ullam, neq; uirū pluris faciatis, q̃ æquitatem & iuſiurandū, quo unuſquiſq; ueſtrū dato huc eſt ingreſſus: uel hac de cauſa, q̄ hoc è re ueſtra eſt & totius ciuitatis: aduocatorū aūt iſtę interceſſiones & ſtudia, propter priuata emolumenta ſuſcipiuntur, ad quæ prohibenda legum autoritate conueniſtis: non, ut ea iniquis hominibus cōfirmaretis. Ac alios quidem qui recto propoſito ad rempublicam accedunt, etiamſi rationem reddiderunt, ſemper tñ ultrò ad reſpondendum paratos, Æſchinē aūt iſtum longè aliter animatum eſſe uideo. Priuſquam.n. ad uos ingrederet̃, & acto rum ſuorū rationē redderet, alterum eorū q rationes poſtulabāt, ſuſtulit: alijs, obābulans minitat̃, et iniqſsimam oīum conſuetudinē, & uobis pnicioſiſsimā, inuehit in ciuitatem. Si.n. is qui aliqd publicū geſsit & pcurauit, ſui terrore, & non æquitate efficiet, ne ab aliquo accuſetur: omnis uobis eripietur autoritas. Ac me quidē probaturum, multa iſtū & grauia ſcelera deſignaſſe, & extremo ſupplicio eſſe dignū, cōfido, & omnino pſuaſum habeo. Quid aūt, etiam in hac perſuaſione formidē, dicam apud uos, & nō diſſimulabo: Mihi uident̃ cauſę omnes q̃ apud uos aguntur, nō minus, Athenienſes, tēporum eſſe, q̃ negociorū. & quia multum tēporis poſt legationem interceſſit, metuo ne id obliuionem aliquam, aut cōſuetudinem

Poſtulat ut æquitatis, non improbitatis aduerſariorū rationem habeant iudices.

Aeſchinis uiolentiam exagitat.

Occupatio.

Nō quia ueteres iniuriæ, ideo minus grauiter ferēdæ.

uobis attulerit iniuriarum. Sed tamen, quemadmodum etiam ſic & intellecturi quæ æqua ſunt, & pronunciaturi nunc uideamini, id uobis dicam: ſi uobiſcum ipſi conſideretis iudices, & reputetis, quarũ rerũ ciuitatem à legato rationem repetere oporteat? Primùm eorũ q̃ renunciauit: ſecundo loco, eorum q̃ perſuaſit: tertio, eorum q̃ uos ei mandaſtis: poſt hæc, tẽporum, & his omnibus tranſactis, incorruptè nec ne ea facta ſint omnia. Cur tandem horum? quia ex renunciationibus rectè uobis deliberare de rebus licet: quæ ſi ueræ fuerint, ea quæ decuerint, ſtatuetis: ſin non tales, contraria. Legatorum autẽ conſilia ueriora eſſe putatis. Auditis enim eos, ut gnaros earum rerũ, de quibus miſſi ſunt. Nequaquã igitur decet conuinci legatum, dati uobis ullius futilis & pernicioſi cõſilij. Iam quæ illum dicere aut agere iuſſiſtis, & nominatim decreuiſtis eſſe facienda: ea conuenit eſſe procurata. Eſto: tẽporum autẽ quamobrẽ? quia ſæpe uſu uenit Athenienſes, ut multarũ rerũ & magnarũ occaſio paulo momẽto temporis concludatur: quã ſi quis ultrò aduerſarijs condonarit & prodiderit, etiamſi omnia conetur, nunquã poterit recuperare. An uerò gratis, nec ne: quòd inde accipere, unde reipub. damnũ detur, omnes, ſatis ſcio, & indignũ eſſe fateamini, & grauiter uindicandũ. Ac legiſlator quidẽ hoc nõ diſtinxit, ſed ſimpliciter atq; ſeuerè uetuit accipere munera: exiſtimans, ut mihi uidetur, eum q ſemel acceperit, & largitionibus ſit corruptus, nõ iam conſtantẽ manere iudicem publicorũ cõmodorũ. Quòd ſi oſtẽdero & perſpicuè probaro, Æſchinem iſtum & nihil ueri renũciaſſe, & obſtitiſſe populo, ne uerũ ex me audiret, & utilibus maximè contraria ſuaſiſſe uobis, & nihil eorum q̃ mandaueratis in legatione feciſſe, & cõſumpſiſſe tempora in qbus multarũ & magnarũ rerũ occaſiones reip. perierunt, & propter hæc omnia, munera & mercedes accepiſſe cum Philocrate: condemnate eum, &, ut factis eius dignũ eſt, mulctate: ſin hæc nõ oſtendero, aut nõ oſtẽdero omnia, & me improbũ ducite, & iſtum abſoluite. Quanq; autẽ multa & grauia pter hæc etiã alia in eo accuſare poſſem, Athenienſes, ob q̃ nemo nõ eum iurè oderit, tamen ante omnia uos q̃ dicturus ſum (licet id, ut ſatis ſcio, plerique ue

Docilitatẽ captat diſtributione de legati officij.

1. *Renũciata.*

2. *Suaſa.*

3. *Mandata.*

4. *Tempora.*

5. *Integritas.*

Propoſitio totius orationis.

Narratio, qua præparatur auditor.

ſtrũ meminerunt) cõmonefaciam, in quem reip. gradum Æſchines ſe primũ collocarit, & quales cõciones cõtra Philippũ ſibi habendas eſſe cenſuerit: ut ſciatis eum ſuis actis, & primis cõcionibus, maximè de acceptis muneribus poſſe conuinci. Primus igitur hic eſt Athenienſiũ, qui animaduerterit Philippũ (ut tum pro cõcione aſſerebat) inſidiari Gręcis, & corrũpere magiſtratuũ quoſdã in Arcadia, & adhibito Iſchãdro Neoptolemi ſecũdano acto re, retulerit ad ſenatũ, retulerit ad populũ his de reb9, & ſuaſerit uobis quócunq; terrarũ legatos eſſe mittẽdos, q Græcos huc cõuocarent, de bello Philippico deliberaturos: & poſtea reuerſus ex Arcádia, p̃claras illas & lõgas orationes recenſuerit, quas maxima hominũ frequentia Megalopoli aduerſus Hieronymũ Philippi defenſorẽ, habuiſſe pro uobis ſe aſſerebat: & cõmemoraſſe, quãtis iniurijs omnẽ Græciam, nõ ſuas tantũ patrias largitionũ auidi & pecuniam à Philippo accipientes, afficerent. Poſteaq; igitur ea tum iſto adminiſtrante, & tale de ſe ſpecimen p̃bente, uobis ad Philippũ legatos mittere pſuaſum eſt, ab Ariſtodemo, & Neoptolemo & Cteſiphonte, & cæteris nihil ſani ex Macedonia renunciantibus: eorũ legatorũ & iſte fit unus, nõ qui ueſtra uenderet, aut qui Philippo fidem haberet, ſed qui cæteros cuſtodiret. Nã propter orationes antè habitas, & Philippi odiũ, ſic de eo nõ ab re omnes ſentiebatis. Deinde mecũ cõgreſſus paciſcitur, ſe cõmuniter legationẽ obiturũ, & ut ſacrilegum & impudentẽ Philocratẽ uterq; caueremus, multũ hortaẽ. ac, donec huc rediſſemus à prima legatione, equidẽ Athenienſes nõ animaduerti, corruptum eſſe eum, & ſemetipſum uendidiſſe. Præter. n. cætera, quæ (ut recenſui) prius dixerat, ſurgens pridie cõcionis, qua de pace deliberabatis, principio uſus eſt: quod ego uerbis etiam (ut opinor) ijſdem, q̃ ille dixit, apud uos cõmemorabo: Si multũ & diu meditatus eſſet Philocrates, quo pacto * paci optimè aduerſaret Athenienſes, nihil eũ melius fuiſſe repertu rum arbitror talibus decretis. Ego uerò pacẽ iſtam, dum unus Athenienſis ſuper fuerit, nunq̃ ciuitati ſuaſerim eſſe faciendã. Pacẽ tamen faciendã eſſe dico. Talia loquebaẽ breuiter & moderatè. Qui uerò pridie hæc dixerat, audiẽ

1. Aeſchines principiò aduerſatus Philippo.

2. Aeſchines legatus ad Philippum.

3. Aeſchinis concio de pace prior.

πόλει *forte ſſe. i. reip.*

tibus uobis oĩbus,poſtridiè cũ pax cõfirmanda erat,mè ſociorũ decretũ defendente,& id agente, ut pax iuſta & æqua fieret:uobiſq; ita ſentientibus,& nec uocẽ ſpurciſ-

4. Concio Aeſchinis de pace poſterior.

ſimi Philocratis audire uolentibus: ſurgit ad concionandum, illiq; patrocinatur, uerbis, ô dij imortales, multis mortibus uindicãdis:neq; maiorũ uobis mentionẽ eſſe faciendam,neq; eos qui triumphos & naualia-p̃lia p̃dicarent,tolerandos:ſeq; lege lata decreturũ,ne cui Græcorũ opem ferretis,qui non prior uobis opem tuliſſet. Atque hæc deteſtabilis iſte & impudens dicere audebat,aſtantibus legatis & audientibus,quos è Græcia tum conuocaueratis de iſtius cõſilio cum ſe nondum uendidiſſent.

5. Aeſchinis mendacia & pollicitationes in concione.

Quemadmodũ igitur Athenieñſes iterũ à uobis delectus ad iuſiurandũ exigendum,& tẽpora cõſumpſerit, & oĩa reip. negocia corruperit,& q̃ mihi ea prohibere cupienti contentiones cũ eo fuerint, ſtatim audietis: ſed poſtquã ab ea legatione propter exigendũ iuſiurandũ ſuſcepta,reuerſi ſumus,ad quã hæ rationum relationes pertinent,& neq; paruũ neq; magnũ quicquã eorum reperimus,quæ, cum pacem faceretis, dicta & expectata fuerant, ſed in oĩbus decepti eramus. cumq; iſti rurſus alia uẽdidiſſent, & contra ipſum decretũ legationẽ obijſſent: acceſſimus ad ſenatũ. Et horum q̃ dicam,multi ſunt cõſcij. Curia.n. referta erat plebeijs hominibus. Ego uerò progreſſus in medium,omnẽ ueritatẽ ſenatui renunciaui, & iſtos accuſaui,& enumeraui à prima illa ſpe,quã Cteſiphon & Ariſtodemus uobis renunciarant:& poſtea cũ pacem feciſſetis,q̃ iſte pro concione dixiſſet,& quò perduxiſſent rẽpublicã,& de ijs quæ reſtabant (ea uerò erant Phocẽſes & Pylæ) ſuaſi, ea ne amitteretis, néue in eandem fraudẽ incideretis,néue alia ex alia ſpe ſuſpenſi & pollicitationibus,in extremũ res diſcrimen adduci pateremini. Atq; hęc ſenatui perſuaſi. Cum uerò concio conueniſſet,& ad uos uerba facienda eſſent, progreſſus Æſchines iſte primus omnium noſtrûm (obteſtor autẽ uos per Iouem & deos,date operam, ut unà mecum memoriæ infigatis, ſi uera dixero. Ea enim demũ ſunt,quæ omnia negocia ueſtra corruperunt & perdiderunt) longiſſimè abfuit,ut renunciaret aliquid in legatione actum,aut ut de ijs quæ in

ſenatu dicta eſſent, ſi me fortè uera dicere dubitabat, illam in cœtu populi mentionem faceret: ſed eam orationem habuit, & tot tantiſq́; bonis refertam, ut uniuerſos uos in ſuam ſententiam pertraxerit. Aiebat enim ſe uenire, ac perſuaſiſſe Philippo omnia, quæ eſſent utilia reipublicæ, & in Amphictyonica cauſa, & in cæteris uniuerſis, & prolixam uobis orationem recenſebat, quā ſe contra Thebanos apud Philippum habuiſſe diceret: & capita uobis referebat: & commemorabat, ſe id ſua effeciſſe legatione, ut intra biduum, aut triduum, ſi domi maneretis, & non moueretis bellum, neque uobis ipſi negocium faceſſeretis, audituri eſſetis, & Thebas ſolas abſque reliqua Bœotia obſideri, & Theſpias atque Platæas inſtaurari, & Apollini pecuniam ſolui, non à Phocenſibus, ſed à Thebanis, qui occupationē templi ſuaſiſſent. Se enim docuiſſe Philippum, nihilo deliquiſſe minus eos qui conſilium dediſſent, q̃ qui manus intuliſſent. Proptereaq́; ſe proſcriptum eſſe à Thebanis. Quin audiuiſſe ſe & Eubœenſium quoſdā territos & perturbatos propter coniunctionem inter Philippum & remp. initam, qui in hanc ſententiam uerba feciſſent: Non præterit nos, ô legati, q. bus cōditionibus pacem feceritis cū Philippo, neq; ignoramus, uos ille dediſſe Amphipolim: Philippum autē promiſiſſe, traditurum ſe uobis Eubœam. Atq; aliud etiam ſe procuraſſe. ſed nondum id uelle dicere. Quoſdam.n.è collegis iam inuidere ſibi. Sic autē obſcurè & tectè Oropum innuebat. Cum uerò propter hæc celebraretur, atq; uideretur & orator eſſe optimus, & uir admirabilis, deſcendit magna cùm maieſtate. Ego uerò ut ſurrexi, & ea ignorare me dixi, & eorum aliquid dicere ſum conatus, quæ ad ſenatum retuleram: ibi alter hinc, alter illinc aſsiſtens iſte & Philocrates, clamitare, interturbare, me tandem ſubſannare: uos ridere, & neq; audire uelle, neq; credere alia q̃ quæ iſte renunciarat. atq; (ita me dij bene ament) haud ab re uobis id accidere uidebatur. Quis.n. tanta & tot oblatum iri bona exiſtimans, ferret aliquē qui aut ea nulla fore diceret, aut acta iſtorum accuſaret? Nam cætera omnia nimirum tum minoris erāt, præ excitatis expectationibus, & ſpe: qui refragabātur, obtur

Demoſthenes exploſus.

Cupiditas mē ti tenebras offundit.

bare ſine cauſa, & obtrectare uidebantː illa percg admirabiliter atcg utiliter confecta eſſe putabantur ciuitati. Qua igitur gratia uobis hæc primò nunc in memoriam redegi, & recenſui has orationes? Vna de cauſa, eacg maxima & prima, ut nemo ueſtrũ ſi quid me dicentem audierit, & acta accuſantem, idcg ei iniquum & importunum eſſe uideatur: cur tum illa non dixerim in re præſenti, & uos docuerim, demiretur: ſed pollicitationes iſtorum meminerit, quibus, ſingulis temporibus utentes, dicendi facultate alios excludebant, & renunciationem iſtius præclaram illam: ut ſciatis, præter cætera omnia, etiam hanc ab illo uobis factã eſſe iniuriã, quod uerum ſtatim & cum opus erat, audire prohibitis eſtis, ſpe & fucis & pollicitationibus decepti. Primũ igitur hac, & ea potiſsimũ, qua dixi, gratia, hæc cõmemoraui. Deinde, quadam & hac nihilo minore de cauſa, ut eius, antequã corrumperetur largitionibus, inſtitutum in repub. recordati, quàm id munitum fuerit, quamcg Philippo diffidens: ſecutam pòſt repentè fidem & amicitiam conſideretis. Deinde ſi euenerunt ea quæ iſte uobis renunciauit, & acta præclara fuerunt: ut propter ueritatem & reipub. utilitatem eſſe facta exiſtimetis. Sin omnia contrà quàm iſte dixit, acta ſunt, & multum dedecoris et magna reipub. pericula attulerunt, propter ſordes iſtius & ueritatem ab eo pecunia uenditam, ut mutatum eum eſſe uideatis. Dicam autem (quãdo huc prouecta eſt oratio) primùm omnium, quo pacto uobis Phocenſe negocium eripuerint. Ne uerò quiſquã ueſtrũ, iudices, magnitudinem rerum intuẽs, accuſationes & crimina maiora eſſe putet, quàm pro iſtius autoritateː ſed illud ſpectate, ſi quẽcuncg uos illi muneri præfeciſſetis, & oblatas occaſiones eius fidei mandaſſetisː illum etiam, ſi iſtius exemplo, uoluiſſet opera ſua locata hoſtibus, uos decipere, & fraude circumuenire, eadem quæ & iſtum excitare mala potuiſſe. Non enim, ſi uos leuibus ſæpe hominibus publica mãdatis negocia, res etiam leues ſunt, quæ honori ciuitatis noſtræ ab alijs deferuntur. neque multis uerbis eſt opus. Sic etiam Phocenſes Philippus ſanè perdidit, ſed iſti ei adiutores fuerunt. Hoc igitur conſiderandum et uidendum eſt, utrum,

Concluſio huius narrationis, cum occupatione, cur nunc demum Aeſchinis acta cõmemoret.

1. Ne uideatur poſt tẽpus accuſare.

2. Vt appareat mutatum eſſe Aeſchinem.

Præcipuum totius orationis caput, de interitu Phocenſium.

Occupatio.

Aeſchinem quantũuis hominem uilẽ, autoritate publica inſtructum, magnæ calamitatis autorem eſſe potuiſſet.

quatenus Phocenſium ſalus à legatione pendebat, eatenus iſti corruperint, & perdiderint omnia:nõ quaſi iſte per ſe perdere Phocenſes potuiſſet. Vnde?ſed da mihi ſenatuſconſultum,quod me referente factum eſt, & teſtimonium eius qui tum id fecit:ut ſciatis & me nõ tum tacuiſſe,nunc ab actis me remouere, ſed ſtatim accuſaſſe, & præuidiſſe futura:& ſenatum, qui ex me audire uerũ prohibitus non fuit,neque laudaſſe iſtos,neque in curiã uocare dignatum fuiſſe. Atqui id ab urbe condita ullis accidiſſe legatis, nemo meminit:ne Timagorę quidem, quem capitis dãnauit populus. ſed iſtis hæc acciderunt. Recita primò teſtimonium,deinde ſenatuſconſultum.

Legati à ſenatu in curiã nõ inuitati.

TESTIMONIVM SENATVSCONSVLTVM. Hic neque laus,neque inuitatio legatorum in curiam à ſenatu,continetur:ſin iſte contineri ait,oſtendat atque exhibeat, & ego deſcendam. Sed non continetur. Quòd ſi omnes eadem in legatione egiſſemus,iurè neminem laudaſſet ſenatus. Reuera enim uituperanda eſſent acta omnium. Sin alij bona fide rem geſſerunt, alij contrà,ſatis apparet propter improborum ſcelera, etiam bonos uiros eandem ignominiam ſubijſſe. Quo pacto igitur facile cognoſcetis omnes, quis'nẽ improbus ille ſit?In memoriam ipſi reuocate uobis,quis'nam ille ſit,qui ab initio acta accuſarit?perſpicuum enim eſt, ſonti ſatis fuiſſe futurum tacere:& præſenti eluſo tempore,non amplius actorum reddere rationem. Qui autem nullius culpę ſibi conſcius erat,is ſi ſiluiſſet, facinorum & ſcelerum ſocius fuiſſe uideretur. Ego igitur is ab initio fui, qui iſtos accuſarim:iſtorum uerò me nemo. Ac ſenatus illa quidem iam decreuerat:concione autem cõuocata,& Philippo iam intra Pylas progreſſo(primum enim id fuit omnium ſcelerum,quòd Philippum ijs negocijs præfecerant,& cum primũ nobis negocia cognoſcenda eſſent, deinde conſultandum:pòſt,quod uiſum eſſet, agẽdum: ut ſimul uos & audiretis,& ille adeſſet,& nec quid fieri oporteret,dici facile poſſet)id quidem ſenatuſcõſultum populo nemo legit,neque audiuit populus: ſed iſte ſurrexit,& ea prædicauit,quæ modò uobis expoſui,multa & ingentia bona,quæ ſe perſuaſiſſe Philippo, atque aſ-

Alia occupatio, qua acta ſua ab actis legatorum ſegregat.

Legati accuſati à Demoſthene, Philippi literis excuſati.

F

ferre iactabat, propterea'que ſe proſcriptum eſſe à Thebanis. Proinde uos primùm attoniti præſentia Philippi, & iſtis iraſcentes, qui non antè indicaſſent, aliquãto mitiores fiebatis, quòd omnia uos conſecuturos quæ uelletis, ſperabatis, nec uocem audire meam, aut cuiuſquã alterius uolebatis. Poſt hæc recitabantur miſſę à Philippo literæ, quas iſte ſcripſerat, cõmoratus poſt nos, quæ palàm & apertè nihil erant aliud, quàm defenſio ſcelerum, quæ iſti perpetrarant. Nam & hoc ineſt, ſe prohibuiſſe illos in urbes ituros, & iuſiurandum exacturos: &, ſe, ut adiumento eſſent in reconciliandis Alenſibus & pharſalijs, eos detinuiſſe. denique omnia iſtorum peccata in ſe transfert, & ſibi adſcribit. Sed phocẽſium aut Theſpienſium, aut eorum quæ iſte nunciarat apud uos, nulla uel minima mèntio. Neque hoc fortè fortuna ita factum eſt, ſed quarum rerum uobis pœnæ ſumendæ erant ab iſtis, qui nihil fecerant aut adminiſtrarant eorũ quæ ſenatuſconſulto iuſſeratis, earum ille culpam in ſe transfert, ſe'que in cauſa fuiſſe affirmat: quem uos punire ſcilicet non poſſetis. Quæ autem ille fraude obtinere & præripere ciuitati uoluit, iſte renunciauit, ut neque accuſare, neque poſtea quęri quicquàm de Philippo poſſetis, cum ea nec in literis illius, nec orationibus uſquam continerentur. Age recita eis ipſas literas: quas ut iſte ſcripſit, ſic ille miſit: & conſiderate, an ad eum illa modum ſe habeãt, quem ego expoſui. Recita. LITERAE.

Refutatio & exagitatio literarum Philippi.

Auditis Athenienſes literas, quàm præclaræ ſint & humanę? De Thebanis autem & phocenſibus, aut alijs, ne tantillum quidem. In ijs igitur nihil prorſus æqui & boni continetur, id'que uos ipſi ſtatim perſpicietis. Nam et Alenſes, quorum reconciliandi gratia ſe iſtos detinuiſſe dicit, eam conciliationem experti ſunt, ut extorres ſint facti, & urbs eorum ſit euerſa. Captiuos autem, is qui diſpiciebat quo pacto uobis gratificaretur: miſſos facere ne in mentem quidem ſibi ueniſſe profitetur. Sæpe autem teſtatum uobis eſt, id'que publicè, me attuliſſe talẽtum, & ad eos redimendos profectum eſſe, quod teſtimonium nunc etiam audietis. Quapropter ut iſte laudẽ illam mihi eriperet, etiam id ut inſcriberet, philippo per-

ſuaſit. Quod igitur maximum eſt omnium, q̃ prioribus literis per nos allatis, inſcripſerat, ſe apertè etiã fuiſſe ſcripturum quantis beneficijs uos affecturus eſſet, ſi ſciret, ſocietatem ẽt ſecum initũ iri: is inita ſocietate, ſcire ſe negat, tum qua re uobis gratificeť, tum id quod ipſe pmiſit: quod utiq; noſſet, ſi fucũ uobis non feciſſet. Verũ ut eum hæc ſcripſiſſe conſtet, cape priores literas, atq; ex illis idipſum recita: ab hoc initio. Recita. EX LITERIS. Ante pacem igitur impetratã, ſi ẽt ſocietas ſecum iniretť, ſe ſcripturum promittebat, quantis rempublicam beneficijs affecturus eſſet: poſtquam autẽ utrunq; obtinuit, ignorare ſe dicit qua uobis re gratificetur. Cũ uerò uos ea facturos dicatis, quæ ei nec pudenda, nec ignominioſa ſint, ad has excuſationes confugiendo, etſi ſanè & ipſe dixerit aliquid, & uos adducamini ad pollicendũ, receptum ſibi relinquit. Hæc igitur & alia multa eo tpe ſtatim in re præſenti coargui potuerũt, uosq; edoceri, & cauere, ne rerũ gerendarũ occaſiones amitteretis, niſi Theſpiæ & plateæ & Thebanis ſine mora infligendũ ſupplicium, ueritatẽ uobis eripuiſſet. Atqui ea ſi tm̃ audienda fuiſſent, & uerba danda ciuitati, rectè dicta eſſent. Sin re uera gerenda & p̃ſtanda, taceri expediebat. Nã ſi in eo res iam erant, ut nec ſentientes Thebani quicquã proficerent: cur factæ non ſunt? Sin propterea ſunt impeditæ, quod illi p̃ſenſerant, quis enunciauit? nonne iſte? ſed illa Philippus neq; inſtituit, aut uoluit: neq; ſperauit iſte. Proinde enunciationis eũ crimine libero: ſed fucum illis uerbis fieri uobis oportuit, & id effici, ne uerũ ex me audire uelletis: & ut domi maneretis, et tale ſcitũ iuberetur, quo phocenſes interituri eſſent. eò ptinebãt illæ deliciæ, hinc erant illæ conciones. Ego uerò cum tanta & talia illum polliceri cum audirem, & mentiri compertum haberẽ: id que unde, dicam uobis. Primùm ex eo, cum philippus iuſiurandum de pace daturus eſſet, quòd phocenſes ab iſtis excluſos eſſe fœdere apparebat, quod taceri & omitti conueniebat: ſi futurum erat ut conſeruarentur. Deinde quòd neque philippi legati id dicebant, neque literæ philippi, ſed iſte: hinc igitur coniecturam capiens ſurrexi & prodij, daturus operam ut refragarer:

Totam impoſturã Aeſchini acceptã ferendã, nõ Demoſthem.

Demoſthenes Aeſchini aduerſatus.

ut autem audire nolebatis, quieui, tantum duntaxat teſtatus (atque obſecro uos per deos, ut in memoriam reuocetis) me eorum conſiliorum neque gnarum eſſe, neque ſocium: & addidi, me nec expectare. Vt autem uos illud uerbum nec expectandi, ægrè ferebatis: facite, inquam, Athenienſes, ſi quid iſtorum factũ fuerit, & iſtos laudetis & ornetis, & coronis donetis: me uerò nõ. Sed ſi quid ſecus acciderit, iſtis iraſcimini: ego uerò cedo. Non nunc, ſubijcit Æſchines iſte, non nunc cede, ſed uide ne tunc tibi uendices. Ita fiet, inquam, niſi uelim eſſe iniurius. At Philocrates, poſt illum ſurgens, ualde inſolenter, Nil mirum, inquit, eſt Athenienſes, non eadem uideri mihi & Demoſtheni. nam is quidem aquã, ego uerò uinum bibo. Ibi uos ridebatis. Iam decretum conſiderate Athenienſes, quod poſtea ſcribendum curauit Philocrates. Hic enim orationis ordo perquàm opportunus eſt. At ſi quis tempora computarit, quibus ſcriptũ fuit, & pollicitationes quas iſte tum afferebat, cõſtabit eos nihil feciſſe aliud, quàm tradidiſſe Philippo & Thebanis Phocenſes, tantum non manibus poſt tergum religatis. Recita decretum. DECRETVM. Videtis Athenienſes, decretum quantis laudibus & benignitate uerborum ſit refertum: & pax eadem, inquit, eſto quæ Philippo, etiam liberis eius, & ſocietas: & laudetur Philippus, quòd pollicetur ſe facturum ea quæ æqua ſint. Verùm nihil ille quidem pollicitus fuerat: ſed tãtum aberat à pollicendo, ut ſe ignorare diceret, qua re uobis gratificaretur. Iſte autem pro eo loquebatur, & pollicebatur. Philocrates igitur uos in iſtius uerba propenſos nactus, illud inſcribit decreto. Quòd niſi fecerint Phocenſes ea quæ deceant, nec Amphictyonibus templum tradiderint: populum Athenienſem auxilia miſſurum contra eos, per quos ſtet, quo minus ea fiant. Itaque Athenienſes, uobis domi manentibus, & non egreſsis, & regreſſis Lacedæmonijs fraude animaduerſa, & nemine alio Amphictyonum præſente, præter Theſſalos & Thebanos: minima cũ offenſione, & moderatione ſumma ſcripſit, templum illis eſſe tradendum, cum tradendum eſſe ſcripſiſſet Amphictyonibus. quibus (neque enim erant

Scomma Philocratis in Demoſthenem.

Decretũm Philocratis cauſa interitus Phocenſium.

ſibi alij, quàm Thebani & Theſſali. Sed neque conuocari iuſsit Amphictyones, neque differri, dum conueniſſent: neque Proxenum ferre opem Phocenſibus, neque educere exercitum Athenienſes, neque tale quicquam. Quin & literas miſit Philippus binas, q̄ uocabant uos, non ut exiretis: nequaquam. neque enim ſpacium ſuſtuliſſet, quo exire potuiſſetis, & tnm demum uocaſſet: neque me huc nauigaturum, detinuiſſet: neque talia iſtum uerba facere iuſsiſſet, propter quæ uos minimè exituri eratis. ſed id ſpectauit, ut uos putãtes eum facturum quæ uelletis, nihil ei contrarium decerneretis: & Phocenſes uim non propulſarent, neque reſiſterent, expectatione ſpei factæ ipſis per uos, ſed deſperatione omnes deditionem facerent. Sed recita eis ipſas Philippi literas. LITERAE. Ac literæ quidem hæ uocant: atque adeò ſtatim. Iſtos autem, ſi quid iſtorum uerum ſincerumq́; fuiſſet, quid decuiſſet aliud quàm ſuffragari, ut copias educeretis: & decernere, ut Proxenus, quē in illis locis eſſe norant, ſtatim opem ferret? At omnia his eos contraria feciſſe conſtat: nec ab re. nihil enim eius literas curabant, ſed quo eas conſilio ſcripſiſſet, nouerant. Id igitur adiuuabant, & defendebant. Phocenſes igitur, ut quid apud uos actum eſſet in concione, audierunt, & decretum illud Philocratis acceperunt, & promiſsionem iſtius, & pollicitationes: modis omnibus perierunt, quod ita intelligetis. Fuerunt ibi qui Philippo diffiderent, cordati homines: ij adducti ſunt, ut ei fidem haberent. quamobrē? quia putabant, etiamſi decies à Philippo deciperentur, nunquam fore ut Athenienſium legati Athenienſes decipere auderent: ſed uera eſſe illa, quę iſte uobis renūciaſſet: & Philippum in Thebanorum, non ipſorum uenire excidium. Erant alij quidam, qui quiduis perferendum, & propulſandam eſſe uim arbitrarentur. ſed & illorum animos fregit perſuaſio illa de Philippi amicitia, & expectatio belli ueſtri, niſi feciſſent, cum illi antè à uobis auxilium ſperaſſent. Quin & pœnitere uos factæ cum Philippo pacis putabant quidam. Iis & ad poſteros eam pertinere pacem demonſtrarunt: ut iam undique ueſtra auxilia eſſent deſperãda. Quapropter omnia ea in unū decre-

Interpretatio literarum Philippi.

Aeſchines & Philocrates Philippo ſuffragati.

Phocenſium conditio.

Prudentes.

Animoſi.

Suſpicaces.

tum coniecerunt. In quo iniuriam uobis omniũ maximã feciſſe mihi uidenť. Nam cũ uiro mortali, & ꝓpter tẽpora q̃dam potenti, pace ĩmortali decernenda, paciſci urbis opprobrium, & ſpoliare nõ modò alioꝝ, ſed etiam fortunæ beneficijs rempublicã, & tam inſigni uti improbitate, ut non modò p̃ſentes Athenienſes, ſed eos etiam qui olim aliquando futuri ſunt, oẽs iniurijs affecerint: non'ne intolerandũ eſt? Hoc igitur nunq̃ aſcribere deinde ſuſtinuiſſetis ad pacẽ ETIAM POSTERIS, niſi ab Æſchine tum recitatis pollicitationibus crederetis, quibus freti Phocenſes perierunt: ſiquidẽ, dum ſe Philippi fidei cõmittunt, & ultrò illi oppida tradunt, omnia eoꝝ contraria, quæ iſti uobis renunciarant, ſunt experti. Vt autem certò ſciatis, hæc ita, & propter iſtos perijſſe, tẽpora uobis cõputabo, quibus ſingula facta ſunt. Quæ uerò iſtorum aliquis inficiabitur, is ſurgat, & ad meam aquam dicat. Pax igitur xi. Calend. Martias facta eſt, Peregrè autem abfuimus nos ad exigendũ iuſiurandum tres menſes totos. & hoc toto tẽpore Phocẽſes fuerunt incolumes. A'legatione propter exigendũ iuſiurandum ſuſcepta, huc reuerſi ſumus Idibus Sextilis: & iam intra Pylas erat Philippus, & Phocenſibus pollicebatur ea quorũ illi nihil credebant. Cuius rei ſignum hoc eſt, ꝙ alioqui huc ad nos nõ ueniſſent. Secuta eſt poſtea cõcio, in qua iſti oĩa negocia ꝑdiderunt mentiendo & decipiendo uos, decimo ſexto Calendas Septẽbris. Quinto igitur die pòſt, etiam ueſtra decreta Phocẽſibus eſſe nunciata, ratiocinor. Adfuerunt. n. Phocenſium legati, q̃bus ſtudio fuit cognoſcere & quid iſti renunciaturi eſſent, & quid uos decreturi. Proinde ad xij. Calend. Septẽb. ponimus reſponſum ueſtrũ Phocẽſes cognouiſſe. à ſexto. n. die ad hunc quintus fit: poſterior igitur eſt decimus, nonus, octauus: hòc, factũ eſt fœdus: illic pèrdita & cõſummata erant omnia. Vnde id perſpicitur? v. Calend. concionẽ uos habebatis in Piræeo de naualibus: uenit Dercyllus Chalcide, & uobis nunciat, Philippum ſummã rerum cõmiſiſſe Thebanis: & quintum eũ eſſe diem ponebat, ex quo fœdus eſſet factũ. Octauus igitur, ſeptimus, ſextus, quintus, quartus. Tẽporibus igitur quibus renunciabant, quibus decernebant, omnibus

Cum homine mortali facta immorta

Supputatione temporũ colligit, Aeſchini eſſe imputandum Phocenſium excidiũ.

conuincitur, eos colluſiſſe cũ Philippo, & adiutores fuiſſe Phocenſium internecionis. Iam ꝙ nulla Phocẽſium urbium expugnata, aut facto ĩ eam impetu ui capta eſt, ſed perſuaſione funditus omnes perierunt, maximo argumẽto eſt, id eis accidiſſe propterea, ꝙ Æſchini crediderunt, ſe à Philippo conſeruatum iri. Neq; .n. illum ignorabant. Age, profer mihi & ſocietatem Phocenſium, & decreta per quæ muros eorũ ſubruit: ut ſciatis, qua neceſſitudine uobiſcum coniuncti, qualia pertulerint propter iſtos ſacrilegos. Recita. SOCIETAS ATHENIENSIVM ET PHOCENSIVM. Coniuncti igitur fuere uobiſcum, amicitia, ſocietate, auxilio. quid uerò pertulerint propter iſtũ, qui uos opem ferre prohibuit, audite. Recita. CONVENTA PHILIPPI ET PHOCENSIVM. Auditis Atheniẽſes? Conuenta Philippi & Phocenſium, inquit, nõ Thebanorum & Phocenſium, nec Theſſalorum & Phocẽſium, nec Locrenſium, nec aliorum qui adfuerunt, ullius: & rurſus, Tradendas eſſe, inquit, urbes Philippo, non Thebanis, nõ Theſſalis, non alij cuiquã. quapropter? quia renunciabatur ab iſtis, Philippum propter Phocenſium conſeruationem adeſſe. Ei igitur credebant omnia, ad eum omnia referebant: cum eo pacem faciebant. Age recita reliqua: conſiderate q̃ ſperarint, & q̃ ſint perpeſſi? nunquid ſimilia & conſentanea illis, quæ iſte renunciauit. Recita. DECRETVM AMPHICTYONVM. His Athenienſes, nihil atrocius factum eſt, nec maius, non modò nr̃a ętate in Græcia, ſed nec, ut opinor, etiam ſuperiore tempore. Tantarum igitur & talium rerum unus homo Philippus potitus eſt per iſtos, incolumi urbe Athenienſium, cui p̃eſſe Græcis patrium eſt, & nõ conniuere, ut quicquã tale perpetretur. Itaq; quemadmodum ærumnoſi Phocenſes interierint, cũ ex his decretis uidere eſt, tum etiam ex ipſis rebus q̃ actæ ſunt, quę res ſpectaculum Athenienſes crudele ſunt & miſerabile. Cum enim nuper Delphos proficiſceremur, neceſſe habebamus ea uidere omnia: ædificia diruta, mœnia proſtrata, regionẽ iuuentute deſolatã, mulierculas dũtaxat & paucos puerulos, & ſenes homines miſerandos. Denique nemo uerbis aſſequi poſſit ea mala, quæ nunc illic ſunt. Atqui eos olim contrarium The-

Exaggeratio excidij Phocẽſium ab intercedenti ſocietate.

ὑποτύπωσις

Athenienſes olim defenſi à Phocenſibus. banis de uobis tuliſſe ſuffragium,cũ de urbis excidio age retur,è uobis ego oĩbus audio. Quod igitur putatis Athe nienſes,maiores ueſtros,ſi in uitã redirent,ſuffragium aut ſententiã laturos,de interitus Phocẽſium autorib⁹? Equi dem arbitror,tametſi eos ſuis manibus lapidaſſent,nullũ ſe cõmiſiſſe piaculum putaturos. Quî enim turpe non ſit, imò quæ maior eſſe turpitudo queat, q̃ ijs qui nos tum conſeruarunt, & ſalutare de nobis ſuffragium tulerunt, contraria per iſtos accidiſſe: & neglectos eſſe, ijs acceptis malis,qualia nulli Græcorum alij acceperunt? Quis *Philippus ob proditorum copiam feliciſsimus.* igitur eorũ autor?quis impoſturæ artifex?an nõ iſte? Cũ autẽ meritò Athenienſes,fortuna Philippi multis ſit p̃dicanda nominibus:tum uerò hoc feliciſſimum ei contigit, quod ita me dij deæq́ omnes ament,haud ſcio an ulli cõ *Amplificatio per extenuationem.* tigerit noſtris tẽporibus. Nam urbes magnas cepiſſe,& multas nationes ſubegiſſe,& eius generis omnia, p̃dicanda ſanè ſunt,& ſplendida. quis enim neget? Sed eadem, & à multis alijs facta recenſeri queant.illam peculiarem, & cũ alio nemine omnium cõmunem habet fortunam. *αἰτιολογία, cum amplificatione per collationem.* quam? quòd, cũ improbos homines ad ſua conficienda requireret, improbiores reperit, q̃ uoluiſſet. Quis enim iſtos tales eſſe nõ fateatur? ſiquidẽ quæ nec ipſe Philippus,cũ eius tanta res ageretur, ementiri audebat, nec in ullas inſcribere literas,neq; legatorũ eius ullus dixit: ad ea iſti,locata ſua opera,uos deceperunt. Ac Antipater q̃dem & Parmenio dño inſeruientes,neq; deinceps collocuturi uobiſcũ,tamen id excogitarunt,ne per ſe uos deciperemini. At iſti Athenarũ,liberrimæ ciuitatis,legati delecti,uos,quos obuios intueri,cũ quibus familiariter uiuere reliquo uitæ tẽpore neceſſe habent,& apud quos rationẽ actorũ reddituri erant,eos decipere nõ dubitarunt. *Vel per religionem non poſſe abſolui Aeſchinem.* Quo pacto homines improbiores aut profligatiores eſſe queant? Vt aũt ſciatis etiam,eũ à uobis diris imprecationibus eſſe obligatũ, & nefas eſſe uobis & impium, talia mentitũ abſoluere:recita deuotionem,& lege: eam cape *Scomma.* quæ hac lege continetur. DEVOTIO. Hæc pro uobis Athenienſes,in ſingulis concionibus pręco uota facit mãdata legibus: & cum ſenatus conſedit,apud eum repetit. Neq; iſte ſe hæc ignorare poteſt dicere. Dum.n.ſcriptio-

ni apud uos daret operā, & ſenatui inſeruiret, ipſe legem hanc præconi enarrabat. An non igitur abſurdum qddā, & rerum naturæ contrarium faceretis, ſi quæ mandatis, imò quæ petitis, ut dñ ueſtram uicem exequantur: ea cū hodie in ueſtrapte manu ſint, nō facietis: ſed quē ab illis malè perdi optatis, ipſum & genus & familiam, eum ipſi abſoluetis? Nequaquā. Nam qui uos latuerit, eū dñs puniendum relinquite. Quem uerò ipſi deprehenderitis, de eo nihil iam illis mandatote. Eò autē impudentiæ & audaciæ uenturū eum eſſe audio, ut, omnibus actis cedeus, quæ renunciauit, q̄ pollicitus eſt, per q̄ rempublicam decepit, tanquam apud alios aliquos iudicium exerceatur, nō apud uos qui omnia noſtis: primū Lacedæmonios, deinde Phocenſes, denique Hegeſippum ſit accuſaturus: quæ quidē ridicula ſunt, uel ſummę potius ſunt impudentiæ. Quæ.n. nunc dicet de Phocenſibus, aut Lacedæmoniis, aut Hegeſippo, aut de Proxeno non recepto ab eis, aut de impietate eorum, aut quocunq; nomine tandem eos accuſabit: ea certè facta fuerant omnia, priuſquā legati iſti huc ueniſſent, neq; obſtabant, quo minus Phocēſes conſeruarentur. quo autore? iſthoc ipſo Æſchine. Neque enim, ſi abſq; Lacedæmoniis eſſet: neq;, ſi Proxenum nō repuliſſent: neq;, ſi per Hegeſippum nō ſtetiſſet: neque ſi hoc uel illud non impediſſet, conſeruatum iri Phocenſes: non ita tum renunciauit. ſed his oībus præteritis, ſe adueniſe uerbis diſertis dixit, ac perſuaſiſſe Philippo, ut Phocenſes ſeruaret, ut Bœotiæ urbes inſtauraret, ut ueſtrę autoritati negocia cōmitteret: ea ſtatim confectum iri, intra biduum, aut triduū: propterea ſe à Thebanis proſcriptū, ꝓmiſſa interfectori pecunia. Ne igitur ea quæ ante iſtius renunciationem, uel à Lacedæmoniis facta fuerunt, uel à Phocenſibus, audiatis, neq; patiamini, neq; Phocenſium accuſare improbitatem ſinatis. Neq;.n. Lacedæmonios olim propter uirtutem conſeruaſtis, neque execrandos illos Eubœenſes, neq; alios multos, ſed ꝙ eos eſſe incolumes, è republica erat, ut etiam nunc Phocenſes. Et quid Phocenſes, aut Lacedæmonii, aut uos, aut alij aliqui mortales deliquerint poſt iſtius uerba, quo minus eius ortionem euentus ſequeretur: id rogitate. neq; enim oſtendere

Ab abſurdo: Non mandanda diis, q̄ ipſi præſtare poſſumus.

Refutatio, in ſolo Aeſchine hærere culpā internecionis Phocenſium.

Tempus accuſandi Phocenſes alienum.

Ab ipſius Aeſchinis teſtimonio.

Propter utilitatem ſuā defendi ab Athenienſib. homines improbos.

Breuitate temporis conuincit Aeſchinem doli mali.

poteſt. Nam quinq; dies duntaxat interceſſerunt, in qbus iſte falſa renunciauit, uos credidiſtis, Phocẽſes audiuerũt, ſe dediderunt, perierũt. Vnde opinor etiam manifeſtè patet, omnem impoſturam & fraudem fuiſſe inſtructam in Phocenſium interitum. Quo enim tempore Philippus uenire non poterat propter pacem, ſed ſeſe cõparabat: Lacedæmonios accerſebat, ſe facturũ eis eſſe omnia pollicitus, ne eos ſibi Phocenſes, uobis interceſſoribus, conciliarent. Poſtquã autẽ uenerat in Pylas, & Lacedæmonij, animaduerſis inſidijs receſſerant, rurſus iſtum p̃miſit ad uos decipiendos, ne iterum, uobis animaduertentibus eũ Thebanorum agere negocium, tempus terere, & bellũ gerere cogeretur, tum Phocenſibus ſe defendentibus, tũ uobis opem illis ferentibus: ſed ut citra pulueris tactum (quod aiunt) omnia conficeret, idq; factum eſt. Non igitur q̀ & Lacedæmonios & Phocenſes decepit Philippus, ꝓpterea iſte ſe uobis impunè illuſiſſe poſtulet: neq; enim æquum eſt. Quòd ſi pro Phocenſibus & Pylis, & alijs rebus q̃ perierunt, Cherſoneſum quperelle reipublicæ, dixerit: per deos uos obſecro, Iudices, ne admittatis, neq; patiamini, ut ad legationis iniurias, etiam ex defenſione probrum ciuitati concilietur: uos, ut aliquid priuati eriperetis, ſociorum ſalutem neglexiſſe. neq;. n. ita feciſtis: ſed pace iam factà, & Cherſoneſo incolumi, quatuor totos menſes pòſt, eos perdiderunt. Deinde Cherſoneſum nunc etiam in maiore uerſari periculo, quàm tum, reperietis. Vtrum. n. facilius fuiſſet ulciſci Philippum, ſi qd in eam cõmiſiſſet, anteaquã horũ aliquid reipublicæ præripuiſſet, an nunc? Equidem opinor tum longè facilius. Quę igitur eius eſt prouinciæ nunc prærogatiua, adẽpto metu & periculis, ei, qui illam ſit affecturus iniuria? Iam etiam tale quiddam eum eſſe dicturum audio, mirari ſe, cur à Demoſthene accuſetur, à Phocenſium autem nemine? Quod cuiuſmodi ſit, in primis ex me audire præſtat. Phocenſium optimi quiq;, & modeſtiſſimi extorres facti, ocium nimirum agunt: neque quiſquam eorũ propter rempublicam priuatas ſuſcipere uelit inimicitias. Qui uerò nihil ſine argẽto facturi ſint, ĳ præbitorem nõ habent. Neq; enim ego cuiquã quicquã dederim, ut hic mihi aſſi-

Cõſilium Philippi et Aeſchinis.

Refutatio: Cherſoneſi incolumitatem nec redimendam, nec redẽptam eſſe Phocenſium interitu.

Refutatio: Nõ ſi à nemine Phocenſiũ accuſetur Aeſchines, id ſignum eſſe eius innocentiæ.

ſtentes clamitarent qualia perpeſſi eſſent. Veritas enim & res ipſa clamat. Cum populo autē Phocenſium, adeò male & miſerabiliter agitur, ut iam eis nō laborandum ſit de accuſandis rationibus Athenis perperam redditis: ſed de eo, ne ſeruiant, & metu emoriantur, tum Thebanorum, tum Philippi militū, quos alere coguntur, in uicos redacti, & armis ſpoliati. Ne igitur iſta eum dicere ſinite: ſed, aut nō periiſſe Phocenſes, oſtendere iubete: aut ſe nō promiſiſſe, Philippum eos conſeruaturū. Nam hæ ſunt legationis rationes: quid actum eſt? quid renunciaſti? ſi uera, abſoluitor: ſin falſa, dato pœnam. Quod ſi Phocenſes non adſunt, quid tum? Sic enim tractaſti eos, pro tua quidem parte, ut nec amicis opitulari, nec inimicos ulciſci poſſint. Iam pter dedecus & ignominiā, q̄ in actis inſunt, etiam magna ex his orta eſſe reipublicæ pericula, oſtēdi facile poteſt. Quis. n. ueſtrûm ignorat, Phocenſi bello, & Phocenſibus Pylas tenentibus, nec à Thebanis quicquā uobis fuiſſe metuendum, nec uel in Peloponneſum, uel in Eubœam, uel in Atticam uenturum fuiſſe Philippum, aut Thebanos? Eam igitur ſecuritatem, quæ & à loco & rebus ipſis reipublicæ ſuppetebat, iſtorum fraudibus & mēdacijs circūuenti, uos amiſiſtis, & munitam armis, & bello perpetuo, & magnis urbibus ſociorum hominum, & amplo agro, paſſi eſtis euerti: & fruſtrà priora auxilia in Pylas miſſa ſunt, q̄ amplius ducentis talentis uobis cōſtiterunt, ſi etiam priuatos eorum, qui expeditioni interfuerunt, ſumptus ſupputetis. Inanis etiam ſpes eſt, quā de ulciſcendis Thebanis conceperatis. Quod autem, cum multa & acerba ea ſint, in quibus iſte Philippo inſeruijt, cōtumelioſiſſimū eſt, & in rēpublicam, & in uos omnes: id ex me audite. Cum Philippus ab initio cōſtituiſſet oīa quæ decreuerat præſtare Thebanis, iſte contrario nunciato, & uos palàm fecit non uolentes, & tum uobis inimicitias auxit cū Thebanis, tum gratiam Philippo peperit. Quis igitur mortalium inſolentius agere uobiſcū potuiſſet? Cape decretum Diophanti & Calliſthenis, & recita: ut ſciatis, cū officio fungeremini, ſupplicationes decretas, & laudationibus affectos eſſe uos, & à ciuibus ueſtris, & ab alijs. Poſtquā autem iſti uos deceperunt, uos

Phocenſiū interitus nō tantū turpis, ſed etiam noxius, & periculoſus Athenienſib.

Per Aeſchinē aucta Athenienſibus inimicitia.

Comparatione decretorum oſtendit, quantum reip nocuerit Aeſchinis perditio.

liberos & uxores ex agris in urbem tranſtuliſſe, & ut ſacra Herculis, cum pax eſſet, intra mœnia fierent, decreuiſſe. Id quod miror, ſi eum, per quem deos patrio ritu colere non licuit, impunè dimittetis. Recita decretum. DECRETVM. Hæc igitũ olim è dignitate urbis decreuiſtis. Age recita & ea quæ ſequuntur. DECRETVM. Hæc tum uos decreuiſtis, ab iſtis impulſi, cũ ea ſpe initio neq; pacem feciſſetis, neq; ſocietatem iuſſetis, neq; poſt cum adducti eſtis, ut poſteros ẽt ſcripto cõplecteremini, ſed tanq; mirabilia neſcio quę ꝓpter iſtos bona percepturi.

Refutatio: Effugiũ Aeſchinis de pacis cõmodis declamaturi, nõ eẽ audiendum.

Inuerſio: Quo pax melior, eo ſceleratior Aeſchines, qui eã corruperit.

Refutatio: Nõ creuiſſe pace, ſed imminutas eſſe potius opes Athenienſium.

Quoties aũt etiam poſt, audiẽtes Philippi exercitum ad Porthmũ aut ad Megara eſſe, tumultuati ſitis: ſcitis oẽs. Nõ igitur hoc ſpectandũ eſt, aut ceſſandũ, etiamſi nondum Atticã inuadit: ſed illud uidendum, an per iſtos poteſtas ei data ſit id faciendi, quando libitum fuerit: & illa calamitas reſpicienda, & autor & inſtructor illius poteſtatis odio ꝓſequendus & ulciſcendus. Eqdem ſcio, Aeſchinẽ ad accuſationẽ nihil eſſe rñſurum: ſed, quò uos q̃ longiſſimè à cauſa abducat, cõmemoraturum: quantum uniuerſi mortales cõmodoꝝ ex pace percipiant: cõtrà, quas è bello clades: ac deniq; laudationẽ pacis, defenſionis loco allatuꝝ. Sunt aũt ea oĩa cum eius criminatione coniuncta. Nã ſi pax, quæ aliĳs tot bonoꝝ cauſa eſt, tot negotioꝝ & tantæ ꝑturbationis cauſa nobis extitit: qđ tandẽ dici cõueniet, niſi iſtos muneribus acceptis, rẽ ſuapte natura bonã corrupiſſe? Quid uerò? an non triremes trecentę, & armamenta illaꝝ, & pecuniæ uobis ſupſunt & ſupererunt ꝑ pacem? fortaſſe dicat. Vobis aũt cõtrà ita ſentiendũ eſt: ẽt Philippi opes ea pace multo auctiores eſſe factas, & apparatu armoꝝ, & ꝓuincĳs, & reditibus, quos ille nactus eſt ingentes. acceſſerũt & nobis aliqui, ſed tñ rerum gerendaꝝ apparatus, & ſocioꝝ, quo omnes aut ſibimetipſis, aut potentioribus opes parant, ac tenent, noſter quidem ab iſto uẽditus, perĳt & debilitatus eſt, illius aũt, formidabilis eſt factus, & multo maior. Non igitur æquum eſt, illi utraq; eſſe aucta per iſtos, & ſocietates, & reditus: nobis, quæ ꝓpter pacem meritò teneremus, iſtoꝝ perditionibus & corruptelis ęſtimari. Non enim hæc pro illis recepimus, neq; multis uerbis

eſt opus. ſed & hæc eodem modo teneremus: & illa, ſi abſq; iſtis eſſet, acceſſiſſent. Illud aũt Athenienſes oĩno aſſentiemini, etiamſi multa & grauia mala reipublicę acciderint, eorũ autem nullius autor ſit Aeſchines, non eſſe iuſtum, ut in eum ſæuiatur: nec, ſi quid per aliquem alium bene geſtum eſt, ut illud eum tueatur. ſed conſiderabitis quarũ iſte rerum ſit autor, eiq́; & gratiam, ſi ea dignus uidebitur, referetis: & contrà, ſi cõmeruiſſe uidebitur ſuccẽſebitis. Hæc igitur quõ rectè deprehendetis? ſi eum non omnia ſimul cõmiſcere patiemini: ducum ſcelera, bellum geſtum cum Philippo, cõmoda pacis, ſed ſi ſingula per ſe conſiderabitis. Quod genus eſt: Fuit nobis bellũ cum Philippo. hic, nunquis accuſat Aeſchinem? uult'ne aliqs eum accuſare de rebus in bello geſtis? nemo. Proinde horum eum abſoluite, neq; eum reſpondere neceſſe eſt. Nam in controuerſijs & teſtes ꝑducẽdi, & argumenta ꝓferenda ſunt reo, non ijs defendẽdis quæ in confeſſo ſunt, facere impoſturam. Caue igitur quicquam de bello dicas, nemo enim de eo quicq́; te àccuſat. Poſtea quidam nobis ſuaſerunt pacem, perſuaſerunt: legatos miſimus: adduxerũt illi huc eos qui pacem facturi eſſent. hic iterum, nunquis ea de re culpat Aeſchinem? aſſerit aliqs eum pacis autorem: aut deliquiſſe, qui legatos ea gratia miſſos, huc adduxerit? nemo. Proinde nec de pace facta à republica, quicquam eſt dicendum. neq; enim iſte autor eſt. Si quis autem roget, quid igitur dicis homo? & unde primordia capis accuſandi? Inde Athenieẽſes, cum uobis deliberantibus, non utrum pax facienda eſſet, necne (nam id quidem iam decretum erat) ſed de eo qualis nam? Iuſta enim decernentibus refragatus: mercede decernenti ſuffragatus eſt largitionibus corruptus. Deinde ad iuſiurandum exigendum delectus, & de mandatis ueſtris nihil prorſus egit: & ſocios qui in bello euaſerant, perdidit: & tanta eſt mentitus, quanta nemo alius unquam mortalium, neq; antè, neq; poſt. Nam ab initio eo uſq; dum permiſſum Philippo eſt agere de pacis conditionibus, Cteſiphon & Ariſtodemus primum initium fecerunt impoſturę. Poſtquam autem iam eò uentum fuit, ut res gerenda eſſet, eam Philocrati & iſti tradiderunt:

Confirmatio: Aeſchinis culpa imminutas eſſe opes reip.

Tractandus ꝓ ſuis quiſq; meritis.

Singulis excutiẽdis ueritas indagatur.

Remotione cæterarum rerũ peruenit ad uerum crimen.

Aeſchines non dux.

Non pacis autor.

Capita accuſationis.

1 Suaſio turpis pacis.

2 Legatio ementita.

ἐπιφώμενα. qui,ea ſuſcepta,omnia perdiderunt. Et poſtquam rõnes actorum referendæ ſunt,iſte homo,ut apparet,ueterator et diis inuiſus,& ſcriba,ita ſe defendet, quaſi de pace agatur? Non ut de pluribus quàm accuſatur,reſpondeat: nã ea quidem inſania eſſet,ſed uidet hoc in ſuis actis nõ modò nihil eſſe boni,ſed etiã ſcelera ineſſe omnia: pacis autem defenſionem, ut nihil aliud, nomen ſaltem habere plauſibile. quàm uereor Atheniẽſes,uereor,ne ſerò,ut debitores,magno cum fœnore nos agere itelligamus. Eius enim ſecuritatem & firmitatem iſti prodiderũt:Phocenſes & Pylas:non tamen ꝓpter iſtum,eam initiò fecimus. Quanquam autem id quod dicam abſurdum,uerum tamen omnino eſt: Si quis re uera pace gaudet, ducibus, quos omnes culpant,gratiam habeat. Nam ſi illi,ut uolebatis,bellũ adminiſtraſſent, uos nec nomen pacis toleraſſetis. Pax igitur per illos,periculoſa & lubrica & inſida pax,ꝑ iſtos facta eſt corruptos largitionibus. Repellite igitur,repellite eũ à diſputatione de pace,et in diſputationem de actis cõpellite. Nõ de pace accuſatur Aeſchines,ſed pax ꝑ Aeſchinem crimẽ habet. argumẽto illud eſt:ꝙ ſi pax ita facta eſſet, ut uos poſtea in nulla re decepti eſſetis,necꝫ ſociorum quiſquam periſſet:nemini mortalium omnium pax moleſta fuiſſet, ignominia duntaxat excepta. Etſi aũt & eius culpæ pars in iſto hæret,cum ſit Philocrati ſuffragatus:nihil tñ imedicabile fuiſſet admiſſum. Nunc multorum aliorum malorum iſtum cauſam eſſe apparet. Ac turpiter quidem,& flagitioſe per iſtos ea eſſe omnia perdita & corrupta,ſcire oẽs uos arbitror. Ego uerò, Iudices,tantum abeſt ut quicquam illis rebus adiungere calũniæ uelim,aut à uobis id fieri poſtulẽ,ut ſi illa per uecordiam aut ſimplicitatem acta ſunt, aut quãcunqꝫ aliam ignorationem: & ipſe miſſum Aeſchinẽ faciam,& uobis miſſum ut faciatis,ſuadeã. Quanquam harum excuſationum nulla ciuilis,aut iuſta eſt. Neminem enim uos rempublicam gerere iubetis, aut cogitis: ſed ſi qs ſibi perſuaſit,ſe habere adiumenta rerum gerendarum, atqꝫ acceſſerit,pro ueſtra bonitate & humanitate eum recipitis,benignè,& non inuidè: quin & magiſtratus ei mandatis, & eius fidei ueſtra negocia committitis. Quaſi

Effugia, cauſæ infirmitatẽ arguunt.

Pax inſida.

παράδοξον.

Pax ignauiæ ducum accepta ferẽda: periculoſa pax proditoris.

ἀντιμεταβολή.

Alia ꝓpoſitio: Aeſchinem nõ per errorẽ, ſed ſceleratè corrupiſſe oĩa.

Cõceſſio καθ' ὑπόθεσιν.

Correctio conceſſionis: Non beneuolentia tãtum,ſed & prudẽtia i magiſtratu requiritur.

quis probè adminiſtrauerit, honorabitur, & eo nomine ſupra uulgus efferetur: ſin fruſtratus fuerit, excuſationes & cauſas afferet? æquum non eſt. Neq; enim ita ſatisfactũ erit euerſis ſocijs, nec liberis eorũ, nec uxoribus, neq; cęteris, ſe propter meam inſcitiam, ne iſtius dicam, ea eſſe perpeſſos. Multum certè abeſt. Sed tamen uos condonate Aeſchini atrocia iſta & immẽſa, ſi per ſimplicitatem, aut quamcũq; aliam ignorationem cõmiſiſſe uidebitur. At ſi ex improbitate, argẽto accepto, & munerib⁹, idq; apertè ex ipſis actis demonſtrabitur, maximè quidem ſi fieri põt, occidite: ſin minus, at in eo documentũ ſtatuite uiuente. Conſiderate aũt ipſi uobiſcum, eius cõuincendi ratio quàm æqua futura ſit. Omnino eſt neceſſe, Aeſchinem iſtũ ea uerba apud uos feciſſe de Phocẽſibus, et Theſpiẽſibus, & Eubœa, ſi non ultrò ſe uendiderat, uoſq; decipiebat, uel quod apertè audierat Philippum pollicentem, ſe illa ſuſcepturum, & facturum: uel ſi id non fuit, pręſtigijs quibuſdã & fucis humanitatis illius cæteris in rebus deceptum, etiam hæc de illo ſperaſſe: ut non ſit horũ alterũ, fieri non poteſt. Propter hæc autem utraq; ei Philippum maximo eſſe odio decet. Cur? quia quod ad illũ attinet, ei acerbiſſima & turpiſſima quæq; acciderunt: uos decepit, laborat infamia, dignus interitu iudicatur. Quòd ſi ita fieret, ut conueniebat, iamdudum ꝓditionis reus ageretur. nunc propter noſtram manſuetudinem, & ſimplicitatem, rationes reddit: eaſq; cum uult. Eſt'ne igitur aliquis ueſtrũ, qui ex Aſchine ullam uocem audierit, Philippum accuſante? Quid? redarguentem aut dicentem eum aliquid uidit? nemo. Sed omnes Athenienſes prius accuſant Philippum, & quiuis ſemper, quorum utique nulli ulla priuatim facta eſt iniuria. Ego uerò hæc uerba ab eo requirerem, ſi ſe non uendidiſſet: Athenienſes, me quidẽ tractate, ut uultis: credidi, deceptus ſum: erraui, fateor: illum autem hominem cauete Atheniẽſes: perfidus eſt, impoſtor, improbus. non uidetis quomodo mecum egerit? ut deceperit? Horum uerborum nullum audio, neq; uos: quamobrem? quia non deceptus, neq; falſus, ſed mercede ultrò conductus, atq; argento accepto, ea dixit, & illi prodidit, ac ſe pręclarum ac iuſtũ illi mercenariũ præ-

Repetitio conceſsionis.

Concluſio ὑποθετική.

Confirmatio.

Propoſitio maior, aut uerbis Philippi, aut ſpe ſua deceptus Aeſchines, odiſſe Philippum debet

1 Propoſitionis ꝓbatio, ab effectis et euẽtis.

2 Aſſumptio, ſeu minor: Sed non odit Philippum.

Expolitio, Quæ oratio decuiſſet Aeſchinem.

3 Complexio ſeu concluſio.

buit:legatum autem uobis & ciuem proditorem, & ter, non ſemel, morte mulctandum. Neq; uerò ex his ſolum conſtat, eum mercede conductum omnia illa dixiſſe: ſed uenerunt nuper Theſſali, & Philippi legati cum eis, poſtulantes, ut Philippo Amphictyonicam dignitatem decerneretis. Quem igitur omniũ mortalium maximè iſtis refragari dicebat? Aeſchinem iſtum. Cur? quia eius renunciationi contraria illa fecit. Iſte enim dixerat, illum Theſpias & Platæas muniturum, & cùm Phocenſes nõ perditurum, tum Thebanorũ in uos inſolentiam refrænaturum. At ille & Thebanos maiores fecit quàm oportebat, & Phocenſes funditus deleuit: ut & Theſpias & Platæas muro non circũdedit, ſic Orchomenum & Coroneã inſuper excîdit. Poſſunt'ne res iter ſe ullo modo magis eſſe cõtrariæ? Neq; uerò refragatus eſt, neq; os aperuit, neq; uocem ullam contrariam emiſit. Quod tantum cum ſit, non tamen eſt graue: ſed & ſolus omniũ in hac urbe degentium ſuffragatus eſt. & quod nec Philocrates facere fuit auſus, impurus ille, id Aeſchines fecit: ac tumultuantibus uobis, & eum audire nolentibus, deſcẽdens de ſuggeſto, miſſis à Philippo legatis innuens: Multos eſſe dicebat, qui tumultuarentur: paucos qui militarẽt, ſi neceſſe eẽt. meminiſtis enim utiq;: cum ipſe, ô dij, ſit mirificus bellator. Iam ſi nullum legatum quicquã accepiſſe oſtendere poſſemus, neq; res ita patére: ut palàm eſſet uniuerſis, quæſtiones & eius generis alia reſtarent. At ſi Philocrates ſe accepiſſe, non modò pro concione ſæpè confeſſus eſt, ſed & uobis oſtentauit uẽdendo tritico, ædificando, profitendo ſe iturum etiamſi uos non iuberetis, uehẽdis lignis, auro in menſis apertè cõmutando: non pfectò habebit iſte quod illum accepiſſe neget, qui ipſe confeſſus eſt & oſtẽtauit. Eſt uerò quiſquam mortalium adeò uæcors, aut infelix, ut dum & Philocrates dona accipiat, & ipſe malè audiat ac periclitetur, cum ei liceret ſtare ab innocentibus. hos quidem infeſtet, cum illo autem congreſſus iudicium ſubire malit? Equidem opinor eſſe neminem, ſed hæc omnia ſi rectè conſideretis, inuenietis Athenienſes, magna & euidentia eſſe ſigna acceptę ab iſto pecuniæ. Iam illud, quod nõ ut poſtremò factum eſt, ſic minimum

2 Argumentũ: Aeſchines Theſſalis & Philippi legatis de Amphictyonica dignitate ſuffragatus.

Tale omnino eſt uulgi ingenium.

3 Argumentum: Familiaritas Philocratis corrupti largitionibus.

4 Argumẽtũ:

nimum ſignum eſt, iſtum Philippo ſe uendidiſſe, ſpectate. Proculdubio noſtis, dudum, cum proditionis reũ ageret Hyperides philocratem, me progreſſum dicere, unũ quendã in accuſatione mihi reſtare ſcrupulum: quo pacto ſolus philocrates tot & tantorũ ſcelerum cauſa fuiſſet, nouem legati nullius, atq; id ita ſe habere negaui nullam enim eius per ſe futurã fuiſſe autoritatem, niſi adiutores illorum aliquos habuiſſet. Vt igitur inquam neq; abſoluam, neq; criminer quenquam, ſed res ipſa & noxios inueniat, & criminis expertes abſoluat: ſurgat quicunque uolet, & progreſſus in conſpectum ueſtrum, declaret ſe non eſſe ſociũ, nec ꝓbare acta philocratis. atq; eum q ita fecerit, abſoluo ego, inquã. Hęc meminiſtis, ut ego arbitror. Nemo aũt prodijt, nec oſtendit ſe. Ac cęterorũ qdem ſiugulis aliqua cauſa fuit. Nã alius rationes retulerat, alius fortaſſe nõ aderat, alius affinẽ illic habebat. Iſti aũt cauſarum illarũ nulla erat: ſed uſqueadeò ſe in uniuerſum uendiderat, neq; in præteritis tantũ ſuã locarat operam, ut non diſsimulet, ſe in poſterũ ẽt, ſi nunc abſolutus fuerit, illi pſtò futurum contra uos. Quare cauet, ne quod uel uerbulũ philippo non iucundũ ſibi elabatur: nec ẽt ſi eum dimiſeritis, deſinet. ſed laborare infamia, accuſari, qduis apud uos perpeti ſatius eſſe ducit, ꝗ aliquid minus gratũ philippo facere. Quæ uerò illa eſt ſocietas? q̃ tanta iſta ſolicitudo de philocrate? Quem, ſi oẽm legationem præclariſsimè obijſſet, & pecuniam tñ ſe propter legationem accepiſſe fateret̃, ut fatebatur: illud ipſum fugere & ſolicitè cauere incorruptũ legatũ cõueniebat, & teſtari ſuã integritatem. Sed id non fecit Aeſchines. Hæc nõne pſpicua ſunt, Athenienſes? Hęc nõne clamitãt & loquunt̃, pecuniã accepiſſe Aeſchinẽ, & propter argentum perpetuò eſſe improbũ, non ex ſimplicitate, aut ignoratione, aut p calamitatem. & quis, inqt, teſtificatur, me accepiſſe munera? Hæc.n. ſplẽdida illa defenſio eſt. Res ipſæ, ò Æſchine, q̃ ſunt fide omniũ digniſſimæ. neq; dici poteſt, aut prætexi, uel ex perſuaſione alicuius, aut gratificãdi gratia eas eſſe tales: ſed quales prodendo & corrũpendo tu effeciſti, tales in exquirẽdo apparent: & præter res ipſas iã tute in te dices teſtimoniũ,

Aeſchines proſiteri noluit, ſibi nihil eſſe rei cum actis Philocratis.

Ipſarum rerũ teſtimonia fide digniſsima

Age huc aſsiſte, & reſponde mihi: neq; enim propter imperitiam habere te negabis, quid dicas. Cum enim nouas cauſas tanquam fabulas, easq; ſine teſtibus, ad præfinitam diem accuſator uincas, ex eo conſtat, te eſſe acerrimum. Quanquam autem multa ſunt & atrocia ſcelera Æſchinis iſtius, & magna improbitate referta, ut uobis etiam, niſi fallor, uidetur: nullum tamen, meo quidem iudicio, eſt atrocius, aut euidentius corruptelarum eius argumentum: aut quod magis oſtendat, palamq; demonſtret, eum accepiſſe munera, & uendidiſſe omnia, eo qđ iam dicã. Cum iã tertiũ legatos miſſuri eſſetis ad Philippum, pp præclaras & magnas illas ſpes, quas iſte pollicebatur: delegiſtis & iſtũ, & me, & ex reliquis pleroſq; eoſdẽ. Ego ꝑgreſſus ſtatim eiuraui. Tumultuantibus autem qbuſdam, & me ire iubentibus: negaui me abiturũ. iſte aũt delectus erat. Deinde cũ concio ſurrexiſſet, congreſsi iſti, conſultabant, quẽ ibi ſtatum deprehenſuri eſſent. Dum.n. etiamnum in motu eſſent omnia, & incerta futuroꝝ expectatio, tũ & congreſſus, & uerba uaria in foro fiebant. Metuebant.n. ne, ſubitò concio indiceretur: & uos, audita ex me ueritate, aliquid opportuni de phocenſibus decerneretis, & Philippus gerendarũ rerũ occaſionem amitteret. Nã ſi decretum duntaxat feciſſetis, conſeruati eſſent. Non.n. licuiſſet Philippo, niſi uos decepti eſſetis, manere diutius. Neq;.n. frumentum erat in agris, pp bellum incultis: neq; etiã inuehi potuiſſet, ueſtris triremibus ibi pſentibus, & mare obtinentibus. & phocenſium urbes multæ erãt, & expugnatu difficiles, niſi mora, & obſidione. Nã ſi ſingulis diebus ſingulas cepiſſet urbes, duę & uiginti fuerũt numero. Propter ea igitur oĩa ne qd eoꝝ mutaretis, in qbus decepti eratis, iſtũ hic reliquerũt. ſed eiurare, nulla allata cauſa, nõ ferendũ erat, & uehemẽter ſuſpectũ. Quid ais? Ad tot & tãta bona q̃ nunciaſti, nõ ab is, nec legatione fungeris? ſed manẽdũ erat. Quid fit? morbũ ſimulat: frater ei⁹, adducto Execeſto medico, curiã ingreſſus, corã ſenatu iurat, ęgrotare iſtũ: eius uice ipſe deligit. Vt autẽ pierant phocenſes, quinq; diebus aut ſex pòſt, & ea locatio ab iſto cõſumpta erat, quaſi aliud quiddã cõduxiſſet; Dercyllus Chal

5 Argumentum. eiurata legatio, & poſtea ultro obita.

Conſiliũ Aeſchinis in eiuranda legatione.

μίμησις

cide reuerſus,uobis concionē in piręeo habentibus nunciat,phocēſes pĳſſe:& uos Atheniēſes,eo audito,et illorum uicē dolebatis,ut par erat:& ipſi ꝑterriti, & liberos & uxores ex agris in urbē transferēdos decernebatis,et caſtella inſtaurāda,& piræeum muniendū,& Herculana ſacra in urbe faciēda. Cū hæc fierēt, & tanta ꝑturbatio,& tātus tumultus urbē inuaſiſſet,tū iſte uir eloquens & ſapiēs & uocalis,nec à ſenatu,nec à populo delectus, legatus abit ad eū q illa perpetrarat:nulla habita ratione uel morbi,cuius p̃textu legationē tum eiurarat : nec ꝙ alius ipſius loco legatus creatus erat:nec ꝙ lege talia facinora capite ſancita ſunt : nec qđ abſurdiſsimū eſſet, poſtquā renunciarat ſe à Thebanis eſſe proſcriptū, cū ĳ præter Bœotię totius imperiū,ēt phocenſis regionis potiti eſſent,tum in medias Thebas,& Thebanoꝝ caſtra uadere:ſed ita erat extra ſe raptus,& totus in q̃ſtu et largitione,ut ſublatis & deſpectis cæteris rebus oībus abiret. Quæ res cum talis ſit,multo ēt grauiora ſunt ea,quæ poſtquam illuc uenit,perpetrauit. Cum.n.uos qui adeſtis oēs,& cæteri Athenienſes, tam miſerè & crudeliter cū miſeris agi phocenſibus duceretis,ut neq; ſenatorios ſpectatores,neq; Sex uiros ad pythia mitteretis,ſed patrium ſpectaculū desereretis: iſte ad triūphales epulas negotĳs & bello confecto,quas Thebani & Philippus in honorē deoꝝ inſtruxerant,acceſsit: et cū libationum, tum uotoꝝ fuit particeps : q̃ ille ob ſociorum noſtrorū mœnia & agros & arma ꝑdita nuncupabat,& una coronas geſtauit,& pęana concinuit cū Philippo,& familiariter ꝓpinauit. Neq; ego hæc ſic,iſte aliter narrare poterit:ſed eiuratio inter publica ueſtra monimēta in tabulario,q̄bus miniſter publicus pręeſt,aſſeruatur,& decretum palā de iſta re eſt ſcriptū. Quę aūt ibi ꝑpetrarit,collegati eius,& ĳ q adfuerunt, teſtimonium in eum dicent, qui ēt hæc mihi retulerunt. Neq;.n.ego unà in legatione fui,ſed eā eiuraui. Age,recita mihi decretum, et literas,et teſtes accerſe. DECRETVM, LITERAE, TESTES.

6 Argumentum, ac potius exaggeratio quinti, conuiuium cū Philippo poſt Phocenſium excidium.

Quę igit̃ uota putatis nuncupaſſe dĳs philippū,cū libaret,aut Thebanos? Nōne ut in bello uim & uictoriā ipſi & ſocĳs largirent̃,& hoꝝ cōtraria phocēſiū fœderatis?

Iſte igitur eadem precabatur & imprecabatur patriæ: q̃ nunc uos in eius caput conuertere oportebit. Itaq; abijt contra legem q̃ id facinus capitale eſſe iubet. Illuc porrò profectum alijs mortibus luenda deſignaſſe cõſtat. Iam eius acta priora, & obitæ pp hæc legationes, meritò eũ interfecerint. Quare conſiderate q̃ litis æſtimatio eã dignitatem obtineat; ut tot ſceleribus non minor eſſe uideat. An non turpe fuerit, Atheniẽſes, cũ publicè uniuerſi uos & totus populus omnia ea q̃ pacem cõſecuta ſunt, reprehendatis, et nec Amphictyonũ decretis aſſentiamini, & iraſcamini Philippo, eumq; ſuſpectũ habeatis, tanquã impia ſint & crudelia illa facta, & neq; iuſta, neq; uobis conducibilia: ſi in curiã ingreſsi, ad rationes de illis redditas dijudicãdas, & iureiurãdo pro republica dato, malorũ omnium autorem, & quẽ in talibus facinoribus palã deprehendiſtis, eũ abſoluetis? Ecquis aũt cæterorũ ciuium, uel potius Græcorũ omnium, non iurè uos reprehendet, qui uideat uos iraſci philippo: qui pacem è bello ut faceret, negocia ab ijs quendere ſolent, mercatus, rem agit omnino uenia dignã: iſtũ aũt abſoluere, q uestra tã flagitioſè uendidit, cũ legibus extrema ſupplicia talibus facinoribus ſint cõſtituta? Fortaſsis ẽt talis ab iſto p̃textus adferetur, principiũ fore inimicitiarum cũ philippo, ſi pacis interpretes damnaueritis. Ego uerò, id uerum ſi eſt, qđ grauius iſti crimen impingã, nulla ratione reperio. Si.n. is qui pecuniã impendit, ut pacẽ impetraret, ita nunc factus eſt formidabilis et magnus, ut uobis, neglecto iureiurando, & iuſtitia, uidendũ ſit iã, qua re gratum philippo faciatis: quo ſupplicio afficiẽdi erunt eius rei autores, ut dignas dent pœnas? Sed amicitiæ uobis utilioris ẽt, principium futurum eſſe, quantum coniectura licet aſſequi, id quoq; me oſtenſurũ opinor. Hoc certò tenendum uobis eſt, philippum, Atheniẽſes, non cõtemnere ueſtrã urbem: neq; q uos inutiliores putarit q̃ Thebanos, uobis illos prętuliſſe: ſed ab iſtis edoctum eſſe & audiuiſſe, id quod prius etiam publicè uobis expoſui, nemine iſtorum refragante: populũ eſſe turbam, rem omnium inconſtantiſsimam & ſtolidiſsimã, ut in mari undã fluctuantem, quæ fortuitò agitetur; aliũ

Cõclusio: Dãnandum eſſe Aeſchinem.

Refutatio: Nõ propter cauendam Philippi offenſionẽ, ueniam eſſe dãdã Aeſchini. Inuerſio.

Philippũ à p̃ditoribus edoctum, inſultare Athenienſibus.

Sic ferè audiũtur ſacræ conciones.

accedere, alium abire, rempublicam curæ eſſe nemini: ac quid actum ſit, ne meminiſſe quidem. habendos autē aliquos amicos, qui ei apud uos ſingula conficiant, atq; eius arbitratu gubernent. Quod ſi in primis ſit conſecutus, eum à uobis facile, quicquid libitum fuerit, impetraturum. Si igit̃ eos qui tum illa ad eum dixerunt, ſtatim, ut huc redierant, in crucē actos audiuiſſet, feciſſet idem quod rex Perſarum. Quid aũt fuit quod ille fecit? Deceptus à Timagora, cui quadraginta, ut ferunt, talenta dederat: ut audiuit eũ à uobis interfectũ, ac nec ſuam ipſius tueri uitā, nedum q̄ pollicitus fuerat, potuiſſe præſtare: animaduertit ſe pecuniā nō ei numeraſſe penes quē ſumma eſſet autoritas. Proinde primũ Amphipolim urbem ueſtro imperio ſubiecit, quā hactenus ſociam ſuā & amicam eſſe ſcripſerat: deinde nemini unquam poſtea pecuniam dedit. Idem igit̃ et Philippus feciſſet, ſi hoꝝ aliquē pœnas dare uidiſſet, idq; ē t nunc, ſi uiderit, facturus eſt. ſed cũ audiat eos conciones habere, florere gloria apud uos, aliĵs creare pericula, quid facere conetur? multũ impendat, cũ liceat pauciora? an oēs colere uelit, cũ duos aut tres liceat? inſaniret ꝓfecto. Neq;.n. Thebanorum urbi Philippus benefactũ publicè uoluiſſet. multum certè abeſt. ſed à legatis eſt ei perſuaſum. quo aũt pacto, dicam ego uobis: Venerunt Thebis ad eum legati, cũ & nos à uobis miſsi, illic eſſemus. ĳs pecuniā ille dare uoluit, eamq;, ut aiebant, omnino magnā. non admiſerunt, nec acceperunt eam Thebanorum legati. Poſt in ſacrificio quodā & cœna, potans cum eis Philippus, & humanum erga illos ſe præbens, cũ alia multa, ut captiuos & eius generis alia, tũ pocula tandem argenta & aurea eis offerebat. Ea illi oīa repudiabāt, & nuſquā ſui obliuiſcebantur. Poſtremò Philon unus legatoꝝ habuit, ò Athenienſes, orationem, quā non pro Thebanis ſed pro uobis habitā eſſe oportuit. aiebat enim: Se, cum Philippũ uideret, magno & humano in ipſos eſſe animo, delectari & gaudere. ſed ſe iā antea ipſius eſſe hoſpites, & amicos, etiam ſine illis muneribus. Petere aũt, ut ad negocia urbis q̄ tũ illa ageret, ea humanitate cōuerſa, aliqd & ſe ipſo dignũ et Thebanis ꝓſtaret: ita polliceri & ſe et totā

Sublatis proditoribus, Philippũ minus fore in Athenienſes iniurium.

Thebanorum legatorum integritas.

Philonis Thebani oratio ad Philippum.

Integritas legatorum quãtum Thebanis profuerit.

urbem ei fore addictã. Iam ſpectate quid hoc pacto Thebani cõſecuti ſint, & quid uobis acciderit: & uerè æſtimate, quanti ſit nõ uendere negocia ciuitatis. Primùm pace potiti ſunt laborantes & afflicti iam bello, & ſuccũbentes. Deinde hoſtes Phocenſes ad internecionẽ deleti, eorumq́; mœnia & oppida ſublata è medio. Nunquid ſola hæc? non mediusfidius. ſed acceſſerunt etiam Orchomenus, Coronea, Corſiæ, Tilphoſſęum, Phocenſis agri quãtum uoluerunt. Thebani igitur hæc è pace conſecuti ſunt, quibus utiq; maiora nec optarint. Thebanorũ autẽ legati quid? nihil, niſi ꝙ eorũ opera hęc patriæ contigerunt. Id uerò pclarum eſt Athenienſes, & egregium, ſi uirtutis & gloriæ ratio habeatur, quas res iſti pecunia uendiderunt.

Perfidia legatorum quantũ Athenienſib' nocuerit.

Conferamus iam quid Athenienſium reſpublica è pace conſecuta ſit, & quid legati Athenienſium, & conſiderate, num ſimilia reſpublica & iſti ipſi. Reſpublica igitur, ut ceſſerit omnibus & poſſeſſionib' & socijs: ut iurarit Philippo, ſi quis alius illas inuaſerit, uobis ut reſtituat, uos prohibituros, & uobis eas uolentem tradere pro inimico & hoſte habituros: eum uerò qui eripuit, pro ſocio & amico. Hæc enim ſunt quæ & Æſchines iſte defenderit, & adiutor eius Philocrates decreto ſanxerit. & cum ego pridie ſuperior, uobis perſuaſiſſem, ut ſociorũ decretum confirmaretis, & legatos Philippi accerſeretis: iſte cauillationibus eludens, poſtridiè perſuaſit, ut in Philocratis ſententiam iretis, in qua & hęc & alia multò his grauiora continentur. Ac reipublicæ quidem hæc ex pace contigerunt, quibus flagitioſora nec inueniri facilè poſſunt. Legatis autẽ qd, horum autoribus? Cætera omnia taceo, quæ ipſi uidiſtis: ædes, ligna, frumentũ. Sed in ſociorũ qui perierunt regione, poſſeſſiones, & fundi plurimi, quæ Philocrati talentũ, iſti Æſchini tricenas minas pẽſitant. Nõ'ne uerò graue eſt & miſerabile, ſociorum ueſtrorũ calamitates, reditus legatis ueſtris eſſe factas? & eandem pacem urbi, à qua miſſi fuerunt, & ſociorum interitum, & poſſeſſionum iacturam, & pro gloria dedecus attuliſſe: legatis autem qui rempublicam uiolarunt, reditus, opes, poſſeſſiones, diuitias, pro extrema inopia peperiſſe? Et hęc uerè à me dici ut cõſtet, uoca mihi teſtes harum rerum Olyn-

Proditores, ſociorum pdijs locupletati.

thios. TESTES. Neq; uerò mirabor,ſi etiam tale aliquid dicere audebit,nõ licuiſſe ꝓclaram,neq; qualem ego poſtularim,facere pacem,cum duces malè rem bellicã adminiſtraſſent. Quod ſi dixerit,obteſtor uos,ut meminetis eum interrogare,utrum ex alia urbe legatus abierit, an ex hac eadem? Nam ſi ex alia,quã bello ſuperiorẽ fuiſſe dicet,ac bonos duces habuiſſe,meritò pecuniam accepit:ſin ex hac ipſa, qua gratia ꝓpter quæ urbs à qua miſſus erat,ſuis bonis ceſſit,ob ea ipſe accepiſſe dona cernitur? Eadem enim & urbi mittenti tribuenda fuerunt, & miſſis ex ea legatis,ſi quid rectè factum eſſet. Iam & illud conſiderate,Athenienſes,utrum putetis Phocenſes Thebanis,an Philippum uobis bello fuiſſe multò ſuperiorẽ? Equidem compertum habeo, Phocenſes Thebanis. Tenebant enim Orchomenum,& Coroneam, & Tilphoſſeum,& ſuos qui Neotibus fuerant,receperãt. & ſeptuaginta & ducẽtos occiderant ad Hedylcum,& tropæum erexerant,& malorũ Ilias Thebanos circũdederat. Vobis aũt nec tale quicquã acciderat,& abſit ut accidat in poſterũ. Illud aũt erat in Philippico bello grauiſſimum, ꝙ ei cum uolebatis nocere,non poteratis:ne uerò noceretur uobis,minimè timebatis. Quî factũ eſt igitur,ut ꝑ eandem pacẽ Thebanis, qui tanto bello uincebantur,& ſua recipiendi & hoſtium opes adiungẽdi poteſtas data ſit:uobis autẽ Athenienſibus, & ꝗ bello defendebantur, ea pace facta perierint?ꝗ illorum legati opes eorum nõ uendebant,ueſtras iſti uendiderunt. At dicet,hercule,ſocios fuiſſe bello defatigatos. * Nam hæc ita fuiſſe facta, etiam ex ĳs quæ ſequũtur magis intelligetis. Vt enim pax iſta Philocratis facta autoritate,cõfecta fuit,cui iſte ſuffragatus eſt,& Philippi legati diſceſſerant,exacto iureiurando (& hactenus quidem nihil actum erat immedicabile,ſed turpis pax erat,& aliena dignitate reipublicę) loco horum autem admiranda illa bona ꝑcepturi eramus: poſtulabam ego, & iſtis dicebã,ut primo quoq; tẽpore in Helleſpontum nauigarent,néue quicquã negligerent: aut Philippum occupare quicquã interiecto tempore paterentur,ex locis illius regionis. Compertum enim habebam,quæcunque bello in pacem conuerſo proiecta fue-

Alia refutatio : Propter bellũ malè administratum, nõ neceſſe fuiſſe pacem iniquam accipere.

Cõparatione Thebanorum oſtendit, pacis iniquitatẽ nõ belli cladibus, ſed legatorũ ꝑfidiæ acceptã ferendam.

Videntur deeſſe uerſus cõplures.

Cōſilium Demoſthenis in maturanda legatione.

rint, ea ĳs qui neglexerint, perĳſſe. Nemo.n.unquam, cui perſuaſum fuit de totius imperij ſtatu pacem inire, pro ĳs quæ ab initio neglecta fuerunt, bellum gerere uoluit: ſed ea tenent ĳ qui occuparunt. Ad hæc ſi nauigaſſemus, duplici bono auctum iri putabam rempublicam. Aut enim ſi adeſſemus, & ex decreto iuſiurandum ab eo exegiſſemus: & quæ reipublicæ noſtræ p̄ripuiſſet, redditurum, & reliqua nō inuaſurum: aut, niſi ille hæc faceret, nos ſtatim huc renunciaturos, ut uos in remotis illis, & minoribus cognita hominis auaritia & perfidia, de his finitimis & maioribus, Phocenſibus inquā & Pylis retinendis, cogitaretis. Quo'd ſi ille hæc nō occupaſſet, neq; uos decepti eſſetis: in tuto uobis eſſent omnia, & quæ æqua ſunt, ille uobis ultrò præſtaret. Neq; hæc ab re ita fore putabam. Si enim eſſent Phocenſes, uti tum erant, incolumes, & Pylas tenerent: ille nullum uobis incutere terrorem potuiſſet, propter quē ius aliquod ueſtrum neglexiſſetis. Neq; enim aditu terra patefacto, neq; nauibus uictoria potitus, in Atticam uenturus fuit. Vos autem illi ſtatim, ſi ius uiolaſſet, mercatus claudere potuiſſetis: & ad pecuniæ penuriam, & cæterarum rerum iterum uelut obſidionem redacturi. Quare ille ſeruiturus fuit pacis cōmoditatib⁹, non uos. Et hæc non nunc à me fingi ex euentu, & ſimulari, ſed tum ſtatim & ſenſiſſe & p̄uidiſſe me in ueſtram utilitatem, & iudicibus indicaſſe, inde cognoſcetis: Cū iam nullæ conciones reſtarent (habitæ enim erant omnes) & iſti nondū abĳſſent, ſed hic tēpus tererent, ſenator decretum facio, populi autoritate ſenatui permiſſa, ut primo quoque tempore legati abirent, & ut Proxenus dux eos in illa loca deportaret, in quibus uerſari Philippū cognouiſſet: ĳs uerbis, quæ nunc refero, apertè in decreto poſitis. Age cape id decretum, & recita. DECRETVM. Hinc igitur eos eduxi, adeò inuitos, ut ex ĳs quæ poſtea fecerunt, liquidò cognoſcetis. Vt autem Oreum peruenimus, & cum Proxeno congreſſi ſumus: iſti nauigatione neglecta, & executione mandatorum, paſſim oberrabant: & antequā in Macedoniam ueniremus, dies tres & uiginti cōſumpſimus: reliquos uerò omnes Pellæ deſedimus, antequā Philippus ueniret, ĳs quos in itinere fuimus addi-

Mora legatorum, quæ ſpacium Philippo præbuit occupandæ Thraciæ.

tis,quinquaginta totos. Interea Doriſcũ,Thraciam,Muros. Sacrum montẽ,omnia deniq; pacis tẽpore,& fœderum,capiebat & procurabat Philippus: crebrò dictitãte me,& clamitante,primũ ita ut in cõmune conſuli ſolet: deinde ut qui docerem ignaros:poſtremò ut in eos qui ſe uendidiſſent,& impuriſſimos homines ſine ulla diſſimulatione inueherer. Qui autem his apertè refragaretur,& omnibus tam dictis meis, q; decretis ueſtris aduerſaret, iſte fuit. An uerò eadem cæteris etiam legatis omnibus placuerint,ſtatim ſcietis. Ego enim nondum quicquã de ullo dico,neque q̃ror,neq; ullum eorum coactum,hodie uideri bonum uirum oportet:ſed ultrò,& ſcelerum uitata ſocietate. Quæ eſſe atrocia flagitia,& nõ admiſſa gratis,omnes uos uidiſtis: quorum qui ſocij fuerint,res ipſa oſtendet. At hercule,eo tẽpore iuſiurandum à ſocijs exegerunt, aut alia quæ decuiſſent egerunt? Multùm certè abeſt. ſed tribus menſibus peregrè abſumptis, & mille drachmis inuiaticum à uobis acceptis,quantum à nulla ciuitate numerari ſolet: neque cum illo proficiſcerentur, neq; cum illinc huc redirent,iuſiurandum exegerunt, ſed in caupona,quæ eſt ante Caſtoris & Pollucis (ſi quis ueſtrûm Pheris fuit,intelligit quid dicam) ibi iuſiurandum dabatur,cum iam cum exercitu Philippus huc proficiſceretur,turpiter Athenienſes,& non è ueſtra dignitate. At ut illa eo modo fierent, id Philippus omnium maximi æſtimauit. Nam ſi nec pacem ita uti inſtituerant iſti primùm,decernere potuiſſent, exceptis Alenſibus & Phocenſibus,ſed coactus eſſet à nobis Philocrates id delere, ac perſpicuè ponere Atheniẽſes & Athenienſium ſocios: noluiſſet id iuſiurandum ab ullo ſociorum ſuorum dari. Neq; enim ea quæ nunc uobis erepta tenet,oppugnatũ fuiſſent,ſed iuſiurandum excuſaſſent: neque eos conſcios eſſe uoluiſſet pollicitationũ, per quas pacem impetrauit, neq; id oſtendi palã omnibus,nõ ciuitatẽ Athenienſium ſuccubuiſſe in bello:ſed Philippum eſſe qui pacẽ expeteret,& ab Athenienſibus pacẽ pollicitationibus impetraret. Ne igitur hæc quæ dico palã fierent,propterea cẽſuit eis nuſquam eſſe abeundum. Iſti autem ei omnia gratificabantur,cum oſtentatione, & inſigniter aſſentabantur,

Iuſiurãdum à ſocijs & ſerò, & alieno loco in Philippi gratiam exactum.

Concluſio: Dã nandos eſſe legatos. Verùm, ſi horũ omnium conuincentur, conſumpſiſſe tempus, neglexiſſe Thraciam, nihil ex decretis egiſſe ueſtris, aut ex utilitate reipublicæ, falſa huc renunciaſſe: quî poſſunt iſti à cordatis iudicibus & religioſis cõſeruari? Quæ ut à me uerè dici cõſtet, recita primùm decretum, quo pacto uobis fuerit exigendum iuſiurandum: deinde literas Philippi: poſt, Philocratis decretum, mox plebiſcitum. DECRETVM LITERAE DECRETA. Iam ut appareat uos potuiſſe Philippum in Helleſponto deprehendere, ſi quis mihi paruiſſet, & ueſtra mãdata executus eſſet ex decretis: uoca teſtes qui illic adfuerunt. TESTES. Recita & alterum teſtimonium, quid Euclidi poſt profecto Philippus reſponderit. TESTIMONIVM. Eos igitur nec inficias ire poſſe, quin illa pro Philippo egerint, ex me audite. Cum priore legatione profecti ſumus de pace faciẽda, uos caduceatorem præmiſiſtis ad impetrandã fidem publicam. *Feſtinatio legatorum propter Philippi cõmodum.* Tum igitur, ut primùm Oreum uenerunt, nõ expectarunt caduceatorem, neq; ullam moram fecerũt: ſed quanquã Alus obſideretur, tamen eò traiecerunt. & rurſus inde ad Parmenionem, qui oppidum obſidebat: egreſſi per hoſtilem exercitum, Pagaſas abierunt: & progreſſi, caduceatori Lariſſæ occurrerunt. tanto ſtudio & alacritate tum proficiſcebantur. Cum autẽ pax eſſet, & ſine omni periculo ire liceret, & à uobis mandatum haberent, ut properarent: tum nec ut iter accelerarent, nec ut nauigarent, in mentem eis uenit. Cur tandem? quia tum id è re Philippi erat, ut pax quamprimum fieret: nunc, ut quamplurimũ temporis tereretur ante exactum iuſiurandum. Sed ut & hæc uerè à me dici conſtet, etiam hoc cape teſtimoniũ. TESTIMONIVM. An igitur fieri poteſt, ut ulli homines magis conuinci poſſint, ſe omnia pro Philippo agere, quàm qui in eodem itinere, cum pro uobis feſtinandum eſſet, deſederunt: cũ uerò nõ eundum eſſet ante caduceatoris reditum, feſtinarunt? *Quid ãte Philippi aduentũ actum à Demoſthene, & alijs legatis.* Quo igitur tempore illic fuimus, & Pellæ deſedimus, conſiderate quid quiſq; noſtrûm facere inſtituerit. Ego captiuos redimere & quærere, & de meo pecuniam inſumere, & à Philippo petere ut hoſpitalium munerũ uice quæ nobis offerebat, illos miſſos faceret. Iſte autẽ quid perpetuò fecerit, ſtatim audietis.

Quid igitur illud erat? ut Philippus cõmuniter pecuniam nobis largiretur. Vt autẽ nec illud ignoretis, ille nos periclitatus eſt omnes ad ſingulos priuatim miſſitãs, & multum ſane auri offerens. Vt autẽ fruſtra experiebatur quẽcunq; tandem (neq; enim de meipſo mihi dicendum eſt, ſed facta & res ipſæ declarabunt) cõmuniter datam pecuniam uniuerſos putabat ſtatim temerè accepturos: eos igitur in tuto fore, qui ſe priuatim uendidiſſent, ſi uel minimum cõmuniter datæ pecuniæ accepiſſemus: eó dabatur, hoſpitalia autem munera prætexebantur. Vt autem ego prohibui, rurſus iſti de integro inter ſe partiti ſunt. Vt autem à Philippo petebã, ut eam pecuniam in captiuos impenderet: neq; opportunũ illi fuit iſtos prodere, neq; dicere, illum uel illum accepiſſe, neque impenſam fugere: ſed eluſit, ſe ad Panathenæa illos amiſſurum pollicitus. Recita igitur teſtimonium Apollophanis, deinde aliorũ qui adſuerunt. TESTIMONIVM. Age uobis exponam etiam, quot ipſe captiuos redemerim. Dum enim ante reditum Philippi Pellæ cõmorabamur, nonnulli captiuorũ, qui erant * ſponſione obligati, diffidentes, ut mihi uidetur, ſe poſtea Philippo perſuaſuros, dixerunt, ſe uelle ſemetipſos redimere, neque id beneficium acceptum Philippo relaturos: & mutuò ſumpſerunt, alius tres minas, alius quinque, alius prout cuiq; conditiones erant propoſitæ. Poſtquam autem Philippus pollicitus fuit, ſe cæteros miſſos facturum, ego conuocatis illis quibus mutuũ argentum ipſe dederam, & actorum cõmonefactis, ne ſuam ſibi feſtinationẽ fraudi fuiſſe putarent, ne'ue ſuis ſumptibus redimerentur tenues homines, cũ ſpes eſſet, fore ut cæteri à Philippo dimitterentur: dono dedi pciũm redemptionis. Quæ ut uerè à me dici cõſtet, recita & hęc teſtimonia. TESTIMONIA. Quam igitur remiſi pecuniam, & dono dedi calamitoſis ciuibus, hæc eſt. Quòd ſi mox iſte ad uos dicet, cur tandem, ut ais Demoſthenes ex mea Philocratis defenſione cum intellexiſſes, nos ſani nihil agere: in poſteriore legatione ad iuſiurandũ exigendum miſſa, interfuiſti, & eam non eiuraſti? hoc memento te, me promiſiſſe illis quos redemeram, & allaturũ pecuniam, & eos, quantũ in me eſſet, cõſeruaturum. Non cõ-

Captiui redẽpti à Demoſthene.

ἐξηγγυημένοι.

Refutatio: Se poſteriorem legationẽ obiíſſe, nõ quòd acta legatorũ probaret, ſed ut captiuos redimeret.

mittendum igitur erat, ut mentirer, & desererem calamitoſos ciues. Neq; etiam admodum honeſtum aut tutũ erat, detrectata legatione priuatim illic oberrare. Nam niſi illos ſeruare uoluiſſem: dij me omnes pdant & eradicent, ſi magnam mereri pecuniam uoluiſſem, ut iſtorũ in legatione collega eſſem. Cuius rei ſignum hoc eſt, q ad tertiam legationem bis delectus à uobis, bis iureiurãdo recuſaui, & in illa pfectione illis p omnia fui aduerſatus. Quæ igit in legatione mei arbitrij fuerunt, in hunc ſe modum uobis habuerunt. In qbus autem iſti ut plures, uincebant, ea omnia perierunt. At & cætera omnia conuenienter his acta eſſent, ſi quis mihi paruiſſet. Neq;.n. ego ita infelix, aut uæcors fui, ut pecuniam darem, cũ alios accipere uiderem, pro meo ueſtri ſtudio. Quæ autem & ſine impenſis confici potuiſſent, & uniuerſæ ciuitati longè plus pfuiſſet, ea fieri noluiſſem. Imò qd maluiſſem Athenienſes? Sed me uincebant iſti nimirum. Agite uerò quid inter hæc iſte egerit, & qd Philocrates, ſpectate. Hæc.n. inter ſe collata, clariora erunt. Primùm igitur Phocenſes & Alenſes fœdere excluſerunt, & Cerſobleptem, tum cõtra decretum, tum contra ea quæ ad uos relata erãt. Deinde aggreſſi ſunt decretum mouere & trãsferre, per qd legati miſſi eramus. Poſtea Cardianos Philippo ſocios inſcripſerunt, & ſcriptas à me literas ad uos non mittendas cenſuerunt: ipſi autem uęcordes ſuas literas miſerũt. & tamen generoſus iſte me pollicitum eſſe Philippo dixit, me rempub. ueſtram abrogaturũ, q illas reprehendebam, non modò turpes exiſtimans, ſed & ueritus, ne inſons ego meo interitu culpam illorũ luerẽ. At Æſchines nunquam deſtitit priuatim congredi cum Philippo. ac cætera quidem taceo: Dercyllus autem Phæris eum nocte quadã obſeruauit, nõ ego, adhibito puero hoc meo: eoq; deprehenſo, è tabernaculo Philippi exeunte, puerũ mihi renunciare iuſſit, & ipſum id meminiſſe. Et tandem nefarius iſte, & impudens noctem & diem, digreſſis nobis, remanſit apud Philippum. Et hæc uerè à me dici ut appareat, primùm ego ipſe in tabellas referam, & meo periculo teſtificabor. Deinde cæterorum legatorum ſingulos citabo, & omnino aut teſtificari, aut eiurare cogã.

Confert acta Aeſchinis & Philocratis in legatiõe, cum ſuis actis.

Aeſchinis nocturni cõgreſſus cũ Philippo, & mora.

Quòd ſi eiurarint, periurij eos manifeſtè in conſpectu ueſtro conuincam. TESTIMONIVM. Quibus igitur malis & negocijs in toto itinere ſim conflictatus, uidiſtis. Quid.n. eos illic feciſſe putatis, dum ꝑpe largitorē eēnt: cum uidentibus uobis, qui & habendi honoris, & irrogandæ mulctæ poteſtate ualetis, talia deſignent? Colligam igitur in ſummam capita accuſationis ab initio, ut oſtendam ea me præſtitiſſe, quæ in principio orationis, me uobis oſtenſurum eſſe ſum pollicitus. Demonſtraui eum nihil renunciaſſe ueri, ſed fucum feciſſe uobis: ipſaꝝ rerum, non uerboꝝ teſtimonijs uſus. Demonſtraui eum in cauſa fuiſſe, ne uos uera ex me audire uelletis: tū iſtius promiſſis & pollicitationibus occupati, cum omnia cōtrà ꝗ̄ oportuit ſuaſiſſet: & ſocioꝝ refragatum eſſe paci, Philocraticæ ſuffragatum, tp̄a contriuiſſe, ut nec ſi uelletis, poſſetis educere copias in Phocidem: & alia multa & atrocia in itinere cōmiſiſſe: prodidiſſe omnia, uēdidiſſe, accepiſſe munera, nullum præteriſſe improbitatis genus. Hæc igitur in principio promiſi, hæc demonſtraui. Iam quid reliquū ſit, uidete. Simplex eſt enim, quæ mihi iam uobiſcum erit oratio. Iuraſtis uos pronūciaturos ex legibus & plebiſcitis, & decretis ſenatus quingentoꝝ. Conſtat autem iſtum omnia contraria legibus, decretis, inſtitutis in legatione feciſſe. Eum igitur cōdemnari cōuenit à cordatis iudicibus. nam ſi nihil aliud cōmiſiſſet, duo tamen eius facinora morte mulctanda eſſent, neq; enim Phocenſes tantum, ſed & Thraciam prodidit Philippo. At duo loca utiliora reipub. in orbe terraꝝ nemo poſſit oſtendere: in terra, Pylis: Helleſponto, in mari. quę utraq; iſti flagitioſe uendiderunt, & ueſtro malo Philippo tradiderunt. Illud ipſum igitur, præter cætera, quantum ſcelus eſt, Thraciam & Muros prodidiſſe? Infinita dici poſſent: & ꝗ̄ multi ꝑpter talia facinora ſint interfecti apud uos. hos autem magna eſſe pecunia mulctatos, oſtenſu non eſt difficile, Ergophilum, Cephiſodotū, Timomachum: olim aliquādo Ergoclem, Dionyſiū, alios, quos uniuerſos parum abeſt quin dicam minus ꝗ̄ iſtū nocuiſſe reipublicæ. Nam eo tp̄e, Athenienſes, pericula uos etiamnū cōſilio cauebatis & ꝓſpiciebatis. Nunc, niſi

Legatorū importunitas. ἀνακεφαλαίωσις: qua obiecta Aeſchini crimina in ſūmā colligit.

Petitio, ſeu cōcluſio: cōdemnandum eſſe Aeſchinem.

Inculcat Phocidis & Thraciæ amiſſionē.

Exēpla eorū quos mulctarunt Athenieſes.

Quo maior ſocordia populi, eo acri' puniēdi impoſtores.

ꝙ uos quotidie uexat, & præſentia ſua moleſtijs afficit, negligitis. Poſtea fruſtrà hic decernitis, & Cerſobleptæ à Philippo dandum eſſe iuſiurandũ, & Philippo nõ dandum eſſe locum inter Amphictyones, & pacem eſſe corrigendã. At decretoꝝ iſtoꝝ nullo fuiſſet opus, ſi nauigare iſte, & officio fungi uoluiſſet. nunc quę nauigando cõſeruare potuiſſent, ea dum ire iubet, ꝑdidit: quæ dicenda ueritate, mẽtiendo. Indignabit̃ aũt ſtatim, ut ego audio, ſi ſoli ſibi popularium oratoꝝ, uerboꝝ ratio reddenda ſit. Ego uerò æquum eſſe, ut oẽs eoꝝ quę dicant, ſi ꝓꝑ argentum dicunt, rationem reddant, prætermittam. ſed illud dico: Si Aſchines, ut homo rerum imperitus, delirauit alicubi, & fruſtratus eſt, ne ſeuerius inquirite, ſed miſſum facite, ueniam date. Sin legationem obiens, accepta pecunia, de induſtria uos fefellit: ne abſoluite: neq; ferte illud, pœnas uerboꝝ non eſſe dandas. Cuius enim alterius rei q̃ uerboꝝ ratio à legatis repoſcenda eſt? neque enim legatis cõmittunt̃ triremes, aut loca, aut legiones, aut arx: nemo hæc legatis tradit: ſed uerboꝝ & temporum. Quòd ſi reipublicę tempora non pręripuit, non deliquit: ſin præripuit, deliquit. Verba autem ſi uera renunciauit, aut utilia, abſoluatur: ſin & falſa, & corruptus, & inutilia, teneatur. Nulla enim re populus lædi grauius poteſt, q̃ audiendis mendacijs. Quorum enim in uerbis ſita eſt reſpublica, quo pacto ſi ea uera non ſunt, tutò geri poteſt reſpublica? Quòd ſi quis inſuper ea quę hoſtibus cõducant, accepta mercede dicat: an non etiam in magno periculo eritis? Neq; etiam eadem iniuria eſt, tyranno, aut oligarchiæ præripere tempora, quæ uobis: neq; parum intereſt. In illis enim imperijs omnia ex edicto celeriter fiunt. apud uos autem in primis ad ſenatum omnia referenda, & ab eo decernenda ſunt, & id q; cum præconibus & legationibus ad ſcriptum fuerit duntaxat, non ſemper. Deinde indicenda concio, ea q; tempore legibus conſtituto. Póſt uincendi & ſuperandi ſunt ij qui rectiſſimè conſulunt, illi qui ex inſcitiá, aut ex improbitate adverſantur. Poſt hæc autem omnia, cum iam & decretũ aliquid fuerit, & iam conducibile eſſe uidetur: ſpacium dandum eſt multitudinis tenuitati, in quo ea comparẽt,

Refutatio, κατὰ παράλειψιν,

Etiam uerborum reddenda ratio, præſertim ſi quis munera acceperit.

Legatis uerba & tempora dũtaxat cõmittuntur.

Amplificatio: in populari republica cur gerantur omnia tardius?

καὶ τοῦθ' ὅταν ἢ κήρυξι καὶ πρεσβίαις προσγεγραμμένον οὐκ ἀεί.

quorum indigent, ut decreta etiam exequi poſsint. Qui igitur ea tempora ſuſtulit in tali, qualis apud uos eſt, republica: is non tempora ſuſtulit, non, ſed ipſas actiones planè uobis eripuit. Etſi autem in promptu eſt quædam ĳs qui uos decipere uolunt, omnibus, oratio: illi qui ciuitatem turbant: qui Philippũ reipublicæ bene facere prohibent: ĳs tamen ego nihil reſpondebo, ſed literas uobis Philippi legam, & tempora ſingula qbus decepti eſtis, redigam uobis in memoriam, ut ſciatis, frigidũ illud nomen ad faſtidium uſque repetitum, illum decipiendis uobis, præteriſſe. LITERAE PHILIPPI. Cum igitur tam turpia, tam multa, omnia denique contra uos in legatione commiſerit, paſsim dictitat: Quid de Demoſthene eſt dicendum, qui collegatos accuſet? Mehercule ſiue uelim, ſiue nolim, cum ſim & tot à te in toto itinere inſidĳs appetitus, & duarum nunc mihi rerum detur optio, aut ut talium actorum ueſtrorum ſocius eſſe uidear, aut ut accuſem. Ego uerò tuum me collegatum fuiſſe nego, & tum te in legatione multa & non ferenda deſignaſſe: tum me ea feciſſe dico, quæ eſſent reipublicæ utiliſsima. Philocrates quidẽ tibi collegatus fuit, & tu illi, & Phrynon. Vos enim iſta agitabatis, & iſta uobis omnibus probabantur. Vbi autem ſal? ubi menſa? ubi libationes? Hoc enim circumiens tragicè declamitat, quaſi non homines iniurĳ, rerum illarum ſint proditores, ſed ĳ qui officio funguntur. Ego uerò ſcio, ſenatores omnes ſemper rem diuinam facere communiter, & concœnare inter ſe, & unà libare: neque tamen propterea boni malos imitantur. ſed ſi quem ſuorum in facinore deprehenderint, apud ſenatum & populum deferunt. Senatus item communia ſacra habet auſpiciorum, communia cõuiuia: unà libant, unà ſacrificãt duces: parum abeſt, quin magiſtratus dicam omnes. Nunquid propterea collegis delinquẽtibus dant impunitatem? Minimè uerò. Leo Timagoram accuſauit, cũ quadrienniũ in legatione cũ eo fuiſſet: Eubulus Tharrecem, & Smicythũ, cũ qbus coẽm menſam habuit: Conõ antiquus ille, Adimantũ, impĳ militaris ſocium. Vtri igitur, Aeſchine, ſalem & libationes negligebant: ĳ qui prodebant, & legationem ementieban-

ἀποδίωξις cauillationis de Philippi beneficentia.

Refutatio: recte à ſe improbos collegatos accuſari.

Ab exẽplo magiſtratuũ omnium.

tur, & largitionibus corrumpebantur, an ij qui accuſabant? ij nimirum, qui totius patriæ libationes uiolabant, ut tu, & non ſolum priuatas. Vt autem ſciatis, non eorum modò qui publicè unquam ad Philippũ, ſed eorum etiam qui priuatim uenerunt, & omnium mortalium extitiſſe nequiſsimos & improbiſsimos, pauca ex me audite, ad hanc legationem nihil attinẽtia. Cum Olynthum cepiſſet Philippus, Olympia celebrabat: ad id autem ſacrificium & celebritatẽ, omnes artifices congregarat: quos, cum exciperet epulis, & uictores coronis ornaret: interrogabat Satyrum, comicum hiſtrionem, cur tandem ſolus nihil poſtularet? num in ſe aliquas ſordes, aut aliquã animi erga ipſum offenſionem perſpexiſſet? Reſpondiſſe aiunt Satyrum: Quæ alij requirerẽt, eorum ſibi nihil eſſe opus: quæ uerò ipſe libẽter poſtularet, Philippo quidem datu eſſe omnium facilima & donatu, ſed uereri ſe ne repudiaretur. Cum autem ille dicere iuſſiſſet, & iuuenilius aliquid addidiſſet, ſe nihil non eſſe facturum. reſpondiſſe illum ferunt: Apollophanem Pydneum ſibi fuiſſe hoſpitem & amicum: poſtquam autem per inſidias occiſus ille obijſſet, à cognatis eius, metu perterritis, filiolas eius puellulas Olynthum, quo tutiores eſſent, eſſe miſſas. Eæ nunc, inquit, expugnata urbe, captæ penes te ſunt, ætate iam nubili. Eas à te peto, & quæſo, ut mihi des. Quas ſi mihi dederis, quale munus daturus ſis, audire & cognoſcere te uelim: quo ego lucri nihil faciam, ſed eas do te data elocabo: & non committam, ut aliquid indignũ uel nobis, uel patre patiantur. Quod ut conuiuæ audiuerunt, tantus plauſus, tanta collaudatio, tantus tumultus excitatus eſt ab omnibus, ut Philippus humanitate motus concederet. quanquam ex interfectoribus Alexãdri, fratris Philippi, fuerat is Apollophanes. Agite conferamus cum hoc Satyri conuiuio, aliud conuiuium iſtorum in Macedonia celebratum: ut ſpectetis, an æquale huic & ſimile uideatur. Inuitati iſti ad Xenophontem Phædimi F. unius è triginta tyrãnis, abierũt. Ego uerò nõ abij. Vt autem ad pocula uentum eſt, introducit is mulierem quandam Olynthiam, formoſam quidem illam, ſed ingenuam et modeſtam, ut exitus declarauit. Eam primũ

Digreſsio, quæ petulãtiã Aeſchinis expõit κατ' ἀντίθεσιν A' Satyro hiſtrione in Philippi conuiuio hoſpitis filiæ liberatæ.

Ingenuã mulier Olynthia

bibere cogit

bibere cogit paulatim, & iſti(ut mihi uidetur)edere,ut mihi poſtridie Iatrocles narrauit. Vt autē res ꝓcedebat, & mero incaleſcebant animi, aſsidere, atq; etiam aliqd canere iubent. Æſtuante muliere, ut quæ neque uellet, neque ſciret: contumeliam id factum interpretantur iſte et phrynon, & non ferendum eſſe dictitant, ut captiua ex d'ijs inuiſis & nefarijs Olynthijs, delicias faceret. Age uoca ſeruum, inquit, & lorum aliquis afferat. Venit ſeruus ſcuticam geſtans. Cum autem potaſſent ſcilicet, & leui de cauſa bilis moueretur, ut aliquid illa dixerat, & il lachrymarat, lacerata & direpta tunica, ſeruus crebras plagas tergo ingerit. Tum amens animi præ dolore & terrore mulier, ſubſiliens ad genua Iatrocli accidit, et mēſam ſubuertit. Quòd niſi is eam eripuiſſet, interfecta eſſet in illa ebrietatis inſania. Temulentia enim iſtius impuri crudelis eſt. Ac de hac muliere & in Arcadia ſermo fuit percelebris inter innumeros, & Diophantus apud uos renūciauit, quem mox dicere cogam teſtimonium: peruulgatus rumor fuit, et in Theſſalia, & ubiq; gentiū. Et tamen talium ſibi conſcius facinorum impurus iſte, uos audebit intueri? & actam à ſe uitā clara ſtatim uoce prædicabit? q̄ res mihi ſpiritum intercludit. Num hi neſciunt, te à primordio ætatis legiſſe libros matri initiāti, & puerū etiamnum in cœtibus Liberi patris, & inter ebrioſos hoīes eſſe uolūtatum? pòſt aūt ſcriptioni apud magiſtratus dediſſe operā, & propter binas aut ternas drachmas fuiſſe ſceleratū? Poſtremò, non ita olim alienis ſumptibus ad tertias partes actitandas, cum bene te cum agi putares, uictitaſſe? quam igiř uitā referes? quam non uixiſti? nam eā quidem quam uixiſti, talem eſſe conſtat. Sed ò licentiā. Iſte apud uos alium impudicitię reū egit. Verū nondum hęc. Sed teſtimonia mihi prius iſta recita. TESTIMONIA. Cum igitur ea quæ in uos cōmiſiſſe conuictus eſt, tot & tanta ſint, Iudices, in quibus quid mali non ineſt? corruptus, aſſentator, diris obligatus, mendax, amicoꝶ ꝓditor: omnia inſunt atrociſsima: nihil horum defendet, neq; quicquam æqui aut boni reſpondere poterit. Quæ autem ego eum reſponſurum eſſe audio, ſunt illa quidem inſaniæ proxima: ſed ei qui nul-

ἐπιφώνημα & inſectatio uitæ Aeſchinis.

Refutatio: Demoſthenē non eſſe ſocium actorum Aeſchinis.

lam iuſtam habet excuſationem, quiduis neceſſe eſt cõminiſci. Dicturum audio, eorum me quæ accuſem, ſocium ſibi fuiſſe & approbatorem & adiutorem omniũ: ac deinde repentè mutatum, accuſare. Quanquam autẽ actorum illa neque iuſta eſt defenſio, neque conueniẽs, ſed mei quædam accuſatio (ego enim, iſta ſi feci, nequã homo ſum, res autem propterea nihilo ſunt meliores: neque multis uerbis eſt opus) tamen officij mei eſſe puto, ut utrumque uobis oſtendam, & mentiturum eum, ſi talia dicet, & legitimam defenſionem declinaturum. Quę ita fuerit iuſta & ſimplex, ſi aut non feciſſe ſe quæ accuſentur, oſtenderet, aut acta quæ ſint, profuiſſe reipublicæ. Quorum iſte neutrum facere poterit. Neque enim expedire profectò, ut phocenſes perierint, ut pylas Philippus teneat, ut Thebani ſint potentes, ut milites in Euboea uerſentur, ut Megaris inſidiæ fiant, ut pax nullo ſit iureiurando confirmata, dicere poteſt: quibus tum contraria uobis nunciauit, ut quæ & utilia eſſent, & futura eſſent: neque illa non eſſe facta perſuadere uobis poterit, qui uidiſtis ipſi, & comperta habetis. Reliquum igitur eſt, nihil iſtorum omnium ad me attinere oſtendam. Vultis igitur ut cæteris omnibus omiſsis, ut ſcilicet apud uos in eos ſim inuectus, ut in itinere eos offenderim, ut eis omni tempore ſim aduerſatus: iſtos ipſos producam teſtes, omnia inter me & illos contraria eſſe facta? iſtos pecuniam contra uos accepiſſe, me recuſaſſe? Videte igitur, quem'nam in ciuitate fateamini eſſe uęcordiſsimum, & temeritatis atque impudentiæ refertiſsimum? neminem ueſtrûm uel per errorem alium ſcio dicturum, quàm Philocratem. Quem autem omnium clamoſiſsimum, & quælibet clariſsima uoce pronunciantem? Æſchinem iſtum nimirum. Quem autem iſti carere audacia, & timidum eſſe ad turbas dicunt, ego autem uerecundum? me. Neque enim unquam uobis moleſtus fui, aut coegi inuitos. At in omnibus concionibus, quoties de his mentio facta eſt, & accuſantem me audiſtis, & ſemper iſtos redarguentem, & palàm dicentem, eos accepiſſe pecuniam, & omnia uendidiſſe negocia ciuitatis. Quæ iſti cum audirent, nemo unquam eorum iuit in-

Non communicandũ cum alio crimen, ſed refutãdũ.

Legitimã defenſionem Aeſchini non ſuppetere.

Demoſthenẽ non eadẽ egiſſe, quæ Aeſchinem.

Aeſchines & Philocrates à Demoſthene accuſati.

ficias, non os aperuit, non ſe oſtendit. Quæ igitur cauſa eſt, ut omnium uæcordiſsimi in ciuitate, & uoce ampliſsima prædit, à me omnium timidiſsimo, & nemine clarius loquente, tantum ſuperentur? Quia ueritas eſt potens, contrarium infirmum. Conſcientia proditionum, eripit iſtis audaciam. Ea linguam reprimit, obturat os, angit, ſilentium imponit. Poſtremum autem illud profectò noſtis, eum cum nuper legatum ire non ſineretis, clamitaſſe ſe mihi diem dicturum apud ſenatū, & accuſaturum, & heu, heu. Atqui illa ſunt longorum & multorum certaminum & orationum principium: hæc autem ſimplicia, & duo aut tria circiter uerba, quę uel heri emptum mancipium proferre poſſet: Athenienſesq́, negocium hoc perindignum eſt: iſte me earum rerum accuſat, quarum ipſe ſocius fuit: & pecuniam accepiſſe me dicit, cum ipſe acceperit, aut in partem uenerit. Horum quidem nihil dixit, nec locutus eſt, nec ex eo quiſquam ueſtrúm audiuit: ſed alia minitabatur. Quam obrem? Quòd ea à ſe eſſe facta ſibi conſcius erat, & hæc uerba ſeruiliter reformidabat. Non igitur eo accedebat animus, ſed reſiliebat: retrahebatur enim per conſcientiam. Sed alia quædam conuiciari, nemo eum prohibebat, & maledicere. Quod autem eſt maximum omnium, & non uerba iam, ſed res ipſa: cum ego uellem qđ æquum erat, ut bis legatus ieram, ſic bis reddere uobis rationē: Æſchines iſte multis teſtibus adductis, ad Rationum magiſtros acceſsit, & uetuit me uocare in iudicium, ut q rationem reddidiſſem, nec eſſem obnoxius. Et res erat perq̃ ridicula. Quæ igitur illa fuit? cū de priore legatione rationē reddidiſſet, quam nemo accuſabat, nolebat denuò in ius uenire de hac, qua nūc reus agitur, in qua oēs iniuriæ continebantur. Quòd autem ego me bis ſiſtebam, & ipſi neceſsitas imponebatur, ſe denuò ſiſtendi: propterea me citari non ſinebat. At id factum Athenienſes, utrunq; uobis oſtendit apertè, & iſtū ſemetipſum damnaſſe, ut iam nemo ueſtrū eū ſine impietate poſsit abſoluere, et nihil de me ueri dicturū. Si.n. habuiſſet, tū & dicēdo et accuſando ꝓtuliſſet: nō mediusfidius citari uetuiſſet. Hoc à me uerè dici ut conſtet, uoca mihi

Aeſchines quo ſe pacto defendere debuiſſet.

Demoſthenes ab Aeſchine rationes reddere ꝓhibitus

Aeſchinis conuicia non audienda.

huius rei teſtes. TESTES. Iam ſi quæ in me conuicia extra legationem dixerit, multis nominibus eum audire non debebitis. Non enim ego ſum hodie reus, neq; deinceps mihi quiſquam infundet aquam. Quid igitur aliud illa ſunt q; iuſtarum rationum inopia? Quis enim accuſare uelit dum reus agitur, ſi haberet defenſionẽ. Illud ẽt conſiderate, Iudices, ſi ego ipſe reus eſſem, & Æſchines iſte accuſaret, Philippus autem eſſet iudex, atq; ego nõ negare poſſem me deliquiſſe, ſed iſti maledicerẽ, & exagitare inſtituerem: non'ne putatis illud ipſum ægrè laturum Philippũ, ſi quis apud eum hominibus de ipſo bene meritis malediceret? Ne igitur uos deteriores ſitis Philippo, ſed ad ea reſpondere eum cogite, quorũ accuſatur. Recita teſtimonium. TESTIMONIVM. Ego igitur integritatis meæ conſcientia fretus, & rationẽ reddẽdam, & q̃ legibus iubentur, præſtanda omnia ducebã. Iſte contrà. Quare qui fieri poteſt, ut in eodem negocio ego & iſte fecerimus eadem? Aut qui conuenit iſti nunc apud uos ea dicere, quorum me antea nunquam inſimulauit? nequaquam certè: ſed tamen dicet, nec mehercule iniuria. Scitis. n. utiq; hoc, ex quo nati ſunt homines, & iudicia exercentur, neminem unquam, qui crimen fateretur, eſſe condemnatum: ſed frontem perfricant, negãt, mentiuntur, cauſas cõminiſcuntur, omnia faciunt ne pœnas luant. Quarum rerum nulla uos oportet hodie decipi, ſed ex ueſtrapte conſcientia de cauſa iudicare: non meis aut iſtius credere ſermonib9, aut teſtibus, quos iſte paratos habebit ad quiduis teſtificandum, philippo præbitore utens. Videbitis autem, q; pro eo ſint expeditè dicturi teſtimonium: neq; illud etiam, ſi ille clarum, ego obſcurum loquemur. Neq; enim de oratoribus, aut orationibus, ſi ſapitis, iudicium hodie facietis: ſed ignominiam propter res flagitioſe & ſceleratè perditas, ſuſceptam, in autores reĳcietis, negocĳs, quæ omnes noſtis, examinatis. Quæ igitur illa ſunt? quæ uos ſcitis: neque opus eſt, ut ea uos ex nobis audiatis. Nam ſi omnia quę uobis pollicitus eſt, pacem ſequuta ſunt, & ea ignauia & timiditate uos eſſe refertos fatemini: ut, cum neque in agro noſtro hoſtes uerſarẽtur, neq; ex mari oppugna

κατ' ὑπόθεσιν, ab exemplo Philippi.

Concluſio.

Reorum eſt fugax.

Teſtes Aeſchinis mercenarĳ Scomma in uocem Aeſchinis.

Aeſchinem, ſi obiecta diluere crimina nõ poſſit, condemnandum.

remur, necp ulla alia calamitate reſpublica conflictaretur: ſed & annona parui emeretur, & nihilo peius quã nunc uobiſcum ageretur, ſi præſciſſetis, & ex iſtis prius audiſſetis, & ſocios perituros & Thebanos potentes fore, & Thraciam Philippum occupaturum, et in Eubœa caſtella extructum iri ad uos oppugnandos, & omnia quæ facta ſunt, futura eſſe, & tñ pacem cupidè feciſtis: abſoluite Æſchinem, nec cum tot flagitijs periurium cõiungite. Necp.n. uobis iniuriam facit: ſed ego inſanio, & ſum attonitus, qui eum nũc accuſem. Sin omnia horum contraria, & multa & benigna locuti, Philippum bene uelle reipub. phocenſes conſeruaturũ, Thebanorum inſolentiam refrenaturum, quin ultra hæc, maiora in uos ꝗ quæ cum Amphipoli conferenda ſint, collaturum, ſi pacẽ impetraſſet, Eubœã, Oropum redditurũ: ſi hæc locuti et polliciti, omnia fefellerunt, et fucũ uobis fecerũt, & uobis tñ non Atticam eripuerunt, cõdemnate, necp ad alias factas uobis cõtumelias (necp.n. ego ſcio quo illa nomine alio appellanda ſint) pp iſtorũ corruptelas uos diras, & periuriũ domũ reportare. Iam illud ẽt conſiderate Athenienſes, quánam ego de cauſa iſtos, inſontes ſi eſſent, accuſare inſtituiſſem? nõ.n. reperietis. Num ſuaue eſt, multos habere inimicos? imò ne tutũ quidem. At cũ iſto aliqua mihi ſimultas ĩtercedebat? nulla. Quid igitur? de te ipſe ptimueras, & pp metum hoc tibi ſaluti fore putabas? hoc.n. eum dicere audiui. At nihil erat periculi Æſchine, nihil peccatum erat, ut tu ais. Nã ſi hęc dicet, conſiderate Iudices, ſi ob q̃ ego prorſus inſons mihi metui, ne pp iſtos perirem: quid iſtos pati conueniat, q ipſi deliquerunt? Verũ non propter hæc, ſed cur te accuſo? Per calumniam nimirum, ut argentũ à te extorqueã? utrum autem præſtabilius mihi fuiſſet, à Philippo accipere multum largiente, & nemine iſtorũ minus, & amicum etiam illum habere, & iſtos? eſſent enim, eſſent amici mihi, ſi in earundem rerum ſocietatem ueniſſem. Neque enim nunc paternas inimicitias exercẽt mecum, ſed propter actorum communitatem recuſatam. An ut ab iſtis aliquid de acceptis emendicarem, & tum illius, tũ iſtorũ ſuſciperẽ inimicitias? cũ captiuos priuatis ſumpti-

προκατάληψις.

Demoſtheni nullam fuiſſe cauſam, cur inſontes accuſaret.

Inuerſio, & à minori.

bus tãti redemerim, pauca turpiter ab iſtis & per ſimulatatem accipere uellem? Non ita ſunt hæc. Sed & uera renunciaui, & á corruptelis abſtinui, ꝑꝑ iuſtitiam & ueritatem & uitam reliquã: exiſtimãs, ut & alij quidã apud uos, ſi bonus uir eſſem, fore ut honos mihi haberetur: & non cõmutandũ eſſe mihi ueſtri ſtudiũ ullo emolumento. Iſtos aũt odi, ꝙ improbos eſſe & ſacrilegos in legatione animaduerti, & per iſtoꝝ corruptelas, ẽt priuato meo honore ſum ſpoliatus, cũ uos toti legationi iraſceremini. Accuſo aũt nunc, & rationẽ reddi poſtulo, ꝑꝑ curã rerum futurarum: & uolo lite & iudicio declarari apud uos, á me & ab iſtis oĩa facta eſſe cõtraria. Et uereor, uereor (dicã. n. ó Iudices, qcquid ſentio, apud uos) ne tũ me quoqꝫ eodẽ cum iſtis reti implicetis, criminis omnis expertem: nunc aũt nimiũ ſitis negligentes, & ſupini. Prorſus. n. Athenienſes, diſſoluti mihi eſſe uidemini, et eo uſqꝫ differre ſeueritatem, dũ in mala incidatis: qbus dũ alios conflictari uidetis, non cauetis, neqꝫ mouemini, tametſi reſpublica multis iamdiu, & diris modis lædat: neqꝫ id eſſe graue & immane putatis. Etſi. n. aliquid reticere ſtatuerã, nunc tñ facere non poſſum quin eloquar. Noſtis utiqꝫ Pythoclem iſtum, Pythodori F. cũ eo ego coniunctiſsimè uixi, neqꝫ ulla inter me et illum in hunc uſqꝫ diẽ extitit offenſio. Is nunc deuitat occurſum meum, ex quo ad Philippum profectus fuit. Et ſic ubi mecũ congredi neceſſe habet, reſilit ſtatim, ne ſe qs mecum uideat colloquentem. Cum Æſchine autem circumquaqꝫ obit forũ, & deliberat, & meditatur. An non igitur acerbum eſt, Athenienſes, & indignum, in eos qui colere Philippum inſtituerunt, adeò excitatos eius in utranqꝫ partem eſſe ſenſus, ut quiſqꝫ putet, tanquam eo ſemper aſsiſtente, ne ullum quidem ſuum hic factum clã fore: ſed & amicos exiſtiment, qui illi placuerint, & inimicos ſimiliter: ijs autem qui ad nutum ueſtrum uiuunt, & honorem á uobis expetunt, eumqꝫ commutatum nolunt, tm̃ ſurditatis & tñ tenebrarum á uobis occurrere, ut ego nunc ex æquo cum nefarijs iſtis dimicem, idqꝫ apud uos, quibus nota ſunt oĩa. Vultis igiẽ noſſe & audire huius rei cauſam? Dicã eqdẽ. Peto aũt, ne qd dicẽti mihi uerũ ſuccẽſeatis. Ille

Vera cauſa accuſationis.

Reprehenſio negligentiæ magiſtratuũ.

Exemplum quã religioſè colatur Philippus à proditoribus.

Ingratitudo populi & neglectio reipu.

unũ habet corpus, & unũ animũ, toto pectore & amat bene de ſe merẽtes, & odit aduerſarios. Veſtrũ aũt ſinguli, primũ nec benè merẽtes de republica, benè de ſe mereri putant, nec malè merẽtes: ſed alia ſingulis maiori curæ ſunt, ꝑ q̃ ſæpe abducimini ab officio, ut miſericordia, inuidia, iracũdia, ſupplicibus gratificãdo, alĳs rebus infinitis. Nam ut alia effugias oĩa, nunq̃ tamẽ eos effugies, qui ne minẽ talem eſſe uelint. At ſingulatim ita cõmiſſa delicta, paulatim progreſſa. uniuerſè tandẽ cedũt in reipub. detrimentũ. Quale nihil hodie uobis cõmittendũ eſt Atheniẽſes, nec dimittẽdus is, q tãtis uos affecit iniurĳs. Queſo.n. uos, q de uobis ſermones erunt, ſi iſtũ dimittetis? Athenis legati ad Philippũ iuerunt qdam: Philocrates, Æſchines, Phrynõ, Demoſthenes. Quid tum? Hic prætereq̃ ꝙ nihil ex legatione accepit, captiuos priuatis ſumptibus redemit: ille, qua pecunia uẽdiderat negocia ciuitatis, ea paſſim ſcorta emit, & piſces: & ſceleratus ille Phrynon filiũ ad Philippũ miſit, anteq̃ in albũ uiroꝝ inſcriberetur: Demoſthenes nihil uel republica, uel ſe indignũ fecit. Atque idem, cũ & ædilitates obiret, & triremes inſtrueret, etiã hos ſumptus ultrò faciendos exiſtimauit, ut captiuos redimeret, neq̃ ullum ciuium propter egeſtatẽ in ærumna eſſe pateretur: ille tantũ abfuit ut ullum captiuũ redimeret, ut totam prouinciam & amplius decies mille milites probè inſtructos, & ſimul plures mille equitibꝰ è noſtris ſocĳs, ut captiui Philippi fierent, adiutor fuerit. Quid igitur ſecutũ eſt? Athenienſes, cũ is eſſet in iudiciũ adductus, olim norant. Quid aũt? Eos q pecuniã acceperãt, & munera, qui probris affecerãt ſemetipſos, Rempublicã, ſuos liberos, dimiſerunt: & tum ſe ſapere, tum benè actum iri cũ republica putauerunt. De accuſatore autẽ quid? eſſe attonitũ, ignorare ingenium ciuitatis, nõ habere quò ſuos nũmos abĳciat. Ecquis Athenienſes, in hoc exemplũ intuens, iuſtum ſe ꝓbere uolet? quis gratis agere legatum? ſi nec accipere, nec q̃ ĳ qui acceperint, plus apud uos inuenire fidei licebit? quare nõ modò iudicium de iſtis hodiè facitis, non: ſed & legem ſancitis iſtis in omne æuum, utrũ propter pecuniã flagitioſè legati omnes hoſtiũ utili tatibus ſeruire debeant, an gratuitò & ſine corruptelis

Inuidia ineuitabilis.

Socordia perniciosa.

Dehortatio, ne iudices Aeſchi nẽ abſoluant, κατ' ἀντίθεσιν, et ab infamia

A' periculo. Refutatio: imitationẽ legatorum nõ argumento eſſe, probari acta eorum à Demoſthene.

agere q̃ uobis ſunt utiliſſima. Ac de cæteris nullo teſte uo bis eſt opus. A' Phrynone autẽ miſſum eſſe filium ut conſtet, uoca mihi teſtes. TESTES. Hunc igitur non accuſauit Æſchines, q̧ ſuũ filium ad probrum miſit ad Philippum. At ſi quis adoleſcens, aliĵs forma p̃ſtantior, non cauens illam ex facie naſci ſolitam ſuſpicionem, liberius poſtea uixit, eum impudicitiæ accuſauit. Agè igitur iam de conuiuio & decreto dicam. Propemodũ ſanè, quę potiſſimum ad uos dicenda ſunt, præteriſſem. Primæ illius legationis ſenatuſconſultum ego cum ſcriberem, & rurſus apud populum in ĳs concionibus, q̃bus deliberaturi eratis de pace, cũ nullum iſti etiamnum uerbũ feciſſent, neq; de ullo eoꝝ facinore cõſtaret, conſuetudinis iure uſus, & laudaui iſtos, & in curiam inuitaui. Ac mehercule & Philippi legatos hoſpitio excepi, idq́, Athenienſes, omninò ſplendidè. Nam cũ uiderẽ eos illic etiam eã rem gloriæ ſibi ducere, ut beatis & ſplendidis: ſtatim duxi me primũ eis ſuperiorẽ eſſe oportere, & magnificentia antecellere.

Diſtinguenda tempora actionum.

Ea igitur iſte nunc afferet & recẽſebit: ipſe, inquiet, laudauit nos, & ipſe legatos conuiuio excepit: neq; tẽpus illius facti diſtinguet. Facta autem illa ſunt, anteq̃ reſpublica quicquã detrimenti cepiſſet, anteq̃ palã factũ eſſet, iſtos ſe uẽdidiſſe: cũ legati primũ recens adueniſſent, & populo audiendũ eſſet quid dicerent: cũ nondum uel iſtum patrocinari Philocrati, uel illum talia eſſe decreturũ, conſtaret. Si igitur talia dixerit, memẽtote tẽpoꝝ, q̃ iniurĳs antecelſerunt. pòſt autẽ nulla mihi cũ iſtis familiaritas aut ſocietas interceſſit. Recita teſtimoniũ. TESTIMONIVM.

Deprecationi fratrũ Aeſchinis, Philocharis, & Aphobeti, non relinquendum eſſe locum.

Fortaſſis autem frater ei patrocinabitur Philochares & Aphobetus, quorũ utriq; multa & æqua reſpondere poteritis. Neceſſe autẽ eſt, Athenienſes, ut liberè loquar, nihilq́ diſſimulẽ. Nos Aphobete & tu Philochares, ſcimꝰ te alabaſtrothecas pingere ſolitũ, & tympana: iſtos notarios & uulgares fuiſſe homines. Atq; hæc ut ab omni ſunt improbitate remota, ſic neq; imperĳ dignitatẽ merẽtur. Legationibus, imperĳs, maximis honoribus uos dignati ſumus. q̧ ſi nemo ueſtrûm quicquã delinqueret, nõ nos meritò uobis ullo nomine, ſed uos nobis de his iurè gratiam haberetis. Multis. n. honore q̃ uos dignioribus

præteritis,uos extulimus.At ſi quis ueſtrûm in illis ipſis, qui uobis habebantur,honoribus deliquit, idq́ tanta in re:quanto magis odio q̃ cõſeruatione digni eſtis?multò equidẽ opinor. Vim autẽ fortaſſe facient,ut homines uocales & impudẽtes, atq; illa re freti:nõ uitio uertendum, fratri opitulari.uos autẽ nolite ſuccũbere,illud cogitãtes, cõuenire illis,ut iſtũ curent:uobis,ut leges & totã rempublicam,& pter omnia iuſiurandum,quo dato ad iudicandum ſederis. Quòd ſi rogarunt ueſtrûm aliquos,ut illum ſeruaretis,illud cõſiderate:utrum ita rogarint,ſi inſons reperiretur,an,ſi in rẽpublicam iniurius? Si inſons,& ego cẽſeo:ſin in uniuerſum:id rogarunt,ut nullum periurium recuſaretis. Nõ.n.ſi occulta ſuffragia ſunt,latebũt deos.ſed & hoc uidit,& omnium rectiſſimè prouidit legislator,ut clàm ſuffragia ferrentur. Cur? ut nemo reorũ ſciret,quis ei eſſet gratificatus:ſed dij ſcirent,& numen,eũ qui iniqua pronunciaſſet. A' quibus pſtabilius eſt ſingulis,ſibi & liberis iuſta quæ ſunt pronunciando,ſpem bonam reſeruare,q̃ obſcuram & incertam gratiam iſtorum captare, & abſoluere iſtũ,qui in ſe ipſe dixit teſtimoniũ. Quo.n.alio maiore teſte probem Æſchine,te multa & nõ ferenda in legatione deſignaſſe,q̃ te teſte cõtra teipſum? Qui.n.putaſti eum qui aliquid eorum q̃ in legatione egiſti, palàm facere uoluit,in tantam & talem calamitatem conijciendum:ex eo cõſtat,peſſimè tecũ actum iri te putaſſe,ſi tua iudices facinora cõperiſſent. Illud igitur eius factũ,in eius fraudẽ,ſi ſapitis,eſſe factum intelligetis: nõ eo duntaxat quod ingens ſignũ eſt,qua ratione legationẽ obierit,ſed quod in accuſando ea uerba protulit, q̃ nunc in eum poſſint retorqueri. Quod.n.ius accuſando Timarcho,conſtituiſti, idem etiam ab alijs uſurpatũ in te ualere debebit. Tum autẽ dicebat ad iudices,Defendet eum Demoſthenes,& meam legationem accuſabit,& ſi uos à cauſa abduxerit, ſtrenuè declamitabit, & paſſim iactabit: qũo? qd? Abduxi à cauſa iudices,& ſurrepto eis negocio abij. Nequaquam uerò. ſed quibus de rebus cõtrouerſia eſt, ad eas reſpondeto. Tum igitur cum illum accuſares,criminari tibi & queri licebat, quicquid libebat. Quin & ad iudices dicebas,te,qui nullũ actionis tuæ teſtẽ habe-

Suffragia cur occulta uoluerit eſſe legiſlator.

Accuſationem Timarchi arguere malam Aeſchinis conſcientiam.

Dicta quędã ex accuſatione Timarchi retorquet in Aeſchinem.

Heſiodi uerſus de ſama. res,ipſum hominẽ exhibere: Quã populi ſermo celebrat creber,irrita nunquã,Fama cadit penitus: q̃dam dea cũ ſit & ipſa. Atqui & te Æſchine non iſti omnes dicunt ex legatione accepiſſe pecuniã. Itaq; in te quoq; illud profecto ualet: Quã populi ſermo celebrat creber,irrita nunq̃ Fama cadit penitus. Nam q̃ te longe plures q̃ illum criminantur,id cuiuſmodi ſit,cõſidera. Timarchum,nec uicini omnes norant. Vos autem legatos,nemo uel Græcorum uel Barbarorum eſt,qui pecuniam accepiſſe ex legatione,non dicat. Quare ſi fama uerax eſt,contra uos etiã ualet uulgaris ille rumor:cui fidem eſſe habendam, quædam dea cum ſit & ipſa: Et,ſapientem fuiſſe poetam uerſuum autorem: tu ipſe definiſti. Præterea collegit iambos,ſi diis placet,& prolixe recitauit,ueluti

Verſus è Phœnice Euripidis de improborũ cõſuetudine.

Mala improborum conſuetudo cui placet,
Is qui ſiet uir,non rogo:ſciens ſatis
Sodalium illum conuenire moribus.

μίμησις. Eum igitur qui ad gallos gallinaceos ingreditur, & cum Pittalaco obambulat, & eius generis alia cum dixiſſet: ignoratis,inquit,cuiuſmodi ſit exiſtimandus? Proinde & in te iambi iſti mihi nunc erunt opportuni Æſchine,quos ſi ad iudices dicã,recte conuenienterq; dicã: cui cõſuetudo placet Philocratis,& eadẽ obeundæ legationis ratio: de eo nihil rogo,pecuniam eũ accepiſſe ſciens,ut Philocratẽ qui cõfitetur. Cũ autẽ orationũ ſcriptores & ſophiſtas alios cognominet atq; exagitare ſtudeat: eũ ipſum talẽ eſſe cõſtabit. Hi enim iambi è Phœnice ſunt Euripidis,quã fabulã nunquã uel Theodorus uel Ariſtodemus egit: apud quos iſte tertias partes actitauit, ſed Molon repræſentauit,& ſi quis alius ueterũ hiſtrionũ. Antigonã aũt Sophoclis ſæpe Theodorus,ſæpe Ariſtodemus egit: in qua factos iambos p̃clare & uobis utiliter,quos ſæpe iſte recitauit,& in prõptu habet,p̃termiſit. Noſtis.n.hoc ſcilicet,in oĩbus fabulis Tragicis,eximium ueluti p̃mium uirtutis hoc eſſe tertianis actoribus,ut tyrannorũ habitu & ſceptra gerentes,in ſcenã ingrediantur. Eos igitur iambos in ea fabula cõſiderate,quales Poeta Æſchini Creonti recitandos attribuerit:quos iſte nec ſibi ipſi dixit in legatione,neque iudicibus recitauit. Recita.

Aeſchines ſophiſta.

τριταγωνιστῶν γέρας.

IAMBI SOPHOCLIS
ex Antigona.

Pernoſſe mentem nullius queas uiri,
Tacitos'ue ſenſus pectoris deprendere,
Diu antequam uerſetur in republica.
Nam quiſquis urbi cuius imperium gerit
Metu ſubactus ora degeneri tenens,
Mutamq; linguam, haud conſulit ſalubriter,
Culpandus eſt & hoc & omni tempore.
Itemq; amicum patriæ qui prætulit,
Habetor improbus uir, & ciuis malus.
Sed ipſe (magnus idq; Iuppiter ſciat,
Qui cuncta uigili ſemper lumine aſpicit)
Minimè tacebo ſi quid ingruit mali
Vrbi, uel uitæ cum periculo meæ.
Nec urbis huius hoſtis impius mihi
Amicus eſto. Nam conſidero ſatis,
Portum ſalutis patriam eſſe ciuibus:
Cui dum uentus proſper aſpirauerit,
Ex illa amicos nobis eligi decet.

De tuenda patria.

Horum nihil ſibi propoſuit Æſchines in legatione: ſed republica neglecta, Philippi hoſpitiũ & amicitiam multo ſibi maiorẽ & utiliorẽ fore cẽſuit, nihil motus omnino ſapientis poetæ Sophoclis autoritate. & cũ Noxã unà cũ expeditione in Phocenſes pergere uideret, nõ p̃dixit, nõ antè denunciauit: ſed cõtrà occultauit, & adiuuit, & dicturis obſtitit: nõ recordatus, hanc eſſe portũ ſalutis, & in ea initiantẽ matrẽ ſuam & luſtrantẽ, & fruentem eorũ qui eius opera uterentur, opibus, iſtos tantos uiros educaſſe: & patrem ſuũ (ut ego è natu maioribus audio) ad herois medici ſanũ docentem literas, ut potuerit illũ quidem, ſed in hac urbe uixiſſe tamen: ſe uerò & ſuos ſcriptu ræ operã dantes, & omnibus magiſtratib⁹ inſeruientes, argentum accepiſſe, & deniq; ſcribas à uobis delectos, biennium in Tholo eſſe enutritos: & nunc ſe ex hac urbe legatum eſſe miſſum. Horum nihil conſiderauit, neq; ut reipublicæ proſper uentus aſpiraret, procurauit, ſed eam euertit & demerſit: & quantum in ſe fuit, operam dedit, ut in hoſtium poteſtatẽ redigeret. Nõ'ne tu igitur litera-

Detorq̃t uerſus Sophoclis ad exagitandũ Aeſchinis & natales & proditionẽ.

tor es, & improbus? nonne tu ſcriptor orationum, et dijs inuiſus? qui, quæ in ſcena ſæpe recitaſti, & memoria probè tenebas, præterieris? Quę uerò in tua uita nunquam reprę ſentaras, ea exquiſita ad lædendum ciuem quendam, in medium attuleris? Agite uerò & de Solone qd dixerit, conſiderate. Dixit Solonem dedicatum eſſe in exemplũ modeſtiæ oratorum, manum intra ueſtem tenentem: quo reprehendit & exagitat Timarchi petulantiam. At iſtã ſtatuam nõdum ante annos quinquaginta fuiſſe dedicatam, dicunt Salaminij. A' Solone aũt * omnino ducenti ſunt anni, & quadraginta adhanc ætatẽ. Quare artifex, qui eum geſtum effinxit, non ipſe ſolum eo tpe non fuit, ſed nec auus eius. Hoc igitur dixit iudicibus, & imitatus eſt. Id aũt, qđ geſtu illo multo eſſet reipub. utilius, ut animus Solonis inſpiceretur, & mẽs, id non eſt imitatus, ſed omnia potius contrà fecit. Nam ille, cum Salamin deſciuiſſet ab Athenienſibus, et capite ſancitum eſſet, ne quis eam recuperandam eſſe ſuaderet, priuatim periculũ ſibi depopoſcit, & elegiacos uerſus quos fecerat, cecinit, & ꝓuinciam reipub. reſtituit, & ſuſceptum dedecus aboleuit. At iſte, quã rex Perſarum & omnes Græci ueſtram eſſe decreuerunt, Amphipolim, eam tradidit & uendidit: & eius ſenatuſconſulti autorem defendit Philocratem: præclarè ſanè. Neq; n. ei Solonis recordari uacabat. neq; id hic ſolũ fecit, ſed illuc cum ueniſſet, nec mentionem fecit eius regionis, ꝓpter quam legatus abierat, idq; ipſe uobis renunciauit. Meminiſtis. n. profectò eum dicere: De Amphipoli & ego uerba facere potuiſſem, ſed ut Demoſtheni de ea dicendi eſſet locus, ideo ꝑterij. Ego uerò progreſſus dicebã, eum nihil eorum quę ad Philippũ dicere uoluiſſet, mihi reliquiſſe. Facilius. n. ſanguine, quam dicendi loco cuiquam cedere: ſed putaſſe, accepta pecunia non licuiſſe aduerſari Philippo, q pecuniã ea de cauſa largitus eſſet, ne id oppidum redderet. Agè cape Solonis elegiã illam, & recita, ut ſciatis etiam Soloni homines iſtius ſimiles fuiſſe inuiſos. Non concio habenda eſt, Aeſchin, ei manu in ſinu condita. Tu uerò, cum eam illic porrexeris, & exhibueris, & hos cõtumelia affeceris: hic diſſeris magnificè. & propter miſeras ſententiolas, quas meditatus

Aeſchinis dictũ de ſtatua Solonis cauillatur.

ὁμοῦ

Salamin prudentia Solonis recuperata.

Amphipolis p Aeſchinem amiſſa.

Manu cõdita legatio obeũda.

es, & uocis exercitationem, te pœnas eſſe daturum non putas, tot & tantorum ſcelerum, etſi Pileolo capiti impoſito obambularis, & in me conuicia dixeris? Recita tu.

De cauſis reſpublicas tum euertentibus, tum cõſeruantibus.

ELEGIACI VERSVS SOLONIS.

Noſtra quidem fato Iouis, urbs non occidet unquam.
Propitijsq; dijs ſalua manere poteſt.
Nam Ioue nata, ferox haſtáq; atq; ægide, Pallas,
Hanc teget, hoſtiles diſiicietq; minas.
Mœnia ſed ciues ſtolidi, cupidiq; lucrorum
Ardua, ſubuerti per ſua facta ſtudent:
Atq; ducum populi mala mens, elatáq; corda
Accerſunt pœnas & mala multa ſibi.
Deſpoliant ærarium, & ipſa altaria diuum,
Per fas atq; nefas quo cumulentur opes.
Furantur, rapiunt omnes datur unde, nec iram
Iuſtitiæ curant, ſanctáq; ſcita deæ.
Illa tacet ueterum memor, & præſentia cernens,
Sæua ſed ad pœnas pòſt ruitura graues.
Vrbibus hinc ulcus uenit immedicabile cunctis,
Vt iuga ſeruitij mox odioſa ferant.
Seditione oritur, ſopitáue bella mouentur,
Bella quibus pubes læta perire ſolet.
Vrbs etenim quæ nulla tenet ſocialia iura,
Eſt ſubitò hoſtili diſperitura manu.
Hæc agitant populum mala: ſed paupercula turba.
Venditur, & peregrè uincula dura gerit.
Nec ſunt expertes cladis quos ampla beat res,
Et ſua diuitibus pœna luenda uenit.
Publica ſic intrant priuatos damna penates,
Excludi foribus nec mala tanta queunt.
Tranſiliunt muros altos, fuga nulla tuetur,
Siue petas thalamum, ſiue ſub antra ruas.
His ego Palladios monitis pius inſtruo ciues,
Vt ſapiant, uigilent, nil petulanter agant.
Inuehit heu quantas legum uiolatio clades?
At iuſtæ leges commoda quanta ferunt?
Compedibus ſtringunt ſceleratos, ordinis æqui
Conſeruatrices, nil niſi recta ſinunt.

Aſpera complanant, ſedant faſtidia, frænant
Indomitos, abigunt ſemina quæq; mali.
Iura regunt, manſuefaciunt turgentia corda,
Compeſcunt miſeræ ſeditionis opus.
Litis bilem atram reprimunt, ac deniq; uitam
Humanam erudiunt, ut ſapienter eat.

Propter accuſationē Timarchi, nulla uenia danda Aeſchini.

Auditis, Athenięſes, de iſto genere hominū Solon q̄d dicat, & de dijs. à q̄bus urbem conſeruari aſſerit: Ego uero ſemp̄ hanc orōnem ueram eſſe puto & opto, cōſeruari urbem noſtrā diuinitus, & quodāmodo exiſtimo, & ſic accipio ea quę nunc acciderūt oīa in accuſatione hac diuinæ cuiuſdam erga rempublicā beneuolētiæ ſignum extitiſſe. Idq́; ſic cōſiderate: Homo qui multa in legatione, & atrocia ſcelera deſignauit, qui ꝓuinciās tradidit, in q̄bus deos à uobis & à ſocijs coli decebat: ignominia notauit quendā, qui eius accuſatorē ſe ꝓfiteri nō dubitauit. Cur: ne ipſe delictoꝝ ſuoꝝ ueniam, aut ullam miſericordiam cōſequeretur: ſed & illo accuſando in me inuehere inſtituit, & rurſus pro cōcione accuſationem mihi minitatus eſt, & eius generis alia fecit. Quam obrem: ut optima cū uenia apud uos ego, q ſcelera iſtius optimè noui, & oīa comperta habeo, accuſarem. Quin ēt, cū omni ſuperiori tp̄e iudicia eluſerit, in id coniecit ſeſe tempus, in quo, uel ꝓpter imminentia pericula, ſi ob nihil aliud, nec licitum, nec tutum uobis eſt, iſtum corruptum largitionibus abſoluere. Semp.n. Athenienſes odio ꝓſequendi ſunt, & puniendi ꝓditores & homines corrupti: tum uerò nunc id cum primis tempeſtiuè et cōmuni cum utilitate mortalium fiet.

Vel ꝓpter conditionē temporum puniēda Aeſchinis proditio.

Morbus.n. Athenienſes, ingens inuaſit in Græciam, & difficilis, quiq́; magnam & felicitatē & curam ueſtrā poſtulet. Qui enim ſunt in urbibus nobiliſsimi, & in quos collata eſt reipublicæ autoritas: hi ſuæ proditores libertatis, infelices ultrò in ſeruitutem ſe conijciūt, dum Philippi hoſpitiū, & familiaritatē & amicitiā, atq; alia minuendi cauſa criminis, in ore hn̄t. Cęteri aūt, & magiſtratus ſingulaꝝ urbiū q̄cunq; tandē, à quibus illos coherceri oportebat, et ſtatim occidi, tantū abeſt ut tale aliq̄d agant, ut eos admirentur, & fortunatos

Græciæ morbus.

Rei turpis honeſta nomina.

iudicent, & ſinguli ſe tales eſſe optent. Atqui ea res & *Exẽpla. Theſ*
eiuſmodi æmulationes, Theſſalorũ, Athenienſes, nuper *ſalia a pditio-*
Adeò principatum & cõmunem autoritatem pdiderat: *nibus pdita.*
nunc uerò iam ẽt libertatem eis eripit. Nam quorũdam
ex eis arces Macedones præſidijs occupant, in Pelopon
neſum aũt ingreſſa, cædes illas Elide cõcitauit: & ea ini *Eleorũ cædes.*
quitate & inſania miſeros illos impleuit, ut, quo alij alijs
imperent, & Philippo gratificent, cognatorũ ſuorũ & ci
uium cæde ſe polluant. Ac ne hic qdem res ſtetit, ſed Ar *Arcadum aſ-*
cadiam ingreſſa, omnia illic ſurſum deorſumq; uertit. & *ſentatio.*
nunc Arcadum multi, cum eos libertatem facere maxi-
mi oporteat, æquè ut uos (ſoli enim uos ex omnibus, ut
illi, eſtis indigenæ) Philippum admirãtur, & æreas ei ſta
tuas erigunt, & coronas decernunt. Ac deniq; ſi in Pelo *Peloponneſi*
ponneſum ierit, eum oppidis recipere decreuerunt. Ea- *ſtatus.*
dem & Argiuorum ratio eſt. Hæc mediusfidius ſi ſeriò *Admonitio.*
agendum eſt, non paruam prudentiam poſtulant. Paſ-
ſim enim peruagata lues illa, etiam huc igreſſa eſt, Athe-
nienſes. Dum igitur in tuto eſtis, cauete, & eos qui illam
primi introduxerunt, cogite in ordinem. Quod ſi neglexe
ritis, uidete, ne tum ea quæ nunc dico, rectè dicta eſſe ui
dent, cùm nullum rerum ueſtrarũ initium reperietis. Nõ
cernitis Athenienſes, q̃ euidens & illuſtre exemplum ſit
in miſeros Olinthyos editum? qui nulla alia re magis, q̃ *Olynthus pdi*
ppter iſtiuſmodi facta perierunt. Idq; ex eorũ euentibus *tione perdita.*
cognoſci perſpicuè poteſt. Qui cum quadringentos dũ-
taxat equites haberent, & uniuerſi non plures numero
quinq; millium eſſent, antequam Chalcidenſes in unum
locum conueniſſent, à Lacedæmonijs petiti magnis &
pedeſtribus & naualibus copijs (noſtis enim hoc haud
dubiè, terra mariq;, ut paucis dicam, illis tẽporibus im-
peritaſſe Lacedæmonios (tamen tantis oppugnati co-
pijs, neque urbem ſuam, neque caſtellum ullum amiſe-
runt: ſed & prælia multa uicerunt, & tres imperatores
occiderunt, & denique pacem ex animi ſui ſententia fe-
cerunt. Vt autem quidam acceptare munera cœpe-
runt, & ex ſimplicitate uulgus, ac potius calamitate, il-
los fideliores exiſtimauit q̃ patriæ ſtudioſos & defen-
ſores: & Laſthenes ædes ſuas contexit lignis dono alla-

tis è Macedonia, & Euthycrates boues multos aluit, pcio nemini numerato: & alius aliquis oues aduexit, alius equos: uulgus autem, in cuius illa fraudem fiebant, non modò nõ iraſcebatur, aut id genus hominum puniebat: ſed ſuſpiciebat, prædicabat, uenerabatur, uiros putabat, cum ea ita creſcerent, & largitiones inualeſcerent, quanquam equites mille haberent, & plures eſſent X & millibus, & cum finitimis omnibus ſocietate cõiuncti: & uos eis decies mille conductitiis, & triremibus L opem tuliſſetis, & quater mille præterea ciuibus: nihil horum eis ſaluti eſſe potuit. ſed priuſquam belli annus exiret, oppida omnia Chalcidicæ ditionis, proditores perdiderũt. nec Philippus iam ad nutum proditorum prȩſtò eſſe potuit, neq; ſciuit, quid primum occuparet, et quingentos equites ab ipſis ducibus pditos, cum ipſis armis cepit, qđ nemini mortalium unquam contigit: neq; illi ſolem reuerebantur qui id agebant, neq; terram patriã in qua ſtabãt, neq; fana, neq; monimenta maiorum, nec dedecus ea facinora ſecutura. Vſq; adeò uæcordes, Athenienſes, & attonitos faciunt largitiones. Vos igitur, uos inquam ciues, & ſapietis, & ad talia facinora non conniuebitis, ſed publicè punietis. Nihil. n. fieri queat abſurdius, q̃ cõmittere, cum in pditores Olynthiorum multa & atrocia ſtatueritis, ut eos qui apud uoſmetipſos deliquerũt, nõ puniretis. Age recita decretum de Olynthijs. DECRETVM. Hæc uos, iudices, rectè præclareq; omnium & Grȩcorum conſenſu & barbarorum, decreuiſtis in pditores, & hoies dijs inimicos. Cum igitur acceptatio munerum talia facinora præcedat, & pp illa etiam hæc quidam admittant: quemcunq; Athenienſes acceptare munera uideritis, eũ etiam pditorẽ eſſe putatote. qđ ſi alius occaſiones, alius negotia, alius milites pdit: quicqd ſingulis cõmiſſum fuerit, id utiq; pdunt. Aequè aũt tales oẽs digni ſunt odio, et uos Athenienſes, in ea re ſolis exẽplis uti domeſticis poteſtis, & maiores quos iurè laudatis, ipſa re imitari. Qđ ſi prælia & expeditiones, & diſcrimina, in quibus illi fuerunt ſpendidi, hoc tpe non incidũt, cum ocium nũc uos agatis: at prudentiã eorum imitamini, qua ubiuis eſt opus, neq; operoſius eſt, aut moleſtius, ſapere, q̃ deſipere: ſed

ἐπιφόρημα | *in proditores.*

Concluſio. A decreto Athenienſium.

Qui acceptãt munera, habẽdi pro proditoribus.

Ab exemplo maiorum.

Prudẽtia ubiuis eſt opus.

pari

pari ſpacio temporis, ſedens ueſtrũ quiſq;, ſi quæ oportet de rebus ſtatuerit & decreuerit: reipublicæ commodis conſulet, & à dignitate maiorum non degenerabit: ſin quæ dedecent, ſtatum rerum communium deteriorem faciet, & indignum maioribus. Vt igitur illi in iſtos fuerunt animati? Hæc cape ſcriba, & lege. Cognoſcendum enim uobis eſt, uos in ĳs rebus eſſe ſegnes, propter quas ſontes capitis damnarunt maiores. Recita has. LITERAE * DELECTVS. Auditis Atheniẽſes, hoc ſcripto contineri, Arthmium Pythonactis F. Zelitam, eſſe inimicum & hoſtem populi Athenienſis & ſociorum, ipſum & uniuerſum eius genus. Cur? Quòd aurũ à Barbaris in Græciam inuexit. Hinc apparet nimirum, & maioribus ueſtris, ne quiſquam mortalium propter pecuniam, cladẽ importaret Græciæ, fuiſſe curę: & uos nec illud cauere, ne ueſtrorũ ciuium aliqs reipublicæ iniuriã faciat. At hercule id monimentũ utcunq; collocatũ eſt? imò cum hæc tota arx ſit ſacroſancta, & amplũ ſpaciũ occupet: iuxta æreã illam & magnã Mineruam, ad dextram ſitum eſt: quam in uictorię memoriã Barbarici belli, data pecunia illa à Græcis, reſpublica conſecrauit. Ac cũ tanti fiebat iuſtitia, tantoq; ſtudio ſontes plectebantur, ut eadẽ ſtatio & deæ pręmio, & taliũ ſcelerum ſupplicio tribueretur: nũc riſus, impunitas: dedecus, niſi uos immodicam iſtam licentiã nũc reprimetis. Exiſtimo aũt rectè uos eſſe facturos, ſi non una tm̃ in re maiores, ſed ex æquo in oĩbus imitemini, q̃ illi fecerunt. Illi igitur, qđ uos oẽs audiuiſſe compertum habeo, Calliam Hipponici F. qui legatus celebratã illam pacem fecit, ut nec intra ſpacium, quantũ curſu equi uno die confici poſſet, Rex Perſarũ cum exercitu ad mare deſcenderet, nec ad Chelidonias & Cyaneos ſcopulos longa naue accederet: qđ in legatione munera accepiſſe uiſus fuit, parũ abfuit qn occidiſſent, ſed in referendis rationibus L. talẽta ab eo exegerunt. Atq pulchriorem ea pacem neq; pòſt, neq; prius ullam à ciuitate noſtra eſſe factã, quiſquã dicet. Verũ non illud ſpectabant. Id. n. ſuæ uirtuti & reipublicæ autoritati acceptũ ferebant: an uerò gratis fieret, nec ne, legati ingenio. Ab eo igiť q ad rempublicã eſſet

ἐκλογῆς

Arthmĳ proſcriptio.

Maiorum uigilantia, minorũ ignauia.

Exaggeratio.

Alia exempla punitæ acceptationis munerum.

Callias L. talentis mulctatus.

Mores magiſtratuum, nõ euentus ſpectandus.

acceſſurus,morũ integritatem & abſtinentiam flagitabant. Illi igitur ita inimicas ducebant largitiones,& reipublicæ pernicioſas, ut nec in actione ulla, nec uiro locum habere paterent. Sed uos, Athenienſes, cum uideritis eandẽ pacem & mœnia ueſtrorum ſociorum diruiſſe, & legatorum ædes extruxiſſe,& reipub. ſuas opes eripuiſſe: iſtis aũt ea q̃ nec per ſomnium unq̃ ſperarant, contuliſſe: non ipſi eos occidiſtis, ſed accuſatore indigetis, & uerbis diſceptatis cauſam eorum, quorum iniurias re ipſa oẽs uident? Neq; uerò uetera duntaxat referri poſſunt, & per ea exẽpla uos ad ultionẽ incitari: ſed ueſtra ætate, q adhuc uiuitis, multi pœnas dederũt. Quorum ego alios pteribo: eorum autem qui pp legationẽ, hac multo minus nocentem reipublicæ, capite mulctati ſunt, unius atq; alterius mentionẽ faciã. Age cape hoc decretum, & recita.

Epicrates actus in exiliũ Græciæ morbus.

DECRETUM. Ex hoc decreto, Athenieñſes, legatos illos uos capitis condẽnaſtis, quorum unus fuit Epicrates, homo (ut ego è natu maioribus audio) frugi & multum utilis reipublicę, & ex eorum numero, q populum è Piręeo reduxerũt, et alioq popularis, ſed tñ nihil ei horum profuit. meritò. Neq;.n. ex dimidia parte bonũ oportet eſſe eũ qui tãta negocia ſuſcipit, & ſi fides ei adiungaẽ à uobis, ea ab uti ad maiorum ſcelerũ licentiam, ſed planè uos nulla iniuria de induſtria afficere. Si qd igitur eorum iſti nõ perpetrarunt, pp quæ illi capitis ſunt damnati, me iã occidite. Conſiderate.n. Poſteaq̃ contra literas, ingt, legationem obierunt illi, & decretũ: atq; hoc primum crimẽ eſt. An uerò iſti nõ contrà literas? Non'ne decretũ iubet pacẽ ad Athenienſes & ad Athenienſiũ ſocios ptinere: iſti aũt Phocenſes fœdere excluſerũt? Non'ne decretum iureiurando adigi urbiũ magiſtratus: iſti aũt, quos Philippus ad ipſos miſerat, iureiurando adegerunt? Non'ne decretũ, nuſquã ſolos cum Philippo colloq: iſti aũt priuatim cum eo agere nunquã deſtiterunt? quidã eorum in ſenatu falſæ renunciationis ſunt conuicti: at iſti apud populum, & à quo? (id.n. illuſtre eſt) à rebus ipſis. Nam eorum renunciationi, euenerunt omnia ſanè contraria.

Confert Aeſchinis acta cũ actis legatorum qui interfecti ſunt.

Nec uera, inquit, ſcripſerunt: at nec iſti, & in ſocios mentiti ſunt, & munera acceptarunt. iſti uerò non in eos men

titi ſunt,ſed funditus eos perdiderũt. id quod multó eſt mendacijs acerbius.Iam de largitionibus,ſi ſe accepiſſe munera negarent,reſtaret,ut conuincerentur. Cum autẽ faſsi ſint,in cruciatum abreptos oportebat. Quid igitur Athenienſes? cum hæc ita ſint, cum uos illis uiris ꝓgnati,partim etiam ex illorum numero ſitis ſuperſtites,committetis, ut de republica bené meritus , & populi ex Piræeo reductor Epicrates,urbe pulſus, pœnas dederit? & rurſus,dudũ Thraſybulus ille, Thraſybuli hominis popularis filius,eius q populum é Phyle reduxit,talẽtis decem ſit mulctatus: & quidã ex Harmodij & Ariſtogitonis poſteris,& eorꝫ qui maxima in uos beneficia contulerunt,quos lege ob beneficentiam erga uos in oĩbus fanis,in ſacrificijs,libationũ & poculorum participes eſſe ciſtis , & celebratis & colitis pari cũ heroibus honore, & dijs:hi quidẽ oẽs pœnas legibus dederint, & neq; uenia neq; miſericordia neq; plorãtes pueri, nomina eorꝫ q bené de republica ſunt meriti,referẽtes , neque quicq; aliud eis ꝓfuerit: Atrometi autem literatoris & Glaucotheæ cœtus bacchantiũ ductantis filiũ, ob qđ factũ alia ſacrificula occiſa eſt,eũ uos nacti prognatũ talibus,nulla ex parte reipublicæ utilẽ,non ipſum , non patrem,nõ alium ullũ eius neceſſariũ , dimittetis ? Quis.n.equus? q̃ triremis? q̃ expeditio? quæ ędilitas? qui cœtus? quod munus? quod tributũ? quæ beneuolentia? quod periculum? quid horum oĩum in omni æuo p̃ſtitum eſt ab iſtis reipublicæ? Atqui ſi illa p̃ſtitiſſent omnia,neq; tñ illis recte et gratuitò legationis obitæ laus accederet:interfici eũ utique deceret. Quòd ſi neq; hęc,neq; illa: nõ punietis? non reminiſcemini qđ in accuſando Timarcho dixerit? nullũ eſſe uſum ciuitatis,q̃ neruos contra facinoroſos non habeat:neq; reipublicę,in qua uenia et deprecatio plus ualeãt legibus:neq; uos miſericordia moueri oportere matris Timarchi,ſenis mulieris,nec puerorꝫ, nec demiq; cuiuſquã. Sed illud ſpectandũ,ſi legũ & reipublicæ curam abieceritis,q ueſtri miſereaẽ,inuenturos neminẽ. Ille igiẽ infœlix homo ignominia,notatus eſt, q̃ iſtius ſcelera uidiſti? aũt impunitatẽ concedetis? Cur? Nam ſi ab ijs q in ſe ipſi deliquerunt, tantas pœnas expetijt Æſchines,

Cõcluſio, cum inſectatione Aeſchinis.

Nulla merita Aeſchinis.

Verba Aeſchinis in Timarchũ,retorquet in autorem.

A minori.

quid in eos qui tantis in rebus reipublicæ nocuerũt, quorum iſtum unum eſſe conſtat, à uobis iuratis iudicibus

A maiori.

erit ſtatuendum? At Hercule adoleſcentes propter illud iudicium uobis erunt meliores? propter iſtum aũt ij qui uerſantur in republica, per quos in ſummũ reſpublica di

A cauſa accuſati Timarchi

ſcrimen adducitur. Eſt aũt & horum habenda ratio. Vt autem ſciatis, ab iſto etiam hunc Trimarchum euerſum eſſe, non ita me dij amēt, de liberis ueſtris, quò illi eſſent modeſti, ſolicito, (ſunt enim, Athenienſes, iam nunc modeſti: abſit ut eò loci reſpublica redigar̃, ut Aphobeto et Æſchine cenſoribus indigeat) ſed ꝙ ille ſenator ſcripſit, ſi quis conuincatur arma uexiſſe ad Philippũ, aut armamenta triremium, morte mulctandum. Cuius rei hoc ſignum eſt. nam quamdiu concionatus fuit Timarchus? diu. Eo igĩ omni tp̃e in republica fuit Æſchines, & nunquam ægrè tulit, aut graue eſſe duxit, ſi homo illis moribus, cõciones haberèt, donec in Macedoniã profectus, ſeipſum mercede locauit. Agè ipſum Timarchi decretũ cape, & recita. DECRETVM. Qui igitur pro uobis decreuit, ne belli tp̃e ad Philippum arma ferrent: ſin qs feciſſet, capitale fore: perijt, & contumelia eſt affectus.

Generorum Aeſchinis inſectatio.

Iſte autem, q & ueſtrorum ſocioꝝ arma illi tradidit, accuſat: & de ſtupro diſſerit, proh diuũ atq; hominum fidem, duobus ſuis generis aſsiſtentibus: quibus conſpectis uos exclamaretis, Nicia illo uæcordi, q ſe in Aegypto mercede locauit Chabriæ, & hoĩe execrando Cerybione, q in feſtis abſq; perſona comeſſar̃. ſed qd hæc dico? *at fratrẽ eius uidens Aphobetũ. Sed illa die profectò oẽs de impudicitia orationes aduerſo, ꝙ aiunt, amnĩ

ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν ὁρῶν ἀφόβητον, uidetur eſſe ἀποσιώπησις, ſi nihil deeſt.

fluxerunt. Verũ quanta ignominia rempublicã ueſtram iſtius improbitas & mẽdacitas affecerit, oĩbus relictis

Ab effectu proditionis Aeſchinis.

cæteris, qđ noſtis oẽs uos, id dicam. Olim, Athenienſes, qd à uobis decretum eſſet, obſeruabant alij Græci oẽs. Nunc obambulamus nos, quid uiſum ſit alijs ſpeculan-

Non Philippi uita, ſed iudicum oſcitãtia reipublicæ periculoſa.

tes, atq; auſcultantes: quid Arcades? quid Amphictyones? quò ꝑficiſcatur Philippus? uiuat'ne? an obierit? Nõne ita facimus? Ego uerò id non uereor, an uiuat Philippus: illud uereor, ne reipub. odium in facinoroſos & uindicta obierit. Neq; mihi terrori eſt Philippus, ſi uos ſani

ſitis,ſed ſi à uobis impunitas ꝓponetur ĳs q illi mercede ſeruire nõ recuſant:ſi illis quidã patrocinabunť, quibus uos fidẽ habetis: & qui omni ſuperiori tpe negarunt ſe cauſam Philippi agere,nunc ſuggeſtũ conſcendent.Hęc mihi terrori ſunt. Nã cur tandẽ Eubule Hegeſileo reo,q conſobrinus tuus eſt, & Thraſybulo dudum Nicerati auunculo,cũ prima ſuffragia ferrẽtur, aduocatus eſſe cũ citarere noluiſti: & ad litis æſtimationẽ progreſſus, nec pro illoꝝ defenſione dixiſti quicq̃, & iudices precatus es,ut ueniã tibi darent. Ita'ne cũ hominibus cognatis & neceſſariĳs nõ patrocineris,Æſchini patrocinaberis? qui, cũ Ariſtophon reũ ageret Philonicũ,& per illũ tua acta accuſaret:unà cũ illo te accuſabat, & in inimicoꝝ tuorũ ſubſellĳs uerſabatur. Poſtquã aũt poſt iſtos oratione habita,affirmaſti,aut iã in Piræeũ eſſe deſcendendũ, & pecuniã conferendã, & theatralem in militarem conuertẽdam:aut iubenda q̃ & iſte defenderat,& nefarius Philocrates decreuerat, unde factum eſt ut pro honeſta pace pax turpis fieret:poſtquã iſti ꝑpetratis poſtea ſceleribꝰ omnia perdiderũt,tũ demum in gratiã redĳſti? cum pro concione Philippum inſecteris, & per liberos tuos iuraris,haud dubiè periturũ Philippum,ſi populus uelit:nũc iſti opitulaberis? Qui ꝓbit igitur, ſi eos quos ille corrũpit largitionibus,tu ſeruaris? Nã cur tãdem Myroclem accuſabas,ꝙ à ſingulis eorum qui metalla redemerant, uicenas drachmas exegiſſet? Cur Cephiſophontẽ ſacrilegĳ reum agebas, ꝙ triduò poſt ſtatã diem ſeptem minas numeraſſet? eos uerò q habent,fatenť,conuicti ſunt, palã deprehenſi,feciſſe illa in ſociorũ perniciem:eos non modò non accuſas,ſed & ſeruari iubes? Atqui hæc eſſe formidabilia,& magnã requirere prudentiam & cautionem:ea uerò quorum tu illos accuſaſti, ridicula,inde perſpicietis. Fuerunt'ne Elide qdam ærarĳ depeculatores? omnino probabile eſt fuiſſe. An uerò quiſquàm eorum, autor adiutor'ue fuit abrogandi ſtatus popularis? Nullus. Quid? Fuerunt'ne Olyntho incolumi alĳ quidam tales? Equidem,opinor. Nunqd per iſtos perĳt Olynthus? non. Quid igitur? Megaris non'ne putatis aliquem fuiſſe peculatorem,& ex ærario ſurripientem? Nõ aliter fie-

Inſectatio Eubuli Aeſchinẽ defendẽtis, et alios minus reipublicæ noxios uel deſerentis, uel accuſantis.

Philippi amicitia periculoſior reipublicæ quàm peculatus.

ri poteſt,palamq́; factũ eſt. Quis igitur ibi autor fuit rerum,q̃ nunc illic acciderunt? Nemo hom. Quales igitur, & qui ſunt,q tanta & talia facinora deſignent? Qui ſe dignos eſſe putant,ut Philippi hoſpites & amici appellentur,quibus exercitus & ſumma rerũ creduntur: qui præ ſe multitudinẽ deſpiciunt. Non'ne Megaris Perilaus nuper apud trecẽtos cauſam dixit, q, ad Philippũ ueniſſet? & Ptæodorus progreſſus pro eo deprecatus eſt,& genere & opibus & autoritate princeps Megarẽſium,eumq́; ad Philippũ remiſit? poſt,ille conductitios milites adduxit,alter intus talia inſtruxit. Non.n.eſt,nõ quicquam eſt rerum omnium quod magis ſit cauendum,q̃ ne quẽ uulgo maiorem fieri patiamini. Ne mihi ſit incolumis:neq; uerò pereat quiſquam,certi cuiuſdã arbitratu: ſed is quẽ facta ſua tuentur,& contrà:ut ius & æquũ eſt,in iſtũ ſententia feratur. Hoc enim populare eſt. Iam,ſæpe accidit: ut pro ratione temporum, quidam apud uos multũ potuerint, ut Calliſtratus ille: ut Ariſtophon,Diophantus, alij his antiquiores. ſed ubi horũ ſinguli principatum tenuerunt? apud populum. In iudicijs autem, ad hodiernũ uſq; diẽ nemo uel uobis uel legibus uel iureiurando plus ualuit. Itaq; nec iſtum nunc ſinatis. Hanc enim rem uobis magis eſſe cauendam,q̃ iſtis fidendum,deorũ oraculum uobis recitabo, qui ſemper multo magis rempublicam tuentur,q̃ ipſi magiſtrat9. Recita oracula. ORACVLA.

Auditis Athenienſes,qualia dij uobis prædicant? Qui ſi belli tempore uobis hæc reſpondiſſent,imperatores cauendos eſſe uobis,monuiſſent. Belli enim duces ſunt imperatores: at pace facta,reipublicæ gubernatores. Hi.n. duces ſunt:his uos paretis,ab his periculum,eſt ne decipiamini,& urbem coniungendam eſſe monet oraculum, ut omnes conſentiant,ne'ue hoſtibus uoluptatem præbeant. Vtrum igitur putatis,Athenienſes,eum qui tot ſcelera perpetrauit,conſeruatum,an mulctatum uoluptatẽ Philippo præbiturum? Equidem opinor conſeruatũ. Aſſerit autẽ oraculum,ſemper eſſe curandum,ne hoſtes gaudeant. Omnes igitur hortaẽ uno animo, ut puniatis eos qui aliquid officij hoſtibus præſtiterunt, Iupiter,Dione, omnes dij. Foris ſunt qui inſidientur,intus qui iuuent in-

Perilaus & Ptæodorus. Megarenſes.

Nemo ferendus maior populo.

In iudicijs ſeruanda æqualitas.

Oraculum de cauendis tyrannis.

Concordiæ ſtudendum.

Cauendũ ne hoſtibus oblectamento ſimus.

ſidiatores. Proinde inſidiatorum munus eſt, largiri: adiutorum autem, accipere, & eos qui acceperint, tueri. Iam humana etiã prudentia perſpici poteſt, omnium inimiciſſimum eſſe, & maximè periculoſum, ſi princeps ciuitatis ĳs familiaris fiat, quorũ animi à populi ſtudĳs abhorrent. Quibus. n. rebus Philippus omnes ſubegerit, qua ratione maxima quæq; confecerit, ſpectate: emendis actionibus ab ĳs qui uendebant: corrumpendis principibus ciuitatum, ĳſq; extollendis. Hęc autem utraq; in ueſtra poteſtate eſt, hodie, ſi uultis, facere irrita: ſi & audire iſtos noletis, qui talibus hominibus patrocinantur: ſed oſtendetis, nullam eorũ eſſe apud uos autoritatem. nunc enim uos in ſua poteſtate eſſe dicunt: & ipſum uenditorem punietis, idq; in conſpectu omnium. Nam cũ omnibus iurè iraſcimini, Athenienſes, q talia deſignarint, & ꝓdiderint ſocios & amicos & occaſiones, qbus rebus fit, ut ſingulorum fortunæ omnes uel floreant, uel marceſcant: tum uerò iſti maximè & iuſtiſſimè omnium. Qui enim, cũ ex eorum ſe eſſe numero uoluerit, q Philippo diffiderent, cũ ſolus & primus perſpexerit, cõmunem illum eſſe hoſtem Græcorũ omnium: transfugit ad hoſtes, & ſtationem deſeruit, & ſubitò factus eſt Philippi defenſor: non'ne multiplici dignus eſt interitu? Hæc autem eſſe uera, nec ipſe poterit ire inficias. Quis enim eſt, qui Iſchandrum primũ ad uos adduxerit, quem amicum reipublicę ex Arcadia huc uenire dicebat? Quis compilari Græciam & Peloponneſum à Philippo clamitabat, uos autem dormitare? Quis, qui præclaras & prolixas & multas illas orationes declamitaret, & Miltiadis & Themiſtoclis decretũ recitaret, & illud in Aglauri ſacello adoleſcentũ iuſiurandum? non'ne iſte? Quis autor fuit, ut tantum non ad mare rubrum legati mitterentur, tanquã & inſidiæ fierent Græciæ à Philippo, & uos deceret id proſpicere, & non deſerere Græciæ libertatem? Non'ne decreti autor Eubulus fuit, legatus aũt ĩ Pelopponeſum iſte iuit Æſchines? Quò cum perueniſſet, quid diſſeruerit, & pro cõcione dixerit, ipſe nouit. Quid uerò renunciarit, uos ſcio meminiſſe omnes. Ita enim concionabatur, ut Barbarum & peſtẽ ſæpe Philippum nominaret; & nunciabat, quanta lætitia Ar-

Puniendis proditoribus, & repudiandis proditorumq; patronis, euerti poſſe artes inſidiatorum.

Aeſchini eo grauius iraſcẽdũ, quo acrius initio Philippo aduerſatus fuerit.

Inuectiuæ Aeſchinis in Philippum.

cædes afficerentur, ſi iam curã ſuſcepiſſet rerũ, & experrecta eſſet urbs Athenienſiũ. Quod uerò ſibi omniũ grauiſſimũ accidiſſet, id eſſe dicebat, ꝙ in reditu in Atreſtidam à Philippo abeuntem incidiſſet, q ſecum mulierculas & puerulos proficiſcentes haberet circiter triginta: ſe uerò miratum, ex uiatore quodam quæſiſſe, quis'nam homò ille eſſet, & q̃ turba cũ eo? poſtquã autẽ audiſſet Atreſtidam dono acceptis illis Olynthiorum captiuis à Philippo abire: indignũ facinus ſibi eſſe uiſum, & illachrymaſſe, & doluiſſe uicem Græciæ, & ſegnitiem, quę ad tales iniurias conniueret: uobiſq; ſuaſit, ut mitteretis aliquos in Arcadiam, qui Philippi ſtudioſos accuſarent. Se.n.ex amicis audiſſe dicebat, ſi reipublicæ noſtræ curæ eſſet, ſicq; legatos mitteret, pœnas illos daturos eſſe. Hæc igitur tum Athenienſes, & quidem p̃clara, & è dignitate nr̃æ urbis pro cõcione dicebat. Vt aũt in Macedoniã uenit, & hoſtem uidit, tum ſuũ, tum Græcorum omnium Philippũ: nunquid his ſimilia aut affinia? Minimè gentiũ. ſed, neq; malorum eſſe recordandũ, neq; triumphos p̃dicandos, neq; cuiquã opem ferendam: ſeq; eos qui de ſentẽtia Græcorum de facienda cũ Philippo pace deliberari iuberent, demirari aiebat, ſi i ueſtris priuatis negocijs alterius uobis aſſenſu eſſet opus: eſſeq; Philippum ipſum, ô dij, omnium ſtudioſiſſimũ Græcorum, eloquentiſſimũ, Athenienſium amãtiſſimum. ſed adeò peruerſos eſſe quoſdam & moroſos in urbe homines, ut non erubeſcerent ei conuicia dicere, & Barbarum eum uocitare. Fieri poteſt igitur, ut idẽ uir, illis ſermonibus antè habitis, póſt, hæc dicere non dubitaſſet, niſi corruptus eſſet largitionibus? Quid uerò? is'ne qui Atreſtidę tum infeſtus fuit ꝓpter Olynthios pueros & mulierculas, nũc adiutor Philocratis eſſe dubitat, qui mulieres Olynthias ingenuas ad libidinẽ huc adduxit? q ob uitæ petulantiam ſic innotuit, ut mihi nulla iam eius flagitia cõmemoráda ſint, aut facinora: ſed ſi tantũ dixero, Philocratẽ huc duxiſſe mulieres, omnes uos & eos q circũſtant, cætera noſſe ſciam: & dolere uicem infeliciũ & ærumnoſarũ mulierum, quarũ Æſchines nõ miſeretur. nec in eas intuens Græciam deplorat, ſi illæ apud ſocios à legatis contumelioſè uexantur: ſuas quidem fortunas

Aeſchinis de Atreſtidæ uerba.

Cõciones Aeſchinis reuerſi è Macedonia.

Philippi laudes.

Philocratis deſenſio.

lamentabitur, cũ ita ſe in legatione geſſerit, & puerulos fortaſſis accerſet, & producet. Vos autẽ cogitabitis, Iudices, in reſpectu ad iſtius liberos, multorum ſociorum ueſtrorum, & amicorum liberos errare, & mẽdicos circumire, crudeliter tractatos propter iſtum: quorum uos miſereri multo eſt æquius, quàm natos ita facinoroſi & proditoris patris, & ueſtros liberos ab iſtis qui pacẽ ad poſteros quoque extenderunt, etiam ſpe eſſe ſpoliatos. Ipſius autẽ lachrymas intuentes, uos nunc habere hominem, qui uos iuſſit mittere in Arcadiam, qui Philippi ſtudioſos accuſarent. Nunc igitur nihil eſt neceſſe legatos mittere in Peloponneſum, aut longum iter proficiſci, aut uiaticũ impendere: ſed illud dũtaxat, ut unuſquiſque ueſtrûm uſque ad tribunal progreſſus, ſanctũ & æquũ ſuffragiũ ferat pro patria, cõtra hominem, qui, ô dij immortales, cum illas de quibus initiò dixi, cõciones habuerit, de Marathone, de Salamine, de prælijs, de triumphis: ſtatim ut Macedoniã attigit, omnia his contraria dixit: nõ recordandũ eſſe maiorum, nõ triumphos narrandos, nemini opem ferendã, non cõmuniter cũ Græcis conſultandum, tantũ non diruendos eſſe muros: quibus orationes nullo unquã tempore apud uos habitæ ſunt fœdiores. Quis eſt enim Græcorum & Barbarorum ita uæcors, aut imperitus rerũ, aut uſqueadeò inimicus noſtræ urbi, qui, ſi quis roget, Age dic mihi, eius Græciæ quæ nunc eſt, atque incolitur, eſt'ne ulla pars, quæ nomen ſuum retineret, atque incoleretur ab ijs qui nunc eã obtinent Græcis, niſi in Marathone & ad Salaminẽ maiores noſtri pro eis tanta uirtute dimicaſſent? Nemo id quidem, ſatis ſcio, dixerit: ſe fuiſſe futurum, ut à Barbaris hæc omnia caperentur. Quibus igitur laudibus & ornamentis illos uel hoſtiũ nemo ſpoliarit, eorum uos Æſchines meminiſſe non ſinit, illorum poſteros, ut ipſe argentum accipiat. Ac alia quidẽ bona nihil attinent ad defunctos: at rerum præclarè geſtarum laudes, eorum qui ſic oppetiere, propria ſunt poſſeſſio (neque.n. eis inuidia tum aduerſatur) quibus eos iſte dum defraudat, ipſe meritò nunc dignitate priuabitur, & uos in hunc modum maiores rectè ulciſcemini. Talibus uerbis, ô improbũ caput, tu res geſtas maiorum deprædatus, & calumniatus, omnia ne-

Iudices miſericordia Aeſchinis et liberorũ eius moueri non debere.

Iterum exagitat Aeſchinis poſteriorẽ concionem.

Aeſchinis uerba et reipublicæ & maioribus contumelioſa.

gotia perdidiſti. Poſtea iſtis dictis & factis prędiatus no bis & magnificus extitiſti. Nã illud, antequã rempublicam oibus cladibus affeciſſet, fatebatur, ſe fuiſſe ſcribã, & gratiã habere uobis de creditis magiſtratibus & moderatũ ſe pbebat. Poſteaq̃ autẽ infinita ſcelera deſignauit, ſupercilium erigit, ac ſi quis dicat: Æſchines q ſcriba fuit, ſtatim hoſtis eſt, ſtatim malè audiſſe ſe dicit, & p forũ ambulat, ueſte ad talos uſq; demiſſa, pari cum Pythocle gradu incedens, buccas inflans, Philippi hoſpitum & amicorũ nobis iam unus eſt, q à populo recedere uolunt, & tempeſtatẽ atq; inſaniam receptũ ſtatũ interpretãtur: qui nõ ita dudum Tholum adhuc adorabat. Libet autẽ uobis ſummatim pcurrere, qbus calliditatibus uos Philippus, aſcitis iſtis nefarijs adiutoribus, circumuenerit.

Inſolentia Aeſchinis.

Narratio: Quo pacto Philippus Athenienſes circũuenerit, ad coarguendam Aeſchinis pditionẽ pertinens. Nuncij. Legati corrupti. Literæ. Difficultates Philippi.

Omnino aũt operæ precium eſt, perpendere & ſpectare fraudẽ uniuerſam. Ab initio cũ pacẽ expeteret, latronib9 eius regnũ diripientibus, & clauſis mercatibus, ut nullis omnino ſuis bonis frui poſſet: miſit huc q humana ipſius uerba renunciarent, Neoptolemũ, Ariſtodemum, Cteſiphontem. Vt aũt nos legati uenimus, ſtatim iſtũ conduxit, ut defenderet, & adiuuaret nefarium Philocratem: & nos q iuſta agere inſtitueremus, ſuperaret. Scripſit & epiſtolam ad uos, qua ſe uel in primis pacẽ impetraturũ putauit: nihilo magis tamẽ etiam ſic ei quicquã gerere magnum contra uos licebat, niſi Phocenſes pdidiſſet. Id uerò expeditũ non erat. Contractæ. n. eius res erant tanq̃ fato quodã in hunc modum, ut aut nihil eorũ quæ uellet, poſſet conſequi: aut neceſſe haberet mentiri, peierare, & teſtes ſuæ improbitatis facere omnes Græcos & Barbaros. Si. n. Phocẽſes ſocios recepiſſet, & uobiſcũ eis iuſiurandum dediſſet: Thebanis & Theſſalis datum iuſiurandum ſtatim uiolare coactus eſſet: quorũ ſe illis Bœotiam ſubacturũ, his ſe Pyleam redditurũ iurauerat. Sin non recepiſſet, * ſicut nõ admittebat: non permiſſuros uos ſibi, ut progrederetur, putabat, ſed auxilia miſſuros ad Pylas: idq;, niſi decepti eſſetis, feciſſetis. Quod ſi fieret, ſatis uidebat ſibi aditum eſſe interclusum. neq; id ei erat ex alijs cognoſcendum, ſed ipſemet eius rei ſibi teſtis erat. Vt. n. primùm Phocenſes ſubegerat Philippus, & milites eorũ

ὥσπερ οὐ προσίετο.

occiderat, & ducem atq; Imperatorem Onomarchum: tum,ſi mortalium omniũ nemo neq; Græcus neq; Barbarus opem tuliſſet Phocēſibus,prӕter uos:nõ modò nõ penetraſſet,aut ingreſſus eorum quæ uoluit perpetraſſet quicquã,ſed nec propè accedere potuiſſet. Satis autẽ illud norat,opinor,ſe tum,cum inter Theſſalos, & ſe non optimè conueniret, & Pheræi primũ militiam detrectarent,& Thebani ſuccubuiſſent,ꝑlioq́; uicti eſſent,& tropæum de eis erectũ: nõ penetrare poſſe,ſi uos opẽ ferretis:nec,ſi armis conaretur,quicquã perfecturũ,niſi dolus acceſſiſſet. Quo pacto igitur nec apertè mentiar, & ſine periurij infamia,omnia quӕ uolo,conſequar? quomodo? Sic:ſi quos Athenienſes inuenero, qui Athenienſes decipiant. id enim probrum iam meum nõ erit. Inde factum eſt,ut eius legati uobis antè dicerẽt,Phocẽſes à Philippo in ſocietatẽ nõ recipi. Iſti autẽ ſucceſsêre,atq; ita concionati ſunt:palàm nõ ſanè cõmodum eſſe Philippo,in ſocietatẽ recipere Phocẽſes, ꝓpter Thebanos & Theſſalos. Sed ſi ſumma rerũ potiretur, & pacẽ impetraret,q̃ nunc eũ paciſci poſtulemus,tum facturũ. Pacẽ igitur his pollicitationibus & dolis & illecebris à uobis ſine Phocenſibus impetrarunt. Pôſt, prohibendũ erat,ne ad Pylas auxilia mitterentur,cuius rei gratia L triremes in propinquo in ancoris ſtabant,ut ſi proficiſcerẽt Philippus,uos prohiberetis. Quid igitur? quæ iterũ fraus hic excogitabitur? Tẽpora uobis eripienda erant, & negotiũ ita ducendũ, ut ſubitò ingrueret, ac uos nec ſi uelletis, poſſetis egredi: itaq́; iſtos feciſſe cõſtat. Ego uerò,ut iam ſӕpius audiſtis, nõ prius abire potui: ſed & naue cõducta,ſum retentus. Iã opus erat,ut etiã fidẽ haberẽt Philippo Phocẽſes, ſeq; ultrò dederẽt,ne res differreẽt,ne'ue cõtrariũ à uobis ſenatusconſultũ ederẽt. Proinde ab Athenienſium legatis nunciandũ fuit, Phocẽſes cõſeruatũ iri,ut tametſi aliqs mihi diffidat,illorũ promiſſis fretus,ſe mihi tradat. Athenieẽſes aũt ipſos accerſemus nos, ut oia q̃ uolunt, ſibi parata eſſe exiſtimãtes,nihil cõtrarium decernant. Illi autẽ à nobis talia nunciabunt & ꝓmittent,ut,quicquid tandẽ fiat,nõ cõmoueantur. Ad hunc modũ & talibus technis,ab iſtis ꝓditiſſimis hoibus,omnes res ſunt perditæ. Itaq; ſtatim,

μίμησις.

Pollicitationes legatorum.

Mora interpoſita, quo minus Phocenſibus auxilia mitterentur.

Spe ſalutis decepti Phocenſes.

μιμητικῶς *hæc ſub perſona Philippi dicuntur.*

Euentus conſiliorũ Philippi, & proditionis legatorum.

non Theſpias & Platæas inſtaurari uidiſtis ut decebat, ſed Coroneam & Orchomenum euerſas eſſe audiuiſtis. non Thebas depreſſas, nec inſolentiam Thebanorum & ferociam cohibitam: ſed Phocenſium, ſociorũ ueſtrorum, mœnia diruta, eaq; diruta à Thebanis, quorum urbem Æſchinis uerba in pagos redegerunt ſcilicet, nõ uobis Eubœa tradita eſt pro Amphipoli, ſed Philippus in Eubœa præſidia munit ad bellum uobis inde inferendũ: & Geraſto & Megaris inſidiari non deſiſtit: non nobis Oropus reſtituitur, ſed de Drymo, & agro ad Panactũ armis dimicamus: quod, ſaluis Phocenſibus, nunquã fecimus. non patrij ritus in templo Delphico obſeruantur, non Apollini pecunia redigitur: ſed genuini Amphictyones exulant & exterminantur, & eorũ regio uaſtata eſt: qui uerò antè nunquam fuerunt Amphictyones, Barbari Macedones, nunc ui Amphictyones eſſe uolunt. At ſi quis de ſacra pecunia mentionem fecerit, de ſaxo deiicitur, & urbi noſtræ oraculi prærogatiua eſt erepta, & totum negotium reipublicæ noſtræ factum eſt ænigmatis inſtar. ille & nihil mentitus eſt, & quæ uoluit confecit omnia: uos cum ea quibus optari meliora nequeãt, ſperaueritis, eorum contraria fieri uidiſtis: & cum in pace uiuere uideamini, acerbiora perpeſſi eſtis, quã ſi bellum gereretis. Iſti pecuniam habent, & in hunc uſq; diem pœnas non dederunt. Hæc autem omnino confecta eſſe largitionibus, & pretium eorũ omnium habere iſtos, iamdudum uobis multifariam declaratum eſſe arbitror: & uereor, ne contrà quã uolo faciam, & dum id accuratè conor oſtẽdere, uobis moleſtus ſim, rei iamdudum gnaris: ſed tamen & hoc audite. Eſt'ne legatorum aliqs, quos Philippus huc miſerit, cui uos æream in foro ſtatuam decerneretis? quid uerò? an uictum in Prytaneo daretis? aut aliquod aliud præmium, qbus honoratis bene meritos? Equidem non opinor. cur? neque enim uos ingrati eſtis, neq; homines iniurij, neq; mali: ſed eò uos facturos negaretis (idq; uerè & rectè) quòd pro Philippo omnia, pro uobis nihil prorſus egiſſent. Cũ uos igitur ita ſentiatis, putatis aliter Philippũ eſſe legationẽ rectè et uerè obierint? fieri nõ poteſt. Hegeſippum enim, & collegatos eius ui

Mirabiles ambages rerum.

Iterum confirmat, proditione legatorum hæc confecta eſſe omnia.

Vt Athenienſes, ſic etiam Philippũ nemini largiri quicquam, niſi de ipſo benemerito.

Hegeſippus. Xenoclides.

detis ut acceperit. Cętera taceo. Sed Xenoclidē poetam iſtum egit in exilium, ꝙ eos, ciues ſuos hoſpitio exceperat. Sic cū illis agit, qui uerè & ex animo cauſam ueſtrā agunt. Qui uerò ſeipſos uendiderūt, eos tractat, ut iſtos. Hæc igitur teſtes, hæc aliqua maiora argumenta requirunt? Hæc quiſquam uobis extorquebit? Dudum autem ante curiam quidam uenit, & mihi rem dixit omniū abſurdiſſimam: inſtituiſſe eum Charetem accuſare, atq; eo modo & ĳs uerbis decipi poſſe uos, ſperare. Ego uerò ſi accuſetur Chares, inuentum iri eum fideliter & beneuolè modis omnibus pro uobis egiſſe, quicquid in ipſo fuerit: ꝓpter eos autem qui ſuis corruptelis negotia corrumperent, tanto fuiſſe inferiorem, non magnopere contendo. ſed nimium iſti largiar. Eſto, uerè Aeſchines de eo dicat omnia: etiam ſic tamen admodum ridiculum erit, eū ab iſto accuſari. Ego enim nihil quod in bello cōmiſſum eſt, Aeſchini imputo (id enim à ducibus requirendū eſt) neq; pacem factam à republica: ſed hactenus condono omnia. Quid igitur dico? unde accuſare incipio? Quòd, dum pacē reſpublica faceret, Philocrati ſuffragatus eſt, non ĳs qui ſuadebant optima: ꝙ munera accepit: ꝙ deinde in poſteriore legatione tēpora conſumpſit, & nihil eorum quæ uos mandaueratis, fecit: ꝙ fucum fecit reipublicæ: & excitata ſpe, quæ uellemus nos Philippum eſſe facturum, omnia perdidit: ꝙ poſtea, cum alĳ præmonerēt, cauendum eſſe eum qui uos tot iniurĳs affeciſſet, ipſe eū defendit. Hæc accuſo, hæc memineritis. Nam iuſtam pacem & æquam homines item incorruptæ fidei, & pòſt nihil mentitos, etiam laudaſſem, & corona donari iuſſiſſem. Si quis autem uos dux affecit iniurĳs, id ad præſentem reddendæ rationis cauſam nihil attinet. Quis enim dux Alum? quis Phocenſes perdidit? quis Doriſcū? quis Cerſobleptem? quis Sacrum montem? quis Pylas? quis effecit, ut per ſocios & amicos uſq; ad Atticam Philippo eſſet iter? quis Coroneam? quis Orchomenum? quis Eubœam alienauit? quis Megara paulo antè? quis Thebanos firmauit? Quæ quanquam tot tantaq; ſunt, nihil tamen eorum, culpa ducum perĳt, neque ueſtro conſenſu conceſſum in pace, Philippus tenet: ſed ea per iſtos pe

Refutatio: Nō audiendū Aeſchinē, ſi culpam in Charetem trāſferre uelit.

Repetit capita accuſationis.

rierunt, eorűq; corruptelas. Quod ſi hęc fugerit, & erra rit, & quiduis potius dixerit, ſic ei occurrite: non de duce iudicium facimus: non horum criminum reus es: ne dic, etiam aliam cauſam præbuiſſe Phocenſium excidio, ſed te inſontem eſſe oſtendito. Quid igitur, ſi quid deliquit

Fortaſſe Chares.

* Demoſthenes, nunc narras, & non, cum rationem red deret, accuſabas? Nam propter hoc ipſum dignus es exitio. Nec dic quàm res bona ſit pax atque utilis. Ne mo enim pacis à republica factæ autorem te eſſe dicit: ſed non turpiter, & flagitioſe pòſt multis in rebus nos eſſe deceptos, nõ omnia periiſſe, id dicito. Horum enim omnium te eſſe autorem, id nobis eſt oſtenſum.

καὶ τί δὴ μέχρι νυνὶ τὸν ταῦτα πεποιηκότα ἐπαινεῖς.

* Cur uerò hactenus eum qui talia deſignauit, laudas? Si ſic ab eo caueritis, nihil habebit quod reſpondeat, ſed fru ſtra uocem hic acuet, & declamitabit. Sed fortaſſis & de uoce neceſſariò dicendum eſt. Nam ea quoq; ma gnopere fretus eſſe fertur, ut actionis uehemẽtia uos de bellaturus.

Scõma in magnam uocem Aeſchinis.

Facturi autem eſtis, mea quidem opinione, omnium ineptiſſimè, ſi, quem Thyeſtis & Troiani bel li mala repræſentantem eieciſtis & exibilaſtis è theatris, & tantum non lapidibus obruiſtis, uſque adeò donec à tertiarum actione partium dimouiſtis: eum, poſtquam non in ſcena, ſed in republica & maximis negocĳs ciui tatis infinita ſcelera perpetrauit, tum demum ut bellè ſo nantem attentè audietis. Minime uerò. abſit à uobis ea ſtultitia: cum præco approbandus eſt, id ſpectan dum eſſe ducite, an ſit uocalis.

In p̃cone uox, in magiſtratu ſpectãdus animus.

Legatum autem & rei publicæ gubernatorem, tum uirum eſſe bonum, tum ma gnum pro uobis & æquum erga uos animum habere o portet. Sicut ego Philippum non ſum admiratus, ſed captiuos admiratus ſeruaui, neque diſſimulaui quic quam. At iſte & ante illum procidebat, & pæana, cantabat, & uos deſpiciebat.

Nõ ipſæ dotes, ſed boni uiri dotibus p̃diti, magni faciendi.

Ad hæc ſiue eloquentias ſiue claritate uocis, ſiue alio quopiam commodo bo num uirum & ueſtri ſtudioſum, præditum uideritis: con gratulari omnes & excolere debetis. Id enim bonum uobis omnibus fit cõmune. Sin hominem corruptum, et improbum, quíque omni lucello uincitur, excludere, & acerbè atq; hoſtiliter aduerſari. Improbitas. n. facultatis

apud uos adepta opinionem, reipu. pernicioſa eſt. Videte qbus laudibus ille floret, eæ in quæ negocia rempub. coniecerint? Ac cæteræ qdem facultates ſuis ipſę uiribus nituntur: ſed eloquētia, ſi auditorum ſtudijs deſtituitur, intercidit. Sic igitur audite iſtum ut improbum, ut corruptum, ut nihil ueri dictum. Iam non pp cætera duntaxat negotia, ſed ppter illa ipſa etiam, quæ cum Philippo uobis ſunt, oino eſſe utile ut condēnetur, ſpectate. Siue. n. aliqñ in neceſſitatem ueniet, ut præſtet aliqd reipub. quod debet, mutabit ingenium (nunc. n. inſtituit pplm decipere, & paucos colere: at ſi eos periſſe audierit, ppo & uobis, penes quos ſūma rerum eſt, cętera pręſtare ſuolet.) Sin eandē, qua nūc utit, licentiā et petulantiā retinebit: eos è ciuitate qui ad nutū illi parati eēnt, ſuſtuleritis, ſi iſtos ſuſtuleritis. Si. n. cū putarēt ſe pœnas daturos, talia cōmiſe ſūt: eos, ſublato ueſtri metu, qd facturos putatis? Quem Euthycratem? quem Laſthenem? quem pditorem nō ſuperaturos? Quem reliquorum ciuium nō deteriorem fore? qui uideat ijs qui uendiderunt oïa, pecuniam, autoritatē, opes, Philippi hoſpitium ſuppetere: ijs autē qui ſe bonos uiros præbuerunt, & inſuper etiam ſumptus fecerūt, moleſtias, inimicitias, inuidiam ſupeſſe apud nōnullos? Abſit hoc, abſit. neq. n. ad gloriam, neq ad pietatem, neq ad ſecuritatem, neq ad quicq aliud uobis pdeſt, iſtum ut abſoluatis: ſed ut eum in exemplum omniū & ciuium & aliorum Græcorum puniatis.

Eloquētiæ uis pendet ab auditoribus.

Eſſe è republica, ut pœnas det Aeſchines.

ARGVMENTVM LIBANII IN ORATIONEM contra Leptinem de immunitate.

Athenienſes benè de republica meritos honorabant cùm alijs rebus, tum publicorum munerum immunitate. Qua cum multi donarentur, et qui munera obirent, defuturi uiderentur: Leptines rogationem tulit, ne quis eſſet immunis, néue populo in poſterum liceret, cuiquam immunitatem dare: & quiſquis eam petijſſet, ut extremo ſupplicio afficeretur. Huic legi interceſſerunt cùm alij prius) inter quos etiam Bathippus, qui tamen ab actione deſtitit ſiue largitionibus corruptus, ſiue morbo impeditus) tum nunc Phormio & Cteſippus, Chabriæ filius, & alij quidam cum ipſis, quibus Demoſthenes patrocinatur. Ac Leptines utilitatis loco preualet: prætendit enim neceſſitatem. Demoſthenes uerò iuſti

tũr glorioſo & iuſto. Ac iuſto quidem, quòd æquum ſit benemeritis refer re gratiam: & eos qui rectè aliquid conſecuti ſint, non ſpoliari datis. Glorioſo autem, quòd cum alios dedeceat, ea quæ dederint, eripere, tum uerò Athenienſes in primis, qui magnitudine animi excellere uideãtur tanquam peculiari quadam nota. Præterea oſtendit, Leptinem etiam contra leges eam tuliſſe legem. Recitat enim legem quæ iubet in primis abrogare legem contrariam, & tum demum ferre ac ſuſtituere aliam, ut ne leges inter ſeſe contrariæ reperiantur.

ALITER.

Ipſcriptio πρὸς λεπτίνην, *non* κατὰ λεπτίνου.
Argumẽtum.
Leptinæ lex.

Oratio ad Leptinem, ita inſcribitur, quòd præterito eo tẽpore, in quo legis autor iudicio et pœnæ obnoxius erat, Leptines extra periculum eſſe uidebatur: unde ad eum, non contra eum orationi titulus eſt. Argumentum autem eſt huiuſmodi: Athenienſium ciuitati cum primis familiare fuit, afficere benè meritos multis & uarijs honoribus, atq; etiam immunitate. Quam multis & hoſpitibus et ciuibus conſecutis, deerant qui munera obirent: eaq; de cauſa ●neribus in pauperes ferè inclinatis, Leptines unus ex magiſtratibus, uir non contemnendus, legem rogauit in hanc ſententiam: Vt ditiſsimi munera obeant, nemo eſto immunis, præter Harmodij & Ariſtogitonis poſteros, & nouemuiros: neq; in poſterum ius eſto populo ſi petatur, dandæ immunitatis. Si quis autem petijſſe conuictus fuerit, ignominioſus ipſe eſto, & genus & eius familia: & tum uiolatæ reipub. accuſator, tum ut infamis deſertot. Quòd ſi reus peragetur, eaſdem luito pœnas, quas ij qui mulcta reipublicæ non ſoluta ius dicunt. Cum igitur lex ita ſe haberet, primùm Bathippus Leptinem accuſauit, iſq; antequam cauſa in foro ageretur obijt: & poſtea tritum eſt tempus, & Leptines factus indemnis. Lex enim erat, ut autor legis poſt annum eſſet indemnis. Tamen quoniam & ſic ex lege licebat accuſare, tametſi autores legis indemnes eſſent: poſt annum accuſauit Aphepſion Bathippi filius, Phormione oratore, & Cteſippus Chabriæ F. Demoſthene aduocato. Hi igitur accuſatores actionem contra legem inſtituerunt. Status negocialis eſt, ſcripto conſtans. Capita orationis ſunt. Legitimum, utile, iuſtum. Sed neceſſe eſt, utrinſq; partis argumenta ut explicemus. Leptines igitur utili nititur, quòd eos qui munera obeant, reipublicæ compararet, atque etiam iuſto: non æquum eſſe, ut alij diuitias ſecurè teneant: alij munera obeuntes, perpetua miſeria conflictentur. Accuſatoris firmamenta ſunt, legitimum, iuſtum, & utile: ac legitimum duplex eſt, partim in perſona poſitum, partim in re. In perſona, ex eo quòd quæ facienda fuiſſent, non fecerit, theſmo uiolato. Theſmos autem lex eſt, ferendarum legum rationem præſcribẽs. Scriptam enim legem eum ante ſtatuas Heroum, à quibus

Bathippus.

Aphepſion & alij legis accuſatores.
ἡ στάσις πραγματικὴ ἔγγραφος.
κεφάλαια τοῦ λόγου.
αἱ δικαιολογίαι ἑκατέρου βω- μος.
ἔμπροσθεν τῶν ἐπωνύμων.
ἐν νομοθέταις ἀντιγελογεῖα

bus

bus cognomina tribus acceperunt, proponere, & apud legumlatores confirmare oportebat: id quod nõ fecit. In re, quòd ea lex ueterem legem uiolant, qua populi donationes ratæ eſſe iubeantur. Hæc igitur lex illi contraria eſt, cum illa iubeat, quæ dona populus dederit, rata eſſe. Hæc, ea quæ data ſunt, ui eripere ſtudeat. Iuſto ſic utitur: non eripienda eſſe dona benè meritis. Vtili porrò trifariã nititur: Primum inutile, inquit, uobis futurum eſt, ſi patiemini benè meritis dona eripi. neq; enim amplius Leucon è Boſphoro frumentum uobis mittet. Deinde inutile erit, quia nemo benè de republica mereri uolet, cum alios dono ſpoliatos uiderit. Poſtremò ignominiã ſubibitis: uidebimini enim ingrati eſſe. Eſt autẽ hæc ſecundo loco habita oratio. Nã Aphepſion, ut natu maior, primas cauſæ partes egit. Leptines itaq; præcipuè utili nititur, aſſerens deeſſe reipublicæ, qui munera obeant. ſeccundò iuſto, idq; ex æqualitate ſpectatur. Nequaquã enim, inquit, ferendũ eſt, ut aliqui arrepta immunitate opibus abundent: reipub. autẽ qui munera obeant, deſint. Etſi autẽ oratori legis accuſatio ꝓpoſita eſſe uidetur, illud tamen etiã interim agit, ut ſuam legem etiã tractet et confirmet. Nã eius in legitimo capite fundamenta iacit, ex aduerſo legendo, et opponendo utramq; legẽ, & quantũ interſit oſtendendo. Ne uerò ſubitò & inconuenienter leges ingereret, eã rem multo antè inſtruxit. Ac prima quidẽ orationis obiectio uidetur à Leptine oriri, ſed reuera inuenta eſt ad Demoſthenis utilitatẽ, ut uideatur aduerſarius, eius ſancire legem. Quid. n. uult Demoſthenis lex? ut dona q̃ populus dedit, rata ſint: ea uerò qui cõſecuti ſunt, in ius uocentur, ut, ſi digni ſint, teneãt: ſin immeritò tenere uideãtur, conuicti adimantur. Ipſe igitur Leptines Demoſthenis legẽ cõfirmauit. Nã quòd ſtatim initiò q̃ritur, multos immeritò eſſe donatos: habet Demoſthenis legem, indignos ſecernentẽ: et hac de cauſa id ꝑ omnia ſparſum eſt. Multa. n. ea de re uerba facit, idq; eò, ut aſſuefaciat iudices recitationi legis paulo pòſt ſecuturæ. Cũ autem uidiſſet eã orationem Leptinæ eſſe ualidiſſimam, ut ditiſſimi munera obeãt, neminem eſſe oportere immunẽ: non hanc poſuit principalem obiectionem, ſed eã q̃ ſibi conducibilis, & ferendæ à ſe legi patrocinatura eſſet. Cum. n. dicit, & ea ratione plurimum utetur, decipit auditores. Neq;. n. de indignis multa uerba faciet, ſed de eo nimirum, deeſſe reipub. qui munera obeant: & eſſe è republica, ut à pauperibus onera in diuites transferãtur. Genus orationis iudiciale, quidem eſt, cum de lege iudicium fiat: ſed uniuerſa materia eſt duplex, partim iudicialis, partim ſuaſoria. Inuenias etiã demonſtratiui generis non expertem eſſe orationem, ubi ſingulos qui bene meriti ſunt, ornare ſtudet. Etenim hic reperies laudes dignas illis uiris, et uerba illorũ rebus geſtis cõgruenter ac-

καὶ διὰ τοῦτο πάντων αὐτί ὀ σπαρσεν.

Mixtum cauſæ genus.

K

temperata. ueluti, cum ſe in Cononis & Chabriæ rebus geſtis iactitat, et Epicerdis, & Thaſiorum & Corinthiorum, & Leuconis. Accedendũ autem eſt ad diſpoſitionem orationis. Omnis deutorologia minus occupata eſt in ſententijs exordiorum. Ferè enim incommoda remouentur per eos qui primum dicendi locum ſortiuntur. Deuterologiarum autem non unũ eſt genus. Nã aliæ ſunt perorationes duntaxat, ut illæ contra Ariſtogitonem, in prima uelut acie confligente Lycurgo, atq; adeò nihil oratori qđ ad rerum demonſtrationem attineret, relinquente. Aliæ minus illæ quidem in confirmando uerſantur, ut oratio contra Androtionem, quòd eloquentiæ opinione Diodoro non multum Euctemon antecellebat. Ea uerò deuterologia, qua de nunc agimus, maximè ferè neceſſaria cauſæ capita complectitur, ut ex tractatione apparet. Quapropter quantumuis breue ſit exordium, innuit tamen duo maximè neceſſaria capita, utile & iuſtum, quæ etiam nominauit. * Iuſtum autem defenſione Chabriæ filij oſtendit, atq; etiam in eodem legitimi facit mentionem. Ac per legem, legitimum: per utile, utilitatẽ reipublicæ. per Chabriæ, filium iuſtũ innuit.

δευτερολογιῶν διαφορά.

Videtũr prior Periodi pars abeſſe, cuiuſmodi ſit: ac utile quidem, dicendo, quod è republica eſſe indicaui.

ORATIO DEMOSTHENIS ADVERSVS LEPTINEM, DE IMMVNITATIBVS.

[redacted]

Orditur ab αἰτιολογίᾳ. Aduerſariorum præſidia elenat.

EGo, Iudices, tum q̃ e republica eſſe iudicaui, ut iſta lex abrogaretũ, tum pp Chabriæ filiũ, recepi, me hiſce, pro uirili parte, patrocinaturũ. Neq; uerò obſcurũ eſt, Athenieñſes, Leptinẽ, aut ſi qs alius legẽ tuebitur, iuſti nihil de ea dicturũ. Illud q̃dem prætexet, indignos quoſdã homines immunitatem conſecutos, excuſsiſſe onus publicorũ munerum, ac in ea oratione potiſsimum ſeſe iactabit. Enimuero ne dicã quantopere cum omni æquitate pugnet, ut, dũ unũ accuſas, omnes ſuis donis ſpoliatos uelis: (nã hoc prius etiam partim dictum eſt, & fortaſſe uobis probatum) illud libenter admodũ ex ipſo q̃rere uelim, ſi maximè nõ pauci aliqui, ſed in uniuerſum oẽs, indigni honoribus eſſent, cur etiã uos uelut in ordinẽ cogẽdos iudicaſſet? Cũ enim ſcripſit, Neminẽ oportere immunẽ eſſe: immunitatem conſecutos ſuo præmio ſpoliauit. Dũ uerò adijcit, in poſterũ nõ licere uobis id honoris cuiquã tribuere: mu-

Refutatio: Iniquum, propter ſontes innoxios plecti.

Populum autoritate ſua non ſpoliandũ

nificentię ius uobis ademit. Nec enim eſt, ut illud dicat, ſe, quemadmodũ illos dono ſpoliauit, qui eo fruebãtur, ꝙ indignos iudicarit: ſic populum Atheniẽſem indignũ cenſuiſſe, penes quem eſſet, liberalitate uti erga quem ei uideretur. At illud ad hæc fortaſſe reſpondebit, qa populus facilè decipiatᷣ, propterea legẽ ſe ita tuliſſe. Quid igitur obſtat, quo minus oĩa uobis eripiant, & ipſa denique adminiſtrandæ reipublicæ functio, iſta qdem ratione? Nec.n. quicquam eſt rerum omnium, in quo uobis hoc uſu non uenerit: ſed ſæpe decepti, multa ſenatuſconſulta ueſtris ſuffragijs comprobaſtis: atq; aliqñ adducti eſtis ut, omiſsis potentioribus, ſocietatẽ cum his, quorũ minores opes eſſent, coiretis. Et quidẽ in tanta mole negociorum propè neceſſe eſt ẽt tale aliquid uobis uſu uenire. An uerò propterea legẽ feremus, ut deinceps neq; ſenatui, neq; populo liceat, uel decernere, uel iubere quicquam? Eqdem non opinor: nec.n. æquum eſt, ut qbus in rebus decepti ſumus, illæ nobis eripiantur. Illud qdem decet, moneri nos ne poſthac in eandẽ fraudem incidamus: legemq; ferri, non q̃ muneris ius nobis adimat, ſed talẽ cuius auxilio puniamus impoſtores. Quòd ſi qs, his omiſsis, illud faltẽ accuratè perpendat, utrũ præſtet, ut penes uos ſit ius largiẽdi, & ut aliqñ decepti, ẽt indigno alicui honorẽ hunc habeatis: an uerò prorſus amiſſa authoritate ueſtra, ne illũ qdem honore uobis afficere liceat, q dignus uideatur: prius illud lõge p̃ſtare comperietis. Quãobrem? qa dum honoratis plures q̃ decuerat, multi ad benefaciendũ uobis inuitantᷣ. At ſi aduerſus neminem, etiamſi mereatur, liberalitate utemini: oẽs deterrebitis à ſtudio bene de uobis merẽdi. Præterea q indigno alicui honorẽ habent, fortaſsis ut ſimplices reprehendũtur. At q benè meritis parem gratiã non referunt, ingrati animi crimen incurrunt. Quãto igiť ſimplicem q̃ ingratum uideri præſtat, tanto etiam præſtabilius eſt hanc legem abrogari quàm perferri. Mihi porrò cogitanti, ne illud quidem conſentaneum uidetur, Athenienſes, ut dum certos quoſdam criminatur ob accepta munera, etiam eos honoribus ſpoliet, qui reipublicæ profuerunt. Nã ſi manẽtibus hiſce p̃mijs improbi & indigni qdam (id qđ

Populus munendus contra impoſturas, non cogendus in ordinem.

Præſtat indignis honorem haberi, quàm dignos negligi.

Inuerſio.

ipſe iactat (extiterunt: quid quęſo tum expectandū erit, quando hi, qui præclarè ſeſe gerunt, nullum omnino uirtutis ſuæ præmium ferent? Prętere illud etiam uobis cōſiderandum eſt, quod ex legum, quibus ēt hodie utimur, quæq; per multos annos uiguerūt, inſtituto, quas ne iſte ipſe qdem pręclaras eſſe negare auſit, ſinguli altero quoque anno munera obeūt. Quare dimidiam tpis partem immunes ſunt. Quo igit cōmodo dimidia ex parte fruūtur ēt hi, qui nihil in nos contulerunt, id benè meritis, cū ipſi antea dederimus, iterum eripiemus? Minimè uerò. Nam cū per ſe turpe fuerit, tū nobis indecorꝫ. Nā honeſtum eſſe q poteſt, Athenienſes, forenſibus in negocijs, qbus ſi qua fraus aut impoſtura interceſſerit, Reſpublica nihil detrimenti capiet, legē deuitando mendacio eſſe latā: in publico autem, ciuitatē eam, quæ priuatis ipſa id imperarit, illa ipſa lege nō uti, ſed bene de ſe meritos circūſcribere? idq; cū magno dāno ſuo. Nec.n.hoc ſolū conſiderandum eſt, an iacturā pecuniæ nullam faciatis: ſed habenda etiā ratio bonæ exiſtimationis, q̄ uobis eſt multo q̄ opes potior & antiquior. Neq; id uobis ſolū, ſed maioribus quoq; ueſtris: quod inde haud dubiè perſpicitur, q cum olim maximas opes coaceruaſſent, eaſdem uniuerſas honoris ſtudio inſumpſerūt, tantiq; fecerunt gloriā, ut nullum unquā periculum ob eā detrectarint, ſed ēt priuatim de ſuo conferre nō deſtiterint. Iā iſta lex bonā urbis exiſtimationē tollit, & in illius locū malam re ponit, neq; maioribus ueſtris neq; uobis dignā. Tribus.n.probris, q̄ grauiſsima ſunt, uos cōtaminat, ut inuidi, ut ꝓmiſſa & cōuenta nō ſeruantes, ut ingrati eſſe uideamini. Oīno aūt Athenienſes à moribus ueſtris alienum eſſe, ut talē legē ratā habeatis, id quoq; paucis demonſtrare conabor, ſi unū prius noſtræ urbis exemplū attulero. Dicunt triginta tyranni à Lacedæmonijs mutuo accepiſſe pecuniā, contra eos q in Piręeū ſeceſſerāt. Reconciliatis aūt inter ſe ciuibus, eoq; tumultu ſopito, Lacedæmonij pecuniā illā per legatos repetierunt: tū orta diſputatione, cum hi eos q in urbe manſerant, & æs alienū conflarant, idem ēt diſſoluere iuberent, illi cōiter Lacedæmonijs ſatisfaciendū cenſerent, quo id primum

Extenūatio immunitatū.

Turpe eſt eripere quæ dederis.

Fama pecunijs potior.

Tria probra.

Exemplum liberalitatis & fidei Athenienſium.

concordiæ pignus eſſet: aiunt populum non recuſaſſe, de ſuo contribuere, & ſumptuum partem in ſe reclinare, ne quid ex ijs quæ conuenerant, uiolaretur. An non igitur abſurdum fuerit, Athenienſes, uos tũ ne mentiremini, cõferre pecuniã in eorum uſum, qui uos affecerant iniuria, uoluiſſe: nunc uerò, cũ liceat abrogata lege, ſine ſumptu ius ſuum tribuere his q bene meriti ſunt, malle fallere? hoc mihi quidem eſſe uidetur indigniſsimum. Ac mores noſtræ ciuitatis, Athenienſes, cũ ex multis alijs, tũ ex his ipſis q̃ recenſui, perſpici poteſt eſſe tales, ut ea à mẽdacijs abhorreat, & humana ſit: ut non id ſolum ſpectet, qbus rationibus ęrarium locupletetur, ſed ẽt quid factu ſit honeſtum. At legislator iſte, quo'nã alijs in rebus ingenio ſit, equidem neſcio, neq; quicquam improbũ (nihil.n.illi tale conſcius ſum) de eo dico: ſed legẽ eius intuẽs, uideo mores eius à moribus ciuitatis multũ diſsidere. Quòd ſi me audietis, longè p̃ſtabilius uidebitur, ut is in abrogãda lege, ueſtrã autoritatem ualere patiatur, q̃ ut eam ueſtris ſuffragijs perferat. Etenim cũ ipſi, tũ reipublicę conducibilius erit, ut Leptines à republica exemplũ petat, q̃ ut noſtram ciuitatem ipſe ſui ſimilem eſſe uelit. Nam etiãſi optimus ſit (qualis ſanè non obſto quo minus p̃hibeatur) eius tñ mores publicis inſtitutis non erunt anteferendi. Verũ ego, Iudices, rectius uos de præſenti negocio deliberaturos arbitror, ſi cõſideraueritis, q̃ cauſa eſt, cur honores q aliquibus à libera ciuitate habent̃, pluris fiant, q̃ qui à cęteris imperijs: eã ipſam hac lege tolli. Nã ſi accipientis compendium, & utilitates ſpectent̃, cũ tyrannis & oligarchijs nemo liberalitate certauerit, cũ eis in promptu ſit mox quemcunq; uoluerint locupletare. At liberarũ ciuitatum honores, lõge plus & dignitatis & conſtantiæ habere cenſendi ſunt: qa & illud præclarũ eſt, nullo cum dedecore, aut aſſentationis ſuſpicione accipere: ſed inter eos cum qbus æquo & pari iure uiuas, ob uirtutis pręſtantiã magni fieri, & ęqualibus ultrò admirationi eſſe. id qd longe præſtantius eſt, q̃ à domino quiduis accepiſſe. Nam ut apud illos impendentiũ periculorũ metus, uincit p̃ſentis bñficijs magnitudinẽ: ſic apud nos quicqd tandẽ aliqs accepiſſet, ſecurè tenere, ſuperio

Perſtringit aduerſarium.

Lex ciuitati fidem derogat.

Quid interſit inter dona reipublicæ & tyranni.

Remuneratio reipub. præſidium.

re quidē tēpore licuit. Lex igitur iſta, q̄ huiuſmodi donationū fidem & ſecuritatē tollit, id ipſum tollit, quo à nobis cōceſſa dona cæteris antecellere uidebanť. Enimuero ſi ex uniuerſis, quocūq; tandē regantur imperio, ciuitatibus morē illum & uetus inſtitutū ſuſtuleris, ne bene uolentibus & p̄ſentis ſtatus cōſeruandi ſtudioſis gratia referatur: maximū earū p̄ſidium unà ſuſtuleris.

Refutatio: Etiam perlata Leptinæ lege, parum conſultum fore tenuioribus.

At illud fortaſſe iam Leptines apprehēdere conabitur, & ut uos ab his ueris & iuſtis cauſis aliò ſeducat, dicet, onera publicorū munerū nunc in tenues homines inclinata eſſe, quæ, ſi ſua lex rata habeať, ad opulentiſſimos reditura ſint.

Pauci immunes.

Plauſibiliter qdē hoc & ſpecioſe dicitur: ſed ſi penitius introſpiciatis, inane uidebitur ac tralaticium. Duo.n. omnino munerū genera recepta ſunt apud nos, unū inquilinorū, alterū id quod à ciuibus obiri ſolet. Quorū utriuſq; dari poteſt ea, q̄ iſte eripit, benè meritis imunitas. Nam q̄ tribûta in belli neceſſitatibus exiguntur, ſalutemq; reipublicæ continent (ex quo genere triremium apparatus & inſtructiones ſunt) eorū tributorū recto ueterū legū & iuſto inſtituto, nemini datť ulla imunitas, ne illis ipſis quidē quos Leptines excepit, ex Harmodij & Ariſtogitonis familia oriundis. Videamus igitur, quō expleat munera illa, quibuſq; p̄bitoribus: & quot nam (ſi ipſi nō auſcultauerimus) ſit imunes dimiſſurus. Ditiſſimi quiq; igitur ſemper occupati triremibus inſtruendis, nulla parādi ludos neceſſitate tenenť. Tenuiores, cū ab eis ob inopiam exigi nihil poſſit, extra hunc numerū ſunt. Quare neutri propter hanc legē, ueſtras opes augebūt.

Magis eſſe è republi. ut fides populo habeatur, quàm ut multi munera obeant.

At.n. inquilini ſuppeditare multa cogentur? Verū ſi quinq; ex illis demonſtrauerit, ego non recuſo, quo minus delirare dicar. Verū ut concedam aliter hoc ſe habere, & longè maiorem inquilinorū eſſe numerū, qui lege perlata, perpetuò munera obituri ſint: neq; triremium inſtructionem cuiquā fore p̄ſidio, quo magis immunis ſit: age cōſideremus q̄ felix & fauſtum hoc futurū ſit reipublicæ, ſi cōmune iugum hi omnes ſuſtinebunt? Ita'ne dignum id erit, quod tanto dedecore penſetur? Enimuero nihil abſurdius fieri poteſt. Idq; in hunc modum expendite. Immunes ex hoſpitibus ſint, decē ſanè, quanquā equidē (id quod modò dicebā)

quinq; eſſe non opinor. Ciuium certè non quinq; aut ſex reperientur. Quare ſi tam ciues q̃; inquilinos uno quaſi faſce cõplectaris, ſedecim erunt. Verũ uiginti numerẽtur, aut triginta etiam, ſi uultis. Quot'nam tandẽ ſunt, qui munera quotannis in urbẽ redeuntia curent, ſiue ædiles, ſiue gymnaſiarchi, ſiue conuiuatores? Sexaginta circiter, aut paulo plures uniuerſi hi. Iſto pacto igitur, ut triginta homines, in omne deinceps æuum munera nobis obeant: id uenabimur, ut nemo poſthac fidem nobis habere auſit? Sed illud obſcurum profectò nemini eſt, fore qui munera obeant, incolumi ciuitate, ſatis multos, nec; illorũ ullã fore penuriã. At q uobis benefactũ uelit, ubi pſpexerit iniuriam ĳs factã, q bene de Repub. meriti fuerũt, nemo reperietur. Sed miſſa hæc faciamus, & iam illud uideamus, ſi maximè obituri munera deeſſent, utrũ q̃ſo p̃ſtaret, ædilitia munera collationibus, quẽadmodũ inſtructiones triremium, fieri: an de republica bene meritis, illa eripi q̃ dediſſemus? Equidem alterũ illud p̃ſtabilius ego cenſuerim. Siquidẽ nunc quo tẽpore horũ quiſq; ædilitia munera curaret, illis ceſſatio tãtum q̃dam cõcederetur, pòſt ſumptus pro ſe cuiq; nihilo minores facturis. Tum uerò parua dũtaxat collatione à ſingulis de re ſua familiari facta, nemo eſt qui meritò ſe grauari quereretur, quantumuis re tenui eſſet. Enimuero Atheniẽſes, tãta eſt quorundã incogitantia, ut hæc q̃ diximus, ſurdis uelut aurib⁹ p̃tereant, & alia neſcio q̃ inculcent. Per abſurdũ (inquiunt) fuerit, magnas eſſe immunitatum malè parto beneficio, priuatorũ opes, & copias, ærario exhauſto & uacuo. Verũ utrũq; hoc nulla cũ ratione aut iure dicitur. Nam ſi quis re lauta eſt, ſine cuiuſquã iniuria & detrimẽto reipub. nõ profectò eſt illi inuidendũ. ſin peculatus arguunt, aut crimini dant, nõ recte & iure poſſidere q̃ habeat, legũ uindiciæ p̃ſtò ſunt ad ſuppliciũ exigendũ: quã iſti rationẽ ſi defugerint, nequaq̃; ferendũ eſt, ut ita petulãter & temerè nugent. Iam quod ad illud attinet de exhauſto ærario, cogitare debetis uos nihilo copioſiores fore abrogatis imunitatibus. Nec .n. iſti ſumptus cũ publicis uectigalib⁹ cõmune quicquã habent. Præterea cũ nunc reſpub. duob⁹ p̃cipuè bonis floreat, opib⁹ & fide apud oẽs; maius illud eſt, q̃d de fide no

Præſtare collationibus ædilitia munera fieri, quàm eripi immunitates.

Obiectio.

Refutatio: Diuitibus non inuidendũ, ſed peculatores puniendi.

Immunitatũ ereptione publicas opes nõ augeri, ſed dignitatem imminui.

ſtra nemo dubitat. Si quis aũt in ea eſt opinione, ut exiſti met, q̃a pecunia nobis deſit, etiã gloriã & honeſtã famã eſſe negligendã: is lõge fallitur. Nã ego quidẽ à dijs imor talibus precor, ut etiã ęrarium habeamus locuples: quod ſi fieri nequit, ut illud ſaltẽ retineam⁹, ut fidẽ cõſtantiã q́ noſtrã magni faciant, & p̃dicent uniuerſi. Age uerò qđ iſti dicunt, magnas eſſe copias eoꝝ qui imunes ſint, has ipſas demõſtremus in cõmodũ cedere reip. Nec.n. uobis ignotũ eſt, teneri omnes, & ad triremes inſtruẽdas, & ad tributa belli tẽporib⁹ cõferenda, nec ullã eius eſſe rei imunitatẽ. Quare iſte opibus abũdans, q̃ſquis tandẽ ſit, fieri omnino aliter nõ poteſt, quin multũ ad eas res conferat. Eſſe aũt neceſſe, ut reſpub. maxima harũ rerũ ſubſidia habeat, cõfitebunť omnes. Nã q̃ ex apparatione populariũ munerũ delinitio ſpectatoꝝ oritur, ad breue exiguum q́ tẽpus durat. At copiæ bellicæ perpetuò toti reipub. ſunt ſalutares. Quare quicquid hic detrimenti capitis, id illic lucro longè uberiore pẽſatur, & ꝑ honoris ſpeciem ea tribuitis, q̃ ultrò ſibi ſumere ac uſurpare poſſunt hi, quorum tantę facultates ſunt, ut triremib⁹ inſtruendis pares ſint. Vt aũt illo munere cõſtet uacare neminẽ, etſi pleroſq; ueſtrûm id antea ſatis ſcire arbitror, tamẽ ipſam legẽ recitãdam curabo. Cape legẽ trierarchicã, & eis recita. VERBA LEGIS. Triremis inſtruendæ nemo ſit imunis, nouẽ uiris dũtaxat exceptis. Videtis Athenieẽſes, q̃ perſpicuis uerbis lege ſit cautũ, ne quis inſtruendarũ triremiũ imunis ſit, nouemuiris dũtaxat exceptis? Vnde apparet, quorũ opes & copiæ minores ſint, q̃ ut armãdis nauib⁹ ſint pares, eos alioqui tributa cõferre ad bellũ: qui uerò locupletiores ſunt, ad utrũq; uobis fore uſui, & remp. cũ nauibus, tũ alijs tributis adiuturos. Quæ ſunt igitur, Leptine, legis tuæ cõmoditates, q̃bus tantũ onus à ceruicibus tenuioꝝ amoliri te dictitas, ſi unius atq; alterius tribus unũ aliquẽ p̃bitorẽ cõſtitueris, qui pro alio quopiã ſemel ędilitio munere functus, nihil amplius cũ ea re negocij habiturus eſt? Equidẽ nihil eiuſmodi uideo. At iſta ratione, uniuerſa ciuitas, ꝑfidiæ crimine ignominioſè paſſim traducetur. Hęc cũ ita ſint, & ex iſta lege plus maloꝝ q̃ cõmodi oriatur; mea q̃dem ſententia primo quoq; tẽpore per hos

Priuatorum opes reipublicæ utiles.

Immunitas trierarchijs et collationibus penſatur.

Lex pernicioſior quàm utilior abrogãda.

abrogāda eſt. Præterea, Iudices, iſta lege ita permiſta & cōfuſa ſunt omnia, ut magnas inde abſurditates ſequi neceſſe ſit. Nam cū claré ponat, neminē neq; ciuium, neque municipum, neq; peregrinorum eſſe oportere immunem: neq; interim declaret cuius rei īmunem, utrum ædilitíj an alicuius alterius muneris, ſed planè neminē eſſe īmunem, exceptis Harmodíj & Ariſtogitonis poſteris: dum neminem ait, omnes cōprehendit cæteros: dum peregrinorum adíjcit, nō diſtinguendo inter eos qui Athenis habitant, etiam Leuconē Boſpori principē, & liberos eius donata á uobis īmunitate ſpoliat. Eſt enim Leucon (quod ſatis cōſtat) genere peregrinus, ueſtro aūt beneficio in ciuitatē adſcriptus. At ſi legē iſtam amplectemur, neutrū iſtorum ei proderit ad īmunitatem obtinendā. Enimuero alíj bene meriti, ad tēpus aliqd' quiſq; uobis cōmodarunt: hunc uerò, ſi cōſideretis, apparebit nunquā in uos conferre beneficia deſtitiſſe: & eius generis beneficia, q̄ Reipublicæ maximè ſunt neceſſaria. Nec.n. hoc uobis obſcurum eſt, nos aliunde importato frumēto omnium mortalium uti plurimo. Quod ſi, quicquid frumenti ex alíjs emporíjs omnibus aduehitur, in unū conferatur, nō tamē æquabit eas copias q̄ ex Ponto aduehuntur. Neq; uerò id mirum eſt. Fit enim nō ideò ſolum, quia locus ille frumenti feraciſſimus eſt: ſed hac quoq; de cauſa, q̄ eius loci dn̄s eos q frumentū Athenas aduehunt, īmunitate donauit, ediciq; iuſſit, ut primis ipſis onerare naues concederetur. Nā qua immunitate ipſe cum liberis ſuis fruitur: eam uobis omnibus impertíjt. Iam quantum hoc ſit, conſiderate. Ille ab eis qui frumentum inde exportant, triceſimam pro uectigali partem exigit. at frumēti myriades, quæ ab illo huc perueniunt, ſunt circiter quadraginta: id quod è cōmentaríjs eorum qui rei frumentariæ pręſunt, omnibus euidens eſt. Quare de triginta myriadib9 decies mille medimnos largitur nobis: de decē uerò myriadibus, circiter tria millia medimnûm. Tantū aūt abeſt, ut hoc Reipub. noſtræ beneficium eripiat, ut nouo Theudoſiæ emporio inſtituto, quod negociatores Boſporo nulla recedere affirmāt, etiam illic īmunitatem nobis conceſſerit. Ac quæ alia beneficia uir ille, maioreſq́; eius in uos contulerint, cū multa

Legem confuſam abſurditates ſequuntur.

Leuconis Boſporitani beneficia in remp. Athenienſiū.

cõmemorare poſſem,taceo.Illud prætereundum nõ eſt, q̃ abhinc triennium,cũ ubiq; annonæ penuria laboraretur,non modò quantũ ſatis eſſet,frumenti huc miſit: ſed tantã copiam,ut quindecim talenta q̃ à Calliſthene tractabantur,ſupereſſent. Quid igitur creditis,Athenienſes, eum cuius tanta in uos munificentia extitit, ubi audierit imunitatẽ ſibi lege per uos ereptam, quã ne mutata quidẽ ſententia ꝑ aliud ſenatuſconſultũ reſtituere liceat,factur ũ eſſe? An dubiũ uobis eſt,quin eadẽ iſta lex,ſi plata fuerit,& illũ ſit ſpoliatura, & ueſtros ciues imunitate,q ab eo frumentũ aduehunt? Nec.n.quiſquã eſt tam puerili ſententia,ut exiſtimet illum æquo animo laturũ eſſe, ueſtra ſibi munera eripi: ſua uerò munera uobis nõ ereptu-rum. Quare ꝑter multa incõmoda,q̃ iſta lex in poſterum pariet,iam de pręſentibus utilitatibus aufert ac diminuit aliquid.Et uos tamẽ de ea abrogãda deliberatis adhuc, nõ iam olim deliberaſtis? ipſa decreta de Leucone cape, & recita. DECRETA. E' decretis igitur perſpicuum eſt, Iudices, Leuconẽ iurè ac meritò imunitatem à uobis eſſe conſecutum. Ac earum rerum omnium columnas eiuſdẽ ſententię,& uos & ille erexiſtis,aliam in Boſporo,aliam in Piræeo, aliam ad templum Argonautarum. Conſiderate igitur, in q̃ imenſum dedecus lex iſta uos conijciat, quę efficit,ut minus fidei in toto populo q̃ in uno uiro eſſe uideatur. Nec.n.putandũ eſt,ſtare adhuc uobis eas columnas,aut pactiones de rebus,quas tũ dediſtis,tũ accepiſtis eſſe ratas,ſi Leucon illas ſanctè ſeruarit, uoſq; alijs atq; alijs ſubinde beneficijs cumulare ſtuduerit:uos uerò erectas & ſtãtes adhuc colũnas,irritas feceritis,id quod longè grauius eſt,q̃ ſi demoliremini.Nã hę ſic ſtãtes,approbabunt eorꝫ conuicia,& teſtimoniũ illis dicent,q uobis maledicũt. Age uerò,ſi Leucon miſſis huc legatis,uobiſcũ expoſtularit, quod'nã ob crimẽ aut delictũ ſe imunitate ſpoliaueritis: quid'nã,per deos imortales,reſpõdebimus? aut quid'nã is,qui ſenatuſconſultũ pro uobis faciet,ꝑtexet? illud ſcilicet,quoſdã indignos frui imunitatibus? At ſi ad hoc ille reſpõderit: Fortaſſis etiam Atheniẽſium nonnullos eſſe parũ frugi,ſe tamẽ propterea nõ pati,ut bonis uiris id fraudi ſit:ſed ꝗa populũ Athenienſem

Leuconẽ erepta ſibi immunitate, etiam Athenienſib' immunitates erepturum.

Immunitas Leuconis publicis monimẽtis teſtata.

Leuconi expoſtulanti nihil poſſe reſponderi.

bonum putet, nemini quicq́ eripere: an non æquiora dicet q̃ uos? omnino, mea q̃dem ſententia. Apud omnes enim homines uſitatum eſt, ꝓpter benè meritos ẽt alios quoſdã, quorũ nulla uirtus aut uſus eſt afficere bñficijs, q̃ ꝓpter improbos eripere, quæ cõceſſa fuerunt his, qui citra controuerſiã digni ſunt beneficio. Prętere a, ſi q̃s fortè uoluerit Leuconẽ ad pmutationẽ facultatum adigere: q̃uo id caueri poſſit, nõ reperio. Semper. n. opes illius aliquę apud uos ſunt. Hac igitur lege, ſi q̃s eas inuaſerit: aut illis ſpoliabiť, aut obire publica munera cogeť. Neq́ uerò de ſumptibus Leucon magnopẽ laborabit, ſed id demũ moleſtè feret, ſibi cõceſſum à uobis donũ eripi. Neq́ Athenieñſes, hoc ſolũ ꝓuidendũ eſt, ut ne iniuria Leucon afficiatur, qui non tam aliqua neceſſitate, q̃ ſui honoris cauſa, ĩmunitatẽ à uobis impetrare ſtuduit: ſed id quoq́ cõſiderari debet, ne is qui ſecũdis ſuis rebus in uos bñficus extitit, nunc demũ, cum remuneratione liberalitatis ipſi opus eſt, ĩmunitate ſpolieť. Iſte igitur q̃s eſt? Epicerdes Cyrenæus, qui certe, ſi q̃ſquam alius iurè ac meritò iſto honore dignatus eſt. Non q̃ magna q̃dam aut admiranda præſtiterit, ſed q̃ tali tp̃e ueſtro, benefacere uobis ſtuduit, quo difficile erat eorũ aliquem inuenire, qui magnis beneficijs affectus, memor & gratus eſſe uellet. Nam iſte uir, ut ſenatuſconſultum, qđ tum eius cauſa factũ eſt, indicat, ciuibus eo tp̃e in Sicilia captiuis, & tãta calamitate circũuẽtis, cẽtũ minas dedit: qua re unus maximè cauit, ne fame perirẽt uniuerſi. Deĩde, data illi ꝓpea ĩmunitate à uobis, uidẽs * in bello paulo ante triginta tyrãnos geſto, pp̃lo deeſſe pecuniã, ultrò talẽtũ obtulit. Cõſiderate igiť obſecro Athenieñſes, quod nã euidẽtius bene uolẽtię erga uos ſpecimẽ q̃ſq́ p̃bere poſſit, quẽ ue minus affici deceat iniuria, q̃ eũ, q̃ primũ cũ cladi urbis ĩterfuiſſet, calamitoſos, & eorũ, q̃cũq́ tandẽ futura eẽt, grãm, illis qui eo tp̃e uicerãt, & apud quos erat, prętulerit. Deinde, qui alia neceſſitate aĩaduerſa, pecuniã largitus eſt, nõ de ſuis priuatis opibus cõſeruandis ſolicitus: ſed de eo ut quantũ in ſe eſſet, uos nulla penuria laboraretis. Eũ igiť qui reipſa miſerrimis tp̃ibus opes ſuas Athenieñſi populo ita cõmunes eẽ uoluit, & uerbo tenus, ac honoris tãtum

Leuconi periculum eſſe de permutatione opum.

Epicerdis Cyrenenſis in re pub. beneficia

Lectio uaria eſt, et fortaſſe nulla ſyncera.

cauſa immunitatem a uobis habet: non immunitate ſpoliabitis, qua cum ne uſum qdem eſſe conſtat: ſed id efficietis, ut nemo uobis fidere auſit. quo qd queat eſſe turpius? Sed ipſum ſenatuſconſultum, quod tum huius uiri cauſa factum eſt, uobis recitabitur: ut uideatis, Athenienſes, quot ſenatuſconſulta lex iſta irrita faciat, & quot homines fraudet, eoſq́, qui cum maximè neceſſarium fuit, uobis benefecerunt. Inuenietis enim eos lædi, quos minimè oportebat. Recita. SENATVSCONSVLTA. Beneficia quibus. Epicerdes immunitatē meruit, è ſenatuſconſultis, Iudices, audiuiſtis. Ne uerò id ſpectate, qd' primum centum minas, deinde talentum dedit (nam ne eos qdem, qui acceperūt, pecuniæ numerum admiratos eſſe arbitror) ſed hoc intuemini, quod alacri animo, qd' non rogatus ultrò, quod illis tpibus dedit. Etenim referenda gratia eſt, cùm bene meritis omnibus, tū uerò ijs qui tempeſtiuè beneficia dederunt. Quorū unum hunc uirū eſſe oſtenſum eſt. Nónne igitur nos pudeat, Athenieſes, talis uiri liberos, quibus nihil obijcere poſſumus, nulla harū rerum habita ratione, immunitate ſpoliare? nec enim propterea id minus turpe futurū eſt, quod alij fuerunt, q tum ab eo ſeruati ſunt, atq; immunitatem ei dederunt: alij uos eſtis, qui nunc eam eripitis: ſed hoc ipſum eſt, q indignationem moueat. Nam ſi illi, qui ſciuerunt, & acceperunt beneficia, tali remuneratione digna ea cenſuerunt: nos uerò qui duntaxat audiuimus, ea dona tanq̃ idignis eripiemus: an non id erit indigniſſimum? Eadem etiam de illis dico, qui quadringentorū tyrannidem deſtruxerūt: & de illis, qui cum receſſiſſet populus, bonam operam nauarunt. Omnibus enim illis inſignem iniuriam fieri crediderim, ſi quicquam eis tum conceſſum, nunc eriperetur. Si quis autem ueſtrûm perſuaſum habet, longè abeſſe, ut ciuitati noſtrę talis aliqua neceſſitas ingruat: is uota qdem dijs faciat, idq́ ego unà faciam. Primum uero cōſideret, de lege ferenda eſſe ſuffragia: qua comprobata, utēdum erit. Deinde malas leges etiam florētibus rebus pub. nocere. Nullæ enim rerum uiciſſitudines eſſent, niſi conſtitutos in periculis, bonæ tum actiones, tum leges, tum boni uiri, & accurata ratio rerum omnium erigerent, & pro-

Amplificatio beneficij à circunſtantijs.

Eripere poſteros à maioribus data non decet.

Cogitandum, uſu uenire poſſe, ut beneficijs aliorum indigeamus.

Leges noxiæ. Iiſdē rōnib. et parāda et retinēda felicitas.

uerent: ijs uerò qui feliciſſimi uidentur, omnia hæc neglecta, paulatim effluerent. Nam pleriq; mortalium, rectis conſilijs, & uigilantia minimis etiam in rebus, opes parant, ſed eas ijſdem rationibus tueri nolũt. Quod ne nũc uobis uſu ueniat, cauendum eſt: neq; exiſtimandum, talem legem ferendam eſſe, quæ noſtram urbem & rebus ſecundis infamia repleat, & mutata fortuna efficiat, ne quiſquam ſit qui nobis benefactum uelit. Neq; uerò id ſolum cauendum eſt, ne iniuria lędantur, qui priuatim uobis benefacere uoluerunt, & ſe talibus & tantis tpibus utiles prębuerunt, qualia paulo antè Phormio recenſuit, & ego modò dixi: ſed multi etiã alij, qui totas ciuitates, patrias ſuas, in bello Lacedæmonio, ſocietate nobiſcum coniunxerunt, tum dicendo quæ reipub. ueſtræ prodeſſent, tum agendo. quorũ aliqui ob beneuolentiam erga uos, patria carent. Ac inter illos Corinthiorũ exules primi occurrunt. Cogor autem ea dicere apud uos, quę ipſe è natu maioribus inter uos audiui: ac cętera in quibus nobis utiliter inſeruierunt, omittam. Sed cum magnũ illud cum Lacedæmonijs pręlium ad Corinthum cõmitteretur, deliberantibus his qui in urbe erant, poſt pugnam de militibus intra mœnia non recipiẽdis, ſed caduceatoribus ad Lacedęmonios mittendis: uidentes hi noſtram urbem aduerſa fortuna uſam, & Lacedæmonios iter interclusiſſe, noſtros non prodiderunt, neq; ſeorſim de ſua ſalute conſuluere: ſed quanq; uniuerſi Peloponnenſes armati in ꝓpinquo erant, portas nobis, inuita & repugnante multitudine, aperuerunt: ac Præoptarunt potius cum ueſtris, qui eo tpe militarunt, qcquid tandem accideret, perpeti, q̃ ſine uobis incolumes euadere: & exercitu in urbem introducto, tum uos, tum ſocios conſeruarunt. Deinde pace cum Lacedęmoniis facta, duce Antalcida, ob hæc facta in exilium acti ſunt à Lacedæmonijs. Vos uerò ſuſceptis illis, bonorũ uirorũ functi eſtis officio. Decreuiſtis enim eis omnia quibus indigebant. Nunc uerò an ea rata eſſe debeant, deliberamus? Sed iſthęc ipſa deliberatio turpis uobis futura eſt, ubicunq; auditum fuerit, Athenienſes conſultare, utrum relinquẽda ſint ea quę bene meritis data fuerint. Iam olim enim hæc meditata

Corinthiorum exulũ ſtudiũ in Athenieſes

Turpe in cala mitatibus eẽ liberalem, rebus ſecũdis ingratum.

& decreta eſſe oportebat. Sed hoc quoq; ſenatuſconſultum recita. SENATVSCONSVLTVM. Quæ Corinthijs, ꝓpter uos in exilium actis decreuiſtis, Iudices, hæc ſunt. At ſi qs illa tpa intuens, ſiue ipſe interfuiſſet, ſiue aliquem rei ignarum, cõmemorantem audiuiſſet: nunc legẽ hanc, illis tpibus data dona eripientem audiret: quantæ malitiæ legis iſtius approbatores cõdemnaret? Qui urgente neceſſitate, tam humani eſſemus, ac nihil non ageremus, poſt uerò uotoꝝ omnium facti compotes, ita ingrati & malitioſi deprehenderemur, ut non contenti ſpoliaſſe eos qui dona accepiſſent, etiam legẽ tuliſſemus, ne cui honorẽ habere liceret? Haud iniuria nimiꝝ. Nam indigni qdam donis fruebantur. hoc.n. in oratione ſua paſſim inculcabunt. Age uerò num nos illud ignorare dicemus, de dignitate, tum cum damus, eſſe iudicandũ, non longo poſt tpis interuallo. Nam initiò aliquid nõ tribuere, prudentum hominũ eſt: at habentes ſpoliare, inuidentium. Quam opinionem à nobis amotam eſſe decet. Prę terea de iudicio dignitatis, ne illud qdem apud uos dicere uerebor, aliam eius eſſe conſiderationẽ apud ciuitatẽ, aliam apud hoĩem priuatum. Priuatim.n. qſq; conſideramus, quis affinis, aut ad alias neceſſitudines ſit deligendus. quæ res & legibus & opinionibus definitæ ſunt. Publicè uerò, ciuitas et ppl̃s id ſpectat, à quò nam beneficijs afficiatur, & conſeruetur. De eo, non genere, aut opinione, ſed ex ipſo facto iudicari ſolet. Cum igitur beneficijs indigebimus, neminem impediemus, quo minus nobis benefaciat: acceptis iam beneficijs, tum demũ de dignitate eius qui ea dedit, diſputabimus? Nónne præclaꝝ cõſilium hoc erit? An uerò hi ſoli id patientur, & de his ſolis uerba facio? Minimè uerò, imò ne conari qdẽ auſim eos omnes ingrere, qui cum benefici in uos fuerint, lege hac, ſi plata fuerit, ſuis præmijs ſpoliabuntur. Proferã tñ unũ dũtaxat adhuc, aut alteꝝ ſenatoſconſultũ, pòſt de hiſce uerba facere deſinã. Primũ igit̃ Thaſios, qui Ecphãtum ſecuti ſunt, an non afficietis iniuria, imunitate erepta? qui Thaſo uobis tradita, & p̃ſidio Lacedæmonioꝝ, armis eiecto, ac introducto Thraſybulo, & patrię ſuę amicitia uobis cõciliata, in cauſa fuerũt, ut ſe & finitimi Thraces

ἀτέλεια. *De dignitate accipientis, antequam detur præmium, non pòſt iudicãdũ.*

Duplex dignitatis cõſideratio.

Thaſiorũm beneficia.

nobiſcum cōiungerent. Deinde Archebiū & Heraclidē, qui cū Byzantiū Thraſybulo tradidiſſent, uos Helleſpō ti dños effecerunt, ita ut decimas uenderetis, & magna pecunia coacta, Lacedæmonios cogeretis, ut talem pacem facere, qualis uobis expediebat. Quibus deinde eiectis, decreuiſtis ea quę decerni par eſt uiris bene meritis, qui ꝓpter uos exulabant, hoſpitiū, bñficium, rerꝫ oīum immunitatē. Eos igitur qui ꝓpter uos patria carent et iure aliquid à uobis impetrarunt, ſpoliari ſinemus, cū nihil ſit in quo eos accuſemus? Turpe id qdem fuerit. Idq́ ſic rectiſſimè perſpicietis, ſi apud animos ueſtros conſiderabitis, ſi eorum aliqui, qui iam Pydnam, aut Potydæam, aut aliam aliquam urbem, quæ nunc Philippo paret, uobis inimica eſt, eodem modo quo tum Thaſus & Bizātium, cōiuncta cum Lacedęmonijs à uobis aliena erant, ſe tradituros pollicerētur, ſi eadē dona ipſis daretis, quę Ecphāto Thaſio, & Archebio Byzātio dediſtis: & iſtorum aliq illis aduerſarentur, hæc dictantes, nō eſſe ferendum, ſi qui ſoli ex alijs inquilinis munera ædilitia nō obirent: qūo quæſo erga illos qui ea dicerent, affecti eſſetis? nō dubium eſt, uos eos tanꝗ calūniatores exibilaturos. Turpe igitur fuerit, ſi, cum accipienda beneficia eēnt, pro calumniatoribus haberetis eos qui talia dicerēt: ac ijſdē, cum diſputant, olim bene meritos nunc eſſe ſpoliandos, aures præberetis. Age uerò illud etiam cōſideremus, qui Pydnam cæteraſq́ urbes Philippo prodiderunt, quibus tandē rebus impulſi, nos affecerūt iniuria? An ulli dubiū eſt, expectatione magnorꝫ à Philippo munerum id eſſe factū? Vtrum igitur Leptine te magis decuit, hoſtibus, ſi potes, ſuadere, ne honorem habeant proditoribus, qui eo ipſo, quò nos læſerunt, benefici in hoſtes noſtros extiterunt: an legem hanc nobis ferre, quæ data bene meritis de nobis præmia eripiat, aut imminuat? Ego quidem illud potius eſſe cenſeo. Verùm ne longius ab inſtituto digrediar, cape ſenatuſconſulta, quæ Thaſijs & Bizantijs ſcripta ſunt. Recita. SENATVSCONSVLTA.

Senatuſconſulta quidem, Iudices, audiuiſtis. Forcaſſis autem ex iſtis nonnulli obierunt. At res geſtæ adhuc extant, poſtquam ſemel geſtæ ſunt. Colūnas igitur

Archebius. Heraclides.

καθ' ὑπο'θεσιν fictio. Turpe, nō eodem eſſe anio poſt, quo ante acceptū beneficium.

Monimenta gratitudinis relinquēda.

ſtas in perpetuum ratas eſſe ſinitote, ut ne dum ulli ſuperſtites fuerint, iniuria per uos afficiantur: & ut poſtquam obierint, moris ciuitatis noſtræ monimentum ſint, & tanquam exempla propoſita, bene de nobis mereri cupiẽtibus, noſtram urbem nolle ſe uinci beneficijs. Atque illud etiam, Athenienſes, uos ne lateat, turpiſſimum eſſe, cum omnes homines tum uideant, tum audiant calamitates, in quas iſti uiri inciderunt, omni tẽpe ratas illis manſiſſe: præmia, quę pro illis acceperunt, à uobis irrita eſſe facta. Multo enim conuenientius erat, manentibus donationibus, infortunia minuere: quàm eripere prçmia, calamitates relinquere. Nam quis eſt, Deum immortalem, qui uobis benefacere uelit, ſi conatus non ſucceſſerint, mox hoſtibus pœnas daturus: ſin ſucceſſerint, dubiam à uobis gratiã inituruś? Moleſtiſſimum uerò, Iudices, mihi fuerit, ſi hoc nomine duntaxat legem iurè accuſarem, quòd multis bene meritis immunitatem eripiat: ciuium uerò neminem proferre poſſem, cui meritò is honos contigiſſet. Nam cùm aliarum opum maximam apud uos eſſe copiã optarim, tum præſtantiſſimos uiros, ac plurimos de republica benemeritos, ciues eſſe. Primùm igitur Cononem intuemini, utrũ æquum ſit, uel illum uirum, uel res ab eo geſtas reprehẽdi, ac donationes illi factas abrogari? Ille uir enim, ut è ueſtrûm quibuſdam, qui æquales illi fuerũt, audire licet, poſt populi è Piræeo reditum, urbe noſtra infirma, & nullam omnino nauem poſſidente, cum regi Perſarum exercitum duceret, ac à uobis nulla re prorſus adiuuaretũ, nauali prçlio Lacedçmonios ſuperauit: & qui prius aliis imperare aſſueuerant, eos uobis parére docuit, & Laconũ magiſtratus ex inſulis expulit: ac deinde huc profectus, mœnia reſtituit: & primus effecit, ut noſtra urbs rurſus de principatu cum Lacedæmonijs diſputaret. In ſola.n. ipſius ex oibus columna ſcriptum eſt, his uerbis: POST QVAM CONON SOCIOS ATHENIENSIVM LIBERAVIT. Eſt autem illa inſcriptio, Iudices, illi quidem apud uos honorifica, uobis uerò apud Græcos uniuerſos. Nam quiſquis noſtrûm in alios beneficia confert, eius facti gloria nomen ciuitatis fruitur. Quapropter illi tum non tantum immunitas decreta eſt, ſed primus fuit,

Beneficia potius quàm calamitates rata eſſe debẽt.

Sũmæ ciuitatis opes, abundare præſtantibus uiris.

Cononis merita.

uim,quemadmodũ Harmodio & Ariſtogitoni, ærea ſtatua decerneretur. Putabāt.n.eum qui Lacedæmoniorũ imperium euertiſſet, non paruã tyrãnidem deſtruxiſſe. Vt igitur maius apud uos pondus ſit orationis meę, ipſa ſenatuſconſulta, q̃ tum Cononi facta ſunt, uobis legent. Recita. SENATVSCONSVLTA. Neq; uerò à uobis ſolũ Conon, Athenienſes, tũ honoratus eſt, illis rebus geſtis, quas recenſui: ſed à multis etiã alĳs, q iurè putabant, gratiã illi pro acceptis beneficĳs eſſe referẽdam. Quare turpe eſt, Athenienſes, honores ab alĳs ei habitos ratos eſſe, ueſtrũ uerò ſolũ ei eripi. Nec illud honeſtũ, uiuentem eũ tanti feciſſe, ut ita, quemadmodũ auditum eſt, ornaretis: poſtquã uerò mortuus eſt, oblitos eorũ omnium, aliqd ex illis quæ tũ ei data ſunt, eripere. Multa.n.ab eo laude digna geſta ſunt, pp quæ omnia non conuenit datas illi donationes tollere. Oium uerò pulcherrimũ eſt, inſtauratio mœniũ: id quod inde cernitur, ſi qs conferat, quo Themiſtocles, uir omniũ ſuæ ętatis celeberrimus, illud ipſum perfecerit. Eum igitur ferũt edixiſſe ciuibus, ut mœnia ſtruerent, &, ſi qs Lacedęmone ueniſſet, ut detineretur: ipſum ad Lacedæmonios legatũ abĳſſe. Cum uerò illic uerba fierent, & qdam nunciarent, Athenienſes mœnia ſtruere, negaſſe: ut legatos rei explorandæ cauſa mitterent, iuſsiſſe. Illis uerò nõ reuertentibus, monuiſſe ut alios mitterẽt. Sed oẽs fortaſsis audiuiſtis, quo Lacedæmonios decepiſſe dicat̃. Ego igit̃ aio Athenienſes (q̃ſo autẽ ne qs ex inuidia hoc dici putet, ſed id ſpectet, an uerum ſit) quanto aliqd apertè q̃ clã, & uictoria quã fraude perficere, præclarius eſt: tanto pulchrius, Cononẽ cõdidiſſe mœnia, q̃ Themiſtoclem. Hic.n.ignorantibus, ille uictis illis q prohibituri erant, iſtuc ipſum effecit. Non igit̃ decet, talẽ uirũ iniuria à uobis affici, aut minus apud uos ualere q̃ oratores qui nobis perſuadere uolunt, aliquid auferendũ eſſe, quod illi cõceſſum ſit. An uerò permittemus, ut Chabriæ filio immunitas eripiat̃, quã ei pater iure à uobis acceptam, reliquit? Sed neminem ſanæ mentis hominẽ fore exiſtimo, qd id rectum eſſe cenſeat. Scitis fortaſsis, ẽt ſine mea oratione, præſtantem uirum fuiſſe Chabriã: nihil tamen ꝓhibet, me quoq; res eius ge-

Exteri honorẽ Cononi habuerunt.

Viuentem ornare, mortuũ negligere.

Mœnium inſtaurationis à Themiſtocle & Conone factæ cõparatio.

Themiſtocles dolo uſus.

Conon palàm rem perfecit.

Chabriæ encomium et res feliciſsimè geſtæ.

ſtas breuiter attingere. Quem igitur admodum, cũ uos
eius ductu militaretis, ad Thebas cum uniuerſis Pelo-
ponnenſibus dimicarit, quo pacto Gorgopã in Ægina
occiderit, quot in Cypro tropęa erexerit, & deinceps in
Ægypto, & uniuerſa terra propé dixerim, peragrata, nuſ
quam neq; nomini ciuitatis noſtrę, neq; ſibi ipſi dedeco
ri fuerit: neq; oĩno facile eſt pro dignitate dicere, & ma-
gnum dedecus fuerit, me hæc cõmemorante, minora ui
deri ea opinione, quã apud animos quiſq; ueſtros de eo
concepiſtis. Quæ uerò me dicendo nequaquã extenua-
turũ puto, ea uobis in memoriã redigere conabor. Præ-
lio igĩt nauali uicit Lacedæmonios, & unde q̃nquagin-
ta triremes captiuas abduxit. Cepit aũt inſularũ harum
pleraſq;: & eas nobis amicas reddidit, cũ prius infeſtę eſ
ſent. Termille captiua corpora huc miſit, & amplius de-
cẽ & centũ talenta è p̃da redegit. Quarũ rerũ oĩum, ue-
ſtrum q̃dam natu maximi teſtimoniũ mihi p̃hibebunt.
Præter hęc, alias triremes ultra uiginti cepit, ſingulis uel
binis potitus, quas uniuerſas in ueſtros portus p̃duxit.
Vnus deniq; oĩum imperatorũ, non urbẽ, nõ caſtellũ, nõ
nauẽ, non militẽ unum amiſit, dũ uobis imparet. Nec ul-
lus ueſtrorũ hoſtiũ ullum tropęũ de uobis & illo erexit:
uos multa de multis, illo duce. Ne aũt dicẽdo prætereã
ullum eius p̃clarum facinus, de ſcripto uobis recitabunt
& naues quas cepit, & quo loco ſingulas, & urbiũ nu-
merus, & pecuniæ multitudo, & tropęorũ, quo quodq;
loco ſit erectũ. Recita. RES GESTAE CHABRIAE.
Nũ dignus uobis uidet̃, Athenienſes, iſte q̃ tot urbes ce
pit, tot hoſtiũ triremes nauali p̃lio uicit, Reipublicæ tan
tam gloriã et fœlicitatẽ p̃pit, nunquã ullã maculã aſper
ſit, ut immunitate ſpoliet̃, quã à uobis cõſecutus eſt, &
filio reliq̃t? Ego q̃dem nõ opinor. Etenim abſurdũ eſſet,
una urbe, & decẽ nauibus duntaxat amiſsis, eũ ab iſtis
proditionis accuſandũ: & conuictum, in perpetuũ fuiſſe
periturũ. Quum uerò urbes ſedecim, naues ſeptuaginta
cęperit, & ter mille captiuos, & decẽ & centũ talenta re
degerit, ac tot tropæa erexerit: nunc tñ de his, q̃ ob iſta
facinora acceperit, illi faceſsi negotiũ? Equidẽ, Athenieẽſes,
tũ uiuus pro ueſtris cõmodis oĩa fecit Chabrias, tũ non

aliam ob rem mortem oppetijt. Quare nõ tm̃ ob res ab eo uiuente geſtas, filio eius fauere debetis, ſed etiã propter obitum. Iam illud quoq; Athenienſes, prouidendũ eſt, ne gratitudine à Chijs ſuperemur. Nã ſi illi, quos armis hoſtiliter inuaſit, nihil illi nunc, quod olim dederãt, ademerũt, ſed plus ualere paſsi ſunt uetera beneficia, q̃ recentes offenſas: uos uerò, pro quibus apud illos occubuit, tm̃ abeſt ut propterea maiores honores illi decernatis, ut ẽt ob uetera beneficia factas illi donationes eripiatis: an non iure optimo uituperabimini? Quin ea quoque de cauſa inique ageẽ cum Chabriæ filio, ſi dono ſpoliabitur, quod cum ſæpe duxerit exercitũ Chabrias, pp eum neminis ueſtrũ filius pupillus factus eſt: ipſe uerò in prima ætate patre orbatus eſt, propter eius inſigne ſtudium erga uos. Nam q̃ charam rempublicã habuerit, uerißime conſtantißimeq; ex eo poſſe intelligi puto, q cum & haberetur, et eſſet dux omniũ cautiſsimus, neq; quicquã temerè aggrederet: ea ſolertia, cum nobis imperaret, pro uobis uſus eſt. pro ſe ipſo autẽ, cũ ſuum cornu periclitareẽ, neglexit: ac occũbere maluit, q̃ honores ſibi à uobis decretos dedecorare. Et pro qbus ille uel oppetendũ, uel uincẽdũ eſſe cenſuit, ea nos eius filio eripiemus? Ecquid dicemus Athenienſes, cũ tropæa, uniuerſis hominibus in cõſpectu erunt, q̃ ille, dũ ueſter impator eſſet, erexit: & præmiorũ quæ ppea illi data ſunt, aliqd auferetur? An non illud conſiderabitis & ppendetis, Athenienſes, non nũc de lege iudiciũ fieri, utrum ea ualere, an abrogari debeat: ſed de uobis, utrũ in poſterũ uobis benefieri debeat, nec ne? Age, cape & ſenatuſconſultũ qđ Chabriæ factũ eſt: uide ac circumſpice. nã id hic alicubi eſſe oportet. Ego uerò ẽt hoc amplius pro Chabria dicam. Vos, Athenieẽſes, cũ quodã tpe Iphicratẽ honorare tis, non eũ ſolũ honoraſtis, ſed ẽt pp illũ, Strabacẽ & Polyſtratum. Ac iterũ cũ donum daretis Timotheo, pp illum etiam Clearchum, & quoſdam alios ciuitate donaſtis. Chabrias uerò ipſe apud uos honoratus eſt ſolus. Si tum igiẽ cum donum conſecutus eſt, petijſſet à uobis, ut quemadmodũ pp Iphicratem & Timotheum, quibuſdã benefeciſtis, ſic & ſua cauſa benefaceretis aliqbus, q

Chij quod dederunt Chabriæ, ratum habent.

Chabrias pro republica mortem oppetijt.

Translatio.

Olim in gratiam præſtantium uirorum etiã peregrini honorati.

immunitatem conſecuti,nunc ab iſtis ita exagitantur,ut propter eos immunitatẽ iubeant oĩbus eripi:an non ſimiliter illi in eo gratificati eſſetis?Ego qdem id arbitror. Quibus igĩ propter ipſum, donũ hoc dediſſetis, ꝓpter eos nunc illũ ipſum immunitate ſpoliabitis? Abſurdum id eſt. Nec.n.de uobis ſic exiſtimari cõuenit,ut dũ recentia & in conſpectu adhuc ſunt beneficia, promptiſsimè non tm̃ ipſos beneficioꝝ autores, ſed & eorum amicos honoretis:paulo pòſt uerò ẽt ea quę ipſis dediſtis,eripiatis. SENATVSCONSVLTA DE CHABRIAE HONORIBVS. Quos igĩ,niſi legẽ iſtam abrogabitis,afficietis iniuria,ꝑter alia multa quæ audiuiſtis,hi ſunt,Iudices. Conſiderate aũt apud uoſmetipſos, ſi q ex hiſce defunctis,aliquo pacto qd in præſentia ageretur,cognoſcerent,ꝗ iuſta indignatione mouerenẽ? Nã quæ unuſquiſque re ipſa in uos beneficia contulit, de illis è ſermone ſi ſit iudiciũ,& res ab illis præclarè geſtæ,ſi apud uos malè narrenẽ, fruſtra ab illis ſuſceptæ, magniſq́; laboribus confectæ ſunt:an nõ iniqſsimè cum illis agitur? Vt aũt uideatis,Atheniẽſes, nos reuera nihil iniq oratione noſtra complecti,neq; quicquã dicere ut fucũ uobis faciamus: recitabĩ uobis ea lex,quã illius loco,quam repudiandã dicimus,ſubſtituendam cenſemus. Ex hac.n.cognoſcetis,curę nobis eſſe,tũ ne quid uos admittere turpe uideamini:tũ,ut ſi qs immunem aliquem inſimulat, adductũ in iudiciũ apud uos, ſi æquum ſit mulctet:tũ ut poteſtas concedendi immunitatem,ueſtra ſit, qđ æquum eſſe nemo negabit: tũ ut bene meriti ſuis ꝑmijs ſecure fruãtur. Nec hoꝝ quicquã noſtrum eſt,nuper à nobis excogitatũ:ſed antiqua lex,quam iſte uiolat,ſic leges ferre iubet. Primũ,ſi qua recepta lex mala uideaẽ, eã ut accuſet:deinde,illa abrogata,ut ipſe aliã ſubſtituat,uos uerò potiorem ꝑferatis. Nec.n.Solon,à quo hæc ferendarũ legum ratio ꝓpoſita eſt,cenſuit ſexuiros,q legũ gr̃a ſorte creantur,inire magiſtratũ oportere, non prius ꝗ bis probati eſſent,cũ in ſenatu, tũ apud uos in iudicio:leges uerò ipſas,ad quarũ ꝑſcriptum,& eis magiſtratũ gerere,et alijs in republica uerſari conuenit,impręmeditatò & temerè ac fortuitò latas,priuſꝗ examinenẽ,ratas eſſe oportere.

Manibus iniuriam fieri.

Subſtitutio legis alterius pro abroganda lege.

Commẽdatio ſuæ legis.

Lex Solonis.

Leges non temerè ferẽdæ.

Temeritas cumulandarum legum.

Nam illis tẽporibus, hæc ratio erat, ut latis antè legibus uterentur: nouas uerò nullas ferrẽt. Poſtquã uerò qdam è magiſtratibus,* q magnas opes habebant (ut ego q- dem audio) pfecerunt, ut ipſis leges ferre liceret, quãdocunq; & quocunq; modo libitũ eſſet: tot inter ſe cõtrariæ leges extiterunt, ut uos deligatis aliquos, q iã diu nihil aliud agant, niſi ut contrarias ſeligant, & rei huius nihilo tñ magis exitus aliqs reperitur, neq; quicquã prorſus à ſenatuſcõſultis leges differũt: adeò ut leges, ad quarum pſcriptũ ſenatuſconſulta ſcribi debẽt, ipſis ſenatuſconſultis ſint recẽtiores. Vt igit̃ non tm̃ uerba afferã, ſed legẽ ipſam, de qua loquor, oſtendã, cape legẽ, qua quondam legũlatores conſtituebant̃. Recita. LEX. Intelligitis Athenienſes, quo pacto & q̃ pclarè leges ferre Solon iubeat: primũ apud uos, q iurati eſtis, apud quos ẽt alia confirmant̃. Deinde cõtrarijs legibus abrogatis, ut ſingulis de rebus leges ſingulę ſint, neq; hoĩes imperitos id ipſum turbet, & efficiat ut deteriore cõditione ſint, q̃ q uniuerſas cognitas & pceptas habent, ſed ut iura ſimplicia & pſpicua legere & intelligere liceat oĩbus. Quin etiã ante hæc, iuſsit ante ſtatuas heroũ, à qbus cognominatæ tribus ſunt, pponere, & ſcribæ tradere, q eã in concionibus legeret, ut unuſquiſq; ueſtrũ ſæpe audita, & p ociũ conſiderata, ea q̃ iuſta eſſent & utilia, ſuis ſuffragijs cõprobaret. Quãuis igit̃ tot iura in promptu ſint, Leptines tñ nihil hoꝝ fecit (nec. n. uobis unquam pſuaſum eſſet, ut arbitror, ut legẽ hanc probaretis) nos uerò oĩa, & ſubſtituimus legẽ multo præſtantiorem, & æquiorẽ: id qd audita re cognoſcetis. Cape & recita primũ quæ in iſtius lege accuſauimus, deinde q̃ illoꝝ loco poni debere aſſerimus. Recita. LEX. Hęc ſunt q̃ in iſta lege damnemus, tanquã non conuenientia. Recita ẽt ea q̃ ſequuntur, quæ iſtis potiora dicimus. Animaduertite, Iudices, dũ hæc leguntur, diligenter. Recita. LEX. Deſine. Hoc igitur eſt in receptis legibus, ò Athenienſes, pulchrũ, & perſpicuum: ut dona quæ populus conceſsit, rata ſint: iuſtum hoc eſt omnino, medius fidius. Decuiſſet igitur, Leptinem non prius ſuã ferre legem, q̃ ueterem hanc accuſatam abrogaſſet. Nunc uerò eam, ceu teſtimonium, cõ-

νομοθέται

Leptinem legi Solonis fraudem feciſſe.

tra ſemetipſum relinquẽs, leges à ſe uiolarit nihilominus iſtam legem tulit, idq́ꝫ cũ alia lex iubeat, ob hoc ipſum, accuſationi obnoxiam eſſe, ſi ueteribus legibus aduerſetur. Cape ipſam legẽ. LEX. Quare contrariũ eſt Athe-

Commẽdatio Demoſthenicæ legis.

nienſes, rata eſſe dona, quæ populus dederit: & neminẽ eorũ immunem eſſe, qbus populus id dederit, euidenter utiqꝫ. nequaquam uerò in hac lege quę iam ſubſtituitur, idem uſu uenit: ſed tum ea quæ uos dediſtis, rata ſunt, tũ iuſta in eos actio relinquit, q uel fraude aliquid impetrarunt, uel deinceps iniuſtè agunt, uel in uniuerſum indigni ſunt: qua actione cuicunqꝫ uobis uiſum erit, donũ eripietis. Recita legem. LEX. Auditis Athenienſes, & intelligitis, cautũ hic eſſe, ut & digni, q̃ data ſunt, teneant: & q tales iudicati nõ fuerint, ſi qd iniuſtè acceperũt, eo priuẽtur: & deinceps in ueſtra manu ſit, ſicut ęquũ eſt, q̃libet uel dare, uel nõ dare. Legẽ hanc igit̃ non p̃clarã & æquã eſſe, nec dicturũ arbitror Leptinẽ: nec ſi dixerit, poſſe demonſtrare. Quę uerò apud ſexuiros dixit, ea fortaſsis hic

Obiectio.

repetens, uos circũducere conabit̃. Aiebat. n. impoſturę gratia legẽ hanc eſſe ſubſtitutã: ſi uerò ea quã ipſe tulerit, abrogetur, non perlatũ iri. Ego uerò iſta lege ueſtris

Refutatio. Demoſthenicam legem p latum iri.

ſuffragijs abrogata, ſubſtitutã illius loco ratam eſſe, antiqua lege pſpicuè iuberi, ſcd̃m quam Sexuiri nobis hãc ſubſtituerunt, omittã, ne qs mihi cõtrouerſiam ea de re faciat. Sed illuc uenio: cũ hæc dicit, nimirũ confitet̃, meliorem & æquiorẽ eſſe hanc legem ea, quã ipſe tulerit: de eo uerò uerba facit, qũo ſit perferenda. Primũ igit̃, multæ illi uiæ ꝓpoſitæ ſunt, quibus ſubſtituentẽ, ſi nolit, cogat ad ferendã alteram legem. Deinde ſpondemus ego

Lex de impoſtura.

& Phormio, nos alterã, ſi uoluerit, legẽ laturos eſſe. Cõſtat aũt legem eſſe apud uos, ſi qs aliquid pollicitus, uel populũ, uel ſenatũ, uel iudicium deceperit, ut capite mulctetur. Spondemus, pollicemur, Sexuiri ſcribunto hæc; His conditionibus res pagatur. Sic neqꝫ uos quicquam uobis indignum facietis, neqꝫ, ſi quis dono, quod conſecutus, indignus eſt, id tenebit: ſed ſeorſim lege hac in iudiciũ adducet̃. Si uerò uerba hæc & nugas eſſe dicet, illæ certè nugæ non ſunt „ ipſe legẽ ferat: neqꝫ hoc dicat, nos eã laturos nõ eſſe. Pręclarius ꝓfectò eſt, ut eã legem

quam uos approbaueritis, ferat, ꝙ ut ea ualeat, ꝙ ipſe ſua autoritate cōmentus eſt. Mihi uerò uidetur Athenienſes (ſed q̃ſo te ne mihi iraſcaris, nam mali de te nihil dicam) Leptines leges Solonis, aut non legiſſe, aut non intellexiſſe. Nam cū legem Solon tulerit, licere illi cui legitimi liberi non ſint, quem libitum ſit, hæredem inſtituere: non ut genere proximos, iure propinquitatis fraudaret, ſed ut utilitate in medium propoſita efficeret, ut homines inter ſe certarent beneficijs: tu contrà nō dubites autor eſſe, ne quicquam populo de ſuis opibus, liceat alijs impertiri: qūo quiſquam dixerit, te Solonis leges uel legiſſe, uel intellexiſſe: cū efficias, ne quis populo ſtudeat, dum p̄dicis & oſtendis, bene merentibus nullam omnino ſperandā eſſe remunerationē? Quin illa etiam Solonis lex eſt è laudatarum numero: Mortuo nemini maledicendū, etiamſi quis à liberis eius inceſſatur maledictis. tu uerò nō maledicis, ſed malefacis mortuis bene meritis, illū, neſcio quē, reprehendens, & illum indignū eſſe dictitans: id quod ad illos planè nihil attinet. An non igitur à mente Solonis & ſententia longiſſimè recedis? Ecce aūt feſtinanter & feriò mihi quidā nunciauit, pro defenſione eius, ne quicquam cuiquā detur, qcquid tandē p̄ſtiterit, eos dicere paratos eſſe, neq; Lacedæmonios qui bene rempublicā gerant, neq; Thebanos, cuiquā è ſuis, ullum talem honorē decernere, cū uerisimile ſit etiam apud illos præclaros aliquos eſſe uiros. Mihi uerò uidentur iſta uerba, Athenienſes, ualere illa quidem ad uos mouendos, & eò adducēdos, ut immunitates tollatis, ſed à iuſtitia plurimum abhorrere.

Leptine legē hoc efficere, ne quis de Athenięſibus bene mereri uelit.

Non maledicē dū, ergo multo minus malefaciendū mortuis.

Exēpla peregrina non eſſe in Athenienſium rempublicam transferenda.

Nec.n. hoc ignoro, Thebanos & Lacedęmonios & nos, neq; legibus ijſdem, nec inſtitutis uti, nec forma reipublicæ. Nam illud ipſum quod nunc iſti facient, ſi hęc dicturi ſunt, interdictum eſt apud Lacedæmonios, ne uel Athenienſium, uel aliorū quorundā inſtituta laudent. Minimè profectò id conceditur. Sed q̃ ipſorū in adminiſtranda re publica rationi conſentiunt, & cōducunt, ea cū laudare, tum facere neceſſe eſt. Deinde Lacedæmonij etſi à talib⁹ inſtitutis abhorrent, alij tamē quidam honores apud eos in uſu ſunt, quos hic recipi, populus in uniuerſum abominetur. Qui ſunt igitur illi? Singulos equidem non cōme-

Alia ratio Athenięſis, alia Thebanæ & Spartanæ reipublicæ.

Honores apud Spartianos.

morabo,ſed unum tantũ proferam,qui cæteros in ſe cõtinet. Cum aliquis ſpectata uirtute,in ſenatũ allectus fuerit,dñs eſt multitudinis. Nam illic uirtutis præmium eſt, cum ęqualibus in poteſtate ciuitatem habere. Apud uos autẽ,reipub. dñs eſt populus: & magiſtratus, & leges, & cautiones ſunt,ne quis alius ea potiatur: & prędſtantibus uiris præmia ſunt propoſita, coronæ, ímunitates, uictus in curia, & eius generis alia. Et utraq; hæc,tum q̃ ibi,tum q̃ hic fiunt,benè conſtituta ſunt. Quamobrem? Quia oligarchias id ad concordiam prouehit,ſi omnes reipublicę domini eodem iure ſunt. At populorũ libertatem cuſtodiunt pſtantium uirorũ certamina, q̃ inter ſe propter honores,qui à populo haberi ſolẽt,ſuſcipiunt. Iam quod ad Thebanos attinet,qui neminem honorent,illud uerè mihi dicturus uideor: maiori laudi, Athenienſes, Thebani ſibi ducunt crudelitatem & improbitatem, q̃ uos humanitatẽ & iuſtitiam uobis. Neq; igitur illi (ſi quid optandũ eſt) unquam deſinant de ſe benè meritos,neq; honorare, neq; admirari, & cognatos ſuos (ſcitis.n. q̃uo cũ Orchomeniis egerint) ſic tractare: neq; uos his contraria ſtudio habere,ut & bene meritis honorẽ habeatis, & ius ueſtrũ à ciuibus,facta dicendi poteſtate,ſecundũ legum decreta conſequamini. Deniq; tum demũ leges & inſtituta aliorum laudanda cenſeo, & noſtratia reprehendenda,cum demonſtrari poterit illos uobis eſſe feliciores. Quamdiu autẽ uos benignitate deûm magis q̃ illi floretis, ſiue cõmunes actiones ſpectentur,ſiue cõcordia,ſiue cętera omnia: quæ cauſa eſt,cur ueſtris inſtitutis neglectis,illa pſequamini? Nam tametſi illa,ſi ratio ſpectetur,meliora uiderentur,at fortunæ certè cauſa, quã hiſce uſi,propitiam habuiſtis,noſtra retinere conueniebat. Quod ſi omiſſis his omnibus,id dicendũ eſt,quod ego iuſtũ eſſe arbitror, ſic ego dixerim: Non iuſtum eſt Athenienſes, Lacedæmoniorũ,aut Thebanorũ leges pdicare,ad noſtras haſce labefactandas. Neq; cõſentaneum eſt, ut eum qui tale aliquid apud uos machinaretur,per quæ illi (oligarchiã dico, & dominationem) magni ſunt, interemptũ uelletis: & tamẽ uocem eius ſuſtineatis,qui ea tolli & aboleri iubet,in quibus populi felicitas poſita eſt. In promptu illis

Approbatio.

Thebanorum barbariem dãnat.

Vtendum iis inſtitutis,quæ fortuna cõprobat.

Athenienſes olim etiam benè meritis honorem habuerunt.

eſt etiam alia ratio: apud nos, maiorum quoq; noſtrorũ temporibus, quoſdam p̄clarè ſe geſſiſſe, quibus tale nihil delatum ſit, ſed eos boni cõſuluiſſe inſcriptionem aliquã in ſtatuis mercurialibus, & hæc fortaſſe uobis inſcriptio recitabitur. Ego uerò Athenieñſes, multis de cauſis hæc rei publicæ inutiliter ac inſuper iniuſtè cenſeo dici. Nã ſi quis illos quoq; honore indignos fuiſſe dixerit, dicat quis dignus ſit, ſi neq; ante illos, neq; poſt quiſquã? Quod ſi neminem omnino dicet, equidẽ urbis noſtræ uicem doleo, neminem omnibus ſeculis beneficio dignũ extitiſſe. At ſi præſtantes uiros eos fuiſſe fatebitur, & nihil tamen eſſe conſecutos oſtendet: ciuitatem utiq; accuſat ingratitudinis. Plurimum uerò abeſt, ut hæc ita ſint: ſed ſi quis malitioſè ac fraudulenter orationem in res non conuenientes tranſtulerit, aliter opinor fieri nõ poteſt, quin moleſta & abſurda uideatur. Ego uerò, quod æquũ & uerum eſt, id ad uos dicam. Fuerunt ſuperiori ætate multi uiri præſtantes, & eos etiam tum reſpublica noſtra honorauit. Honores igitur & cætera omnia fiebant, pro illius ætatis cõſuetudine: nunc uerò noſtro more geruntur eadẽ. Qua igitur hoc de cauſa dico? quia dixerim ego, illos nihil quod uoluiſſent, à ciuitate nõ impetraſſe. Quo argumento id colligo? quia Lyſimacho uni illius tẽporis, qui reipublicę p̄fuerat, centum in Eubœa iugera arboribus cõſiti ſoli, toti demq; nudi dederunt: ac p̄terea centũ argenti minas, & quaternas drachmas in dies ſingulos. Ac de his Alcibiadis ſenatuſconſultum extat, in quo hæc ſcripta ſunt. Tũc enim noſtra urbs & pecunijs & agro abũdabat, nunc uerò abundabit. Sic.n. loquendũ eſt, & nõ conuiciandum. Enimuero quẽ nõ putatis nunc, tertiam illorũ partẽ ímunitati p̄laturum? Vt aũt hęc à me uerè dici appareat, cape ſenatuſconſultum iſtud. Recita. SENATVSCONSVLTVM. Fuiſſe igitur maiorum quoque noſtrorum moris, Athenienſes, ut bonos honorarent, hoc ſenatuſconſultũ indicat. Si uerò nõ ijſdem rebus quibus nos nunc, id iam aliud quiddam eſt. Quod ſi concederemus, neq; Lyſimacho, neq; cuiquam alteri quicquam à maioribus noſtris fuiſſe conceſſum: propterea'ne iuſtum eſſet, eos quibus nos aliquid nunc dedimus, eo ſpoliari? Nec.n. qui nõ de-

Dilemma.

Calũnię peruerſitas.

Alijs temporibus alia conueniunt.

Lyſimacho data munera.

Maiores nemĩni quicquã datum eripuiſſe.

derunt. quod uiſum eis non eſt, accuſandi ſunt: ſed hi, qui
quod antea dederāt, deinde ſine iuſta cauſa rurſus eripue
runt. Si quis.n. demōſtrare poteſt, etiam illos aliquid q̄d
dederant, ulli eripuiſſe, nō obſto, quo minus etiam nos id
exemplum imitemur. Quanquā id equè inhoneſtū eſſet.
Si uerò nemo eſt, qui ullo tempore factū id eſſe demon-
ſtrare poſſit, cur nos primi talis exempli autores erimus?

Admonet iudices, iuriſiurandi.

Illud autem, Athenienſes, quoq; conſiderandum eſt, &
in conſpectu habendum, q̄ iurati ad iudicium ueniſtis, nō
legibus Lacedæmonioꝝ aut Thebanoꝝ, neq; ĳs q̄ apud
maiores noſtros in uſu fuerunt: ſed ĳs quib⁹ illi, quos iſte
lege ſua ſpoliare nititur, dona conſecuti ſunt: & quarum

Ab æquo & bono.

rerum leges nullæ ſunt de ĳs, ut ex æquo & bono q̄ ue-
riſſimè ſanctiſſimeq; fieri poteſt, iudicetis. Rectè. Cōfer-
te igitur æquū & bonum cū uniuerſa lege. Eſt'ne Athe-
nienſes æquū, ut honos bene meritis habeatur? æquum.
Quid porrò? eſt'ne æquū, ut quæ ſemel quis dederit, ha-
bere ſinat? æquū. Vos igitur tum ipſi hæc facite, ut iuriſiu
randi religionē ſeruetis: tum illis qui maiores hæc feciſſe
negant, ſuccenſete: tum iſtos qui talia exēpla recenſent,
eos magnis beneficĳs affectos nemini honorē habuiſſe:
& improbos, & inurbanos eſſe arbitramini. Improbos,

Maleuoli. Inciuiles.

q̄ maioribus ueſtris falſo crimē ingratitudinis impingūt:
inurbanos, q̄ ſi maximè uerum id eſſet, negari potius id
ab eis, q̄ cōmemorari eoꝝ officĳ fuiſſet. Arbitror autem

Obiectio.

etiam hoc Leptinem dicturū, lege ſua nec imagines, nec
uictum in curia eripi illis qui acceperint, nec ciuitati facul
tatem adimi honorandi eos quos dignos cenſuerit: ſed li
cere, ut & æreas ſtatuas decernatis, & uictum in curia, &

Refutatio.

quicquid præterea uolueritis, hoc uno dūtaxat excepto.
Ego uerò, quod ad ea attinet, quæ ciuitati relinquere di
cit, tantum reſpondeo: ſi quid prius datum cuiquā eripue
ritis, efficietis, ne quiſquā etiam de ullis reliquis donatio-
nibus ſecurus eſſe poſſit. Nam quæ maior fiducia eſſe de
bet de imagine, de uictu, q̄ de immunitate, quam prius
quibuſdam datam eripueritis? Quod ſi nihil ea in re incō
modi ineſſet, tamen ne illud quidē conſultum mihi uide
retur, eam ciuitati noſtræ neceſſitatem imponi, qua uel
minima beneficia æquare maximis, uel, niſi id feciſſet, in

Quibus dona tionem incertam futurā. Cauendam talem neceſsitatē, qua uel ingratū eſſe, uel maxima dare præmia ſit neceſſe.

gratã in aliquos eſſe cogeretur. Iam magnorum beneficiorum ſæpe occaſionem incidere, neque uobis expedit, neq; ea fortaſſe conferre facile eſt: ſed pro mediocribus, & quæ in pace tranquillaq; republica liceat aſſequi, cuiuſmodi ſunt, beneuolentia, iuſtitia, cura, pro talibus inquã, & expedire mihi uidetur, & debere honorem haberi. Quare etiam donationũ diſtinctam rationẽ eſſe oportet, ut qua quiſq; dignus uidebitur, eã à populo accipiat. Quod uerò ſe relinquere ait conſecutis honores: alij ſimpliciter prorſus & iuſtè reſponderint, ſibi ea relinquenda eſſe omnia, q̃ propter accepta beneficia dederitis: alij, eſſe impoſtorẽ eum, qui dicat ipſis aliquid relinqui. Nam q beneficijs ſuis ĩmunitatem meruiſſe uidetur, & eũ honorem à uobis adeptus eſt ſolum, ſiue ſit hoſpes, ſiue etiam ciuis: poſtquã is ei ereptus fuerit, quã donationẽ reliquã habet Leptine? Nullam profectò. Ne igitur eò q alios ut improbos accuſas, illos ſpolia: neq; rurſus eo qđ illis relinquere te dicis, id eripe quod ſolũ habent. Vt aũt ſimpliciter dicã, non tam illud grauiter ferendũ eſt, ſi ex omnibus aliquẽ, ſiue parua ſiue magna iniuria afficiemus, q̃ ſi honores, qbus aliquos benè meritos remunerabimur, dubios & incertos efficiemus. Neq; ego de immunitate potiſſimũ laboro, ſed de eo, ne iſta lex prauã conſuetudinẽ introducat: & talem, ut propter eam omnia q̃ populus dederit, incerta ſint. Ne uerò p incuriam decipiamini, fortaſſe p̃ſtat, ut id uobis indicemus, quo tanq̃ callidiſſimo & nobis maximè cõtrario inuento nitunť, ut uobis p̃ſuadeant, ĩmunitates eſſe tollendas. Dicturi.n.ſunt, ſumptus hos oẽs, ut ſunt ædilitia munera & gymnaſiarchiæ, ad ſacra ptinere: ac proinde minimè ferendũ eſſe, ut cuiquã ſacrorũ ĩmunitas detur. Ego uerò, ut aliqui ſint ĩmunes, qb⁹ hoc à populo conceſſum eſt, æquũ eſſe puto. Quod uerò iſti nunc facturi ſunt (ſi modò iſta dicent) id nõ ferendũ eſſe puto. Si enim, quę nullo alio pacto demõſtrare poſſunt, æquũ eſſe ut eripiatis, ea p̃textu religionis perficere moliuntur, an nõ facinus impiiſſimũ & atrociſſimũ ſuſcipient? Decet.n.mea qdẽ ſententia, q̃cunq; interpoſito diuino nomine agũtur, talia uideri, ut nec ab homine facta improbarent. Aliud autẽ eſſe, ĩmunitatem habere ſacro-

Relinquenda potius antè data, quàm noua excogitanda.

Obiectio.

Refutatio. inanẽ & ſceleratum eſſe p̃textum falſæ religionis.

Alia ſacrorũ,

alia publicorũ munerum im munitas.

rum, aliud publicorum munerum, & iſtos, dum publicorum munerum nomen ad ſacra transferunt, uos decipere ſtudere: Leptinem ipſum teſtem uobis adducã. Nam legis initio ſcribit: Leptines cenſet, ut ditiſſimi publica munera obeant, neminem debere imunem eſſe, exceptis Harmodij & Ariſtogitonis familijs. Enimuero ſi idem eſt, ſacrorum & publicorum munerum immunem eſſe, qd in mentem illi uenit, ut hoc adſcriberet? Nec. n. iſtis ſacrorum immunitas data eſt. Vt aũt ſciatis hęc ita ſe habere, cape primum exemplũ ſtatuæ, deinde principiũ legis Leptinæ. EXEMPLVM STATVAE. Auditis Athenienſes exemplũ ſtatuę, eos qđ imunes eſſe iubet, ſacris exceptis: Recita igitur principiũ legis Leptinianæ. LEX. Bene, deſine. Cum ſcripſiſſet, ut ditiſſimi obirent munera, aſcripſit, exceptis Harmodij & Ariſtogitonis poſteris. Qđ ſi ita eſſet, ut ipſe uideri uult, qua de cauſa? ſiquidem obire munera ad ſacra pertinet? Nam ſi hæc dixerit, ſtatuæ cõtraria ſcripſiſſe conuincetur. Libenter aũt ego, Leptine, interrogarim, cuius rei imunitatem, aut tu nunc illis te reliquiſſe dicas, aut maiores noſtros olim dediſſe: ædilitia munera, ſi ad ſacra pertinere dixeris? nam ueterum legũ autoritate, tributorum, quæ ad bellum ptinent omnium, et inſtruendarum triremium non ſunt imunes. Immunitatem porrò ædilitiorum munerum, ſiqdem illa ad ſacra ptinent, non hñt. Et tñ ſcriptum eſt, imunes eos eſſe. Cuius igitur rei? Num tributi quod inqlini ſoluunt? hoc. n. reliquũ eſt. Non certè. Sed eorum munerum, quę in orbem redeunt, quẽadmodum & ſtatua indicat, & tu initio legis definijſti, & oĩa ſuperiora tpa teſtantur: quæ cũ longiſſima interceſſerint, neq; tribus unq; ulla quenquã ex illorum familia ædilẽ decernere auſa fuit: neq; ſi qs decretus fuit, ad permutationem facultatum eos ꝓuocare. Quare auſcultandum illi non eſt, ſi his contraria ꝓferre auſus fuerit. Præterea fortaſſis etiam hoc exagitabunt, quoſdam qui ſe

Leptinem omnes immunitates tollere.

Obiectio.

Megarenſes & Meſſenios eſſe dicant, quorum maxima ſit multitudo, imunes eſſe, & alios quoſdam ſeruos, & uerberones, ut Lycidam & Dionyſiũ. nam eius generis homines elegerunt. Si igitur hoc dicent, iubete eos, ſi ſibi à

Inficiatio.

uobis fidem haberi uelint, ſenatuſconſulta oſtendere, in

quibus iſti imunes ſint. Nec.n.qſquam apud uos imunis eſt, niſi ei ſit imunitas uel ſenatuſconſulto, uel lege data. Hoſpites qdem publici, & ꝓcuratores, tales apud uos ꝑ magiſtratus facti ſunt, quoꝝ un⁹ eſt Lycidas. Sed aliud eſt hoſpitem eſſe: aliud habere imunitatem. Ne igit̃ uos ſeducant, nec qa ſeruus Lycidas & Dionyſius, & alius forſan aliqs, per eos qui mercede conducti, talia ſcribũt, facilè hoſpites facti ſunt: ꝓpterea alios dignos & liberos & optimè promeritos, donationibus, quas iurè à uobis acceperunt, ſpoliare ſtudeant. Nam etiam hac rõne cum Chabria iniquiſſimè ageretur, ſi iſti, qui rempublicam in hunc modum gerunt, non contenti ſeruum eius Lycidã, ueſtrũ hoſpitem feciſſe: etiam ꝓpter illum, aliqd ipſi conceſſum, rurſus eripuerint, falſam præſertim cauſam prętexentes. Nec.n. uel iſte, uel qſquam alius, etiamſi hoſpes ſit, ꝓpterea imunis eſt, niſi cui claris uerbis ppl's imunitatem dederit. Iſtis uerò non dedit, nec id demõſtrare poterunt. At ſi impudenter affirmabũt, nihil pręclari faciẽt, aut laude dignum. Iam qđ omnium maximè cauẽdum uobis eſt, id adĳciam. Nã ſi qs omnia quæ Leptines de lege dicet, & qbus oſtendet eam rectè latam eſſe, concedat uerè ab eo dici: una tñ etiamſi ꝓmouerit aliqd, turpitudo non tollitur, quæ lege iſta approbata, reipublicæ omnino uſu ueniet. Quæ igitur illa eſt? ꝙ bene meritos decepiſſe uidebitur. Nemo aũt opinor, erit, quin fateatur id eſſe turpe. Quanto uerò uobis turpius, ꝗ alĳs, me audite. Eſt uobis antiqua lex è ꝓbatarum numero, ſi qs aliquid pollicitus, populo uerba dederit, ut adducat̃ in iudicium: conuictus, ut morte mulctetur. Vos igitur nõ pudebit, Atheniẽſes, ipſos ea palàm cõmittere, quæ in alĳs capitali uindicanda ſupplicio cenſuiſtis? Cum omnia ea uenda & fugienda ſunt, tam quæ turpia reuera ſunt, ꝗ quę uident̃ inhoneſta: tum uerò ea potiſſimũ, quæ in alus moleſtè feras. Nec.n. ulla cõtrouerſia relinqtur, quin ea faciẽda non ſint, quæ ipſe antea turpia iudicaris. Ad hęc illud quoq; cauendum, ne qd publicè admittatis, qđ priuatim uitaretis. Veſtrũ autem nemo eſt, qui quod dediſſet alicui, rurſus auferret: imò ne conaretur qdem. Quare neq; publicè hoc feceritis. Iubete potius patronos iſtius

Non preſtare que ꝓmiſeris, apud Atheniẽſes capite ſancitum.

Cauendũ dedecus.

Nihil publicè faciẽdũ, quod priuatim feciſſe puderet.

legis,ſi quem,qui conſecutus eſt hoc donum, indignum eſſe aiunt,ſiue ꝙ id teneat,cum non ea fecerit, ꝓpter quę ſit datum,ſiue ob aliud aliqđ crimen:ut eum accuſent ex lege,quam nos modò ſubſtituimus,ſiue nos eam tulerimus)id qđ nos facturos eſſe ſpondemus et pollicemur) ſiue ipſe tulerint,*cum primũ creati fuerint legũlatores. Sunt autem cuiq; eo℞ aliqui inimici, aliȷs Diophantus, aliȷs Eubulus,aliȷs alius aliqs. Quod ſi hoc detrectabũt, & facere nolent, conſiderate Athenienſes, q̃ uobis honorificum futu℞ ſit, uos bene meritis ea eripuiſſe, quæ iſto℞ nemo inimicis eripere non uereatur: & eos qui uobis benefecerũt, quibus nemo qcquam obȷ̃cere poteſt, quæ data fuerant,per uos amiſiſſe uniuerſa,cum fieri potuiſſet,ſi qs ſanè indignus eſt,ſiue unus, ſiue duo,aut plures,ut ab iſtis accuſati, & uiritim adducti in iudiciũ,pœnas dediſſent?Equidem iſta nec laudo,nec digna uobis eſſe cenſeo:cuius ego rei etiam rationem habeo. Iam nec illa ratio prætereunda eſt, de dignitate eorum qbus dedimus, tum æquũ fuiſſe iudicari,cum nemo ex iſtis contradixit: deinceps uerò miſſos eos fieri, niſi ab eis affecti ſitis pòſt iniuria. Quod ſi iſti affirmabunt(demonſtrare nanq; non poterunt)hoc requiritur, ut oſtendatur, eos mox admiſſis delictis pœnas dediſſe. Si uerò tali re nulla prolata,legem approbabitis,uidebimini non ob ullũ delictum,ſed ex inuidia immunitates ſuſtuliſſe. Cùm autem Athenienſes, probra, ut breuiter dicam, fugienda ſunt omnia,tum uerò hoc maximè omniũ. Quare? Quia inuidia omnino prauitati naturæ tribuitur,nec ulla cauſa eſt ob quam inuidus ueniam mereat̃. Deinde nullũ uitiũ eſt,à quo nr̃a urbs tã aliena uideat̃, ut ab inuidia: quãuis ab omni alia turpitudine abhorreat. Cuius rei quanta ſint argumenta,uidete. Primũ ſoli ex uniuerſo genere mortaliũ, eos q pro patria in bellis occubuere,ſepelitis publicè, ac funebribus or̃onibus ornatis facta fortiũ uiro℞. Hoc uerò eiuſmodi eſt,ut indicet hoīes q uirtutē magnifaciant,nõ q uirtutis honoribus iuideant. Deinde ab omni æuo,maximos honores habetis uictoribus gymnico℞ certaminũ,in qbus coronę tribui ſolẽt:& nõ ꝓpe℞, qa natura fert,ut eo honore pauci potiant̃, eam felicita-

Marginalia: ὅταν πρῶτον γίνωνται νομοθέται. — Nemo niſi conuictus,puniendus. — Inuidia crimē omnium turpiſsimum. — Athenienſes omniũ minimò inuidi. — Sepulturę publicæ. — Gymnica certamina.

rem adeptis inuidetis, neq; honores diminuitis. Præter ea quę diximus, nemo uidet unq̃ urãm urbẽ uiciſſe bñfi centia: tãta eſt eius in remunerãdo liberalitas, & magni ficentia. Sunt aũt hæc uniuerſa iuſtitiæ, uirtutis, magnani mitatis indicia. Ne igit̃ ea nunc tollite, pp̃ quę nr̃a urbs oĩbus ſeculis celebrata eſt: nec ut Leptines priuatim nõ nullis, q̃bus infenſus eſt, inſultet, p̃claram exiſtimationẽ, qua p̃petuò floruiſtis, abiĳcite: neq; exiſtimate aliam rem agi nũc, q̃ dignitatem et exiſtimationẽ ciuitatis, utrũ eã conſeruatã & priori ſimilẽ eſſe oporteat, an uerò abolitã & iminutã. Cum aũt multa ſint in hac lege, quę in Lepti ne mira mihi uideant̃, unũ hoc maximè ſum miratus, an ignorarit, quẽadmodũ is q atrociſſimas pœnas malefa ctus cõſtituit, nihil malefacturus eẽ uidet̃: ſic eum q bene meritorũ honores tollit, non eo aío eſſe credi, ut reipubli cæ bñfacere ſtudeat. Vtrũ igit̃ hoc ignorarit (fieri.n. põt) mox oſtẽdet. Vobis.n. tollere concedet id, in quo ipſe de ceptus fuit. Sin rem urgebit, & omni ui in legẽ ſtabiliẽdã incũbet: ego ſanè q eũ laudem non iuenio, uituperare aũt nolo: Ne igit̃ cõtenderis Leptine, neq; uiolẽter q̃cquam tale cõſtituere uelis, quo nec tibi, nec illis qui tibi parue ſint, uirtutis & bonitatis opinio augebit̃. Pręſertim cum ex hoc iudicio nihil tibi periculi metuendũ ſit. Quia.n. Bathippus Aphepſionis huius pater obiit, qui iſtũ dum adhuc obnoxius eſſet, accuſarat, exierunt iudicii t̃pa: nũc oĩs eſt de lege diſputatio, iſti uerò periculi nihil eſt. Sed audio te paratũ eſſe dicere, cũ tres te prius accuſarint: eo rum neminẽ actionem eẽ p̃ſecutũ. Quos ſi ob id culpas, q̃ tibi creare periculum noluerũt, oĩum hominum es au daciſſimus. Sin ita probari cenſes cauſæ tuæ bonitatem, ineptè facis. An.n. propterea lex tua melior eſt, ſi q̃s ac cuſatorũ, priuſq̃nã ueniretur in iudicium, uel obiit, uel à te corruptus, ab actione deſtitit, uel deniq; à te ſubornatus fuit? ſed iſta ne dici quidem merentur. Delecti ſunt aũt, q legi patrocinent̃, eloquẽtiſſimi uiri, Leodamas Achar nenſis, & Ariſtophon Axeniẽſis, & Cephiſodotus Cera menſis, & Dinias Erchienſis. De quibus, quid uos ſenti re deceat, audite quæſo. Et cõſiderate, an uobis iuſtũ ui deat̃. Ac primũ Leodamas Chabriæ donationẽ accuſa-

Athenienſes nunquã uicti beneficiis.

Perſtringit aduerſarium, ut reipublicæ nõ amicum.

Monet aduerſarium.

Refutatio.

Non ideo meliorem eſſe legem, q̃d actionẽ nemo perſecutus ſit.

Dilemma.

In patronos legis.

In Leodamantem.

uit(eſt autem etiam immunitas inter alia,quę illi conceſ
ſa ſunt)& apud uos iudicio uictus eſt. Leges aũt uetant,
μήτε δίκας, μήτε εὐθύνας, μήτε διαδικασίαν. ne bis cum eodem ijſdem de rebus * ullo iudicio aut ra-
tione agi liceat. Fuerit aũt omniũ abſurdiſſimũ,cũ Cha-
briæ facinora tum plus ualuerint q̃ eloquẽtia Laodamã
tis:nunc demum,cum & illa manent,& alioꝝ facta,qui
bene de republica meriti ſunt,acceſſerunt,iſtius eloquẽ-
In Ariſtophontem. tia uniuerſa ſuperari. At in Ariſtophontem puto me ha-
bere multa,quæ iure dicam. Is donationem à uobis con
ſecutus eſt,qua ẽt iunitas cõtinet: nec id ego rep̃hendo.
Penes uos.n.eſſe decet,ut ur̃a, q̃buſcũq; uiſum uobis fue
rit, deus: ſed illud iniquũ eſſe dico q eam cõmoditatem
ſibi tribui,æquiſſimo animo paſſus,nunc demum poſtq̃
eadem alijs conceſſa eſt,indignatur,& uobis ſuadet , ut
eos ſpolietis . Et q̃dem hic autor fuit,ut Gelarcho q̃nq;
talenta numerarentur,q is ea cõmodaſſet illis è populo,
qui in Piræeum ſeceſſerant: nec id ego reprehendo , ſed
potius recte factum eſſe cenſeo. Ne igit̃ cum tu ea dede-
ris prætextu populi,quæ teſte nullo probabant̃,ſuadeas
ut hæc eripiantur,quoꝝ ipſe populus teſtimonia , inſcri-
ptionibus tẽploꝝ,erexit,& omnes conſcii ſunt. Nec qui
debita reddenda eſſe decreuiſti,idem horreris ut aliq̃s il
lis ſpolietur, quæ populo accepta retulit. Iam Cephiſo-
doto tantũ rñſum eſſe uolo. Is,Athenienſes,cum eloquẽ
tia nemini oratoꝝ cedat,plus laudis mereretur,ſi eam fa
cultatem ad exigendum à ſontibus ſupplicium, q̃ ad læ
dendos bene meritos conuerteret. Nam ſi aliquoꝝ odia
ſuſcipienda ſunt,eoꝝ inimicitiæ ſubeũdæ ſunt,qui lædũt
pp̃l'm,non qui illi benefaciunt,mea q̃dem ſententia. Di-
nias porrò fortaſſis cõmemorabit , ſe triremes inſtruxiſ-
In Diniam. ſe,& ædilitia munera exhibuiſſe. Ego uerò ſi Dinias,id
q̃d ego exiſtimo , bene de republica meritus eſt, potius
ei ſuaſerim,ut muneris aliq̃d à uobis peteret, q̃ ut iube-
Vniuerſe in ſubſcriptores omnes ſimul ret eos qui prius accepiſſent,ſpoliari. Nam boni uiri hoc
potius officium eſt,ut pro ſuis beneficiis gratiam exigat,
q̃ ut habitos honores aliis inuideat . Quod uerò omniũ
maximum eſt,& in genere contra iſtos omnes aduoca-
tos facit: Vnuſquiſq; eoꝝ ſępe prius q̃buſdam in cauſis
ſubſcripſit. Eſt autem præclara lex apud uos,non ob hu
iuſmodi

huiuſmodi uiros lata, ſed ideo ne ea res quæſtui eſſet ſycophantis quibuſdam, ne liceat populi ſuffragijs delecto plus q̃ ſemel ſubſcribere. Decet autem patronos legis alicuius, quam uobis, ut æquam, perſuadere ſtudent, ipſos ueteribus legibus obtemperare. Quod ſi negligunt, ridiculum eſt eos dum legi patrocinant, aliam legẽ interim uiolare. cape legẽ de qua dico, ac eis recita. LEX. Hæc Athenienſes & uetuſta & præclara lex eſt, quam iſti, ſi ſapiunt, non uiolabunt. Ego uerò ubi pauca addidero, deſcendã. Studio & magnæ curę uobis eſſe debet, Athenienſes, cũ ut oẽs leges ueſtræ præclariſsimę ſint, tũ uerò hæ in primis, q̃ ciuitatem aut magnam aut paruam efficere poſſunt. Eæ uerò q̃ ſunt? Hæ nimirum, q̃ & bene meritis honorem habent, & improbos ſupplicijs cohercent. Nã ſi oẽs pœnarũ metu, quæ legibus ſancitæ ſunt, maleficijs omnibus abſtineãt, & oẽs præmijs beneficiorum inuitati, officium facere ſtudeãt: qđ obſtat, quo minus ciuitas florentiſsima efficiat̃, & boni ſint oẽs, malus nemo? At iſta Leptinæ lex, non id ſolũ Athenieẽſes, mali habet, q̃ ſublatis bene meritorꝶ præmijs, efficit, ne q ſui erga uos ſtudij & beneuolẽtiæ fructũ percipiãt: ſed illud etiam, qđ noſtrę ciuitati turpiſsimã uiolatarum legũ opinionem conciliat. Nq̃.n. uos ꝑfectò p̃terit, ę a lege unã tm̃ pœnam eſſe conſtitutã illis ẽt q grauiſsime in uos deliquerunt, qua ſancitũ eſt, unius iudicij non plus una ęſtimatione eſſe debere, utra in foro decreta fuerit, uel luenda eſſe, uel ſoluenda. Vtraſq̃ uerò nõ licere. Hac uerò mẽſura iſte non uſus eſt: ſed ſi qs gr̃am referri ſibi poſtulat, infamis, inqt, eſto, & opes eius publicent̃. Binæ pœnę hę ſunt: Liceat porrò & deferre, & in carcerem abducere. Quod ſi cõuictus fuerit, obnoxius eſto legi, q̃ lata eſt cõtra ærarios, ſi magiſtratus geſſerint: mortẽ dicit. nam id eius rei ſupplicium eſt. Tres igit̃ pœnæ ſunt hæ. An non igitur miſerandũ & acerbum eſt, Athenienſes, ſi grauius apud uos uidebit̃, gratiam pro beneficio repetere, q̃ grauiſsimi ſceleris reum peragi. Turpis lex eſt, Athenienſes, & minimè ꝓbanda, & inuidię ac æmulationi cuidã ſimilis, ne plura dicã. Et qdem his affectibus laborare uidet̃ autor illius. Vobis uerò non conuenit talia imitari, neq̃

Legibus de præmijs & ſupplicijs, ſtatum reipublicæ contineri.

Exagitat pœnas à Leptine decretas.

Verba Leptinianæ legis, cum interpretatione Demoſthenica.

Præmium petenti grauior pœna propoſita, quàm homicidæ.

uirtute ueſtra indigna committere. Quid.n.obſecro eſt,quod maximè abominemur omnes,& quid in omnibus legibus accuratiſsimè cautum eſt?Ne mutuæ cędes fiãt,cuius rei cuſtos eximius ſenatus Areopagiticus eſt conſtitutus. In legibus igit Draco quæ de homicidijs latæ ſunt,cũ maximum terrorem incutere oĩbus uellet,ne quis iugularet alterũ,ſcripſit homicidam arcendum eſſe à purgationibus,libationibus,crateribus,famis,foro,& cætera cõmemorauit omnia qbus ſe homines maximè repreſſurũ opinatus eſt, ne qd tale auderent. nec tñ iuris ordinem ſuſtulit, ſed definiuit pp quæ liceret cædẽ facere:& ſi qs eo modo cædem feciſſet, purũ fore pnunciauit.Occidere igit iurè, ueſtris qdem legibus licebit: gratiã repetere,neq; iure,nec ullo modo licebit,p iſtius legem?Minimè uerò Athenienſes, minimè de uobis eã opinionem ſuboriri patiamini, ut hoc maiori ſtudio uobis fuiſſe uideat,ne cui gratia referatur, q̃ ne qua cædes in urbe ueſtra fiat:ſed recordati eorũ temporum, qbus affecti beneficijs,gratiam retuliſtis, immunitate data,&

Diophanti ſtatuæ. Diophanti ſtatuæ,de qua Phormio dixit, in qua ſcriptũ & iureiurando confirmatũ eſt,ſi qs pro conſeruanda libertate populi aliqd paſſus fuerit, eadẽ uos illi præmia

Lex de præteritis et futuris eadẽ ſtatuat. daturos, q̃ Harmodio & Ariſtogitoni:cõdemnate legẽ iſtam. qd niſi factũ fuerit,iuriſiurandi ueſtri religionẽ uiolabitis.Præter hæc omnia,ẽt hoc audite.Fieri neqt,ut ea lex commodè lata ſit, q̃ de præteritis & futuris nõ eadẽ dicit.Neminẽ ait immunem eſſe debere, exceptis Har-

Quicquid olim factum, etiã deinceps metuendum. modij & Ariſtogitonis poſteris.bene. Nec deinceps dare licere.Ne tum qdem, Leptine, ſi tales aliq extiterint? Si anteacta non reprehendis, cur nõ futurorũ ẽt rationẽ habuiſti?Ob id.ſ.inquies, qa tale nihil metuendũ uobis eſt.Vtinam ita ſit,Athenienſes.ſed cũ hoĩes ſimus,ea tũ dicenda,tũ legibus ſanciẽda ſunt, q̃ nemo iurè culparit: Et bona qdẽ expectanda, & uotis à dijs exoptãda ſunt: ſed nihil humani tñ alienũ à nobis exiſtimare debemus.

Lacedæmonij Syracuſani. Nec.n.Lacedæmonij unquam ſperarunt ita ſecũ actum iri,neq; fortè Syracuſani,populari olim uſi republica,et tributa à Chartaginenſibus exigẽtes, & finitimis oĩbus impãtes,cũ nos nauali prælio ſuperaſſent, ab uno,qui

ſcriba,ut aiunt,& miniſter fuit,ſe tyrãnide oppreſſum iri timuerunt. Neq; Dionyſius q adhuc ſuperſtes eſt, unq̃ fortaſsis opinatus eſt,fore ut à Dione rotunda naue, & paucis cũ militibus aduerſus ſe ꝓfecto, imperio ſpoliaretur,qui triremes multas & milites & urbes poſsideret. Sed,mea ſententia,qd futurum ſit, omnibus hominibus obſcurũ eſt,& paruę occaſiones magnos motus & mutationes pariũt. Quare modus in rebus ſecundis ſeruandus eſt,& ꝓuidendũ qd accidere poſsit. Multa dici & cõmemorati poſſent ad iſtã legem euertendam, ut q̃ nec probanda,nec uobis ꝓfutura ſit:ſed ut id paucis intelligatis,& ego tandẽ dicẽdi finẽ faciã,ſic agite.Cõferte inter ſe,et cogitate cũ animis ueſtris, qd uobis euenturũ ſit,ſi legẽ iſtã damnaueritis:qd,ſi approbaueritis. Deinde tenete & memẽtote,q̃ ex utraq; re uobis fore uidebunť,ut potiora p̃feratis. Si igiť eã dãnabitis, ut nos iubemus,& digni ius ſuũ à uobis conſequenť:& ſi quis indignus eſt(ſicut eſto ſanè aliqs)prętereq; quod dono priuabitur,ex animi ueſtri ſnia etiã à uobis punietur ex lege à uobis ſubſtituta:& noſtra ciuitas fidelis,iuſta,uerax erga oẽs uidebiť. Sin approbabitis(qđ abſit ut faciatis)& boni pp improbos afficienť iniuria,& indigni calamitatis alijs autores erũt:noſtraq; ciuitas,contrà q̃ dixi modò,ut pfida,ut infida,ut mẽdax apud oẽs traduceť. Quare minime cõmittendũ eſt,Athenieſes, tantã ignominiã ut adſciſcatis, p̃claris & uobis cõuenientibus bonis repudiatis. Nã quiſq; ueſtrũ opinionis de publicis decretis partẽ capiet. Nõ.n. quiſquã ignorat, uel circũſtantiũ uel cæterorum, Leptinẽ in iudicio nobiſcũ cõtẽdere:ſed in ſingulorum iudicũ animis,humanitati cũ inuidia,iuſtitię cũ improbitate,deniq; uirtutibus oĩbus cum uitijs certamẽ eſſe. Si igitur melioribus obtẽperantes,nobis aſſenſi fueritis:tum ipſi q̃ decet decreuiſſe uidebimini, tũ quæ reipublicæ honeſtiſsima erunt ſtatuetis:tũ, ſi qđ fortè inciderit tp̃s,non deerunt qui pro uobis adire pericula ſuſtineant. Hæc igitur uniuerſa curæ uobis opinor,ac ſtudio eſſe debẽt:ac diligenter ꝓuidendum, ne ui ad delinquendum adigamini. Sæpe.n. factum eſt,Athenienſes,ut multa uobis ꝓbata & perſuaſa non ſint,ſed erepta & extor

Dionyſius iunior.

Fortuna mutabilis.

Moderatio.

Peroratio.

Damnata lege,quid expectandum.

Quid legis approbationẽ ſecuturum ſit.

Famæ habenda ratio.

Oratorum impudentiæ reſiſtendum.

ta oratorum clamoribus & uiolentia & impudentia. Id quod nunc uos committere indignisſimum fuerit. Sed quæ iuſta eſſe intelligitis, ea tenete ac recordamini, ut in pronunciando ferendisq́ suffragijs, quemadmodū iuriſiurandi religio poſtulat, conſultores improbos condemnetis. Miror aūt, eos qui monetā adulterant, capite mulctari apud uos: illis uerò, qui totam ciuitatem adulterinam & infidam reddunt, dicendi fieri poteſtatem. Neſcio, mediusfidius, quorſum attineat plura dicere. Arbitror enim uos omnia quæ diximus, ſatis intellexiſſe.

Adulteratio ciuitatis.

LIBANII ARGVMENTVM IN ORATIOnē contra Midiam de alapa.

*FEſtum Bacchi celebrabant Athenienſes, quòd à deo illo Bacchanalia nominabant. In eo feſto tragici & comici & tibicinum cœtus inter ſe ſe certabant. Hi cœtus conſtituebantur à tribubus, quæ numero decem erant: & eligebatur præbitor ex unaquaq; tribu, qui cœtui ſumptus ſuppeditaret. Quare Demoſthenes ſuæ tribus Pandionæ ultrò præbitor eſſe uoluit. Cum autem haberet inimicum Midiam, hominem locupletem, ab eo in ædilitate, cùm alijs malis ſe affectum eſſe queritur, tum poſtremò in orcheſtra, in conſpectu omnium ſpectatorum, pugnis cæſus eſt. Quamobrem Midiam apud populum accuſat impietatis, qui feſtum & Bacchū uiolarit. Vocabatur autem talis actio προβολή. Populus Midiam impietatis condemnat: nunc in iudicio contendunt de populi Midiæ condemnatione. Nam cum populus aliquem condemnarat, neceſſe erat cauſam in iudicio retractari. Certamen igitur eſt *de mulcta. Neq; enim Midias ſe iniuſtè feciſſe negat, ſed de litis æſtimatione controuerſia eſt, utrum contumeliæ an uerò impietatis ſit reus. Proinde finitiui ſtatus eſt oratio, cum Midias dicat, id facinus eſſe cōtumeliam, quòd hominem liberum uerberarit: cōtrà Demoſthenes, impietatem, tum quòd ædilem, tum quòd Bacchanalibus, tum quòd in theatro uerberarit. His enim etiā impiè feciſſe Midiam ait. Vt ita definitio duplex ſit p cōprehenſionem, ea ratione, dū et nomen ab aduerſario introductum admittimus, et aliud eidem copulamus: ut quum hoc loco Demoſthenes, fatēte Midia ſe cōtumelioſe feciſſe reijcit ille ne contumeliam quidem, ſed eidem etiā impietatem adiūgit.*

*ἀτιμήσεως

ALIVD ARGVMENTVM.

Varia apud Athenienſes feſta agebantur, in quibus erant Panathenæa tum parua, tum magna, quorum hæc quinto, illa tertio quoq; anno celebrabantur. Ac in magnis quidem exercitationes q̄dam fiebant, & è

ſingulis tribubus unus gymnaſiarchus decernebatur, eiq; dabatur pecunia ad exercendos eos qui feſtum peracturi erant, & earum rerum ſumptus ſuis tribulibus ſuppeditandos. Agebantur apud eos etiam Bacchanalia, eaq; duplicia, & parua * & magna, tertio quoque anno * in torcularibus, in quibus decernebatur ædilis à ſingulis tribubus, qui cœtus & puerorum & uirorum aleret, & ad eam rem pecunia ei dabatur. Feſto autem iam præſente, certabant & contendebant inter ſe ædiles, carminibus in Bacchi laudem cantandis. Victori tripos præmium erat. Nam eundem & Solem & Apollinem & Bacchum putabant. Peracto feſto, primo menſe decernebantur præbitores futuri feſti. Quum autem eo tempore ſingularum tribuum ædiles promulgati eſſent, Pandionia Demoſthenis tribus præbitore carebat, eamq; rem primo & ſecundo & tertio anno neglexerat. Moris autem erat, ut prætor uno menſe ante feſtum, omnium tribuum præbitoribus conuocatis, tibicines ſortiri iuberet: & quum ſingularum tribuum præbitores adeſſent, excepto eo qui è Pandionia deſiderabatur: uidens Demoſthenes ſuæ tribui dedecori eſſe apud omnes, quòd præbitorem non haberet: ultrò iubente nemine, ſuo ipſe ſuffragio, ſe præbitorem obtulit, atq; ob id factum ab omnibus laudatus eſt. Quum uerò tibicines ſortiretur, alacritatem & ſtudium eius fortuna adiuuit, & Telephanes tibicinum præſtantiſsimus ei obuenit. Volens igitur ſuum cœtũ ornare præter cæteros, coronas aureas eis impoſuit. At Midias, unus è ciuitatis gubernatoribus, uir opibus abundans, & magnæ autoritatis, infenſus Demoſtheni ob eas cauſas, quas paulo pòſt ipſe in oratione dicet, cùm ſæpe aliàs ei obturbarat & inſultarat, tum uerò id quoque affirmat Demoſthenes, iurantibus iudicibus ſe uictoriam illi daturos qui præclarè cecinisset: Midiam eos uellicantem dixiſſe, Demoſthene excepto. Quamobrem Demoſthenes exclamauit, eumq; arguit. Tandem in eam uenit inſaniam Midias, ut ei alapam impingeret, & ueſtẽ dilaceraret. Ea re populus uiſa, Midiam exibilat: quæ antiquitus iræ nota erat, & uituperationis. Demoſthenes igitur digreſſus, & præſentẽ orationem meditatus, eum publici criminis reum facit: in qua Midiam etiam criminatur, quòd ex coronis aureis unam ſit aurifici ſuffuratus. Orator igitur eum in iudicium adducit, magno impetu & loco uehementi adhibito. Nã Midiæ perſona, & ipſa rerum geſtarũ proteruitas exagitationẽ aduerſarij iuuãt. Status finitiuus eſt. Propriũ enim criminis nomen quæritur, quod crimẽ Midias priuatum orator publicũ eſſe contendit. Finitio enim eſt eius rei, cuius pars una facta eſt, altera deeſt, quo minus rei nomẽ imponi queat: ut in illo exemplo, ubi is qui cenotaphiũ effregerat, ſepulchri uiolati ſit reus. hic enim de foſsione cõſtat: id uerò ambigitur, an ſepulchrum ſit ef-

Videtur deeſſe aliquid. ἐν τοῖς Ληναίοις.

Status finitiuus.

ſoſſum. Reus enim, effodi inquit, ſed non ſepulchrum. nam cadauer nõ inueni. at accuſator obijcit, ego cenotaphij perfoſſionem, ſepulchri uiolationem uoco. nec enim tu ſciebas id eſſe cenotaphium, ſed cum foderis tanquam ſepulchrum, nunc poſtquam id cenotaphium eſſe conſtat, impunè abire ſtudes. Eadem etiam hic ratio eſt. conſtat enim uapulaſſe Demoſthenem: ſed in controuerſia eſt, utrum is qui ultrò ſeſe obtulit, ædilis ſit uocandus. Nam Demoſthenes ait, ædilem uerberaſti: at Midias, non uerberaui ædilem (nam tuo ſuffragio es creatus) ſed priuatum. hoc uerò non eſt crimen publicum.

διπλοῦς ὅρος ἐκ τῆς κατὰ σύλληψιν.

Duplex autem eſt finitio eius generis quod comprehenſione conſtat. Eſt autem comprehenſio, quum actor ſuam intentionem, & rei defenſionem in unum contrahit. Cum enim non alterum eijcit, alterum accipit, ſed utrumque coniungit & complectitur: id huic generi ſubijcimus. Facit autem hoc noſter orator in multis partibus, & ſé & unà ſecum ciuitatem ait iniurijs & contumelijs affici. Ac capita in oratione ordine poſita, hæc ſunt. Principia uerò impetuoſa ſunt, habentia crebram * *complexionem, & circũſtantiarum amplificationem.*

περιβολὴν, uel ὑπερβολὴν, exceſſum.

Id quod hoc, An non aduerſus omnes? &, non contra me ſolum: item, petulantiam ſemper meditatus: &, non ſemel fortuitò deliquiſſe, oſtendunt. Capita orationis ſunt hæc: definitio, contraria definitio, ſententia legiſlatoris, ratiocinatio, magnitudo, * *una è numero contentionum. quam ſequitur tranſlatio, &* * *abſoluta defenſio.*

μία τῶν ἀντιθετικῶν.

ἀντιληπτικόν.

Ibi orator quatuor definitionibus accuſationem implicat, ut oſtendat, Midiam publicum crimen admiſiſſe. Eſt autem hæc prima definitio: qui in feſto delinquunt, publicum crimen admittunt: altera definitio, præſertim ſi ædiles læduntur. tertia, omnis contumelia eſt crimen publicum. Decipit autem hic per homonymiam uocabuli ὕβρις. *ſiue enim flagitium committatur, ſiue aliquis uerbis ſiue uerbis, ſiue uerberibus lædatur,* ὕβρις *dici poteſt. Publicum autem crimen arbitrabantur* * *flagitium: homonymia igitur, ut dixi, decipiendi cauſa eſt uſus. quarta finitio: qui ſemper ſtudet inſultare omnibus, in rempublicam peccat. Nam ſi reſpublica ex omnibus conſtat, ergo publicum hoc crimen eſt. Ponit autem ſparſim in exordio quatuor haſce finitiones, è quibus in confirmatione ſunt tres. Quartam in digreſſione inſerit, bono conſilio, quum enim dicat omnes ab eo lædi, ac ideo rempublicam uiolari: digreditur in ſuperioris eius uitæ commemorationem. Habet oratio hæc duo exordia: prius ex aduerſarij calumnia, & ex commendatione ſuæ perſonæ, atque ex attentione. Eſt autem propoſitio bipertita, ac prior quidem pars confirmatione caret. Poſterius autem & ipſum bipertitum, & eo utrumque confirmat. Deinde infert concluſionem, in qua eſt attentio.* * *Finitio per comprehenſionem. Dicitur autem ſic, quando reo nomen cri-*

αἰσχρουργίαν.

Deſunt uerba Demoſthenis.

minis aliud ponente, actor eum & hoc & altero nomine teneri affirmat. Duplex igitur eſt, quum duo crimina complectatur. Exempli gratia. Dux qui puellæ à legato ſuæ mandatæ fidei ſtuprum intulerat, publici criminis accuſatus: reſpondet ſe non commiſiſſe in rempublicam, ſed in puellā feciſſe: at legatus utrumque crimen in eo hærere contendit. Exordium ducit accuſator ex opinione hominum de reo. Qua de re Hermogenes: Opiniones, inquit, excitantur, uel bonæ, uel malæ. In accuſando igitur & malas, quæ natura in re ſunt, confirmabimus: & bonas refutabimus. Hoc loco igitur orator malas confirmat, bonarum non meminit. ſed poſito hoc tanquam confeſſo apud omnes, confirmationem neceſſariò omiſit. nec enim dubitabant. Acre autem & uehemens eſt exordium, ut eius qui de iniuria & contumelia Midiæ doleat. Quæri autem poteſt, cur contumeliæ meminerit in iudicio publico? Ad hoc reſpondendum eſt, uelle eum oſtendere, cùm omnem contumeliam pertinere ad republicã, tum uerò Midianam. Nam ſi ſingulatim omnes contumelioſe tractat, è ſingulis autem coniunctis ciuitas conſtituitur, ex eo efficitur, eum in rempublicam committere. Vſus autem eſt impetuoſa oratione propter Midiæ perſonam, opulenti hominis, & ſuperbi. Atqui tales uulgo ſunt maiores, & ut uiolenti, male audiunt. Quamobrem etiam dixit eum contumelioſe inſultare omnibus, id in eo criminans, quod eſt proprium tyrannorum. Quidam dicunt, eum nouum nomen nobis attuliſſe, & ἀσέλγειαν hic accepiſſe pro flagitio. Aſſerimus autem nos quoque, dici ἀσελγῆ illum, qui tum iuſtitiæ, tum omnis uirtutis ſit expers. Selge enim eſt quoddam Pamphyliæ oppidum, in quo omnes iuſti fuerunt, & uirtute referti, ἀσελγὴς igitur qui Selges expers eſt.

προοίμιον ἐξ ὑπολήψεως

Selge hæc in inſulas Fortunatas eſt tranſlata, & ĩ eius extructa fundamentis Poneropolis.

R' PLVTARCHO.

Conſtat Demoſthenem inſtituiſſe orationem habere in Midiam anno ætatis ſecundo & trigeſimo, cum nondum in repub. potentiam & autoritatem obtineret. Cuius rei metus mihi potiſſima eſſe cauſa uidetur, cur accepta pecunia cum inimico rediret in gratiam.

Non etenim uir ſuauis erat, nec pectore blando: ſed acer, & in perſequendis inimicitijs uehemens. Cum autem uideret non paruum eſſe, neque ſuarum uirium opus, hominem & opibus & eloquentia & amicis probè munitum proſternere Midiam, ceſſit ijs qui pro eo intercedebant. Alioqui tria millia drachmarum, mea quidem opinione, Demoſthenis acerbitatem non mitigaſſent, ſi ſpem & facultatem uictoriæ habuiſſet.

DEMOSTHENIS IN MIDIAM ORATIO, DE ALAPA, [redacted]

Se iniurijs aduerſarij coactũ, et ciuium cohortationibus adductũ, accuſare Midiam.

QVa petulantia, Iudices, & contumelia ſemper in omnes utatur Midias, neminem neq; ueſtrũ, neq; reliquoꝝ ciuium ignorare arbitror. Ego uerò quod unuſquiſq; ueſtrũ affectus cõtumelia, faciundum ſibi cenſuiſſet, id & ipſe feci, & publicè conqueſtus ſum, iſtum uiolarẽ feſtum, nõ modò acceptis ab eo plagis, Bacchanalibus, ſed & multa alia & uiolenta perpeſſus ab eo, toto tempore ædilitatis. Poſtq̃ uerò populus uniuerſus, boni & æqui ratione habita, ſic excanduit & concitatus fuit, tantæq́; curæ habuit eam iniuriam, qua me ſciebat affectũ eſſe, ut quamuis iſte nihil non faceret, & alij quidã pro eo uehementer laborarent, tamen non paruerit, neq; iſtoꝝ opes aut pollicitationes reſpexerit, ſed conſentientibus ſuffragijs eum cõdemnarit: multi ad me acceſſere, Iudices, tum è uobis, qui nunc in iudicio adeſtis, tum è reliquis ciuibus, qui ſuaderent, & hortarentur, ut ius meum perſequerer, atq; iſtum ad uos adducerem: mea quidẽ ꝑfectò ſententia, ob utraq; hæc, ô Athenienſes, ꝙ & me inſignẽ accepiſſe iniuriam putabant, & ſimul de iſto pœnas ſumere optabant, quẽ aliàs etiam (qua eſt audacia & furore, nec coerceri iã poteſt) plurima petulanter admiſiſſe cognorant. Quæ quum ita ſint, q̃ à me obſeruari cõueniebat, ea iuſtè uobis omnia reſeruata ſunt: & ad accuſandũ, ſi quis actionẽ dederit, adſum, ut uidetis: quũ quidẽ, Athenienſes, & magnã pecuniam ne accuſarẽ mihi ꝓmiſſam, repudiarim, & multas deprecationes & gratias, imò etiã cõminationes contẽpſerim, & q̃ deinceps apud uos reliqua ſunt, experiri uoluerim. Nã quanto plures iſte ſolicitauit & prehenſauit (uidi.n.modò quæ nam ante prętoria actitaret) tãto magis me ius cõſecuturũ puto. Neq;.n. de ullo ueſtrûm tam malè exiſtimo, ut uerear, ne uel prius erga me ueſtrũ ſtudiũ depoſituri, uel, ut Midias deinceps impunè & ſecure ciuib⁹ inſultet, neglecta iuriſiurãdi religione quicq̃ aliud

Fiducia Demoſthenis.

iudicaturi ſitis, q̃ quod æquũ eſſe & iuſtum cenſueritis. Quod ſi, Athenienſes, eum uiolatarũ legum, aut falſæ legationis, aut de alio quopiam ſimili crimine accuſaturus eſſem, nullis mihi p̃cibus utendum apud uos exiſtimaſſem. Siquidẽ id ſtatuo tantũ eſſe accuſatoris, ut crimẽ ꝓbet: rei, ut etiã deprecetur. Sed cũ iſte tunc & iudices corruperit, & ꝓpterea meæ tribui ꝑ iniuriam tripos ſit ereptus, atq; ego nõ modò uerberibus, ſed ijs etiam cõtumelijs ſim affectus, q̃bus haud ſcio an ullus ædilis unquã: nõ dubito in hoc iudicio, quod nunc demũ, poſtquã aduerſarius iuſta indignatione & ſuffragijs populi dãnatus eſt, ſubeo, etiã p̃cibus uti. Nã ſi hoc dicere liceat, ego nunc reus ſum, ſi qua modo calamitas eſt, iniurijs & contumelijs agitatũ, nõ poſſe ullo modò ius ſuũ adipiſci. Oro igitur uos omnes, Iudices, & ſupplico, primũ ut me dicentẽ benignè audiatis. Deinde ſi oſtẽdero Midiam iſtum, nõ mihi tantũ, ſed uobis etiam & legibus, & cæteris oĩbus inſultaſſe: ut cũ mihi, tum uobiſmetipſis opem feratis. Sic enim res ferè habet, Athenienſes: Ego ſum cõtumelijs affectus, & meũ corpus ignominioſe tractatũ eſt tunc: ea uero res in iudicio uerſatur nunc, & de hoc certamen eſt, utrum licere debeat huiuſmodi facinora cõmittere, & ueſtrũ quemlibet impunè exagitare, an non? Quod ſi quis fortè ueſtrũ ſuperiori tẽpore, cauſam hanc eſſe priuatã putauit, is nunc cogitans, eſſe è republica ne cuiquã quicquã tale cõmittere liceat: ſic auſcultet, tanquã publicũ crimen agatur: & q̃ ſibi iuſtiſſima uidebuntur, ea decernat. In primis autẽ uobis lex recitabitur, qua queri licet apud populum. Deinde uos de reliquis etiam docere conabor. Recita legem. LEX. Magiſtratus concionẽ habento in æde Bacchi poſtridiè Iouialia: in ea concione primũ de ſacris reſpondento: póſt de querimonijs pompæ cauſa factis, aut propter ludos in Bacchanalibus, ſi q̃ nondum tranſactæ fuerint. Lex, Athenienſes, qua publicè q̃ri licet, hæc eſt: q̃ iubet, ut audiuiſtis, haberi concionẽ in æde Bacchi poſt Iouialia: in qua poſtquã principes de adminiſtratione prætoris reſponderint, etiam iniurias in feſto, aut alia cõtra leges facta, tractari. Præclarã utilemq; eſſe hanc legẽ, ipſa res oſtendit, Athenienſes. Quũ enim tanto metu

Implorat opẽ iudicum.

Communicat cauſam cum iudicibus.

Amplificat iniuriam recitatione legũ de Bacchanalib'.

ſtaſtis. At Midias iſte ſolus, ut apparet, omnium indoluit, & me toto ædilitatis tempore continenter conuicijs eſt inſectatus, & interturbauit, tam paruis quam maioribus in rebus. Quantopere autem, nobis aduerſandi ſtudio, aut ſaltatores, quos dimitti à ſaltatione poſtulabat, uexarit, aut quam moleſtus fuerit * laceſſendo, & iubendo ſe Bacchanalium curatorē decerni, aut cætera quęcunque generis eiuſdē ſunt, omittam. Nec.n. hoc ignoro, me, qui tum iſtius inſultus & contumelias tolerabā, ad tantā iracundiam ſingulis iſtorum cōcitari, quantā ullum atrociſſimū facinus cōmouere potuiſſet: uobis autē cæteris, ad quos ea nihil attinebant, nō perinde fortaſſe per ſeſe digna uideri, ut propterea in iudicium ueniatur. Sed ea dicā, quibus auditis, æquè omnes iurè indignemini. Omnem.n. modum excedunt, quæ deinceps dicam. Ac ne accuſare quidem eum ego nunc inſtituiſſem, niſi tum etiam ſtatim in populi cōuentu coarguiſſem. Sacram ueſtem (nā ſacram ego eſſe puto, quamcunque feſti gratia pararis, quamdiu ea utare) aureaſque coronas, quas ad ornamenta chori curaueram faciendas, per inſidias, Athenienſes, mihi pdere conatus eſt, noctu aurificis ædes aggreſſus, ac perdidit ille quidē, non tamē omnes: nec enim potuit. Quanquā autē nemo eſt, qui ſe dicat in hac ciuitate unquā de quoquā audiuiſſe, qui tale facinus auſus fuerit ac perpetrarit: iſte tamen hoc nō contentus, etiam chori mei magiſtrū, Athenienſes, corrupit. Quòd niſi Thelephanes tibicē, tum ſingulari probitate mihi optimè conſultū uoluiſſet, fraudeque animaduerſa, homine illo repulſo, inſtruendum ſibi docendumque chorum cenſuiſſet: nec certare quidem licuiſſet, Athenienſes, ſed chorus rudis & imparatus introijſſet, cū ignominia noſtra maxima. Neque uerò hic ſuæ improbitati modū fecit, ſed tam infinita fuit eius proteruitas, ut coronatum principem corruperit: ædiles contra me concitarit, clamitans, minitans, iurantibus iudicibus aſtans, ſcenæ aditus obſtruens, clauis defigens: ipſe homo priuatus, mihi uim publicā facere, & infandis moleſtijs afficere nō deſtiterit. Harū rerū, quæ quidē in præſentia populi, aut apud iudices in theatro actæ ſunt, uos mihi, Iudices, oēs teſtes eſtis. Enimuero æquiſſima cenſenda eſt ea dicentis

Importunitas Midiæ κατὰ παρὰ λεῖψιν.

προςβαλλόμενος.

Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.

Inſidiæ Midiæ ſacrū ornatum perdituri.

Chori magiſter corruptus à Midia.

Proteruitas Midiæ in ipſa ſcena.

Iudicum teſtimonium.

Corruptela iudicis. oratio, cuius ueritas ipſorum aſſeſſorum teſtimonio comprobatur. Præterea corruptis illis, qui de certamine ludorum

Verbera. inter actores iudicaturi erant, duo hęc tanquam faſtigia quędam, omnibus ſuis præclaris factis impoſuit, quod & meũ corpus cõtumelioſe uexauit, & tribui meę, quæ in certamine ſuperior erat, in primis cauſa fuit, ne uictoria potiretur. In me igitur & tribules meos proterue, atque in feſtũ nefariè cõmiſſa per iſtum, Athenienſes, quibus ego cõmotus, eum apud pp̃lm accuſaui, hęc ſunt, & alia multa: è quibus

Alijs factæ iniuriæ à Midia quęcunque potero, ſtatim uobis cõmemorabo. Poſſum aũt & alias infinitas eius iniurias & contumelias multis ueſtrûm factas, & facinora impuri iſtius multa & atrocia narrare: quæ alij, Iudices, metu iſtius, & eius cõfidentiæ, & ſodaliũ & opũ & inſolẽtię, ac reliquarum rerum quibus iſte pollet, attoniti, ſuo dolore diſſimulato, quieuerũt: alij ulciſci iudicio conati, nihil effecerunt. Sunt ẽt qui præſtare id atque expedire ſibi fortaſſe rati, cum eo trãſegerint. Quod qui facere non recuſarunt, illis quidem ipſis eſt ſatisfactũ: at eius uindictæ, quæ legibus debetur, propter iniurias & illis & nunc mihi cęteriſque oĩbus ab iſto factas, ad uos re

Propoſitio tripertita. dijt hęreditas. Ea igiẽ oĩa in unum collecta, tanti æſtimate, quanti uobis ęquũ uidebitur. Excutiã aũt & coarguã ordine, primũ ea in quibus ego ſum uiolatus, deinde iniurias uobis factas, poſtea in reliquã eius omnem uitã inquiram, ac oſtendam, non unam eum mortem commeruiſſe, ſed multas. Cape primũ aurificis teſtimoniũ, ac recita. TESTIMONIVM. Pammenes Pammenis filius,

ὕπαρχος. * præſes, qui aurificinã in foro habeo, in qua et uerſor, & aurificinã facio: quum mihi Demoſthenes, cui dico teſtimoniũ, aureã coronam parandã, et auratã ueſtem faciendam locaſſet, ut in eis Bacchanalium feſtiuitatẽ celebraret, egoque cõfeciſſem oĩa, & penes me paratam haberẽ: Midias, is qui nũc à Demoſthene accuſaẽ, noctu in ędes meas impetu facto cũ alijs, quos ſecũ adduxerat, coronã & ueſtem perdere conatus eſt: & quędam ſanè læſit, nõ oĩa tñ potuit, interuẽtu meo prohibitus. Poſſum præterea de his quoque, Athenienſes, multa dicere, ut initio huius orationis dixi, quæ in alios admiſit, ac cõtumelias & improba eius facinora tot collegi, quot mox audietis, fuit

autem collectio facilis. Nam his qbus inſultarat, ipſi me acceſſerunt. Volo aũt priuſquã ad illa ueniam, ea dicere, quæ decipiẽdi ueſtri cauſa eum afferre inſtituiſſe audio. Nã ut mihi dictu ſummè neceſſariũ, ſic auditu uobis utiliſſimũ eſſe puto, ut illę rõnes in primis aperiant. quapropter hæc oratio, qua cauebit ne decipiamini, erit in cauſa, ut ſicut ius & iuriſiurandi religio poſtulat, pnũcietis. Oium igitur maxime uobis hæc oratio diligenter audienda & infigenda memoriæ eſt, & ſingulis iſtius cauillationibus occurrendũ. Iam primum omniũ non eſt obſcurũ, ex his quæ ipſe apud quoſdã, ut mihi nunciatũ eſt, cõmemorauit, eum hoc dicturum: me, ſi oino paſſus eſſem hæc quæ dicã, decuiſſe, ut ſe actione priuata accuſarem. Nam ꝗ ad ueſtiũ & aurearũ coronarũ perditionẽ attineat, & uniuerſam uiolentiã in chorũ admiſſam, actionẽ damni dati fuiſſe iſtituendã. Deinde ꝗ meum corpus leſum eſſe querar, iniuriarũ, nequaquam uerò publici criminis reum faciendum, & hanc litis ęſtimationẽ intentandã, quid ſit luendum aut ſoluendum. Ego uerò unum illud ſatis ſcio, idq́ uobis etiam tenendũ eſt, niſi populũ appellaſſem, ſed in ius ipſum uocaſſem, contrariã ſtatim rõnem obijci mihi potuiſſe: ſi quid horũ eſſet uerũ, me publicè conqueri, & in re pręſenti ſuppliciũ de iniurijs expoſcere debuiſſe. nam & chorũ fuiſſe ciuitatis, & ueſtem oẽm cauſa feſti paratam, & me: qui illa eſſem paſſus, ædilẽ. Quis igitur aliam uindictã ei prætuliſſet, quæ legibus in eos datur, qui feſtum uiolarunt? Hæc oia compertum habeo, iſtũ tum fuiſſe dicturum. Rei. n. opinor, & ſontis eſt, præſentem iudicij modum, quo minus pœnas det, detrectando, dictitare, eum fuiſſe modum uſurpandum, qui nullus eſt. At ſapientes iudices decet, & hæc nõ audire, & quęcunq; petulanter delinquentẽ reprehẽderint, ſupplicio cohercere. Ne igitur eũ dicere ſinatis, priuata ẽt iudicia mihi lege concedi, & actionem iniuriarum (conceduntur enim) ſed uel non feciſſe ſe ea de quibus accuſatur, uel ijs factis, feſtum non polluiſſe, hoc oſtendat. De hoc. n. & ego ſum cõqueſtus, & uos nunc ſniam feretis. Quod ſi ego priuatorũ iudiciorũ prærogatiua omiſſa, reipub. uindictam relinquo, et id certamẽ delegi, unde nihil ad me lucri redit: ęquum

Refutatio defenſionum Midiæ.

1 *Publico iudicio fuiſſe accuſandum Midiam.*

Reorũ eſt fugere: iudicũ, ſontes cohercere.

Cardo rei tenendus.

Inuerſio.

fuerit utiq; mihi gratiam potius haberi à uobis, q̃ damnum infligi Scio etiam eum hoc ſubinde inculcaturum: Ne me tradite Demoſtheni, neq; me ꝑpter Demoſthenē è medio tollite: ideóne me interficietis, qa cũ iſto bellum gero? Talia ſæpe, ſcio, clamitabit, ut me hiſce uerbis inuidioſum apud oēs faciat. Abſit aũt, & multum abſit, ut hęc ita ſe habeāt. Neminē.n. ſontē uos cuiq; accuſatori traditis. Nec.n. ubi quis affectus iniuria fuerit, tale ſupplıciũ delinquenti infligitis, quale is qui lęſus eſt, infligēdũ eſſe ꝑſuadere uobis ſtudet: ſed cōtrà, tuliſtis leges ante iniurias, quũ & delicta in incerto eſſent, & delicturi ęquè in incerto. Quę uerò hae legum uis eſt? Pollicentur oībus ciuibus, ſi cui fiat iniuria, ei ſe ulciſcendi ſuo p̄ſidio copiā facturas. Si quē igit̃ leges uiolantē punitis, eũ non accuſatoribus traditis, ſed leges ur̃as cōfirmatis. Iam ad illud quũ, Demoſthenes, inqet, læſus eſt: iuſta & cōis, & ad oīum ſecuritatē pertinens r̃ſio eſt, illo die nō me Demoſthenē tantũ eſſe exagitatum, ſed ēt ædilem ueſtrum. Qđ quantũ ualeat, hinc cognoſcetis: ſcitis è Sexuiris iſtis nemini eſſe nomē Sexuir, ſed quodcũq; tandē unicuiq;. Si quē igit̃ eoꝝ, dum priuatus eſt, uel mulctarit, uel cōuicijs inceſſerit, iniuriaꝝ & cōuicij poſtulabit̃. Sin Sexuirũ, ignominia ſine dubio notabit̃. Quapropter quiſqs id facit, is iam ēt leges cōtumelia afficit, & ueſtrā cōem coronā, & nomen ciuitatis. Nā Sexuir nullius hois eſt nomē, ſed ciuitatis. Eadem eſt & p̄toris ratio, quē ſi qs coronatũ uerberauerit, aut cōuicijs inceſſerit, infamis eſt: ſin priuatũ, priuato iudicio ē obnoxius. Nec hoꝝ tãtũ ea ratio eſt, ſed oīum qbus publicè aliqua ſecuritas, aut coronæ ius, aut alius qſpiā honos concedit̃. Ita ēt, ſi Midias alijs qbuſdam diebus, me ut ꝑſonam priuatā, in hunc modũ læſiſſet: priuatim ēt pœnas eũ dare oporteret. At ſi ædilē ueſtrum, ſolēni die nouilunij his oībus iniurijs & contumelijs affectum ab eo eſſe conſtat: æquum eũ eſt publicā indignationē & ultionem experiri. Nā cum Demoſthene ſimul ēt ædilis uiolabat̃, hoc uerò nomen publicũ eſt, idq; his diebus, qbus eſt legibus interdictũ. Sunt aũt leges qũ feruntur, cōſiderandæ, quædā & cuiuſmodi ſint: quum uerò receptæ fuerint, cuſtodiendæ & uſurpandæ.

Marginalia:

2 *Non ꝑpter Demoſthenē, ſed ꝑpter iniurias plectēdũ eſſe Midiam.*

Legũ æquitas

3 *Non demoſthenē tantũ, ſed ēt ædilem eē uiolatum.*

Vtēdum receptis legibus.

Nam hoc iuriſiurandi ueſtri religio, & æquitas alioq́ poſtulat. Olim habuiſtis legem dãni dati: habuiſtis uerberationis, habuiſtis contumeliæ. Iam ſi eos qui Bacchanalibus hoꝝ aliqd admiſiſſent, hiſce legibus fuiſſet ſatis puniri: ſuperuacanea fuiſſet hęc lex. ſed non eſt ſatis: eius rei ſignum hoc eſt. Sacrã legem cõſtituiſtis ipſi deo de nouilunĳ ſolẽnitate. Si qs igitur illis etiã ueteribus legibus, & hac poſt illas lata, & reliqs omnibus eſt reus: is proptereáne impunè feret ſua ſcelera, an potius meritò grauius mulctabitur? Equidẽ exiſtimo grauius mulctandũ. Nunciauit mihi porrò quidam, eum circũeuntem colligere ac ſi ſciſcitari, qbus nam uſuuenerit, ut contumelĳs afficerentur, eoſq́ uobis dicturum, & cõmemoraturum eſſe: ueluti, Athenienſes, principem quem aliquando ferunt à Polyzelo uerberatũ, & Sexuiꝝ qui nuper plagas accepit, * in tibicina aſſerẽda, & alios quoſdam eius generis. Quaſi uerò ſi multos alios multa & acerba perpeſſos oſtenderit, uos æqoribus animis factas mihi iniurias laturi ſitis. Mihi uerò, Athenienſes, contrarium iurè potius faciendum uidetur, ſi quam modò publicæ utilitatis rationem habere debeatis. Quis enim ueſtrum ignorat, ut huiuſmodi multa fiant, impunitatem in cauſa eſſe: ut uerò deinceps nemo petulanter agere auſit, id hac ſola ratione poſſe perfici, ſi qcunq́ deprehẽſus fuerit, meritũ ſuppliciũ luat? Si igitur alios ab huiuſmodi facinoribus deterreri expedit, ea quoq́ de cauſa iſte puniendus eſt. eoq́ magis, quo plura eius & atrociora facinora extãt. Sin ad licentiã aperiẽda feneſtra eſt, & iſte & alĳ omnes ſunt impunè dimittendi. Iam non ſimilem habere iſtum, & alios impetrandæ ueniæ cauſam inueniemus. Nam primùm is qui Sexuitũ uerberauit, tres habuit excuſationes, ebrietatem, amorem, ignorantiam, propterea quòd noctu & in tenebris res geſta eſt. Deinde Polyzelus iracũdia, & ſubito impulſu animi, qui deliberandi ſpacium negat, ſe peccaſſe dixit: nec.n. hoſtis fuerat, neq́ cõtumeliæ cauſa fecerat. Midię uerò nihil horum eſt quod dicat. Nam & inimicus mihi erat, & interdiu ſciens contumeliam faciebat. Nec in hoc ſolũ, ſed in omnibus rebus apparet, illi fuiſſe propoſitum, me contumelĳs afficere. nec

4 Nõ ſi etiã alĳs facta eſt iniuria, ꝑpter ea Midiæ parcendum.

ᾳερὸς. θεωμοθετης. τὴν αὐλητρίδα ἀφαιρούμενος.

Inuerſio.

Maxima peccãdi illecebra impunitatis ſpes.

Iniuriam Midiæ per collationẽ & à circunſtãtĳs amplificat.

Alia proedri & theſmothetæ, quàm De-

moſthenis ratio.

item ſimile quicq̃ ab illis & à me factũ eſſe uideo. Nam Sexuirum illum nec ueſtri nec legum ratione habuiſſe, aut grauiter tuliſſe conſtat: ſed priuatim argenti ſumma neſcio quanta delinitum, ab actione deſtitiſſe. Deinde is qui à Polyzelo uerberatus fuit, de ea ipſa re, priuata tranſactione facta, & legibus & uobis pro nihilo habitis, ne in iudicium q̃dem Polyzelũ adduxit. Si q̃s igitur illos accuſare in præſentia uult, hæc dicenda erunt. Sin crimina iſti per me obiecta refutare, q̃duis potius q̃ hæc erit adducendum. Nam hæc negocia cum illis ut quæ maximè pugnant. Me enim nec accepiſſe quicq̃, nec accipere inſtituiſſe cognoſcetur: ſed eam ultionem, quæ tum pro legibus, tum pro Deo, tum pro uobis exigenda eſt, ita ut decet, reſeruatam, nunc uobis reddidiſſe. Ne igitur ſinatis eum talia dicere, neq; etiamſi per uim ig eſſerit, tanq̃ aliq̃d æqui dicenti auſcultetis. Nam ſi hæc ſic apud uos decreta fuerint, non ullã defenſionem habebit. Quæ cauſa enim, humana ſaltẽ, quæ mediocris excuſatio facinorum illius proferetur? iracundia nimirum. nam hoc fortaſſe dicet. At quę aliq̃s ſubitò, non expectato conſilio mentis facere impulſus fuerit, etiamſi id cõtumelioſe fecerit, per iram tñ eſſe factum, dicere poteſt. Quæ uerò diu antè præmeditatus, continenter per multos dies contra leges facere palàm deprehenditur: non modò abeſt ab eo, ut iratus fecerit, ſed nemini iam dubium eſſe debet, quin de induſtria dataq; opera talis homo cõtumeliam fecerit. Enimuero quum de q̃bus eum accuſo, ea & feciſſe & contumeliam feciſſe conuincitur, Iudices: leges de cætero ſunt cõſulendæ, ex quarũ præſcriptio uos iudicaturos eſſe, iuraſtis: & cõſiderandũ, quanto ſeuerius & grauius puniendos ſtatuerint eos, qui data opera, & per cõtumeliam delinquunt, q̃ reliquos, qui alio quopiã modo peccant. Primùm de dato damno hæ leges oẽs (ut ab his ordiar) ſi q̃s uolens damnũ dederit, duplum: ſi inuitus, ſimplum pro dato damno ſoluere iubent. meritò. ęquum. n. eſt, ut læſus, utut factum ſit, adiuuetur. at ſonti non eandem pœnam ſtatuit, ſiue uolens ſiue inuitus fecerit. Deinde leges capitalium facinorũ, cædes conſilio factas, morte prepetuoq; exilio & publicatione bonorũ puniunt. at

Cõſulto factis Midiæ iniuriis nõ dãda uenia.

Grauius uindicantur legibus conſulto, quã impetu ut caſu facta.

qui fortuitò cædem fecerũt, cum his multo remiſsius & humanius eſſe agendum, ſanxerunt. Nec in his tm̃, hominibus petulantibus, & proteruis, ſed etiam in omnibus leges iratas eſſe cernitur. Nam quæ cauſa eſt, ſi quis iudicatum ſolui, non ſoluerit: cur lex actionem unde ui, non priuatam fecerit, ſed ad crimina publica referri oportere ſtatuerit? ac rurſus q̃ cauſa eſt, ſi quis uolens à uolente talentis ſingulis uel binis, uel denis etiam acceptis defraudarit: cur ei nihil cum republica negocij ſit? Sin aliquid exigui oĩno precij ceperis, idq; ui eripueris: tantundẽ cõuictum ærario debere, quantũ homini priuato leges iubent. quãobrem? q a quæcunq; ui gerũtur, cões eſſe iniurias etiam ijs ad quos illud negotiũ nihil attineret, legiſlator cenſuit: Robur corporis paucorum, leges uniuerſorum eſſe: eum q tranſegerit, ſibi cui uis facta ſit, reipublicæ uel le ſatisfactum. Quapropter ẽt ipſius contumeliæ accuſationes cuiuis liberas, litis æſtimationem totã publicã fecit: q putaret, ab eo q cõtumelioſé agere inſtitueret, nõ eum tm̃ cui facta eſſet iniuria, ſed etiam rempublicam lædi, & læſo animaduerſione ſatisfieri, non autẽ decere eũ iniuriam ſibi factã uendere pecunia: & rẽ uſq; adeò exaggerauit, ut tametſi uel ſeruo contumelia facta fuerit, nõ minus in ea cauſa publicã actionem dederit. Nec.n.putauit reſpiciendũ, quis nam eſſet q pateret, ſed cuiuſmodi res eſſet q̃ fieret: quam quũ dedecere reperiſſet, ſanxit & uetuit, ne uel in ſeruũ, uel oĩno in quenquã cõmitteretur. Non.n.eſt, non eſt Athenienſes, quicquã rerũ omnium intolerabilius contumelia, aut maiore uobis indignatione uindicandũ. Sed cape iſtã legem de cõtumelia, & recita. Nihil.n. prꝗſtabilius eſt, q̃ ipſam legem audire. LEX. Si qs aliquẽ contumelia affecerit, ſiue puerum, ſiue mulierẽ, ſiue uirũ, ingenuos aut ſeruos, aut aliqd legibus interdictum in hom aliquem admiſerit, eum quicunq; uolet Athenienſium, cui id licet, deferat apud Sexuiros. At Sexuiri actionẽ dẽt itra dies triginta apud Heliæã, ab eo die quo res in iudiciũ allata fuerit, niſi publicum aliqd impediat. Sin minus, cum primũ fieri poterit. Qui uerò dãnatus fuerit, illi Heliæa ſtatim crimẽ æſtimet, qd luere aut ſoluere debere uideat. Qui uerò priua

Omnis uiolentia publicè uindicanda.

Contumelia intolerabilis.

Digitized by Google

ta iudicia dictarint ex lege hac, ſi qs non perſecutus fuerit actionẽ, aut pſecutus, quintam ſuffragiorum partẽ nõ tulerit, is mille drachmas mulctam ærario ſoluat. Sin cõtumelia pecunijs æſtimata fuerit, uinciatᷣ, ſi ingenuũ affecerit contumelia, donec ſoluerit. Auditis Athenięſes, humanitatẽ legis, q̃ nec ſeruos affici cõtumelijs ſinit. Quid igitᷣ, per deos, ſi qs lege hac ad Barbaros plata, unde mãcipia in Græciã adducuntᷣ, uos laudãs & de ueſtra urbe cõmemorans, ad eos dixerit: eſſe quoſdã Græcos homines ita manſuetis & humanis moribus p̃ditos, ut multis iniurijs ab eis affecti, & paternis inimicitijs in eos quaſi naturæ inſtinctu ꝓpagatis: tñ ne illos quidem uexari cõtumelioſe patiantur, quos precio numerato ad ſeruitutẽ emerint: ſed legem publicè ſanxerint hãc, q̃ talia uetaret, et multos iam ob eã legem uiolatam capite mulctarint. Hæc inquã, ſi audiuiſſent, pcepiſſentq́ Barbari, an nõ arbitramini eos publicè ius hoſpitij nobiſcum oĩbus inituros? Eam legem igitur non tm̃ apud Græcos celebrem, ſed Barbarorꝫ ẽt approbatione dignam, is q uiolat, quó nã ſupplicio ſit afficiẽdus cõſiderate, ut ſatis graues pœnas dederit? Quod ſi ego, Athenięſes, quũ ſic tractarer à Midia, nõ ædilis fuiſſem: cõtumeliæ tm̃ eius facinora dãnari potuiſſent. Nunc ſi qs eum uiolatæ religionis damnet, rectè mihi facturus uidebitᷣ. Necꝫ.n. certè hoc ignoratis, uos iſtos choros uniuerſos & hymnos, in Bacchi honorem inſtituere, non modò ex legibus Bacchanalibus, ſed etiam ex oraculis, in quibus uniuerſis noſtrę urbi diuinitus hoc eſſe ꝓmulgatũ inuenietis, nõ minus Delphis q̃ꝫ Dodonæ, ut choros inſtituat ritu patrio, & uicos luſtret, & coronas geſtet. Sed cape ipſa oracula, et recita.

> Commẽdatio legis ab euentu
>
> καθ' ὑπόθεσιν, *ad amplificandum midiæ ſcelus.*
>
> Amplificatio, *Poſſe midiam etiã impietatis accuſari.*

ORACVLA.

Impero Erechthidis, Pandionis urbis alumnis,
Qui patrio ferias agitatis, ſacraq́; cultu,
Vt Bacchi memores, amplis regionibus urbis
*Feſtiuos * Bromio celebretis in ordine cœtus,*
Sacra aris fiant, coma ſit redimita coronis.

> * ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας

Sacra pro ſanitate fiant, et uota, Ioui ſupremo, & Herculi: Apollini præſidi, pro bona fortuna. Apollini cõpitalitio, Latonæ, Dianæ: itẽ in compitis crateres ſtatuen-

di ſunt, & chori ducendi, & coronæ geſtandæ ritu pa- trio: ſublatis * proprijs manibus dexteris & ſiniſtris, ad diuos diuasq́ cœleſtes oẽs, et donorum recordandum. ALIVD. Oracula Dodonæa populo Athenienſi data: Iouis filius ſignificat, ſacra non in tempore eſſe facta, iubetq́ delectos nouem ſacrificulos ad ſolennitatẽ mitti, qui Ioui Dodonęo celeriter * aratores boues, & cum ſingulis binas bucculas offerant. Dionæ porrò bouẽ & alias uictimas, & æream menſam, atq́ inſuper id donarium, qđ populus Athenienſium dedicauit. ALIVD. Iouis filius Dodonæ ſignificat: Baccho * populari uictimam integram immolandam, & craterẽ miſcendũ, & choros ducendos. Apollini malorũ depulſori mactandum bouem, coronas geſtandas tam ſeruis, q̃ ingenuis, & miſericordiæ rationem habendam, uno die * opulento Ioui bouem album immolandum.

ἰδίας. fortaſſe ὁσίας, puras, religioſas.

* deeſſe uidetur numerus & uerbum.

δημοτελῶ.

κτησίῳ q. d. poſſeſſorio.

Sunt, Athenienſes, & hæc & alia multa in urbe præclara oracula: Quid igitur inde uobis colligendum eſt? hoc nimirum: reliqua ſacra dijs, qui in ſingulis oraculis nominatim exprimunt, fieri iubent. At choros ducere, patrioq́ ritu geſtare coronas, reliquis oĩbus uaticinationibus tanquam appendicem adducit. Choros igit̃ oẽs qui conueniunt, & nos ædiles conſtat, illis diebus, q̃bus ad ludũ cõuenimus, ex hiſce oraculis pro uobis ipſis ornari coronis. nec minus eum q uictor, q̃ qui poſtremus oium futurus eſt. At parta iã uictoria, is q ſacrificat, tum demum pro ſeſe coronat̃. Qui igit̃ in aliquẽ è choro, aut ædilem, odio impellente, impetũ facit, in ipſo certamine præſertim & Dei templo: eum'ne aliud q̃ uiolaſſe religionem dicemus? Illud ẽt ſcitis, uos, quanquã uelitis, neqs peregrinus in certamẽ deſcendat, oĩno tñ ædiliũ nulli permiſiſſe, ut actores ad magiſtratus rapiat, eosq́ diſpiciat: ſed ſi citarit, qnquaginta drachmas: ſin ſedere iuſſerit, mille pro mulcta ſoluere iuſsiſſe. Cur uerò? ne coronatum aliquẽ, & ſacris operãtẽ, illo die uocet, moleſtiáue aut contumelia afficiat quiſquã de induſtria. Is igitur q uel actorem citarit, lege indemnis nõ erit: q uerò ædilẽ ipſum cõtra leges oẽs cõciderit adeò manifeſtè, pœnas non dabit? Atq nulla erit legũ humanarũ & popularium

Bacchanales cœtus pertinere ad tempus.

A minori.

utilitas,ſi contemptoribus & uiolatoribus earũ, ueſtra, qui ſingulis tẽporibus cũ autoritate eſtis,iracundia non erit metuẽda. Agite uerò,per deos immortales, illud ẽt conſiderate. Oratos aũt uolo uos, ne mihi ſuccenſeatis, ſi quorundam qbus res aduerſę acciderunt, nominatim meminero. nec.n.(deos teſtor)id à me fiet, ut cuiquam quicquã obijciam:ſed ut oſtendã,uos cęteri oẽs,uim aut contumeliã & alia eiuſdẽ generis facere quantopere fugiatis. Eſt Sannio quidã q tragicos choros docet. is deſertæ militiæ reus eſt pactus,ac aduerſiore fortuna uſus. Hunc poſt eã calamitatẽ,qdam ꝓbitor,tragœdorꝫ opinor,æmulãdi ſtudio cõduxit Theoſdothides. Ac primũ eius in ædilitate æmuli indignabanť,ſeq́ꝫ ꝓhibituros minabantur. Vt uerò theatro pleno populũ ad ſpectãdos ludos cõueniſſe uidere:ueriti ſunt,permiſerũt, nemo attigit. Sed tantã in unoquoqꝫ ueſtrũ religionis fuiſſe reuerẽtiã uidere eſt,ut omne deinceps reliquũ tpˢ choros doceat,neqꝫ ex priuatis eius inimicis quiſquã ꝓhibeat, nedũ ædili manus afferat. Alius eſt Ariſtides è tribu Oeneia,ſimili ferè & ipſe calamitate cõflictatus. q iã & conſenuit, & in cœtu ludionũ minus eſt fortaſſe celebris,ſed aliqñ dux & princeps tribus fuit. Scitis aũt hoc utiqꝫ,ſi qs ducẽ ſuſtulerit,reliquum chorꝫ perire.ſed tñ cum ædiles inter ſeſe multi ambitioſe contenderẽt, nullus unquã ꝓrogatiuã hanc animaduertit, aut auſus eſt eũ educere ac prohibere. Nã qa id facere neceſſe erat,eo manu præhenſo,nec licebat citare ad ꝑtorẽ,ſicuti,ſi qs educere peregrinũ uoluiſſet:nemo fuit oĩum,q id tã petulãs facinus in conſpectu populi cõmittere nõ erubeſceret. Eſt ne ferendũ igiť,Athenięſes,ac nõ potius grauiſsimè uindicãdum,cũ ædiliũ q in ea re poſitã eſſe uictoriã putarent,et ſæpe oẽs opes ſuas in hæc munera effudiſſent,nemo unquã fuerit auſus uel eos attingere,quos legibus licet:ſed ita religioſis,ita uerecũdis, ita moderatis fuiſſe ingenijs, ut,quanquã & ſumptus faciebant,& æſtuabant,tñ ſibi tẽperarent,& cũ ueſtras uolũtates, tũ feſti ſtudium conſiderarẽt:à Midia hoĩe priuato,q nihil inſumpſiſſet,propterea ꝙ cuidã infenſus erat atqꝫ inimicus, illũ ſumptus facientẽ,ædilem, nulla ignominia notatũ,impudẽter in-

Collatione modeſtiæ aliorum ædilium, Midiæ petulãtiam amplificat.

Sannio deſertor,ob religionem inuiolatus.

Ariſtides hiſtrio.

uadi & uerberari,et neq; feſti,neq; legum, neq; ſermonũ ueſtrorũ,neq; Dei rationẽ haberi. Etſi aũt Athenieſes,inimicitiæ inter multos interceſſerunt, non modò priuatis, ſed publicis ẽt de cauſis:nullus unquã tñ eò uenit impudentiæ,ut tale quicquã facere fuerit auſus. Nã Iphicratẽ olim illũ ferunt à Diocle Pithenſi capitali odio diſſenſiſſe,ꝑtereaq́; ſic eueniſſe, ut Tiſias Iphicratis frater in ædilitate cũ Diocle cõponeret. Sed tñ, quamuis & multos amicos & magnas opes haberet Iphicrates,tãtaq́; eſſet animi magnitudine, quanta eſſe conſentaneũ eſt uirũ & gloriã & eos honores aſſecutũ, qbus ille à uobis ornatus fuerat:nõ noctu aurificũ officinas inuaſit,neq; ad feſtũ parata ueſtimẽta dilacerauit, neq; chori magiſtrum corrupit,neq; chorũ diſcere ꝓhibuit,aut qcquã tale,qualia iſte ꝑpetrauit,deſignauit:ſed & legũ & ueſtrarũ uolũtatum habita ratione, inimicũ ſuum uictorẽ & coronatum ſpectare ſuſtinuit:meritò. Nã in qua ipſe republica ſe beatum eſſe factũ ſciebat,ei talibus in rebus cõcedendum putabat. Pręterea Philoſtratus Colonęus,ut ſcim⁹ oẽs,Chabriã,cum dies illi capitis de Oropo dicta eſſet, accuſauit,& qdẽ oium accuſatorũ fuit acerrimus,ac poſtea pueris ſumptus ad Bacchanalia ſuppeditauit,et uicit:nec illi tñ alapas dedit Chabrias, neq; coronam eripuit,nec oino ad illũ acceſsit,ubi nõ oportebat. Quanq; autẽ cõplures habeo, q multis de cauſis inter ſe inimici fuerunt:nullum tñ audiui unquã,aut uidi,q eò cõtumelię uenerit,ut tale aliqd deſignaret. Ac ne illud qdẽ quenq; ueſtrũ ſcio meminiſſe prius factum,ut quiſquã ſiue priuatim ſiue publicè ſuſceptis inimicitijs,aut quũ iudices uocarentẽ,aſtitiſſet:aut dũ iurarent, eoſdẽ iuriſiurãdi religione ſoluiſſet:aut deniq; ulla tali re hoſtile odiũ præ ſe tuliſſet,atq; effudiſſet Nã hæc oia,& eius generis alia,Athenieſes,ęmulatione adductũ aliquẽ q ſit ędilis,facere,nõnihil excuſationis habet:at ex maleuolentia cõſultò aliquẽ in rebus oibus exagitare,ſuamq́; potentiã et uiolentiã oſtẽtare,tanq; legib⁹ ſupiorẽ,graue eſt mehercule,& iniquũ,neq; utile uobis. Nã ſi qſq; ædiliũ hoc ſibi certò eſſe ꝓpoſitũ ſciret: Si mihi ille neſcio qs,ſiue Midias,ſiue quiſpiam alius,cõfidens,itaq; diues,inimicus fuerit,pri-

Iphicrates.

Chabrias.

Midiæ impunitatem fore periculoſam reipublicæ.

mum & uictoria priuabor, etiamſi præclarius aliquo me geſſero: deinde rebus omnibus ero inferior, & perpetuò contumelijs onerabor: quis ita inconſideratus, aut ita deplorati animi eſt, qui (ultrò quidem) unicam à ſe drachmam inſumptam uelit? nemo profectò. Sed illud opinor eſt quod ſtudia & cupiditatem omnium excitat, ut nullis ſumptibus parcere uelint, quòd in populari repub. pari æquoq; iure cum cæteris, omnes licere ſibi uiuere arbitrantur. Sed hæc, Athenienſes, per iſtum cõtingere mihi non potuerunt, ſed præter acceptam contumeliam, inſuper uictoria quoq; ſum fraudatus. Atqui uobis omnibus illud ego perſpicuè demõſtrabo, licuiſſe Midiæ, nihil improbè molienti, neq; contumeliam facienti, neq; uerberãti: & exhibere mihi moleſtiam, & laudẽ à uobis, cõceſſu legum, adipiſci, ſic ut ego nunc de eo ne hiſcere quidẽ auderem. Decuiſſet. n. eum, Athenienſes, quũ ego publicè Pandioniæ tribus ædilitatem ſuſcepi, tum ipſum ædilem Erechtheiæ ſuæ tribus ſe fore profiteri, æquatoq; mecum periculo, ſua re familiari exẽplo meo inſumẽda, ſic demũ eripere mihi uictoriam: ſic uerò inſultare & uerberare ne tum quidẽ. Nunc id quidẽ non fecit, quo populo honorẽ habere potuiſſet, neq; ullũ tale ſuę generoſitatis ſpecimẽ edidit. Sed me, qui, ſiue quis, Athenienſes, inſaniam eã exiſtimare uult (eſt. n. fortaſſe inſaniæ, niti ſupra uires) ſiue ſtudiũ honoris, ædilitatẽ ultro ſubij: adeò palã & nefariè inſultans, aſſectatus eſt, ut neq; à ſacris ueſtibus, neque à choro, neq; denique à corpore meo manus abſtineret. Si quis aũt ueſtrũ, Athenienſes, Midiæ quidẽ iraſcitur, non adeò tamẽ ut eũ morte mulctandũ exiſtimet, is nõ rectè ſentit. Nec. n. æquũ eſt, aut conuenit, ut eius q̃ lęſus eſt uerecundia, illi qui oẽs contumeliæ ſuæ habenas laxauit, ad ſalutẽ quicquã opituletur. ſed is quidẽ ſic eſt puniendus, ut per quẽ nõ ſteterit, quo minus atrociſſima quæq; perpetrarentur. at accuſatori, promptè opem ferendo gratiã referri decet. Nec. n. hoc profectò dici poteſt, me, cum ex huiuſmodi rebus nihil unquã atrocitatis extiterit, nunc exaggerare hoc factũ, & terribile facere. Longè quidem ſe res aliter habet, quũ norint omnes, aut pleriq; ſaltem, Euthynum, qui olim palæſtrita fuit, adoleſcentulum illũ,

Aequalitas.

Liberalitate debuiſſe Midiam certare cum Demoſthene.

Amplificat Midiæ contumeliam à conſequentibus.

Euthynus.

& Sophilum pancratiaſtem (fuit is homo robuſtus, niger) ſatis ſcio intelligere ueſtrum aliquos quē dicā, hunc, Sami in congreſſu quodā familiariq́ colloquio, q̄ is qui eum uerberabat, ſe contumeliam ei facere putabat, ſic in illum uindicaſſe, ut etiam occideret. Norunt, ab Euæone multi Leodamantis fratre occiſum eſſe Bœotū in cœna & cōgreſſu cōmuni, ob unam plagam. Nec.n. plaga exci tarat iracundiam, ſed ignominia. neq; uerbera ingenuis ſunt acerba, quanquā acerba ſunt: ſed contumeliæ cauſa uerberari, eſt acerbum. Multa enim is qui uerberat, Athenienſes, fecerit: quorū q̄dam is qui paſſus eſt, alijs nec referre poſſit: geſtu, obtutu, uoce, quum ut inſultans, quū ut inimicus, quū pugno, quū in mala: hęc cōmouent, hæc ad inſaniam adigunt homines, ferendis cōtumelijs nō aſſuetos. neq; eſt, Athenienſes, qui hæc referens, acerbitatem rei geſtæ auditoribus ſic repręſentare poſſit, ſicut reuera, ipſoq́ facto, patienti & ſpectatoribus, euidens apparet contumelia. Conſiderate igitur per Iouem & deos, Athenienſes, & cogitate uobiſcū, quanto maiore iracūdia me inflammari conuenerit à Midia talia patientem, q̄ tunc Euæonē illum qui Bœotum interfecit? Nam is à familiari, eoq́ ebrio, corā ſex aut ſeptē hominibus, atq; illis ipſis familiaribus, uapulauit: qui alterū ob ea quæ fecerat uituperaturi, alterum, ſi æquo tuliſſet animo iniuriam, iræq; imperaſſet, deinde laudaturi erant, p̄ſertim ad cœnam in ædes ingreſſum, quò nec accedere ipſi licebat. Ego uerò ab inimico ſobrio, manè, contumeliæ cauſa, nō per ebrietatem id faciente, in cōſpectu multorum & hoſpitum & ciuium, ſum contumelijs affectus, atq; inſuper in templo, quò mihi munus ædilitatis ſuſtinenti magna eundi neceſſitas incumbebat. Ac me quidem, Athenienſes, prudenter aut feliciter potius exiſtimo feciſſe, tum qui eo tempore iniuriam diſſimularim, tum qui per iracundiam non ſim ad atrox aliquod facinus impulſus. Sed Euæoni tamen, & omnibus, ſi quis illi dum contumeliam pateretur, opem tulit, omnino ignoſco: idemq́ meo quidem iudicio, etiam iudicum pleriq; cum fecerunt. Nam eū uno tantum ſuffragio eſſe damnatum audio, idq; quum neq; fleuiſſet, neque ullum iudicem deprecatus eſſet, neque

Sophilus.

Euæon.

ὑποτύπωσις *hominis uerberantis.*

Collatio iniuriæ Midiæ & Bœoti.

ullum humanitatis apud iudices uel paruũ uel magnum ſignum dediſſet. Ponamus igitur ſic. Eos qui eum dãnauerunt, non damnaſſe propterea, ꝙ ſe ultus ſit, ſed quod eo modo, ut etiam occideret: qui abſoluerunt, etiam hãc immodicam ultionem illi cuius corpus eſſet uiolatũ, largitos eſſe. Quid igitur? mihi qui ita diligenter caui, ne qd grauius cõmitteretur, ut nec uim ui repulerim, à quo tandem ultionis iniuriarũ exigendæ copia fieri debet? Equidem à uobis arbitror & legibus, & exemplum ſtatui omnibus, contumelioſos omnes & petulantes neminem ipſum ulciſci per iracundiam, ſed ad uos adducere debere, ut qui confirmetis & reſeruetis his qui læſi ſunt, legũ præſidia contra iniurios. Credo autem quoſdam ueſtrũ audire uelle, Iudices, q̃ cauſę inimicitiarum inter nos interceſſerint, quũ exiſtimetis mortalium neminẽ ita inſolenter, & uiolenter in ullum ciuem debacchaturum, niſi contra quem grauiſſimas irarum cauſas haberet. Volo igitur & de hoc ſimultatis initio referre, & cõmemorare, ut intelligatis, eum iure propter illud etiam pœnas fuiſſe daturũ. Abſoluam autẽ narrationẽ hanc breuiter, etiamſi altius repetere uidebor. Cum admodũ adoleſcentulus, tutores meos malè adminiſtrati mei patrimonij accuſarem, atq; iſtum adeò non noſſem, ut nec an natus eſſet, ſcirem (atq; utinam eum nunc quoq; nõ noſſem) tum quũ mihi actio danda eſſet in diem circiter quartũ aut quintũ, impetum fecerunt in ædes meas, iſtius frater & iſte, triearchiæ nomine opes mecum permutaturi: ac nomẽ quidẽ ille accõmodabat, & erat is qui opes permutaret Thraſylochus. Res uerò ipſa & totius rei adminiſtratio iſtius erat. ac primũ fores ædium, ut quæ iam iuris ipſorum, ratione ꝑmutationis factæ eſſent, diffiderunt. deinde cum ſoror mea tum adhuc intus eſſet, puella adhuc, corã uirguncula obſcœna loquuti ſunt, & talia, qualia id genus hominũ ſolet (nec enim ego me unquã adduci ſinam, ut quicquam tum dictũ apud uos referam) ac matrẽ & omnes nos infandis conuicijs proſciderunt. Quod uerò grauiſſimũ eſt, & iam non dictum, ſed factum, quaſi ipſorum negocium ageretur, tutores iudicio liberarunt. Hæc quanquã uetera, quoſdam tamen è uobis recordari puto. Tota enim

Cauſæ inimicitiarum inter Midiã & Demoſthenem.

Antidoſis.

ciuitas illam permutationem, & illius temporis inſidias, & petulantiam iſtorum cognouit. Atq; ego tum omnino deſtitutus ope amicorum, & admodum adoleſcētulus, ut ne his quæ apud curatores habebam, priuarer, expectans me recepturum nō tantillum, quantum recuperare potui, ſed tam multa quàm multis me fraudatum eſſe norā: do iſtis uiginti minas, quāti Trierarchiam elocarant. Ac illorum illius temporis in me iniuriæ, hæ ſunt. Poſtea uerò, dicta illi die ob maledicta, abſentem damnaui. nec.n. ad iudicium uenit: cumq; iudicatum non ſoluiſſet, nihil rerum eius, quod mihi licebat, unquam attigi. Rurſus dicta illi die unde ui, nunquam hactenus uel hodie impetrare actionem potui. Tot technis & cauſis ſubinde inuentis: iſte tergiuerſatur. Ac ego quidem ita uerecundè, iudicio, legibus, omnia mihi cēſeo facienda. At iſte, ut uos auditis, petulanter non mihi tantum & meis, ſed & tribulibus meis inſultandū putauit propter me. Hæc ut à me uerè dici conſtet, uoca mihi teſtes: ut ſciatis, priuſquā autoritate legū ueteres eius iniurias ulciſci poſſem, me alijs ab eo, quales audiſtis, eſſe contumelijs oneratum. TESTES. Calliſthenes Sphettius, Diognetus Theoriſcus, Mneſtheus Alopecenſis: Scimus Demoſthenem, cui teſtimonium dicimus, Midię diem dixiſſe unde ui, ei qui nunc ab eo publico crimine accuſatur. & iam octo annos illud iudicium eluſiſſe Midiam, ac totius huius morę cauſam extitiſſe, ſemper tergiuerſantem & procraſtinantē. De iudicio igitur, quod ſcelus, Athenienſes, cōmiſerit, audite, & ſpectate in ſingulis eius contumeliam & inſolentiam. Nā eius iudicij (hoc dico quo eum conuici) fuit mihi arbiter Strato Phalereus, homo pauper ille quidem & quietus, ſed alioqui non improbus, ac potius omnino bonus. id quod miſerum, non rectè, imò perquàm flagitioſe, neq; iure perdidit. Eo Stratone nobis arbitrāte, cum tandem aduenißet ſtatus dies, ac omnia conſtituta legibus peracta eſſent, ut dilationes, ut exceptiones, neq; quicquā reſtaret amplius: primū me precatur, ut arbitrium differrem. Deinde ut in poſterum diem reijcerem. Tandem, quia nec ego conſentirem, neq; ſe iſte ſiſteret, & iam adueſperaſceret: Midiam damnauit. Crepuſculo autem, & tene-

Iudicium.

Strato arbiter à Midia ignominia notatus.

bris ingruentibus,uenit iſte Midias ad prætorium,& prætores exeuntes deprehendit,Stratonemq́; abeuntē,qui iam in reum abſentem pronunciarat:ut ego è quodā, qui interfuit,comperi.Primùm igitur perſuadere Stratoni conatur,ut ſententiam damnatoriam in abſolutoriam conuerteret.utq́; prætores ſcripturā mutarent,& quinquaginta drachmas ſe illis daturum paciſcitur. Qui cum eam rem moleſtè ferrent.ac neutri eò ſe adduci paterentur:cōminatus,multiſq́; conuicijs eos inſectatus,digreſſus inde quid facit?operæpræcium eſt ſpectare eius malitiam * quum arbitri ſententiam dicta die reſcindere uellet, iuſiurandū nō dedit, ſed contra ſe ratam fieri ſiuit, * & iniuriatus in ſenatū uenit:& quia uolebat deinceps latêre,obſeruato arbitrorum die ultimo,qui mēſe Aprili aut Maio eſt, ad quē arbitrorū alius uenit,alius nō uenit,cōſuli perſuaſit ut ſententiā ferret : contraq́; oēs leges,nullo uiatore adſcripto,nullis accuſantibus, pſente nemine,loco mouet,atq́; ignominia notat arbitrū.Et nūc unus Athenienſium, q a Midias ob deſertū uadimoniū dānatus eſt,totius reipublicæ cōmodis ſpoliatus,ac omni dignitate priuatus eſt. Sic nec accepta iniuria diē dicere,nec arbitrū eſſe Midiæ, deniq́; nec eâdē ire uia,ut apparet,tutum eſt.Sic aūt hoc negociū uobis cōſiderandū eſt,animoq́; reputandū, qd tandē ſit,qua tam atroci affectus iniuria Midias,ad homine ciue tantū exigere pro factis ſuppliciū ſtuduerit.ac ſi reuera qd intolerabile atq́; immane fuerit,ueniā meretur:ſin tale nihil,ſpectate ſcelus & crudelitatē,qua in oēs obuios graſſat.Quid eſt igitur quod ſit paſſus?magno.ſ. iudicio dānatus erat, & tanto,ut tota re familiari priuaretur?at mille drachmarū duntaxat lis erat.Omnino,ſed mordet etiā hoc,inquiet aliquis,quū per iniuriam iudicatū ſoluendū eſt.An uſu ei uenit,ut die pterito ignoraret ſe affectū eſſe iniuria? imò illo ipſo die cognouit:idq́; maximo argumēto eſt,hominē illū nihil iniuſtè feciſſe.iſte uerò drachmam nondū ullam ſoluit.Sed de hoc poſterius. Atqui licebat * ei profectò referre cauſam ad iudices,& defendere,iudiciū eſſe nullū,ac mecū experiri,cū quo ab initio res ei fuerat. Sed hoc noluit,& ne Midias definito legibus decē minarū iudicio periclitaret, cui ſe nō ſtitit,

Extenuatione mulctæ, Midiæ iniquitatē exaggerat.

ἀντιλαχὼν τὴν διαιταν.

ἀνώμοτας ἀπηνέχθη.

τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαχὼν

(quod factum oportuit, quò, ſi deliquiſſet, pœnas daret: ſin minus, abſolueretur) ciuem Athenienſem dignitate ſpoliari oportet, negata omni uenia, omni defenſione, omni æquitate, quæ etiam palàm conuictis iniuriarum, conceduntur omnia. Poſtq̀ autem in ordinē coegit, quē uoluit, & uos hoc ei condonaſtis, ſuumq́ impudentē animum, quo talia cōſilia nectit, expleuit: num illud fecit, ut iudicatum ſolueret, ꝓpter qđ hominem perdidit? at nec obolum in hunc uſq; diem, potiuſq́ actione unde ui Poſtulari ſuſtinet. Alter igitur ignominia notatus ꝓpter noſtras rixas, perijt: alteri mali nihil quicq̀ accidit, ſed ſurſum ac deorſum, leges, arbitros, omnia quæ libido tulerit, uerſat, ac ſententiam latam in arbitrum, quam reo nō uocato per inſidias elicuit, ipſe ſibi ratam fecit: qua uerò ipſe mihi tenebatur, uocatus, ſciens, uadimoniū deſerēs, irritam facit. Atqui ſi iſte tāta pœna dignos iudicat eos, à q̄bus abſens damnatur, quas pœnas iſtum dare uobis oportebit, ita manifeſtè leges ueſtras per contumeliam uiolantem? nam ſi ignominia tum legum, tum iudiciorꝫ, rerum deniq; omnium priuatio, illius iniuriæ digna pœna eſt: contumeliç certè, parua erit, meo quidem iudicio, mors. Vt autem uera me dicere conſtet, uoca mihi harꝫ rerum teſtes, & arbitrorꝫ recita legem. TESTES. Nicoſtratus Myrrhinuſius, Phanias Aphidnæus: Scimus Demoſthenem, cui teſtimonium dicimus: & Midiam, q̄ à Demoſthene accuſatur, quum ob maledicta diem illi dixiſſet, ſumpſiſſe arbitrum Stratonem: & quū uadimonij dies lege præfinita adeſſet, Midiam apud arbitrum ſe non ſtitiſſe, ſed deſſeruiſſe uadimonium. Damnatum igitur Midiam abſentem, ſcimus conatum eſſe perſuadere Stratoni arbitro & nobis, qui temporibus illis nouem uiri eramus, ut arbitrium reſcinderemus, drachmis quinquaginta promiſſis. Quod ubi recuſauimus, nobis minitatum inſuper, diſceſſiſſe. ob hanc cauſam ſcimus Stratonem à Midia inſidioſe circumuentum, & contra omne ius & æquitatem ignominia notatum eſſe. Recita etiam arbitrorum legem. LEX. Si qui de priuatis contractibus litigarint, & arbitrum ſumere uoluerint, quēcunq; eis liceat ſumere quemcūq; uoluerint ar-

bitrum. Quod ſi cõmuniter uoluerint, acquieſcant eius ſniæ, neq; amplius ob hoc in aliud iudicium eadem crimina deferant, ſed ab arbitrio iudicata rata ſint. Age uoca etiam Stratonem ipſum, eum qui talia paſſus eſt. ſtare enim ei ꝑfectò licebit. Hic Athenienſes, pauper fortaſſis eſt, improbus nõ eſt. Qui cũ ciuis ſit, & oẽs expeditiones iuuenis obierit, neq; ſceleris quicq̃ admiſerit: nũc tacitus aſtat, non alijs modò cõmunibus bonis ſpoliatus, ſed ẽt loquẽdi lamentãdiq; poteſtate: ac iuſta an iniuſta ſit paſſus, ne id quidem apud uos audet exponere. et hęc à Midia paſſus eſt, & à Midiæ opibus atq; inſolẽtia, ob paupertatẽ ſolitudinẽq; ſuã, atq; ordinem plebeiũ: qui, ſi uiolatis legibus, qnquaginta drachmis ab iſto acceptis, damnatoriam ſniam in abſolutoriã mutaſſet: iam honoribus fungeretur, & ſine ullo malo æquo iure cum reliqs ciuibus frueretur. Sed qa iuſtitiam pluris fecit q̃ Midiã, & leges magis timuit, q̃ iſtius minas: ob hæc in tantam & talem calamitatẽ ab iſto eſt coniectus. Vos igiť hominem ita crudelem, ita inhumanũ, tantum ſupplicium pro his exigentem, in qbus iniuriam ſibi eſſe factam dũtaxat dicit (nec.n. facta illi fuit iniuria) hunc inquam in ciuium aliquem contumelioſe inſultantẽ deprehenſum, abſoluetis: & neq; feſti, neq; ſacroꝝ, neq; legis, nec alterius rei ullius rõnem hñtem, non condẽnabitis? non in eo exẽplũ ſtatuetis? Ecqd dicetis Iudices? Quã, obſecro uos, æquã excuſationem habituri eſtis, aut honeſtam? eã. ſ. eſſe petulantẽ & ĩprobum? Nam hęc certè uera ſunt. Sed odio ꝑſequẽdi, Iudices, uobis ſunt potius tales, q̃ ſeruãdi: Num qa diues? at hanc ferè cauſam eſſe iniuriaꝝ eius et petulãtiæ reperietis. Quare occaſio hæc & facultas, pp quam ita inſoleſcit & graſſať, adimať ei potius, q̃ ut pp eãdem conſeruet. Magnam.n. pecuniam in hoĩs confidentis & improbi manu relinquere, id eſt enſem illi porrigere, quo iugulemini. Quid reſtat igitur? ut uos eius miſereſcat ſcilicet? nam filiolos adducet, & lamentabitur, & eoꝝ precibus ſe donari petet. hoc.n. eſt reliquum. Atqui noſtis hoc profeſtò, qui indignè malo aliquo cõflictantur, cui ferendo ſint impares, eoꝝ moueri miſericordia oportere, non iſtoꝝ qui perpetratorum ſcelerum pœnas dant.

Stratonem adduc t, ad impetrãdam ei miſericordiã & inuidiã Midiæ conflandam.

Hortatur iudices ut Midiã puniant.

Nulla miſericordia Midiæ tribuenda.

Ecquem iſti iurè mouerent, qui uideat iſtum huius filijs nihil eſſe motum, qui præter mala cætera, calamitati patris nullam adhiberi poſſe medicinam ſciunt. nec enim inflicta illi mulcta eſt, qua diſſoluta priſtinam ei recuperare dignitatem liceat: ſed ita ſimpliciter impetu iracundiæ & cōtumeliæ Midianæ eſt ignominia notatus. Quis igitur ferocire deſinet? cui tandem opes, ꝓpter quas iſte hæc facit, eripientur? ſiquidem iſti tāquam calamitoſo uos miſericordiam tribuetis? Sin pauper aliqs, ſcelere nullo obligatus, in ſummas ab iſto miſerias per iniuriā eſt coniectus, huius uicem nihil iraſcemini? Abſit. Neminis. n. miſerendum eſt, qui neminis miſeretur: neq; quicquam illi ueniæ dandum, qui nemini dat ueniam. Nam ego quidem exiſtimo, omnes homines in hac ſententia eſſe, ut exiſtiment, oportere unūquenq; ex tota ſua uiuendi ratione quaſi ſtipem quandam ad uitam colligere. non eam tantum quam colligunt, & quam explent aliqui: ſed aliam etiam, qualem ego. Ea quę eſt? ęquum me comemq; præbeo erga omnes, ſum miſericors, beneficus in multos. Omnes decet tali hæc tanq̃ tributum pendere, ſi quando uel occaſio uel neceſſitas inciderit. Alter iſte qs? uiolentus, qui tum neminis miſeretur, tum neminem hominem eſſe putat. Eadem hæc uectigalia iſti apud ſingulos repoſita eſſe decet. Tu igitur qui talem collectam expleueris, dignus es qui ipſe nunc eandem recipias. Arbitror equidem, Athenienſes, etſi nihil amplius accuſandū in Midia haberem, nec quæ dicenda reſtant, ſuperiorum criminum atrocitatem ſuperarēt: iurè uos ex his quæ diximus eum condemnaturos, & capite litem æſtimaturos. nō tamen hic rei finis fuit, neq; plura, quæ ſubijciam, deſutura ſunt. Tantam iſte mihi accuſandi ſui copiam ſuppeditauit. Quòd igitur deſertorum ordinum actionem cōtra me machinatus eſt, & qui id faceret, mercede cōduxit, inquinatum illum, & nimis expeditum * pluma leuiorem hominem, Euctenionem, prætermitto. Nec enim ſycophāta ille mihi negocium faceſſit, nec iſte ullam ob aliā cauſam conduxit, niſi ut ante ſtatuas heroum extaret, oēſq; uiderent: Euctemon Luſienſis accuſauit Demoſthenem Pæanienſem deſertorum ordinum: ac mihi uidetur illud, ſi

Pari par referendum.

Stips, ſeu collecta uitæ.

Demoſthenes falſis criminibus à Midia oppugnatus.

Diſertionis calumnia.

* τὸν κοῦφον ...

quo modo licuiſſet, libenter aſcripturus, ſe à Midia cõductũ accuſare. ſed hęc omitto. Nam quo ipſe iudicio; actione omiſſa, infamẽ ſeſe reddidit, de eo mihi nõ opus eſt alio iudicio, ſed hac ultione ſum contentus. Id uerò Athenienſes, quod & acerbum, et miſerãdum, & cõmune, mihi q̃dem, piaculum non ſcelus admiſſum eſſe uidetur, id iam dicã. Nam afflicto & ęrumnoſo Ariſtarcho Moſchi filio, quum malum et graue crimen obijceretur: primùm Athenienſes, in foro obambulans, impios & nõ ferendos de me ſermones ſpargere audebat, me illius facinoris eſſe autorem. q̃bus rebus cum nihil proficeret, accedens ad eos qui illum cædis eius inſimulabant, peremptì neceſſarios, pecuniam illis pollicebatur, ſi me illius criminis arceſſerẽt, nec ab eo conatu, uel religio, uel ius & fas, uel q̃cquam eum aliud deterruit, nec illorũ puduit, à q̃bus iſta petebat, ſi tale ac tantum crimen in aliquem inſontẽ conijceret: ſed cũ hunc unũ ſibi quaſi limitẽ pręfiniſſet, ut me tolleret è medio, nihil prętermittẽdum eſſe duxit. Quaſi uerò oporteat, qui cõtumelijs & iniurijs ab eo oneratus, ultionem flagitat, nec reticet: eum exterminatum tolli è medio, nec uſquàm reſpirare: quin & deſertorum ordinum reum peragi, & cædis accuſari, ac tantum non palo affigi. Quòd ſi hæc feciſſe cõuincetur, præter ea quibus in ædilitate me exagitauit, quam iure miſericordiam à uobis, quam ueniam cõſequetur? Nam ego quidem his machinationibus interfectorem meum extitiſſe illum iudico, ac tum q̃dem Bacchanalibus ornatũ, & corpus ſumptuſq; meos læſiſſe: nunc uerò his quę moliebatur & ſtruebat, tum illa, tum urbem, tum familiam, tum ius honorum, tum fortunas, tum ſpes. Nam ſi unæ eius inſidiæ ſucceſſum habuiſſent, omnibus fuiſſem ſpoliatus ego, nec domi ſepeliri mihi licuiſſet. Quamobrem Iudices? Quòd, ſi q̃s contra omnes leges iniurijs et contumelijs agitatus à Midia, opem iudicum & fidem implorat, hæc & huiuſmodi alia perpetienda erunt: adorare iniurios & contumelioſos, quemadmodum fit apud Barbaros, non ulciſci, conſultiſſimum fuerit. Atq; ut me uera dicere, & hæc ab inſano, & impudente iſto cæteris eſſe facinoribus adiecta conſtet, uoca mihi harum rerum te-

Demoſthenes à Midia cædis accuſatus.

ſtes. TESTES. Dionyſius Aphydnæus, Antiphilus Pæanienſis: ſublato Nicodemo familiari noſtro uiolenta morte ab Ariſtarcho Moſchi filio, reum cædis agebamus Ariſtarchum. Ea re Midias animaduerſa, qui nunc accuſatur à Demoſthene, cui nos teſtimonium dicimus, nos data pecunia tentabat, ut omiſſo & liberato Ariſtarcho, Demoſtheni iudicium cædis intentaremus. Cape mihi iam etiam legem de muneribus. Interim uerò, Athenienſes, dum iſte legem profert, uolo pauca ad uos dicere: precatus à uobis omnibus per Iouem, & deos, Iudices, ut omnia quę audietis, ſic audiatis, ut cum animis ueſtris cogitetis, quid nam ueſtrûm aliqs talia perpeſſus feciſſet, quantaq; indignatione factam ſibi iniuriam uindicandam cenſuiſſet. Nam ego grauiter tuli equidem cōtumelias in munere obeūdo mihi factas: ſed multo etiam grauiùs, Athenienſes, ea quæ ſecuta ſunt, maioreq; cum indignatione tuli. Quē enim omnino finē eſſe dixeris improbitatis, aut etiam ſummæ impudentiæ & crudelitatis & contumelię: ſi quis, poſtquam aliquem multis Herculenon ferendis iniurijs agitarit, illas adeò non emēdet, mutataſq; uelit, ut multo etiā atrociora inſup deſignet, nec opibus ad ea utatur, quibus ſine cuiuſquam offenſa ſuis ipſe cōmodis conſulat: ſed ad contraria magis, per quæ aliquo iniuſtè eiecto, & cōtumelijs onerato, copijs & abūdantia diuitiarū ipſe beatus uideatur. At hęc, Athenienſes, iſthic in me omnia deſignauit: quem & falſo crimine cædis reū fecit, quod in me non caderet, ut res ipſa declarauit: & deſertorū ordinum accuſauit, tribus ipſe ordinibus deſertis: & rerū Euboicarū (nam hoc penè omiſiſſem) à Plutarcho iſtius hoſpite atq; amico geſtarū culpam in me transferre molitus eſt, anteq̄ conſtaret inter omnes, Plutarchum autorem eſſe. ac deniq; cum ſortitò mihi ſenatorius ordo decerneretē, & de me cēſura fieret, accuſauit ita, ut in ſummas anguſtias redigerer. Nā non modò atroces iniurias mihi factas ulciſci nō licebat: ſed periculum ēt erat, ne alienorū ſcelerum pœnas darē. Quę cum ego paterer, & hoc quo recenſeo modo agitarer, quāquam nec omniū deſertiſsimus, neq; nimis pauper, atq; inops: qd agere debeam, Athenienſes, non inuenio.

ἀναισθησίας. *Quid iudices in ſimili cauſa faciendum ſibi cenſerent.*

Euboicum crimen.

Oppugnatio dignitatis.

Digitized by Google

In locupletum impotentiam.

Si quid enim etiam hac de re iam dicendum eſt:non patriæ quoq; iure, Athenięſes, uiuimus cum opulentis nos tenuiores. non uiuimus, non. ſed & dilationes ſiſtendi ſe in iudicio, quas ipſi uolunt, eis conceduntur, & iniuriæ iſtorum obſoletæ iam & frigidæ ad uos perueniunt. at nos reliquum uulgus, ſi qd contigit, recentibus adhuc delictis, in iudicium adducimur, & teſtes iſtis in promptu ſunt, & aduocati omnes expediti contra nos. Mihi uero necuera teſtari uelle quoſdam cernitis. & hæc qdem cũ lachrymis dixerit aliqs opinor. Sed legem mihi recita, quemadmodum cœperam. Recita. LEX. Si qs Atheniensium ab aliquo acceperit, aut ipſe alteri dederit, aut pollicitis aliquos corruperit, ad nocendum populo, atq; etiam, ſi idem per ciuem aliquẽ modo machinationéue quacunq; fecerit: ignominioſus eſto, tum ipſe, tum liberi, tum qcqd eius eſt. At iſte tam eſt homo impius & pollutus, & qui tum dicere, tum facere quiuis, penſi nihil habet, uerum ſit an falſum, amicum oppugnet an inimicũ, & ſi qua ſunt alia eiuſmodi, minime diſtinguit: ut me homicidij criminatus, & tanto ſcelere mihi obiecto, nihilominus me pro feliciori ſenatus ingreſſu rem diuinam facere, & ſacrificare, & uictimas ferire ſiuerit pro uobis totaq; republica: idemq; non prohibuerit, quo minus ſpectaculi princeps, in honorem Nemij Iouis cõmune pro republica ſpectaculum celebrarem: prætereaq; permiſerit, ut ſacerdos uenerandis deabus diligerer ex omnibus Athenięſibus cum duobus collegis, uictimaſq; ferirem. Nunqd igitur, ſi punctum duntaxat aut umbram eorum quæ in me machinabatur, oſtendere potuiſſet, hęc cõceſſiſſet? ego qdem non opinor. Itaq; his euidenter conuincitur, id eum ſibi ſtudio habuiſſe, ut me per libidinem et petulantiam patria eijceret. Sed cum id facinus, quoquó ſe uerteret, nullo modo in me deriuare poſſet: apertè, iã * me relicto, Ariſtarchum criminabatur. atq; ut cætera taceam, ſenatu ea de re coacto et deliberante, iſte ꝑgreſſus: Ignoratis, inquit, rei ueritatem ô ſenatores: & cũ homicidam habeatis (Ariſtarchum intelligens) tempus teritis, & inquiritis, & nugas agitis. nõ eum occidetis? non in ædes facietis impetum? nõ comprehendetis? Hæc di-

Leuitas Midiæ in accuſando, & non arcendo à ſacris Demoſthene.

Midiæ leuitas in accuſando Ariſtarcho.

* ἀνδ́ῤ ἐμ. legitur etiam δὶ ἐμέ, ꝑpter me.

cebat

cebat ſcelerosum iſtud caput, & impudẽs, quum pridie ſuiſſet ab Ariſtarcho egreſſus, itaq; eius cõſuetudine ut alius quiſpiam uſus: quum ille rebus ſuis ſecundis, oĩum acerrime à me contendiſſet, ut cum iſto redirem in gratiam, atq; tranſigerem. Quę ſi eorum aliqd, propter quę perijt, deſignaſſe exiſtimans Ariſtarchũ, dicebat, fidemque uerbis accuſatorum adhibebat, ne tum quidem ſic decuiſſet. Moderata.n. pœna ab amicis hæc eſt, ſi quid atrocius deſignaſſe uideantur, ab illorum conſuetudine deinceps te ſegregare. at ulciſci & perſeq, læſis atq; inimicis relinquitur. Sed condonemus hoc. Sin autẽ collocutum cum eo, & ſub eodem tecto uerſatum, tanquam omnis criminis experte conſtabit, illa uerò dixiſſe atq; obiecisse calumniandi mei cauſa: non'ne decies, uel decies millies potius interfici mereat? Atq me uera dicere, & pridie q̃ hæc loqueret, iſtum acceſsiſſe, & ſermonem contuliſſe, poſtridieq; iterũ (qd uerò ad ſummam iſtam impuritatẽ addi poteſt Athenienſes?) domũ ad illũ ingreſſum, & iuxtà aſsidẽtẽ, dextra iniecta, p̃ſentibus multis, poſt iſta uerba in ſenatu, qbus Ariſtarchũ ut homicidam detulerat, grauiſsimeq; criminatus fuerat: adiurantẽ, exitiũ ipſum ſibi imprecatũ, ſi qd de illo mali dixiſſet, nihiliq; duxiſſe ſe peierare, quãuis rei cõſcij adeſſent: ac per eũ ſtuduiſſe redire mecũ in gratiã, uti conſtet: ẽt horũ, eos q interfuere, teſtes uobis cito. TESTES. Non'ne uerò indignũ eſt, Athenienſes, ac potius impiũ, aſſerere homicidã eſſe eundẽ: ac rurſus id ſe nõ dixiſſe, eiurare? ac cui cædẽ obiecerit, cũ illo ſub eodẽ tecto uerſari? Quod ſi ego iſtum dimiſero, ueſtro de iſto præiudicio deſerto, nihil delinquo, ſi dijs placet: ſin ius meũ pſequor, deſerui ordinem, cæde ſum pollutus, me tolli oportet è medio? Ego uerò cõtrà ſentio: ſi iſtũ dimiſiſſem, me relicturũ fuiſſe iuſtitiæ ordinẽ, mihiq; iurè diẽ homicidij dicendũ. nã id ſi feciſſem, non utiq; uiuere me decuiſſet. Vt igitur hęc quoq; uerè à me dici conſtet, ẽt hoꝶ uoca mihi teſtes. TESTES. Demea Sunienſis, Chiares Thoricius, Philemon Sphettius, Moſchus Pæanienſis: qbus temporibus Ariſtarchus Moſchi filius apud ſenatũ eſt delatus de occiſo Nicodemo: ſcimus Midiã, q à Demoſthene, cui te-

Amici ut puniendi.

ſtimoniũ dicimus,accuſatur,ad ſenatũ ingreſſum, dicere, non aliũ ullum eſſe Nicodemi interfectorem ꝙ Ariſtarchũ, q id facinus ſuis manibus ꝑpetraſſet:conſiliumque dediſſe ſenatui, ut in Ariſtarchi ædes facto impetu, eũ comprehenderent. Hęc aũt ad ſenatum dicebat, quũ pridie cum Ariſtarcho et nobiſcũ eſſet cœnatus. Scimus porrò Midiã, ut à ſenatu receſſerat, & ea uerba dixerat, denuò ad Ariſtarchũ ingreſſum, illicꝙ * iniecta dextra, cũ deuotionę ſui capitis iuraſſe, ſe nihil in ſenatu mali de eo dixiſſe, atcꝙ ab Ariſtarcho petijſſe, ut ſibi Demosthenẽ reconciliaret. Quid igiť addi põt? q iſtius ſimilis fuit, aut fieri poteſt improbitas? q hoĩem calamitoſum, & à quo minimè lęſus fuerat (omitto amicũ) ſimul & calumniandum cenſuit, & orandũ, ut ſe apud me in grã poneret? eacꝙ egit, & ſumptus fecit in hoc, ut unà cũ illo me quocꝙ per iniuriã eijceret ciuitate? Iſtum igiť talẽ morẽ & machinationem, Athenienſes, ut q ſibi factas iniurias iure ulciſcuntur, pluribus ẽt afficiantur malis, non qdem grauiter & iniquo animo ferre me, uos auté reliquos negligere decet. Minimè quidem id committendũ eſt, ſed pariter oẽs iraſci debetis: illud reputantes, & conſiderãtes, iniurijs accipiendis, ò Athenienſes, maximè oportere nos eſſe noſtrũ pauperrimos quoſque & infirmiſsimos. At inferendis, ſicut non modò facinorꝫ pœnas ipſi non dent, ſed ẽt aliquos mercede cõducant, q uiciſsim negocia faceſſant accuſatoribus, paratiſsimos & expeditiſsimos eſſe, hoĩes petulantes & pecunioſos. Non igiť negligi talia debẽt. necꝙ is q metu ſui & terrore prohibet, quo minus à ſe iniuriarum, q̃ alicui noſtrũ factę fuerint, pœnę expetantur, aliud facere cenſendus eſt, ꝙ æqualitatis et libertatis ſocietatem nobis ereptũ ire. Nam ego quidem fortaſsis atcꝙ alius quiſpiam falſum crimen atcꝙ calumniam repulerimus, non ſtatim conſternati & afflicti. At uos reliqę populo qd facietis, niſi exemplum ſtatuetis quo deterreantur oẽs à diuitijs in tales abuſus conuertẽdis? Vbi rationem reddideris, iudiciumcꝙ ſubieris, qbus de rebus accuſaris, tum uindicandũ in eos qui falſum in te crimen iecerint: ac tum, ſi quis te deliquiſſe uiderit, nõ eſt tollẽdus è medio: necꝙ ubi falſa crimina obieceris, co

Homines proterui propter publicam trãquillitatẽ puniendi.

ἀπὸ στροφῆ ad Midiam eſſe uidetur.

nādum, ut ſine iudicio abſoluaris: aut pœnas infligi tibi, ægrè ferendum: ſed antè cauendum eſt, ne petulanter q̄c quam committas. Quas igit̃ iniurias & contumelias, tū̃ in corpore meo, tū̃ in ædilitate perpeſſus, q̄bus & q̄ȝ uarijs inſidijs appetitus, q̄bus malis oneratus, tandē̃ euaſerim, audiuiſtis, Athenienſes: quanquā̃ multa pręterij. Nec.n. explicari facile fortaſsis oia queāt. Sic aūt ſe res habet: Nullum eſt facinoꝝ oīum, quod ad me ſolum attineat. Nā̃ in ijs per quæ chorus uiolatus eſt, tribus noſtra, decima ueſtrū̃ pars, unà eſt uiolata: iniurijs & inſidijs mihi factis, leges, quarū̃ p̄ſidio unuſquiſq; ueſtrū̃ ſaluus eſt. præter hæc omnia uerò, deus ille, cuius ego ædilis erā̃, & religionis, quæcunq; tandē̃ eſt maieſtas & diuinitas, unà læſa eſt. Decet igit̃ eos q pro atrocitate facinorum de iſto pœnas ſumere uolūt, nō̃ ita modò iraſci, quaſi de nobis tm̃ agatur: ſed quaſi eadē̃ opa et leges, & deus & respublica, & ego, oēs uiolati ſimus, ſic exigere ſupplicium. Iſtius porrò adiutores & aduocatos non patronos eſſe tm̃, ſed approbatores ēt facinorum iſtius exiſtimabitis. Quòd ſi, Atheniēſes, ſobriū̃ & moderatū̃ erga alios Midias ſe geſsiſſet, neq; reliquorum ciuium ullum læſiſſet, atq; in me ſolum adeò petulans & uiolētus extitiſſet: primùm eq̄dem id infœlicitati meæ tribuiſſem: deinde uererer, ne iſte reliquæ ſuę uitæ moderatione & humanitate oſtenſa, ea re id cōſequeret̃, ut impune ferret iniurias mihi factas. Nunc tot eius extant in multos ueſtrū̃ edita facinora, & talia, ut hac ſolicitudine liberatus, contrà magis timeā̃, ne ubi audieritis alios ab eo multa & atrocia eſſe p̄peſſos, talis aliqua cogitatio uobis incidat: Quid tu igit̃, non grauiora q̄ȝ alij paſſus, indignaris? Oīa q̄dem iſtius facinora neq; ego uobis exponere queā̃, neq; uos audire ſuſtineatis, etiamſi nobis aqua gemineť, & iſtius, ad eam q̄ mihi data eſt, addatur: non tñ ſufficeret. Quæ uerò maxima ſunt, & euidētiſsima, hęc dicā̃: uel illud potius faciam, legā̃ uobis quos mihi ipſi confeci oēs cōmētariolos. Dicam uerò primū̃ id, q̄d uobis audire placuerit: deinceps alterum, & reliqua eodē̃ modo, quoad audire uolueritis. Sunt hæc oīs generis, & iniurię contumeliæq; multę, & in familiares maleficia, et cōmiſſa in deos

Iterū̃m inculcat, Midiam commiſiſſe in rempublicam

Midiæ in alios ciues Athenienſes iniuriæ.

piacula:neq; locus ullus eſt,in quo iſtũ nõ morte digna commiſiſſe multa,inuenturi ſitis. COMMENTARII FACINORVM MIDIAE. Quã multa igit̃,Athenienſes,ꝑpetuò in obuiũ quemq; cõmiſerit, hæc ſunt, aliaq; multa q̃ præterij. Nec.n.ſemel qſquã referre queat, ea q̃ iſte petulanter atq; aſsiduè longo totius uitæ tp̃e ꝑpetrauit. Eſt & operæpreciũ uidere quantos aĩos iã conceperit,eo q̃ hæc oĩa impunè tulit. Nec.n.putauit, ut mihi uidetur,illuſtre aut animoſum, aut morte dignũ eſſe,qcquid unus aliqs cum uno egerit:ſed niſi totã tribũ & ſenatum & gentẽ ꝓbris affeciſſet, & multos ueſtrũ ſimul

Contumelia Midiæ in equites Arguræos

exagitaſſet,uitã ſibi acerbam fore putauit. Ac cætera q̃dem,cum infinita dicẽda haberẽ,taceo. ſed de eq̃tibus, q Arguræ expeditionis commilitones ei fuerunt:ſcitis utiq; oẽs quales cõciones apud uos habuerit Chalcide reuerſus,quum accuſaret,ac diceret,illũ exercitum cum ignominia reipublicæ exiuiſſe:& q̃bus conuicijs pp eos Cratinum,q nunc ei,ut audio,patrocinabitur,ꝓpea fuerit inſectatus,meminiſtis. Eum igit̃ q tam multorũ ciuiũ ſimul tantas inimicitias & odia ſuſcipere de nihilo, non dubitat, quãta improbitate & cõfidentia hæc agere putandum? Atq utrum ò Midia dedecori ſunt ciuitati,qui

Mollicies Midiæ.

acie inſtructa & armis, q̃bus oportebat eos q hoſtibus occurſuri eſſent,ornari,transfretarũt,& ſe cũ ſocijs coniunxerũt. an uerò tu,q in ſortitione uota faciebas, ne tibi militandũ eſſet:ac thorace nunquã induto,mulo uectus ex Argura Eubœæ, læenas & cymbia & cados habẽs,q̃ publicani pignerabant? hæc.n.ad nos legionarios, q nõ

de duτῶν.

* ad eundem cum iſtis locũ peruenimus,perferebantur. Ita ſi te pp hæc deriſit Archetion,aut aliqs alius, oẽs agitaſti. Nã ſi illa feciſti q̃ de te ſocij equites iactabãt, & tu

Dilemma.

de te dici queṛebaris,iure malè audiebas. Etenim & illos,& hos,& totã ciuitatẽ iniurijs et probris afficiebas. Sin te tale nihil deſignante qdã confinxerunt, de te mẽtientes,reliquiq; milites illos non obiurgabant, ſed tua infamia lætabant̃:perſpicuũ eſt,te uiſum eſſe pp reliquæ tuæ uitæ petulãtiam talia maledicta cõmeruiſſe. Maius igitur habere modeſtiæ ſtudiũ te decuiſſet, non illos caſũniari. Tu uerò minitaris oĩbus,exagitas oẽs, poſtulas

ut alij qđ tu uelis conſiderent, ipſe quid ſine moleſtijs aliorum facere poſsis, non conſideras. Iam qđ indigniſsimum, & maximũ, meo qdẽ iudicio, petulãtiæ ſignũ, tot hoies, ò nefariũ caput, tu ſimul in cõcione accuſabas, qđ quis alius nõ horruiſſet? Iã cæteris hominibus in iudiciũ adductis, Iudices, unũ atq; alterum crimen obijci uideo, atq; illis tales excuſationes abundè ſuppetere: qs ueſtrũ talis noxę mihi conſcius eſt? qs ueſtrũ talia mé facere uidit? Non ita eſt, ſed in me iſti ex inimicitijs mentiunt: falſis teſtimonijs oppugnor: & eius generis alia. at iſti cõtrario modo res ſeſe habẽt. Vos oẽs. n. ſcire arbitror mores eius & petulantiã, uitæq; inſolentiã: & iamdudũ pleroſq; mirari exiſtimo, cur quædam, q̃ ipſi norunt, nũc ex me non audierint. multos ẽt iniurijs oneratos, nec pro teſtimonio dicere uelle oia uideo, q̃ ab iſto ſunt perpeſsi, uiolentiã iſtius, & importunitatẽ uidẽtes, atq; opes, q̃ potentem & metuendum, nefarium iſtum efficiunt. Nã qđ autoritate diuitijsq; pollens improbus eſt, & petulans: eo quaſi propugnaculũ quoddã habet cõtra ſubitos uindictæ inſultus. At ſi ei res familiaris adimat, fortaſſe fiet in poſterũ modeſtior, poſteaq; minoris putabit q̃ omnium minimus apud uos. fruſtra. n. conuiciabit & clamitabit. Si qđ admiſerit, * eadẽ qua noſtrũ aliqs pœna afficietur. Nunc p̃ſidijs eũ niti uidemus Polyeucti, Timocratis. Euctemonis neqſsimi hominis. Tales quoſdã ſatellites ſecũ habet. & p̃ter hos alios, teſtiũ conſtitutã ſodalitatem, apertè qdem non aduerſantiũ nobis, ſed tacitè mendacia faciliмé nutu cõprobantiũ: quos mediusfidius nihil ab iſto emolumẽti cape puto. ſed in hoc artificio exercitatiſsimi ſunt, Athenięſes, * ut corrupti largitionibus diuitũ, adſint, & teſtimonium dicãt. Sunt aũt iſta oia, opinor, terribilia cæteris uobis, p ſeſe rerũ ſuarũ, ut quiſq; poteſt, ſatagẽtibus. Qua ẽt de cauſa uos conuenitis, ut qbus ſingulatim unuſquiſq; ueſtrũ eſt inferior, ſiue amicis ſiue opib9, aut aliqua re ſimili, ut illorũ ſingulis congregati ſitis ſupiores, eorũq; ferociã coherceatis. Iã fortaſſe talis ẽt ad uos aliqua ratio pferet: Quid igit, ſi ille hęc & hæc paſſus eſt? cur me non ultus eſt? aut cur iterũ? alio fortaſſe quopiã è læſis nominato. Ego uerò q-

Midiæ nullam penitus reliquã eſſe excuſationem.

Reginæ pecuniæ uis.

ἴσων τοῖς ἄλλοις ἡμῖν ἐξ ἴσου δώσει. poteſt etiam ſic uerti: æquo iure pœnas dabit nobis cæteris.

Gregales Midiæ.

εὐχερεία eẽ uidetur.

φθείρεσθαι ὑπὸ, uel παρὰ τοῖς πλουσίοις, uel ut cum diuitibus ſe coniungant.

Refutatio.

Non ſi à paucis accuſetur Midias, ſignũ id eius eſſe innocentiæ.

Inuerſio.

bus de cauſis opitulari ſibi quiſq; negligat, oẽs uos ſcire arbitror. Nã & occupationes, & ſtudiũ tranquillitatis, & infantia, & inopia, cauſæ deniq; infinitæ ſunt: non tñ decere arbitror, iſtum talia nunc afferre, ſed ab obiectis criminibus alienũ & purum eſſe ſeſe oſtendere: qđ ſi nequeat, propterea multo magis exitio eſſe dignũ. Nam ſi tã potens eſt, ut talibus factis, nemo noſtrũ iudicio cũ eo agere aut eius iniurias ulciſci poſsit: nũc uindicta publica, poſtq; conſtrictus tenetur, ab oĩbus nomine omnium eſt puniendus, tanquã cõis hoſtis reipublicæ. Fert aliqñ fuiſſe in hac urbe, ueteris illius fœlicitatis temporibus, Alcibiades. Qui qbus et quãtis in populũ beneficijs collatis, conſiderate quæſo, qũo à maioribus ueſtris fuerit tractatus, poſtquam ocm graſſandi licentiam ſibi ſumendam cenſuit: neq; hæc eò dico, qđ Alcibiadi Midiã comparatũ uelim, non ita ſum demẽs, nec attonitus ego, ſed ut ſciatis uos, Athenięſes, & ſtatuatis, nullã neq; eſſe neq; futurã eſſe uel familiã, uel opulentiã, uel potẽtiam, q̃ populo, coniuncta cũ inſolẽtia & iniuria, ſit ferenda. Nã is paternũ genus ab Alcmæonidis ducere phibeť: quos aiunt mota pro libertate populi cõtra tyrannos ſeditione, actos eſſe in exiliũ, & pecuniã Delphis mutuatos, liberaſſe ciuitatẽ, et Piſiſtrati filios eieciſſe: maternum ab Hipponico, q̃ familia & ipſa optimè de populo ſæpenumero merita eſt. Neq; ille hęc à maioribus dũtaxat acceperat, ſed & ipſe pro populo, correptis armis, bis Sami, tertiò in hac ipſa urbe, corpore ſuã beneuolentiã, nõ pecunijs, aut uerbis patrię approbauit. Pręterea equeſtrib⁹ Olympiæ certaminibus & uictorijs atq; coronis ornatus fuit: optimus itẽ imperator, & ſummus, ut aiũt, orator habebatur. Sed nihilominus illis tpibus maiores nrĩ ob nihil horũ ſe ab illo uexari contumelioſe paſsi ſunt, ſed exilio mulctatũ eiecerũt. Et quãuis Lacedæmoniorũ opes magnę tũ eſſent, tñ & Deceleã contra ſe muniri, & naues intercipi, oĩa deniq; ſuſtinuerũt, qduis inuitos pati pſtabilius eſſe putãtes, q̃ uolẽtes cõcedere ut uexarenť. At q̃ tandẽ illius tanta fuit iniuria, quantam iſte nunc eſt cõuictus? Taureæ ædili alapã dedit? Sit ita ſanè. ſed ędilis ædili id fecit: nondũ hac lege (nã eo tpe lata nondum

Exempla clarorũ ciuium, quorum petulantia punita eſt.

Alcibiades.

Alcmeonidæ maiores Alcibiadis.

Extenũatione iniuriarũ Alcibiadis Midianas exaggerat.

erat) uiolata. Scribā Agatharchū in uincula coniecit? (nā & hæc dicunt) at delinquentem eum deprehenderat, ut aiunt: id quod ne criminis quidē obijci loco debet. Mercuriales ſtatuas mutilauit? omnia quidem impia facta, eadem opinor ſeueritate ſunt uindicāda. ſed ſacram ueſtem prorſus abolere, eſt in quo à mutilatione ſtatuarum differat. Atqui iſte facinoris huius conuictus eſt. Cōferamus igitur quis iſte ſit, & quibus iſta fecerit. Proinde pręterq̄ φ inhoneſtum eſt, neq; licitum, Iudices, neq; fas eſſe uobis, talium uirorum poſteri cum ſitis, exiſtimate, ut hominem improbum, & uiolentum, & contumelioſum, & * omnis dignitatis expertem, poſteaquā ueſtræ poteſtati ſubiectus eſt, quiſquam aliqua uenia uel humanitate uel miſericordia dignetur. Id. n. qua de cauſa fieret? propter geſta imperia? at ne per ſe quidem miles eſt ullius precij, nedum aliorum imperator. Eloquentiæ gratia? qui publicè nihil unquā boni dixit, priuatim omnes homines maledictis inſectatur. Ob nobilitatē generis mediusfidius? & quis ueſtrū neſcit, ſecretos tanquā in tragœdia illa iſtius natales? cui duo maximè contraria contigerunt. Nā uera mater quæ eū pepererat, omniū mortaliū ſapientiſſima: quæ eſſe uidebatur & adſcititia, mulierū omnium ſtolidiſſima fuit. Illud argumento eſt, φ illa ſtatim natū uendidit: hæc cū eodē precio meliorē parare licuiſſet, iſtum emit. Proinde propter hoc, bonis ad ſe nihil attinentibus potitus, & patriā conſecutus, q̄ maximè ciuitatū omniū legibus regitur, nullo certè modo has ferre, neq; hiſce uti poteſt: ſed natura uerè Barbarica & dijs inimica, trahit & cogit, & prodit eū, p̄ſentibus tanquā alienis (ſicut illi reuera ſunt) utentē. Quū aūt facinora tot & tāta in iſtius furioſi & impudentis uita emineant: quidā me aggreſſi, Iudices, ex familiaribus eius, hortati ſunt, ut deſiſterem, atq; actionem omitterem. Quum uerò id mihi nō perſuaderent, iſtum multa & atrocia cōmiſiſſe, ſuorumq; facinorum iure quaſuis pœnas non daturum, dicere non audebant: ſed huc ſeſe recipiebant: Eſto, ſit iam conuictus, & condēnatus. quā ei mulctam irrogaturos eſſe iudices putas? nō uides eū abūdare opib⁹, inſtructaſq; triremes, aliaq; munera obita allaturū? Prouideto, ne hiſce ſeſe re-

Nullā eſſe cauſam cur ignoſcatur Midiæ.

* καὶ μηδένα μηδαμόθεν.

Natales Midiæ.

Extenuatio Midianæ liberalitatis in rē publicam.

dimat, & longè minore in ærarium coniecta pecunia, quantam tibi pollicetur, te derideat. Ego uerò primùm nihil putidum & abiectum à uobis expecto, nec existimo uos litem illi minoris ęstimaturos, quàm qua mulcta iſte ſoluta, cõtumelioſus eſſe deſinat: quę prꝑſtantiſſima fuerit, mors: proxima, bonorum omniũ publicatio. Deinde quod ad obita munera & triremium inſtructionem, atque eiuſmodi ſermones attinet, ſic ſentio: ſi hoc, Athenienſes, eſt ſeruire reipublicæ, apud uos in omnibus cõcionibus atque ubique locorum inculcare: nos hi ſumus qui obeamus munera, nos primi uobis tributa pendimus, nos diuitijs abũdamus: hæc inquam dictitare, ſi eſt ſeruire reipublicæ, fateor extitiſſe Midiam omniũ ciuiũ ſplendidiſſimũ. Occidit enim faſtidio in concionibus omnibus, & aures obtundit hiſce ingerendis. At ſi conſiderandum eſt, quæ reuera illa munera ſint quæ iſte obit, ego uobis exponã. Videte igitur quanta æquitate ſim cũ eo acturus, ad me facta collatione. Iſte, Athenienſes, natus annos quinquaginta, circiter, aut paulo minus: nihilo plus uobis pſtitit quàm ego, qui annum ago alterum & trigeſimũ. ac ego illis fui temporibus trierarchus, ſtatim pueritiam egreſſus, quibus bini triremẽ inſtruebamus, & ſumptus omnes è priuatis ædibus promebantur, & naues ipſi cõplebamus. At iſte cum id ætatis eſſet, qua ego nunc, nondum quicquam reipublicæ præſtare cœperat: ſed tum demũ rem attigit, cũ primũ uos ducentos & mille * attributos feciſtis: à quibus talentum exigentes, talento trierarchias locant iſti. Deinde * milites reſpublica ſuppeditat, & armamenta præbet. Quare illorum quidam tam bona conditione ſunt, ut cũ reuera nihil impenderint, multum prꝑſtitiſſe uideantur, & à reliquis oneribus facti ſunt immunes. Age uerò, quid aliud? Tragœdis iſte aliquando ſumptus præbuit? ego uerò tibicinibus. & hanc impenſam illo ſumptu multo eſſe maiorem, nemo profectò ignorat. Ac ego quidem nunc ultrò, ille uerò tunc ædilitate ob iudicium permutationis ſuſcepta. pro quo nemo illi quicquam utique debet. Quid prꝑterea? tribui epulum ego pbui, & Panathenæa inſtruxi: iſte neutrũ fecit. Claſſis ego uobis in tributo cõferendo princeps decennium fui, æquè ut Phormio, ut

Margin notes: 1. Iudicũm officium. — 2. Arrogantia Midiæ. — Collatio Demoſthenis & Midiæ. — Trierarchia. — συντελεῖς. — τὰ πληρώματα. — Aedilitas.

Lyſithides, ut Callęſchrus, & ditiſſimi quiq;, munificus non de opibus quas habeo (nam à tutoribus, his frauda tus fui) ſed de opinione relicti mihi patrimonij, quod, ſum pta uirili toga, reſtitui mihi decuiſſet. Ac ego quidem ſic egi uobiſcũ. Midias uerò quomodo? nondum uel hodie claſſis princeps factus eſt, patrimonij nulla parte à quoquã fraudatus, ſed à patre multis opibus acceptis. Quis igitur eſt ſplendor? aut quæ nam obita munera, & p̃clara iſtius munificentiæ? Equidẽ non uideo. niſi quis ea ſpectet: ædes Eleuſine tantas exædificauit, ut oĩbus illius loci domibus tenebras offundat: ſuamq́ mulierem ad initia uehit, & ſi quò alio libuit, albis bigis Sicyonijs: & ipſe cũ tribus pediſſequis aut quatuor per forum inſolenter incedit, cymbia, rorantia pocula & phialas ita nominans, ut prætereuntes audiant. Ego uerò, q̃ priuati luxus gratia & copiarum parat Midias, haud ſcio quid populo proſint. At inſolentiam illius, cuius hæ res ei cauſa ſunt, in multos & proximos quoſq; ueſtrũ redundare uideo. Quare talia nõ ſemper honorãda ſunt, neq; admirationi uobis eſſe debent, neq; ſplendorem hinc æſtimari conuenit, ſi quis magnifice ædificat, aut ancillas multas poſſidet, aut lautam ſupellectilem. Sed is magnifaciendus eſt, q talibus in rebus ſplendidus eſt & magnificus, quarũ utilitas ad uniuerſos redit: quale nihil in Midia reperietis. Enimuero triremẽ ciuitati donauit? hanc. n. ſatis ſcio, iactabit, & gloriabitur: Ego uobis triremẽ donaui. Sic igitur facitote. Si, Athenienſes, reipublicæ ſtudio illam donauit, q̃ pro tali munificentia gratia habenda eſt, eam illi habete & referte. ſed graſſandi ex libidine licentiam ne detis. nulla. n. res aut meritum tantum eſt, ut ea licentia propterea concedi debeat. Sin autẽ ob timiditatẽ atq; effeminatum animum hoc feciſſe conuincetur, ne fucum uobis fieri patiamini. Id igitur quomodo cognoſcetis? Ego & hoc docebo, exorſus à principio. Res enim paucis expedietur, tametſi altius repetita uideaẽ. Largitiones apud uos primæ factæ ſunt in Eubœam. In horum numero non fuit Midias, ſed ego. & trierarchiæ ſocius mihi fuit Philinus Nicoſtrati F. Aliæ deinde ſecundæ in Olynthum. nec in horum numero fuit Midias. At hominem munificum ubiq; ſuam de-

Luxus.

Triremis.

clarare liberalitatē decuiſſet. Nunc hæ tertiæ largitiones factæ ſunt. ibi demum aliquid contulit. quomodo? cū in ſenatu largitiones fierent, quāuis tum adeſſet, nihil eſt largitus. Poſtquā uerò nunciabatur, obſideri milites Tamynis, & reliqui equites omnes, quorum iſte unus erat, exire ſenatuſconſulto iubebantur: tum demum huius expeditionis metu, in proximam concionem, priuſquā principes conſediſſent, largitus eſt. Quare tam euidēter oſtēdi poteſt, ut nec ipſe negare auſit, expeditionis fuga, nō ſtudio liberalitatis, id eſſe factum? ijs eius factis quę poſtea ſecuta ſunt. Nam primū, cum progreſſa concione, & re diſputata, non iam opus eſſe uideretur auxilijs equitū, * & expeditio frigeret, nō conſcendit nauem quam donarat, ſed inquilinum illum miſit, Ægyptium Pamphilum. ac ipſe hic manens Bacchanalibus ea perpetrauit, ꝑpter quæ nunc accuſatur. Poſtquā uerò Phocion imperator, equites * Arguræos ad ſucceſſionē accerſebat, & tum timidum & execrandum iſtum fraude agere conſtabat: eo ordine relicto, in nauē ſe coniecit. & quorū equitum apud uos ꝑfectus eſſe uoluit, cū illis non eſt egreſſus. Quod ſi quid in mari periculi fuiſſet, in terrā nimirū ſe contuliſſet. At nō ita Niceratus Niciæ filius, gratioſus ille, orbus liberis, corpore prorſus debilis: neq; ita Euctemon Aeſionis, neq; Euthydemus Stratoclis F. ſed horū nemo, ultrò collata trireme, expeditionē illam deſeruit, ſed nauem illam muneris & beneficij loco inſtructā dedit ad claſſem augendam: ubi uerò lex iubebat, ibi ſuis ipſi corporibus decernendū cenſuerunt. Alia Midiæ ratio fuit, equitum ꝑfecti. Nam ordine legitimo deſerto, id propter qđ pœnas dare debet reipublicæ, ī beneficij loco numerabit. Atqui talem trierarchiam, utrum per deos nudinationē & exactionem & deſertionem ordinum, militiæq; fugam, & quicquid huius generis eſt, appellare potius conueniet, an munificentiam & liberalitatem? Nam cum nullo alio modo equeſtris expeditionis immunitatem poſſet adipiſci, iſtam excogitauit Midias, nouam quandam equitatus nundinationem. Atq; tum iterum, cum reliqui trierarchi omnes, qui aliquid largiti erant, uos ī reditu ē Styris, comitarentur ac deducērent; ſolus iſte comitatus nō eſt,

ἀναπεπτώκει τὰ τῆς ἐξόδου.

μετεπέμπετο τοὺς ἐξ ἀργούρας ἱππέας ἐπὶ τὴν διαδοχήν.

Aliorum liberalitas.

ſed uobis neglectis, uallos & pecudes & fores ad ſe, & ligna ad argenti fodinę inſtructionem aſportauit. Proinde quæſtus priuatus, nõ onus publicum illa trierarchia homini ſpurciſſimo fuit. Hæc à me uerè dici pleraq;, ipſi conſcij eſtis, teſtes uocabo tamen. TESTES. Cleon Sunienſis, Ariſtocles Pæanienſis, Pamphilus, Niceratus Acherduſius, Euctemon Sphettius: quo tẽpore cum tota claſſe è Styris hunc renauigabamus: trierarchi eramus & ipſi, & Midias, qui à Demoſthene nunc accuſatur, cui nos teſtimonium dicimus. Quumq; tota claſſis ordine incederet, & trierarchis mandatũ eſſet, ne ſegregarent ſeſe donec huc appuliſſem⁹: Midias claſſe relicta, & naue lignis & uallis & pecudibus alijſq; rebus quibuſdã onerata, in Piræeum appulit ſolus biduo pòſt, nec ſua p̃ſentia cũ alijs trierarchis claſſem ornauit. Etſi autẽ reuera, Athenienſes, *Etiamſi multũ reipublicæ contuliſſet Midias, nõ tamẽ ei dandã eſſe graſſandi licẽtiam.* quæcunq; proferet, atq; ſtatim apud uos inſolenter iactitabit, ad eum modũ ab eo impenſa reipublicæ & adminiſtrata eſſent, & non ita, ut ego demonſtro: ne ſic quidẽ ei licentia, & iniuriatũ, quibus me affecit, propter merita in rempublicam, danda eſſet impunitas. Nam ego noui multos, qui complura in uos & Midiæ beneficijs multo ampliora contulerunt: alij claſſe uictis hoſtibus, alijs urbibus captis, alij multis & p̃claris reipublicæ triũphis partis. Nulli tamen horum unquã eam poteſtatem dediſtis (& abſit ut detis) ut eorũ cuiquã liceret priuatis inimicis inſultare, quando uellet, & quo modo poſſet. Nam ſi qs Harmodij & Ariſtogitonis (his enim maxima dona pro maximis beneficijs à uobis data ſunt) ſtatuæ adſcripſiſſet, Liceat porrò eis etiam lędere quemcunq; uoluerint: minimè id tuliſſetis. quia ob hoc ipſum reliqua dona acceperant, q̃ aliorũ iniurias cõpeſcuiſſent. Iam relatam ei *Relatam eſſe Midiæ gratiã.* quoq; à uobis eſſe gratiam, nõ tantum eius meritis (quæ parua omnino eſſet) ſed maximis etiam beneficijs dignã: id quoq; oſtendam, ne debere uos aliquid homini ſpurciſſimo putetis. Vos Athenienſes, iſtum, qualis qualis eſt, Parali quæſtorem creaſtis: & rurſus magiſtrum equitũ, cũ quidem in feſtiuitatibus equo per forum incedere nõ poſſet, & myſteriorum curatorẽ, & aliquãdo regẽ ſacrificulum, boumq; emptorem, & ſi q̃ ſunt eius generis alia

dignitates. Eius igitur ingenij peruerſitatem et ignauiam & improbitatem, ueſtris magiſtratibus & honoribus et ſuffragijs emendare, paruum creditis eſſe munus atq; remunerationẽ? Atqui ſi qs ei iſthæc ipſa ſuſtulerit, Fui magiſter equitum, Parali quęſturam geſſi: cuius pretij tandẽ ille fuerit? Illud ẽt ſcitis, eum Parali quęſtorem, amplius quinq; talenta Cyzicenis rapuiſſe. ac ne repetundarum poſtularetur, modis omnibus hoĩes uexando, & exagitando, & teſſeras conturbando, reipublicæ noſtræ illius urbis inimicitias ꝓcuraſſe, pecuniam ipſum ſibi retinuiſſe. Magiſter equitum factus, ueſtrum equitatũ lęſit, talibus legibus latis, ut eas à ſe eſſe latas ipſe poſtea negaret. ac tum Parali quæſtor, cum in Eubœam uos cõtra Thebanos ꝓficiſceremini, ac ipſe in mandatis haberet, ut duodecim ex ærario talenta diſpenſaret, petentibus uobis ut nauigaret, deduceretq; milites: nõ adiuuit, ſed iam factis per Dioclẽ inducijs cum Thebanis, uenit, ac tum à priuata quadam triremi nauigando uincebatur. adeò pręclarè ſacram triremẽ pararat. Dum uerò magiſter equitum eſſet (qd putatis de reliqs?) ſplendidus iſte atq; copioſus, nec equum ꝓprium emere fuit auſus: ſed alieno equo uehens, qui Philomeli Pæanienſis erat, pompas ducebat. Atq; hęc norunt omnes equites qui militarunt. Et ut hęc à me uerè dici conſtet, uoca mihi harum rerum teſtes. TESTES. Volo iam Athenieſes, etiam quos hactenus ex populi præiudicio de uiolatis ferijs, uos cõdemnaſtis, cõmemorare atq; oſtendere, ob quę facta illorum nonnulli, qbus ſupplicijs ſint affecti, ut ea cũ iſtius facinoribus cõferatis, primùm igitur (ut poſtremam condemnationem primo loco dicam) Euandrum uiolaſſe myſteria populi præiudicio ſtatutum eſt, deferente eum Theſpienſe Menippo, homine Care. Eſt autem eadem lex de Myſterijs, quæ de Bacchanalibus: & hęc lata recentius, q̃ illa. Ob quod factum igitur Euandrum damnaueritis, hoc audite. quod Menippum à ſe actione mercatoria damnatũ, quum prius (ut aiebat) apprehẽdere nuſquam potuiſſet, in Myſterijs hominem nactus arripuit. Ob hoc igit̃ eum condemnaſtis, nullius alterius criminis reum. In iudicio deide, capite mulctare uoluiſtis. ſed accuſatore placato,

Midiæ in magiſtratib. improbitas.

Exẽpla ſeueritatis iudicum in eos edita, qui populi ꝓiudicio damnati fuerunt.

Euander.

totam illi condonare mulctam, cuius prius dãnatus erat (fuit autem illa duorũ talentûm) coegiſtis. adieciſtis etiã accuſatori damnum, quo ſe ꝓpter expectationem iudicij affectum quærebatur apud uos. Vnus igitur hic homo ex priuata cauſa cũ nulla cõtumelia cõiuncta, ꝓpter ipſam legis uiolationem tãtas pœnas dedit: neq; id iniuria. Nã hoc eſt, quod uos cuſtodire oportet, leges, iuſiurandum: hæc habetis uos Iudices, ſemper ab alijs tanq̃ depoſitũ, quod omnibus qui iuſtitia freti ad uos ueniũt, ſartum tectum præſtandum eſt. Alius cõmiſiſſe uobis aliquando uiſus eſt in Bacchanalia, eumq́; filio ſuo, tum prætori, aſſidentem condemnaſtis, quod quendam locũ occupantem, attingens, theatro exegiſſet. erat aũt is optimi Charicliđæ, uiri prætorij, pater. cuius accuſator magnam hanc & iuſtam cauſam uobis habere uidebatur, cum diceret, Heus tu, ſi in occupando loco, id qđ tu mihi obiicis, præconiis non parui: qd tibi, atq; ipſi adeò prætori leges licere uolunt? ut miniſtris eiicere me iubeas. Sine tum qdem parêrem, mulcta mihi eſſet indicenda: & quiduis potius agendum, modò ipſe manu me non attingeres. multa. n. ſancita ſunt legibus contra uexationes corporũ. hæc ab illo dicta uos ita ꝓbaſtis, ut alterũ dãnaretis. non tñ hic in iudiciũ uenit, ſed morte præuentus eſt. Alium porrò tũ ppl's damnauit uniuerſus, ut qui feſtũ uiolaret: tũ uos ꝓ tribunali morte mulctaſtis, Cteſiclem dico. Cur uerò eũ occidiſtis? q, ſcuticã geſtans põpæ intererat, qua ebrius quendã ſuum inimicũ uerberabat. Videbat. n. ex petulantia, non per ebrietatẽ uerberare: ſed põpæ ac ebrietatis prætextu arrepto, graſſari, & hoibus ingenuis perinde ac ſeruis inſultare. Enimuero his oibus, quorũ alter (*quãq̃ ab actione deſtitiſſet) reũ damnauit, alter capite mulctatus eſt: longè atrociora cõfeſſione oium facinora Midiæ uideri, ſatis ſcio. Neq; n. pompã celebrans, neq; iudicio uictor, neq; prætoris aſſeſſor, nec ullam aliã cauſam hñs præter petulantiã, talia cõmiſit, qualia illorũ nullus. Age uerò hiſce omiſſis ad Pyrrhum ueniamus, Athenienſes, Eteobutadem illũ, qui delatus, qđ ius diceret, cum eſſet in ærarios relatus, ueſtrũ qbuſdam cõmeruiſſe mortẽ, uiſus eſt, ueſtriſq; ſententijs dãnatus perij. atqui lucellum

Iudicum officium.

Chariclidæ pater.

Cteſicles.

*ἄλλω ἀπςτάς

Pyrrhus.

iſtud is ſectatus eſt non petulanter, ſed inopia coactus. Multos cõmemorare poſſem, quorum alij interfecti, alij infamia notati ſunt, ob delicta his longè leuiora. Et uos,

Smicron.

Athenienſes, Smicroni decem talentis, & Scitoni * totidem, litem æſtimaſtis, quòd contraria legibus promulgare

Sciton.

τοσούτων ἑτέρων.

uidebatur. ac neq; liberi, nec amici, nec cognati, nulli deniq; illorum aduocati uos mouerunt. Nec uerò, ſi quis

Amplificatio.

Dicta factis leuiora.

legibus contraria dixerit, tantopere iraſcamini: ſi uerò fecerit, non dixerit, æquis animis feratis. Nullum enim uerbum, aut dictum, tam graue populo & uobis eſt, quàm ea ſunt, quę à petulantibus hominibus in obuios quoſq; ueſtrûm perpetrantur. Ne igitur ipſi tale in uoſmetipſos exemplum ſtatuite, Athenienſes, uos aliquem hominem moderatum & popularem in quocunq; crimine deprehenſum, nulla uel miſericordia uel uenia dignaturos: ſed uel occiſuros, uel ignominia notaturos. Sin quis opulentus quęuis per libidinem perpetrarit, daturos eſſe ueniã.

Diuites æquè puniendi, ac pauperes.

Abſit. Nec enim æquum eſt: ſed ſine diſcrimine perſonarũ, delicta omnia pari uobis ſeueritate uindicanda ſunt. Iam quæ nullo eorum minus quæ diximus uobis explicatu neceſſaria eſſe puto, illis expoſitis, & breui adhuc de illis diſputatione adiecta, deſcendam. Magnam, Athenienſes, ad peccãdum feneſtram facinoroſis omnibus aperit

Maxima peccãdi illecebra impunitatis ſpes.

humanitas ueſtra, & clementia: quæ cur nulla ſit impertiendia Midiæ, id ex me auditote. Ego Athenienſes, omnes homines exiſtimo ſua uiuendi ratione quaſi ſtipem

Repetit ſuperiorem locũ de collectis uitæ.

ſibi colligere, non eam modò, quam nõnulli & colligũt, & conferũt, ſed aliam quoq;: ueluti eſt noſtrûm aliquis moderatus, & humanus, & in multos miſericors: huic æquum fuerit eadem officia uiciſſim præſtari ab omnibus, ſi quãdo neceſſitas eius & tẽpora poſtularint. Alius quiſpiã, ut iſte, impudens, & in multos iniurius, qui quidem alios quiſquilias, alios mendicos, alios nihil eſſe putet: iſti tributa eadem, quæ ipſe pendit alijs, ſunt reſeruãda. Iam ſi uobis rem rectè æſtimare uiſum fuerit, hanc

Lamẽtatione Midiæ moueri neminem oportere.

contuliſſe ſtipem Midiam, non illam alteram, reperietis. Non ignoro aũt, eum & liberos ſuos lamẽtaturum, & multa ſupplici uoce dicturum, lachrymantẽ, et ſeſe maximè miſerabilem oſtendentẽ. At quanto nũc abiectiorẽ ſe geſſe

rit,tanto maiore odio dignus erit, Athenienſes. Quamobremq́ ſi nulla ratione ferociam ſuam domare potuiſſet,quin ita importunus & uiolentus eſſet,tpe uitæ ſuperiore:naturæ & fortunæ,quę talẽ eum reddidiſſent, rõne habita, nõ nihil de ſeueritate ſupplicij remitti fortaſſe decuiſſet. Sin quãuis ſubmiſſe modeſteq́; ſeſe gerere,cũ uellet,poſſet,contrarium uitæ inſtitutum potius, q̃ hoc ſequi,præoptauit:non ſanè obſcurum eſt hoc, ſi nunc ſuis artificijs pœnas ſubterfugerit,cum rurſus eundem,quem ſcitis uos,futurũ eſſe. Non igitur eius humili ſpecie moueri debetis, nec præſentis tpis ſimulationi, fictóq; uultui plus adhibere fidei, aut firmitatis ĩeſſe putare, q̃ reliquo tempori omni,quo quæ uita eius,qui mores fuerint, ipſi perſpexiſtis. Ego liberos non habeo, qbus in conſpectũ ueſtrum productis eiulare poſſim, ac deplorare iniurias mihi factas. Num igitur ꝓpterea ipſe contumelioſe tractatus,deteriore,apud uos conditione ero,q̃ is qui iniuriam mihi fecit?non utiq;. ſed quãdo iſte ꝓductis liberis ſupplicabit,ut illis iudicium condonetis: tum uos me leges habentem propè aſſiſtere putate, & iuſiurandũ, qđ dediſtis:poſtulantem,& ſupplicantem,ut hæc in ferendis ſententijs reſpiciatis: à qbus uos longè iuſtius quàm ab iſto ſtabitis. Nam & iuraſtis,Athenienſes,uos legibus obtẽperaturos: & legibus acceptũ ferre debetis par & æquũ ius quo fruimini, & qcquid bonorũ habetis, id beneficio legũ habetis,nõ Midiæ,aut eius liberorũ. Orator ẽt iſte,forſitan inqet,me dicens,eſt. Ego uerò,ſi is orator eſt,qui id conſulit,qđ uobis profuturũ putat,idq́; ea modeſtia,ut neq; uos obtundat,neq; cogat:nõ ſane fugerim,neq; negauerim hoc nomen. At ſi orator eſt, quales concionantiũ nõnullos ego,atq; uos ipſi uidetis,ĩpudentes,et ueſtris opibus locupletatos:is ego nõ fuerim. nihil enim à qcquã a uobis accepi, ſed meã rem familiarem, oĩno paucis exceptis,oẽm uobis impendi. Etſi aũt illorũ quoq; oĩum eſſem improbiſſimus,legibus à me pena ſumenda eſſet,non inobeũdo munere publico mihi inſultãdum. Oratorũ præterea nemo mihi ſuffragatur. neq; id uitio cuiquam uerto: quia nec ipſe unquam quicquam apud uos in eorum gratiam dixi, ſed ſimpliciter pro

Leges liberis Midiæ opponũde.

Legum beneficia.

Qualis orator Demoſthenes

Nemini ꝓ ꝓfeſſionẽ inſultandum.

me tum dicere,tum agere decreui, qcqd è repub.fore du
Oratorũ cum Midia coniunctio.
co. Cum iſto aũt ſtatim uidebitis oratores oẽs ordine in
ꝓcinctu ſtare. An uerò decet nomen hoc ꝓbri loco mihi
obiicere, cum ipſe in iiſdem illis uiris prorã & puppim ſa
lutis ſuæ collocet? Fortaſſis aũt etiam talia dicet, me nũc
omnia meditata & pręparata afferre. Ego uerò, Atheniẽ
Demoſthenes non negat ſe meditatum dicere.
ſes, meditatũ eſſe me affirmo , & haud negauerim ſum-
mũ in cogitando ſtudiũ poſuiſſe. Vęcors.n. eſſem, ſi talia
paſſus & patiẽs, qd apud uos iis de reb⁹ dicturus eſſem,
penſi nihil habuiſſem. Ipſam tñ orationem Midias mihi
dictauit. nam qui res, de qbus uerba fiunt, ſuppeditauit,
illi iure optimo id tribuet, non ei qui meditatus eſt, ſolici
tèq; laborauit, ut cãm ſuam in re pręſenti, ita ut ęquũ eſt,
σκῶμμα, Midiã nihil facere meditatum.
ꝓponeret. Ego uerò me hoc facere ſolere, etiam ipſe cõfi
teor, Athenienſes . At Midiã nihil unq; in omni uita iuſti
eſſe meditatũ apparet, cui ſi uel paululum talia cogitare
Querelã Midiæ, de iniquo populi præiudicio repudiãdã.
in mentẽ ueniſſet, non ita toto cœlo à re aberraſſet. Arbi
tror porrò eum non dubitaturũ eſſe, ppl'm ẽt accuſare, et
concionem, & quę tum dicere audebat, quum de eo q̃re
rer, eadẽ nunc quoq; dicturũ: qbus exeũdũ fuiſſet, eos re-
manſiſſe: & qui p̃ſidia deſeruierint, eos interfuiſſe concio
ni: ac ludiones, & peregrinos, et eius generis hoĩes fuiſſe,
à qbus fuerit condemnatus. Nam tãta, Iudices, fuit eius
confidentia & impudẽtia, ut norunt è uobis qui interfue
runt, ut maledicens, & minitans, & ſubinde intuens in tu
multuantẽ concionis locũ, ſe terrorem incuſſurũ putaret
omni ppl'o. Quãobrem haud ꝑfectò iniuria ridiculę iam
Inſolentiã Midiæ nõ eſſe poſſe miſerabilẽ.
eius uidebunt lachrymę. Quid ais ô nefariũ caput? Túne
ab hiſce poſtules, ut liberũ tuorũ, aut tui miſereãr, tuís'ue
rõnibus ſtudeant, à te publicè contempti & ludibrio ha
biti? Túne ſolus mortalium oĩum, quem apertiſſimè cõ
ſtat, in uita tanta ſupbia et oĩum hominum deſpectu eſſe
refertum, ut ẽt illi, cum qbus tibi nihil eſt negocii, tuã cõ
fidentiam & uocẽ, & tumultũ, et tuos miniſtros, & opu
lentiam & ferociã ſine dolore ſpectare nõ poſſint, in iu-
Inuidia.
dicio miſericordiã ſtatim conſequêris? Magnum qdem
Miſericordia.
principatum, uel potius artem inueneris, ſi duas res inter
Midiæ maledicentia.
ſeſe maximè cõtrarias tam paulo momento tibi ipſi cir-
cundare poſſes; inuidiã ex uitæ inſolentia, miſericordiam
ex impoſtura.

ex impoſtura. Nulla tibi ratione tribui poteſt miſericor *Inuidia.*
dia,qcquid tandẽ intueamur:ſed contrà,odiũ & inuidia *Miſericordia.*
& iracundia. Hæc.n.mereris. Sed illuc redeo, ad eius ac *Midiæ maledi*
cuſationem populi,& concionis. Quod ubi faciet,cogi *centia.*
tate uobiſcũ Iudices,iſtum eqtes , cõmilitones ſuos , cũ
Olynthũ iuiſſent,ad uos in concionẽ ꝓgreſſum, accuſaſ-
ſe.* nunc rurſus apud eos q foris militant,occaſione ex- *νῦν πάλιν μέλλοντας πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας τοῦ δήμου κατηγορῆσαι.*
pectata,populũ accuſaturum. Vtrum igiť uos ſiue mãſe
ritis,ſiue exiueritis,tales ꝓhiberi non recuſabitis, quales
Midias facit:an cõtrà potius iſte ſemꝑ & ubiq;, dĳs in-
uiſus & execrandus? Ego qdem opinor iſtũ talem. Nã *Arrogantia*
quem non eqtes,nõ collegæ,nõ amici ferre poſſunt,qd *Midiæ.*
de eo dicendũ eſt?Iouẽ teſtor, & Apollinẽ atq; Miner-
uam(diceť.n.ſiue profuturũ,ſiue nociturũ ſit)cũ iſte ſe
trãſegiſſe mecũ fabulareť,apparebat quoſdã, * q blãdè *τῶν πάνυ τούτῳ λαλούντων ἡδέως*
oĩno cum eo ſolent colloq,moleſtè ferre:idq; mediusfi-
dius ipſis minimè uitio uertendũ. Nec.n.ferri poteſt ho
mo,ſed & ſolus diues eſt, & eloquẽs ſolus,et oẽs ei ſunt
qſquiliæ & mẽdici,ac ne hoĩes qdem. Eum igiť, q nunc
tãto faſtu turget,ſi abſoluať,qd facturũ putatis? Id quo
pacto cognoſcere poſsitis, ego dicã: ſi è ſignis, q̃ ſecuta
ſunt populi ꝑiudicium,rem æſtimetis. Quis.n.eſt,q prę-
iudicio dãnatus,uiolati feſti ꝑſertim, etiamſi nullũ aliud
periculum aut diſcrimen ſubeſſet, non ob illud ipſum do
mi ſe abſtruderet, modeſtumq; ꝑberet ad iudicĳ ſaltẽ,ſi
non in omne tp̃s? nemo eſt,qn id faceret. Aliter uerò Mi
dias. Nã inde ab eo die concionať,conuiciať , clamitat.
Legiť magiſtratus aliqs? Midias Anagyraſius in cãpũ
deſcẽdit: Plutarchi ꝓcuratorem agit , eius ſecreta nouit.
Ciuitas eũ nõ capit. & hæc oĩa facit,nõ in aliud ꝓfectò,
niſi ut oſtendat,populi ſibi ꝑiudiciũ nihil nocuiſſe , neq;
metuere aut formidare ſe futurũ iudiciũ. Qui igiť, Athe-
niẽſes,uos ꝑtimeſcere turpe putat,uos uerò nihili facere
præclarũ:non hunc decies interfectũ oportebat? nec.n.
uos habituros,qđ de ſe ſtatuatis,putat. Diues,cõfidens,
inflatus,magniloquus,uiolẽtus,inuerecũdus:ubi cõpre-
hendetur,ſi nũc aſtu ſubterfugerit? Ego uerò tametſi ob *Importunæ cõ*
nihil aliud,uel ob crebras & importunas cõciones, ma- *ciones Midiæ.*
ximo ſupplicio cẽſerẽ afficiendũ. Noſtis.n.hoc ꝓfectò,ſi

res bene geſtæ nūciant urbi, & tale aliqd quo exhilarētur oēs: nuſquam unquam inter eos eſſe Midiā inuentū, q cum populo gaudent, quiq; congratulantur. Sin qd aduerſi, quod deprecentur oēs, primum inter alios ſtatim ſurgere & concionari, inſultantē temporibus, ſilentioq; fruentem, qđ uos propter aduerſæ fortunę triſtitiā teneat. Tales.n.eſtis Athenienſes. neq;.n.egredimini, » neq; tributū conferendū cenſetis: & miramini malè uo- » biſcum agi? me putatis uobis tributa collaturū, uos illis fruituros? me putatis triremes inſtructurū, uobis ocioſe domi ſedētibus? Tali petulātia utens, & animi ſui acerbitatē ac maleuolentiā, quā obſcurè cōtra populū apud ſemetipſum gerit, per occaſionē detegens, obambulat. Oportet igiť, Athenienſes, uos ēt ſic nūc, qñ iſte per fraudem & impoſturā lamentabiť, & plorabit, & ſupplicabit, hæc illi ſubijcere: Talis es Midia: homo.n. contume- » lioſus es, neq; uis manus apud te cōprimere: & miraris » te, malus cū ſis, male piturum? ſed putas nos te toleraturos, ipſum uerò te uerberaturū? nos te abſoluturos, nullā ſtatuentē improbitati tuæ modū? Oratores qdem iſtū defendent, non tā mediusfidius ut iſti gratificenť, quā ut ægrè mihi faciant ob priuatas inimicitias, quas iſte ſibi mecū, ſiue affirmē, ſiue pnegē, intercedere dictitat, & ui extorquet. In quo non rectè ſentit. Sed ita ferè fit, ut nimia fœlicitas hoies aliqñ reddat intolerabiles. Nā quū ego, nec acceptis iniurijs, eū inimicū mihi eſſe pfitear, ipſe tñ me dimittentē non dimittit, ſed in alienis cauſis ſemet ingerit: & nunc pdibit, ut nec cōe legū pſidiū mihi impertiamini, poſtulaturus. Talis igiť nō ne iā grauis eſt, & maior q̃ unicuiq; noſtrū expediat? Adhæc adfuit, Athenienſes, & ſedit Eubulus in theatro, quū populus Midiā dānauit: & nominatim citatus, orāte iſto & contendente, uti uos noſtis, nō ſurrexit. Atq ſi Midiā inſontem delatū eſſe credidit apud populū, officiū amici utiq; fuiſſet, ei patrocinari & opitulari. Sin, qa tū ſentiebat eum iniuſtè facere, ideo adeſſe noluit, nunc qa mihi inimicus eſt, ideo iſtū liberare ſtudet: uobis pclarum nō fuerit, illi gratificari. Abſit ut in repub. populari qſquā tantus exiſtat, cuius interceſsione alter acceptā iniuriā ferre coga-

Retorquet uerba Midiæ in eum.

In patronos Midiæ.

Eubulus Demoſthenis inimicus.

Dilemma in Eubulum.

tur, alter factam impunè ferat. Quod ſi mihi malefacere ſtudes Eubule (quãquã ego deos teſtor, haud ſcio, quo merito meo) potes id ꝗdem, & rempublicã geris: ſed legibus quoduis à me ſuppliciũ exigito. Vltione tñ iniuriarum & contumeliarũ, ꝗbus ego ſum contra leges affectus, noli me ſpoliare. Sin illo modo mihi te poſſe malefacere diffidis: iã hoc quoq; ſignũ fuerit meæ ꝓbitatis, te, ꝗ alios facile accuſare ſoleas, nihil in me repire qđ crimineris. Audio porrò & Philippidẽ & Mneſarchidẽ & Diotimũ Euonymeũ, ac tales quoſdã diuites & trierarchos, intercedere pro eo uelle, & deprecaturos à uobis ut ipſis id beneficiũ pſteẽ. De ꝗbus nihil dixerim apud uos malũ, ego etenim inſanirẽ: ſed q̃ ſpectanda uobis, cũ iſti precabunẽ, ſint, & conſideranda: hæc dicã. Cogitate Iudices, ſi (qđ dĳ omen auertãt, neq; fiet) iſti nũc cũ Midia, & hoĩbus Midiæ ſimilibus, rempublicã occuparẽt, & ueſtrũ aliq̃s è uulgo & plebeĳs hoĩbus, in iſtoꝝ quẽpiam cõmiſiſſet, nõ talia qualia Midias in me, ſed ꝗduis aliud, atq; in iudiciũ talibus hoĩbus refertũ ingrederet: ꝗd ueniæ aut miſericordiæ impetraturũ crederetis? Fortaſſe gratificarenẽ? Non certè plebeiũ quenquã intercedentem audirent, ſed ſtatim intonarent: Huncce inuidũ, hunc peſtilentẽ, hunc demum ita eſſe petulãtẽ? ac efferri animis, cui uita licere frui abundè eſſe oportebat? Ne igitur, Atheniẽſes, in eos ꝗ ita uobiſcum agerent, aliter uos animati ſitis: neq; autoritatẽ iſtoꝝ admiremini, ſed uoſmetipſos. Multa illis bona ſunt, q̃ poſsidere nemo eos ꝓhibet. Ne igitur ipſi quoq; uos libertatẽ, quam uobis cõem poſſeſsionem leges præſtant, poſsidere prohibento. Nihil acerbũ aut graue Midias patieẽ, ſi eius facultates plebeioꝝ opibus, quos nũc inſectatur, quos mendicos nominat, æquabunẽ: & q̃ nunc eum paſsim inceden tem ad ferociã incitant, adimentur. Neq; iſtos ſcilicet decet à uobis hæc precari: Ne ſecundum leges ferte ſententiam, Iudices, ne opitulamini indigna paſſo, ne curate iuſiurandum: in noſtram gr̃am hoc facite. Hęc.n. ſi ꝗd precabuntur, pro iſto precabuntur. tametſi non eadem uerba uſurparint. At ſi amici ſunt, nec ferendũ, ſi Midias diues nõ ſit, eſſe putãt: ipſi cũ primis pollẽt opibus, idq; ne

ἀποστροφὴ ad Eubulum.

In reliquos Midiæ defenſores.

Diuitum inſolentia.

Inuidioſa exagitatio deprecationum.

De ſuo quiſq; libertate…

mo eis inuidet. pecuniam igitur illi de ſuo largiantur, ut & uos, qbus de rebus iurati ſedetis iudices, illis de rebus ita pronũcietis, ut iuſtitia poſtulat: & iſti de ſemetipſis, non cũ ignominia ueſtra, largiantur. At ſi diuites iſti pecuniam negligere aut amittere nolũt, qua fronte uos iuriſiurandi religionem negligetis? Opulenti multi, conſpiratione inita, Athenieſes, opinionis ẽt & autoritatis aliqd propter diuitias conſecuti, procedunt uos rogaturi. Horũ nulli me, ò Athenienſes, condonetis: ſed queadmodum iſti, ſuis quiſq; cõmodis & Midiæ ſtudent: ita uos uobis ipſis & legibus, & mihi ad uos cõfugienti, ſtudete, & hanc ſniam, in qua nunc eſtis, retinete. Nam ſiqdẽ, Athenienſes, tũc cũ ego quęrerer, re audita populus Midiam abſoluiſſet: non perinde graue uideret. Nã & non eſſe factas illas iniurias, & nihil ad feſtũ attinere, & multis aliỹs modis qſpiam ſe cõſolari potuiſſet. nunc hoc ẽt oĩum acerbiſsimum mihi accideret, ſi uos oẽs, q ſtatim admiſsis delictis, tantã iracundiam & acerbitatem atq; moleſtiam præ uobis tuliſſetis: ut Neoptolemo et Mneſarchide & Philippide, & qbuſdam ex iſto ualde locupletum grege, & á me & à uobis contẽdentibus, clamaretis, uos nõ condonaturos, & aggreſſo me Elepæo mẽſario, ita exclamaueritis, * quaſi ab eo pecuniã accepturus eſſem, ut ego, Athenieſes, palliũ ueſtro tumultu pterritus, abỹcerem, & propemodũ nudus in tunicula aſtarem, dum illum, q me trahebat, ſugiebã: & deinde obuiã euntes. Vide ſis, ut pſequaris iudicio nefariũ iſtum, neq; cũ eo tranſigas: obſeruabunt te Athenieſes qd facturus ſis, & eius generis alia, dictitantes. Poſtquã igit ſuffragio decretũ eſt, id factum eſſe contumeliã, & in tẽplo, q huic cognitioni ſunt pfecti, ſedentes pnunciarunt, tũ demum uos abſoluetis? Minimè gentiũ. Turpiſsima.n. omnia, in re inſunt. Neq; uerò ego ſum ita meritus de uobis, cũ præſertim, Athenieſes, hoiem accuſem, q eſt & uidetur uiolentus, & cõtumelioſus, q in celebri ludorũ cõuentu petulanter deliqt, q contumeliæ ſuę teſtes fecit nõ modò uos, ſed Græcos ẽt omnes q ſpectatum aduenerant. Audiuit populus iſtius facinora. Quid igitur? præiudicio damnatum uobis tradidit. Quare ueſtra cognitio

A minori.

Defendi ſe petit contra potẽtum factionẽ.

Commonefacit iudices præiudicij.

ὡς τοῦτ᾽ ἰκανῶν.

Non poſſe Mi-

nec in obſcuro fieri, nec latere poteſt, aut effugere diſqſitionem hoīum, qd nam re apud uos actitata decreueritis. Quod ſi pœnas infligetis, uidebimini prudētes et boni uiri, & improbis infeſti: ſin dimiſeritis, aliqua alia re ſuperati. Neq;.n. ob ciuile aliquod delictum, nec ut Ariſtophon, coronis redditis accuſationē diſſoluit, ſed pp contumeliam, & qa nihil eorum quæ fecit, corrigere poteſt, in iudicio uerſatur. Vtrum igitur hoc facto præſtabat eū ſtatim, an uerò nunc puniri? eqdem nūc arbitror. commune.n. eſt hoc iudiciū, & oīa facinora de qbus accuſatur, cōia ſunt. Pręterea non me uerberabat, Athenīēſes, ſolum iſte, neq; contumelijs impetebat, aio & cogitatione ſua, tum cū faceret ea quæ faciebat: ſed oēs quotquot putet aliqs, ſe minus q̄ ego me, ulciſci poſſe. Nam quod non oēs uerberibus aut contumelijs afficiebamini in ædilitate, hoc utiq; noſtis, uos nec ædiles oēs ſimul eſſe, neq; poſſe quenquā uos ſimul oēs una manu malè tractare. Sed cū unus, cui facta iniuria eſt, pœnas non ſumpſerit: tū unumquemq; expectare oportet, ſe ꝓximum fore ipſum q ſit iniurijs afficiendus. ac proinde talia non negligenda ſunt, nec expectandū eò uſq; dum ſimili clade prematur, ſed longè ante p̄cauendum. Odit Midias fortaſſe me. Veſtrū uerò quenq;, alius qſpiam. Num igit̄ conceſſeritis, ut infeſtus ille, qſquis ſit, pro libidine ſua ueſtrū quemuis ita tractet, quemadmodū iſte me tractauit? eqdem non opinor. Proinde me quoq; ab iſtius inſolentia defendite. Saltē hoc uidete, iā ſtatim ubi iudicium ſurrexerit, unuſquiſq; ueſtrū, alius fortaſſe maturius, ali⁹ ſeruis domū reuertitur. nulla re ſolicitus, neq; reſpectās aut metuens qcquam, ſiue amicus ſibi, ſiue inimicus obuiā detur: neq; porrò utrū magnus an paruus, robuſtus an imbecillis, neq; deniq; tale qcquam. Cur uerò iſthuc? quia hoc, animo ſuo nouit, hoc fidit, atq; fretus eſt republica, ſe à nemine trahendum, aut exagitandum, aut uerberandum eſſe. Ad quam igitur ſecuritatem itis ipſi, nō prius ea mihi confirmata, uadetis? Qua ſpe igitur aut expectatione talia paſſum ſupeſſe ac uiuere oportebit, ſi nunc uos me negligetis? Ac hercule, dicet aliquis, bono animo es: nihil.n. in poſterum tale tibi fiet. qd uerò ſi

diam abſolui ſine iudicum ignominia.

Iniuriam Midia nam pertinere ad oēs infirmiores.

Cuſtodiēda ſecuritas.

ſiet? tum iraſcemini, cum æquis animis nunc feratis? Nequaquam, Athenienſes: ne deſtituite neque me, necp uoſmetipſos, neque leges. Nam illud ipſum ſi conſiderare & indagare uoletis, quare qui è uobis, ſuis quique temporibus ius dicitis, ſacroſancti ſint, & omnes ciues in ſua poteſtate habeant, ſiue ducenti ſiue mille, ſiue quotcunque tandem iudices publicè ſint delecti: reperietis, non id eo fieri, quod ſoli, ex reliquis, armis inſignes & inſtructi, aut corporibus lectiſſimis & ualentiſſimis præditi ſint Iudices, aut ætate florentiſſimi, aut ulla re denicp ſimili: ſed q legibus ualeant. At legum uis in quo eſt? Vtrum in eo, ſi quis ueſtrûm affectus iniurijs exclamarit, ut ipſæ accurrant, & præſentia ſua opitulentur? non. literæ enim ſunt, & ſcriptura conſtant, necp hoc facere poſſunt. In quo igitur earum uis eſt? Si uos eas confirmabitis, & ſemper ratas exhibebitis omnibus earum opem implorãtibus. Ita & leges per uos firmæ ſunt, & uos p leges. Hæ igitur ita ſunt defendendæ, ut ſeipſum unuſquiſcp defenſum ab iniuria uelit. Legumcp uiolationes pertinere ad omnes ſunt exiſtimandæ, in quocuncp tandem deprehendãtur. necp obita munera, necp homo ullus, necp calliditas ulla reperiri, aut quicquã aliud debet, quod legum uiolatorẽ à dandis pœnis eripiat. Qui è uobis iſtum Bacchanalibus in theatrum ingredientem ſpectabatis, exibilabatis, quãuis nihil adhuc è me de eo audiſſetis: id tamen quod eſt odij ſignum, faciebatis. Priuſquã igitur factum coargueretur, iraſcebamini: læſum ad iniuriam ulciſcendam hortabamini: applaudebatis, cũ eum apud populum deferrem. Poſtquã uerò conuictus eſt, & conſeſſu populi in templo facto, præiudicio damnatus, & alia nefarij iſtius facinora inſuper ſunt in lucem producta, & uos ſorte ad iudicium eſtis delecti, & in manu ueſtra eſt, ut ſolo ſuffragio conficiatis omnia, nũc dubitabitis mihi opitulari, populo gratificari, cæteros modeſtiores facere, & id cõſequi, ut ipſi deinceps extra omnem periculi metum ſecurè uiuatis, edito in iſtum exemplo, quo reliqui moueantur? Itacp cum propter omnia ſuprà dicta, tum uerò maximè propter deum, cuius iſte feſtum nefario ſcelere polluit, ſancta & iuſta ſententia lata, iſtum condemnate.

Iudicum autoritas ſita in legibus.

Legum autoritas poſita in ſeueritate iudicum.

Præiudiciũ populi denuo inculcat.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS in Androtionem, uiolatarum legum reum.

DVo fuerunt Athenis ſenatus: alter perpetuus, Areopagiticus, qui de cadibus uoluntarijs, & uulneribus, & alijs ſimilibus rebus iudicaret: alter, qui rempublicam adminiſtraret. is quotannis mutabatur, ex quingentis uiris conſtans, qui eſſent ætate ſenatoria. Lege autem quadã ei ſenatui mandabatur, ut nouas triremes fabricaretur. quod ni feciſſet, eos donum à populo petere, eadem lex uetabat. Nunc igitur cum ſenatus triremes non feciſſet, Androtion, qui plebiſcito ſenatum corona donari iuſſerat, uiolatarum legum reus agitur. Nam duo eum inimici accuſant, Euctemon & Diodorus: quorum ille primas cauſæ partes, hic poſteriores agit, & perorat cauſam hac oratione. Dicunt autem accuſatores. primùm ſine autoritate ſenatus factum eſſe decretum. Cum enim lex iuberet, ne prius ad populum ferretur decretum, quàm ſenatui probatum eſſet: Androtionem contra eam legem, ſine conſilij iuſſu decretum hoc ad populum retuliſſe. Deinde legi illi eſſe contrarium, quæ uetat ſenatum, non factis triremibus, petere præmium. Si enim petere ſit interdictum, conſtare, nec dare conceſſum eſſe. Atque hæ leges ad rem attinent. Afferunt autem & contra perſonam duas, unam de impudicitia, alteram de ærarijs: & aſſerunt, Androtionem utraque ignominioſum eſſe. Nam & proſtituiſſe corpus ſuum, & patrio ære alieno eſſe obſtrictum reipublicæ.

ALIVD ARGVMENTVM.

Varij fuere magiſtratus apud Athenienſes, quorum alij ſorte, alij ſuffragio, alij delectu creabantur. Sorte, qui ſortito legebantur, ut iudices: ſuffragio, qui populo ſuffragante, ut imperatores: delectu, qui deligi ſolebant, ut ædiles. Senatus igitur quingentorum ex his erat qui ſorte legebantur. Quingentorum autem diximus ad diſcrimen Areopagitarum. Qui tribus à ſe inuicem rebus maximè diſtinguuntur: eaq; primùm, quòd quingẽti publica negocia curabãt. Areopagitæ capitalia duntaxat. Quod ſi quis dicat, etiam Areopagitas curaſſe publica: reſpondemus, cum maxima neceſſitas incidiſſet, eos publicis de rebus conueniſſe. Alterum diſcrimen eſt: quòd ſenatus quingentorum ſub certum numerum cadit, Areopagitarum incertus eſt. Vt enim quidam oratores dicunt, quotãnis nouem uiros (quos Græci τοὺς ἐννέα ἄρχοντας nominant) ijs addebantur ut alij, ſex uiri duntaxat, qui Theſmothetæ à græcis dicti, de impudicitia iudicabant. erant & alij tres, unus Eponymus, cuius nomine faſti ſignabantur: alter rex, qui curæ pupillorum præerat, & uiolatam religionem

Triplex ratio creandorũ magiſtratuũ. Senatus Areopagiticus et quingentorum.

τῶν πολεμικῶν, fortaſſe legendum μνηστόνων, qui curabat inquilinos.

θεσμοθέται.

Attici anni ratio.

uindicabat: tertius Polemarchus, qui * rem bellicā adminiſtrabat. Theſmothetæ annum duntaxat magiſtratu fungebantur, quem priuſquam inirent, in omnem eorum uitam anteactam inquirebatur: qui ſi in omnibus integri comperiebantur, eum annum imperabant. Poſt finito anno, iterum de eis iudicium fiebat. Quod ſi conſtabat, eos eo quoque tempore probè functos officio, in ſenatum allegebantur Areopagitarum, quorum hac de cauſa certus non erat numerus: ſin malè ſe geſſiſſent, eijciebantur. Tertium diſcrimen eſt, quod quingentorum ſenatus quotannis ſuccedebatur: Areopagitis ſucceſſores non dabantur. Niſi quis enim grauiter deliquiſſet, non eijciebatur. Quia uerò propoſitum nobis eſt, non de Areopagitis, ſed de quingentis diſſerere: cognoſcendū eſt, quo pacto imperarint. Sciendum, non ſupputatos eſſe menſes ab Athenienſibus ad curſum ſolis, ut à nobis, ſed ad lunæ curſum. Nam ſi ſolem ſpectes, habet annus dies CCCLXV. Vnde fit ut menſis habeat dies tricenos & trientem. Dies enim XXX, faciunt CCC. bis XXX faciunt LX. Reſtant V. Triens duodenarij eſt quaternio. Reliquus eſt unius dies * unus diei pars duodecima eſt duodecim. ſed ad lunæ curſum annus habet CCCLIIII dies. Vnde fit, ut menſis cōſtet diebus uicenis nouenis & ſemiſſe. Decies enim uiginti ſunt CC. bis uiginti XL. Decies nouē XC. bis nouem XVIII. ſemiſſis duodenarij eſt ſenio. Itaq; in uniuerſum ſunt dies CCCLIIII. ad curſum autē ſolis deſunt dies XI. quos Athenienſes tertio quoq; anno coniungentes, menſem faciunt intercalarē tricenū trium dierū. Continet igitur annus ad Lunæ curſum CCCLIIII dies, ac duos dies. Attici uocabant ἀρχαιρεσίας, hoc eſt comitiales, * quibus interregnum erat in Attica, & magiſtratus deſignabantur. Quingenti igitur illi CCCLIIII dies in magiſtratu erant. Sed quia multi erant, & negocia non expeditè ſuccedebant, decuriarunt ſeſe pro tribuum numero, ut ſingulæ decuriæ quinquagenos continerent. Hos enim unaquæq; tribus deſignabat. Vnde fiebat, ut quinquageni illi tricenos quinos dies reliquis imperarent. Hi enim XXXV dies ſunt decima anni pars. decies. n. XXX ſunt CCC. decies V ſunt L. Cum autem ipſi etiam quinquageni plures eſſent, quàm ut cōmodè ſimul magiſtratu fungerentur: illi * decē ſortitò unum ſeptidui diem: ſimiliter & reliqui ſuum quiſq; diem imperabant, donec ſeptē illi dies complerentur. Ita fiebat, ut tres è numero magiſtratuū non imperarent. Vnuſquiſq; autem magiſtratus uno die uocabatur ἐπιστάτης, hoc eſt, præfectus. Cur uerò uno tantum die imperabat? Quia clauis arcis ei credebatur, & omnis pecunia ciuitatis. Ne igitur regnum affectaret, unius diei magiſtratum eſſe uoluerunt. Sciendum autem eſt, quinquagenos illos uocatos fuiſſe πρυτάνεις, quaſi curiones dicas: denos πρόεδρους,

δωδέκατον legitur & δώδεκα) δὲ τῆς μιᾶς δώδεκά ἐστι.

ἐν αἷς ἄναρχος ἦν ἡ ἀττική.

Diſtributio & ratio imperandi ſenatus quingentorū.

οἱ δέκα κατὰ κλῆρον μιᾶς τῶν ἑπτά.

hoc eſt, præſides, ſiue proceres: unum illum ἐπιστάτην. Accedendum iam eſt ad propoſitæ nobis orationis argumentum. Moris erat, ut ſenatus quingentorum accepta è publico pecunia, nouas triremes fabricaretur. Lege item iubebatur ſenatus, ſi populi approbationem in fungendo munere ſenatorio meruiſſet, corona donari. Is igitur ſenatus de quo loquimur, quãquam accepta ex ærario pecunia, triremes non fecerat: tamen cum in cæteris omnibus bene ſe geſſiſſe uideretur, Androtion orator, eius ordinis patronus, decretum fecit, ut ſenatus corona donaretur. Id decretum ut cõtra leges factum, Euctemon & Diodorus inimici Androtionis, arripuerunt. Status igitur negocialis eſt, ſcripto conſtans: & conſiderationem habet futuri temporis, an hoc faciendum ſit, an hoc dandum ſit, nec ne? Et quoniã ad ſtatum orationis intelligendum, probationum cognitio prodeſt, age in accuſatorum argumenta primùm inquiramus. Euctemon igitur & Diodorus quatuor legibus decretum reprehendunt, quarum prima eſt: Decretum ſine autoritate ſenatus, ad populum ne ferunto. Cum enim populi multitudo magna eſſet, ſæpeq; deciperetur, non animaduertens an in decreto fraus aliqua latéret: primùm in ſenatum quingentorum mittebatur, qui indagabat, an aliqua noxa aut fraus in eo latéret, & ſic ad populum ferebatur. Decuiſſet igitur eum, decretum ſenatui proponere in primis. non autem propoſuit: quia enim * recens magiſtratum inierat ſenatus, ueritus fuit, ne diſſenſio oriretur. Quiſq; enim anteceſſorem ſuũ rem malè geſſiſſe oſtendere cupit. Altera lex: Senatus qui triremes fecerit, præmium poſtulato. Tertia lex: Qui pudicitiam proſtituit, à republica gerenda abſtineto. Androtion igitur homo flagitioſus, abſtineat à republica. Quarta lex: Qui mulctam nondum ſoluit, in republica ne uerſetur. Quã tu Androtion cum nondum ſolueris, in republica uerſari non debes. Iam & rei defenſiones explicemus. Androtion igitur primæ legi conſuetudinem opponit. Ait enim obtinuiſſe conſuetudinem, ut decreta ſine autoritate ſenatus ad populum ferantur. Secundæ legi aliam legẽ & ipſe obijcit, qua iubeatur ſenatus, ſi bene functus officio uideatur, pro concione corona donari. Reliquas duas exceptione oppugnat, aſſerens, iam non eſſe de eis diſceptandum. Quidam ita tractarunt hanc orationem, ut ad negocialem legum contrarietatem referrent. Etiam hic, inquiunt, duæ leges inter ſe pugnant ex circunſtantia, quarum altera uiolata eſt, propter alterius confirmationem. Reſpondemus, in negociali conſtitutione, cum de contrarijs legibus agitur, neutrã uiolari, ſed conſiderari utram uiolari oporteat. In præſenti autem cauſa aliter fieri, quum una lex uiolata ſit, quæ uetet, ſenatum triremibus non factis petere præmium. Id uerò proprium non eſt negocialis conſtitutionis ad leges contrarias comparata, ſed legum contra-

Argumentum Androtionianæ orationis.

Accuſatorum firmamenta.

* νωστὶ ἄρξαντιν poteſt etiã de ueteri ſenatu intelligi, quia is nuper magiſtratum depoſuerat.

Rei defenſiones.

Conſtitutio orationis.

Partes in dicendo.

riatum duntaxat. Sciendum autem eſt, cum duo ſunt accuſatores, quorum alter eſt natu maior, ei honoris gratia primas in agendo partes tribui. ſicut & hic Euctemon, ut ſenior primo loco dixit. Recitauit autem principium & cauſæ diuiſionem, & partem etiam confirmationis. Sed Diodorus, homo indoctus, à Demoſthene accepit præſentem orationem: eſtq; deuterologia, & ea continet quæ Euctemon prætermiſit. Hæc oratio poſt Phi-

Tempus.

lippicas prima eſt publica. Fatetur autem accuſator inimicitias, ut qui

Odij cõfeſſio.

hac accuſatione ſibi olim factas iniurias ulciſcatur. Ne uerò uideatur ſolus, ut inquietus, accuſare: alium etiam læſum eſſe oſtendit. Priore enim loco dixerat Euctemon, & deuterologia eſt Diodori oratio. Vnde etiam cauſæ conſtitutio, & diuiſio prætermiſſa eſt. Sciendum autem, cum diſſimulari odium poteſt, inſinuandum eſſe, nos ex inimicitijs accuſare. Cum autem ſimultas palàm eſt, probabilius eſſe confiteri, ne in manifeſto mendacio deprehendamur. Igitur legiſlator, inquit, mihi extitit Euctemon: eius autoritati pareo, imitor doctorem. Plena eſt autem humanitatis ſententia illa, Si modo potero: neque enim dixit, omnino confido me pœnas de illo ſumpturum, ſed dabo operam an fortè poſſim.

DEMOSTHENIS CONTRA ANDROTIONEM ORATIO,

Iuſtas ſibi eſſe cauſas Androtionis accuſandi.

QVEMADMODVM Euctemon, Iudices, ab Androtione uexatus iniurijs, ſimul & reipublicæ conſulendum, & ſemetipſum ulciſcendum eſſe exiſtimat: ſic illud ipſum & ego facere conabor, ſi modò potero. Etſi autem Euctemoni

Amplificatio per collationẽ.

multæ & graues contumeliæ contra omnes leges factæ ſunt, eæ tamen ijs negocijs, quæ mihi faceſſit Androtion, ſunt leuiores. Nam eum & pecunia ſpoliare per inſidias, & honore ueſtro per iniuriam deijcere ſtuduit. Me autẽ mortalium nemo tecto recepiſſet, ſi uos iſtius impoſturis fidem habuiſſetis. Criminatus enim me eſt eius facinoris, quod nemo etiam æquo animo dicat, niſi iſtius per

Parricidij crimen.

ſimilis: patrem meum eſſe à meipſo interfectum. & in iudicium adduxit, atque impietatis reum fecit non me, ſed patruũ meum, in hanc ſententiam: eum impiè facere, qui mecum congrederetur, tali ſcelere conſtricto. Qui ſi tum

forte damnatus eſſet, quis crudelius ab iſto quàm ego tractari potuiſſet? Quis enim uel amicus, uel hoſpes meã conſuetudinem non refugiſſet? Quæ ciuitas uſpiam habitare ſecum paſſa eſſet hominem, in opinione tam nefarij ſceleris perpetrati? nulla profecto. Ego autem quemadmodum in ea cauſa non paucis ſententijs, ſed ita luculentè ſum à uobis abſolutus, ut quintam iſte partem ſuffragiorum non ferret: ſic iſtum ueſtro præſidio, & nunc, & in omne deinceps tempus ulciſci conabor. Ac de priuatis negocijs cum dicere longè plura poſſem, omittã. Quibus autem de rebus & actis eius in republica nunc ſententiam feretis, per quę iſte uobis non parum nocuit, quæq́ mihi prętermiſiſſe uiſus eſt Euctemon, quæq́ audiri à uobis præſtat: ea paucis ut explicem, operam dabo. Ego, ſi obiecta crimina ſimplici aliqua ratione ab iſto excuſari poſſe apud uos uiderem, de ea nullam facerem mentionem. Nunc ſatis ſcio, nihil eum ſimplex aut æquum poſſe afferre: ſed daturum operam, ut quibuſdam præſtigijs crimina eludat, & callidis atque improbis rationibus deceptos uos à cauſa abducat. Eſt enim, Athenienſes, dicendi artifex, & omnem in eo ſtudio ætatem cõſumpſit. Ne igitur decepti eò adducamini, ut & contrà quàm iuriſiurandi religio poſtulat, pronuncietis: & iſtum, quem mulctari multis nominibus ęquum eſt, abſoluatis: attente audite orationem meam, ut de ſingulis iſtius effugijs, me audito, rectè ſtatuere poſſitis. Vna ratio ei eſt, quam artificioſam eſſe putat, de decreto ſine ſenatus autoritate promulgato. Lex, inquit, eſt, ſi ſenatus ita ſuum munus adminiſtrarit, ut præmio dignus eſſe uideatur: præmium id à populo ſenatui eſſe dandum. Hoc rogauit, inquit, præfectus, populus ſuffragia tulit, uiſum eſt: nihil, inquit, hic opus eſt ſenatuſconſulto. Ex lege enim illa fiebant. Ego uerò contrarium eiſe uerum ſentio, & uos mihi aſſenſuros arbitror: de his rebus ſenatuſconſulta proferenda eſſe ſolis, quæ iubentur legibus. Nam ijs de rebus, de quibus leges nullæ extant, prorſus nihil eſt decernendũ. Dicet autem, omnem, qui ullo unquam tempore fuerit, ſenatum, ad hunc modum accepiſſe præmia, qui unquam à uobis acceperit, nec de ullo unquã factum eſſe ſenatuſconſultũ

Abſolutio.

Propoſitio.

Androtionem nullã habere iuſtam defenſionem.

1. *Refutatio. De corona ſine ſenatus autoritate, ſenatus decreta.*

Inuerſio.

Legum autoritas prauitati conſuetudinis anteferenda.

Ego uerò eum haud uera prędicare arbitror, ac potius cõpertũ habeo: ſed ut maximè hoc uerũ ſit, ſi lex cõtrarium iubet, non utiq; quia prius ſæpe peccatum eſt, propterea uetera peccata nouis nunc cumulanda ſunt: ſed contrà, nunc à te primo eſt auſpicãdum, ut alij iuſſu legum talia facere cogantur. Tu igitur ne dicas hoc, ſæpe eſſe factũ: ſed illud, decuiſſe ita fieri. Neq;.n.ſi qd unquam aliter q̃ leges iubent, factum eſt, idq; tu incitatus es, ꝑpterea iurè abſolueris: ſed potius cõdẽnaberis. Vt.n.ſi qs illorũ olim dãnatus eſſet, tu iſta non ſcripſiſſes: ita ſi tu nunc pœnas dederis, alius non ſcribet. De lege autem quæ manifeſtè uetat, ne ſenatus triremibus non factis, præmium petat: operęprecium eſt audire, qd loco excuſationis ſit allaturus, & ſpectare hoĩs impudentiam ex ijs quæ dicere inſtituet. Lex, inquit, non ſinit ſenatum petere præmium, niſi fecerit triremes? Fateor. Nuſquam aũt uetat ppl'm dare. Ego uerò ſi dediſſem poſtulanti, legi fraudẽ feciſſem. at ſi nullam in toto decreto de nauibus feci mentionem, ſed alia quædam recenſeo, ꝑpter quæ ſenatum corona donem: quo pacto legem uiolaui? Neq; uerò difficile uobis eſt, illa iuſtis rationibus refutare: primum præſides ſenatus, & qui ſnĩas comprobat, præfectum, rogaſſe, & dicẽdæ ſnĩæ ius feciſſe cui'nam uideretur ſenatus ita munere ſuo functus, ut ei honos haberi deberet, cui nõ. Atqui de ijs qui non petũt, nec accipere poſtulant, prorſus ne rogari qdem conueniebat. Præterea cum qbuſdam de rebus Midias accuſaret ſenatum, et alios quoſdam, ſurrexerũt ſenatores, & precati ſunt, ne ſibi præmiũ eriperet. & hęc uobis iudicibus ex me audire nihil eſt opus, cum ipſi corám uideritis, qd apud ppl'm actum fuerit. Quare ſi ſenatum petijſſe negarit, ſic occurrite. Iam illud etiam oſtendam, non permittere legem, ut ppl's præmium det ſenatui triremibus non factis. Hac de cauſa, Athenienſes, ad hunc modũ lata lex eſt, ne ſenatui liceat triremibus non factis poſtulare munus, ut ne populo ꝑſuaderi, aut fucus fieri poſſit. Neq;.n. legis lator in poteſtate oratorũ rem eſſe oportere cenſuit, ſed quod tribui & iuſtum & populo utile eſſet, lege definitum eſſe oportere. Triremes non feciſti? ne igitur poſtula præmium. Cum aũt petere non

2 Refutatio de lege uetante petere præmium.

Petere.

Dare.

Non licere dare ſenatui præmium, non factis triremib.

ſinat, nónne dari uehemēter uetat? Iam illud étiam excutiendum eſt, Athenienſes, cur tandem, etiamſi cæteris in rebus omnibus ſenatus p̄claré ſe geſſerit, neq; de eo q̄ri qſquam poſſit, triremes aūt non fecerit, præmium nō liceat poſtulare? Inuenietis.n.hoc in populi eſſe pręſidium inſtitutum. Arbitror.n.refragaturum eſſe neminem, qn quicqd uel bonum uel diuerſum (ne qd ominoſum dicā) reipublicæ contigerit, aut nunc etiam ſit: triremiū uel copia, uel inopia contigiſſe. cuius generis multa referri poſſent & uetera & recentia. Quod uero eſt oībus audientibus notiſſimum, eos qui propylæa illa & Parthenonem extruxerunt, & fana cætera omnia é ſpolijs Barbaroꝶ exornarunt, quæ oēs laudi nobis ducimus, meritó: hos in quam audiuiſtis p̄fectó deſerta urbe, & in Salamine cōcluſos, eo q; triremes haberent, & omnes ſuas opes, parta nauali uictoria, atq; rempublicam cōſeruaſſe, & in cæteros Gręcos multa & magna beneficia cōtuliſſe, quoꝶ memoriam nulla uetuſtas obliterabit. Sed illa qdem antiqua & uetera. Quod aūt uidiſtis omnes, id dicam. Scitis uos nuper Eubœenſibus intra triduum opem tuliſſe, & Thebanis icto fœdere abeundi feciſſe poteſtatē. Nūquid aūt id tanta celeritate confeciſſetis, niſi naues recētes habuiſſetis, q̄bus opem tuliſſetis? ne potuiſſetis qdē. Multa cōmoda cōmemorari poſſent, quæ reipublicæ é recta triremium inſtructione cōtigerunt. Iam é neglecta quantæ calamitates? Ac cætera omittā. In Decelico aūt bello, (ex antiquitate enim unum exemplū quod uobis oībus q̄ mihi notius eſt, p̄feram) cum reſpublica multas & magnas clades accepiſſet, maiores noſtri deditionē non anté fecerunt, q̄ claſſem amiſiſſent. & quorſum attinet recenſere uetera? Proſtremo enim bello Lacedæmonio, cum naues poſſe mittere non uideremini, ſcitis ut animata fuerit ciuitas: ſcitis ut eruum uenale fuerit. ut autem miſiſtis, eam uos impetraſſe pacem, quam uoluiſtis. Iuré igitur Athenienſes, cum in utrāq; partem triremes tantum momenti habeāt, hunc terminum ſenatui ſtatuiſtis, utrum is debeat accipere præmium nec ne? Nam ſi res cæteras oēs recté adminiſtraſſet, per quas aūt res ab initio illas & parauimus, et nūc tuemur, eas non feciſſet,

Quātum momēti ſit in triremibus.

Salaminia uictoria.

Euboica uictoria.

Decelica clades.

Pax Laconica

triremes dico:nihil ille prodeſſent. Summa rerum enim pō pulo in primis,& incolumitas farta tecta præſtāda eſt. At iſte eò uenit,ut licere ſibi exiſtimet, & dicere & ſcribere quicqd libitum fuerit:ut ſenatum, qui & cæteris in rebus ita ſe geſsit,ut auditis,& triremes non fecit,præmio affici decreto iuſſerit. Atq; hæc non pugnare cum lege,nec ipſe dicet,nec uos credetis. Sed audio eum huiuſmodi quiddam apud uos dicturum,nō ſtetiſſe per ſenatum quo minus triremes conficerentur,ſed quæſtorē naualium fabrorum fugam cæpiſſe quatuor talentis cum dimidio ablatis, atq; ita calamitatē fuiſſe in cauſa. Ego uerò illud ipſum demiror, primùm, ſi poſtulat ut ꝑpter aduerſum caſum, ſenatus corona ornetur. Nam rebus proſperè geſtis, huiuſmodi honores putaui eſſe propoſitos. Deinde illud etiam uobis dicam: Nego eſſe iuſtum utrumq; dici, non contra legem donum eſſe datum: &, non ſtetiſſe per ſenatum quo minus triremes curarētur. Nam ſi pręmium ſenatui etiam non factis triremibus eſt dandū, quorſum illud dicere attinet, per quem ſteterit, quo minus factę ſint? Sin non licet,qui magis ſiue ꝑ hūc, ſiue per alium ſteterit, ſenatū accipere coronam decuit? Præterea,iſtiuſmodi uerba,ut mihi uidetur,uobis optionem dant,utrum exiſtimetis excuſationes & uerba uobis eſſe audienda hominū in nos iniurioꝶ,an naues poſſidendæ? Nam ſi uobis iſte ita ſatisfaciet,perſpicuū erit cuilibet ſenatui,ꝓbabilem cauſam eſſe ad uos afferendā, non triremes faciendas. Eo pacto & pecunia conſumet, & uos naues non habebitis. At ſi,ut lex iubet,& ueſtrū iuſiurandum poſtulat,acriter & in uniuerſum cauſas ſuſtuleritis,& ꝑpter non factas triremes pręmium negaueritis:omnes, Athenienſes, factas triremes uobis tradēt, ubi uiderint cætera omnia fuiſſe apud uos lege infirmiora. Neminem aūt mortalium alium in cauſa eſſe,quo minus triremes factæ ſint,id quoq; perſpicuè oſtendā. Senatus enim lege ſublata,iſtum ſibi patronū creauit. Iam quod ad impudicitiam attinet,rñdebit,nos eſſe iniurios, & falſa in ſe maledicta iacere ait: nobis, ſi uera eſſe illa confideremus,ad Sexuiros fuiſſe ueniēdum, ut ibi de mille drachmis periclitaremur,ſi calūniari uideremur nunc.

3 Refutatio, de fuga quæſtoris.

4 Refutatio, de impudicitia.

nos fucum facere, qui crimina & inania maledicta conquiramus, & uos obtundamus, ad quos ea cognitio nõ pertineat. Ego uerò cenſeo illud primùm cum animis ueſtris eſſe cogitandũ, multo maximũ eſſe diſcrimen inter conuicium atq; crimen, & ꝑbationem. Crimen.n.eſt, ſi quis nudis uerbis uſus, orationi ſuæ nullis argumentis fidem facit: ꝑbatio, ſi quę dicit, ea etiam uera eſſe oſtẽdit. Neceſſe igitur eſt eos qui ꝑbant, aut argumẽtis niti, per quæ rei ueritatem uobis declarent: aut coniecturas afferre: aut ꝑducere teſtes. Neq;.n. in qbuſdam fieri cauſis poteſt, ut in rem pręſentem ducamini: ſed ſi quis eius generis aliquid oſtenderit, ſemper uos iuſtam ueritatis habere ꝑbationem iurè creditis. Nos igitur non ꝑbabilibus uerbis, aut argumentis, ſed à quo maximè pœnæ experi poſſunt, eo oſtendimus: uirũq; adducimus, qui tabellã nobis exhibuit, qua iſtius anteacta uita cõtinet, qui ſuo periculo teſtimoniũ dicit. Itaq; ſi hæc conuiciũ & crimen eſſe dicit, uos ꝑbationem eſſe putabitis: quę uerò iſte facit, conuiciũ & crimẽ. Cũ aũt ad Sexuiros rem fuiſſe deferendã dicit, ſic exiſtimabitis: nos & id facturos, & nũc hac de lege cõuenienter loqui. Nã ſi te alterius criminis reum, hoc noie accuſaremus, cauſa tibi eſſet cur ægrè ferres. Sed ſi in hoc iudicio deuiolatione legũ agitur, leges aũt iſtis moribus ꝑditos nec legitima decernere patiunt: noſq; oſtendimus, iſtũ nõ dixiſſe tantũ contra leges, ſed uixiſſe ẽt aliter ꝙ leges ſinunt: eáne de lege nihil dicetur, per quam hęc ꝑbantur? Illud ẽt cognoſcẽdum uobis eſt, Solonem harũ legũ autorem, & aliarũ ferè oĩum, longè alium, ꝙ iſte ſit, legiſlatorem, non uno modo ſcelerũ pœnas ĳs qui uolũt, expetere ꝑmiſiſſe à facinoroſis, ſed multifariã. Norat is nimirũ, non poſſe fieri, ut omnes ciues ex ęquo eſſent aut eloquẽtes, aut cõfidentes, aut moderati. Qđ ſi ita ſanxiſſet leges, ut moderatis ſumpſiſſe pœnas ſatis eſſet: multos impunè fore improbos cenſuit. ſi uerò ut cõfidentibus & eloquẽtibus: fore ut hoies imperiti & rudes, nõ poſſent eodẽ quo illi modo, pœnas ſumere. Æquũ aũt eſſe cenſuit, ne cui, ꝓ ſua cuiuſq; facultate, exigẽdæ pœnę ius negaret. Id autem fieri qui potuit? ſi multas uias ꝑ leges muniret, ad facinoroſos iuadẽdos. Veluti in

ἔλεγχος δὲ τεκμηρίων, εἰκότων, μαρτυριῶν

De Sexuiris.

Variæ ulciſcẽdi facinoroſos rationes.

ſurto: firmus es, & teipſo fretus ? abduc in carcerem. ſed mille drachmis periclitaris. Infirmior es? Nouemuiris indica. illi facient. Id quoq; formidas? accuſa. Nõ tibi fidis, & pauperior es q̃ͣ qui mille drachmas ſoluas ? furti age apud arbitrum, et extra periculũ eris. Neutrum horũ placet? accuſa. Etiam hoc reformidas? defer. hæc omnia diuerſa ſunt. Eodem modo & in cauſa uiolatæ religionis licet abducere in carcerẽ, accuſare publicè, cauſam apud Eumolpidas agere, ꝓponere apud Regem. Eodẽ modo in cæteris ferè uniuerſis. Si quis igitur maleficum eſſe ſe non diſſiteatur, aut impium, aut cuiuſcunq; tandem criminis de quo accuſetur ſontem: ſed ꝓpterea ſe abſolui poſtulet, ac ſi in carcerem abductus fuerit, dicat, diẽ apud arbitrum dici licuiſſe, & accuſari ſe decuiſſe: Si apud arbitrum reus fuerit, in carcerem ſe fuiſſe abducendum, ut accuſator mille drachmis periclitaretur: ridicula res illa profectò fuerit. Nam qui aliquid non fecit, ei non de forma iudicij eſt diſputandum, ſed inſontem eſſe ſe, oſtẽdendum. Eodem modo et tu Androtion, ne ꝓpterea pœnas dare recuſes, ſi ꝓſtituta pudicitia decretũ facis, q̃ nobis & apud Sexuiros in te datur actio: ſed aut non feciſſe te oſtende, aut pœnas da, qui moribus iſtis aliquid decreueris. Neq; enim tibi fas eſt. Quòd ſi te non ijs omnibus, quæ legibus conceduntur, rationibus ulciſcimur, gratiã habeto nobis de ijs quas prætermittimus: non ꝓpterea te prorſus inſontem haberi poſtulato. Operępreciũ porrò eſt, Athenienſes, diligenter inquirere & ſpectare, quãtę curę Soloni fuerit, huius legis autori, in omnibus quas ſanxit legibus, Reſpublica: & quanto de hac, q̃ͣ ijs de rebus quę legibus continentur, magis ſollicitus fuerit. Qđ cùm ex alijs multis legibus perſpicitur, tum uerò ex hac, qua uetat, ne ij qui ſe ꝓſtituerunt, in publico uel dicant, uel decernant. Illud enim uidebat, cum multis è populo dicere liceret, eos tamen non dicere. Quare id graue nõ ducebat. alioq; multa potuiſſet, ſi punire uoluiſſet iſtos, grauiora conſtituere. ſed non hoc ei fuit ꝓpoſitũ: ſed hæc ꝓpter uos & rempublicam interdixit. Norat enim, norat, flagitioſæ uitę hominibus eam rempublicam eſſe aduerſiſſimam, in qua omnibus eorũ ꝓferre probra liceret.

Amplificatio criminis impudicitia.

Ea uerò

Ea uerò quę eſt? popularis. Non igit̃ tutum putauit, ſi qñ accidiſſet ut ijſdem temporibus multi exiſterent hoies cũ eloquentes & confidentes, tũ talibus probris & malis referti. Fieri.n. poſſe, ut illorum impulſu populus multum delinqueret, atq; adeò aut ipſi popularem abrogare oino ſtatum conarentur, (nam in oligarchijs, etſi aliq multo flagitioſius Androtione uixerint, magiſtratibus maledicere nõ licet) aut ad ſummã improbitatẽ impellerent populũ, ut ipſorum eſſet q̃ ſimilimus. Prorſus igitur iſtud hoium genus à conſilijs excluſit, ut ne populus ab eis deceptus delinqueret. Quibus bonus iſte uir neglectis, ſibi non tm̃ dicendum & decernendũ eſſe cenſuit, cum non liceret: ſed & contra leges ea eſſe facienda. Iã quod ad eã legẽ attinet, qua qđ pater eius fuit ærarius, & mulctã reipublicæ non ſoluit, iſti nec habere conciones, nec facere decreta licet: ſic ei reſpondere poteritis, ſi dicet, nomen ſuũ à nobis fuiſſe deferendũ: Tum nos id eſſe facturos, nõ mehercule nunc, cũ ei aliorũ facinorum ratio reddẽda erit, & cũ id ex lege cõueniet. Atq; adeò nunc oſtendimus, nec ea q̃ alijs licent, ꝑmiſſu legis tibi licere decernere. aut igit̃ patrẽ tuũ non fuiſſe ærarium, id oſtendito: aut é carcere nõ ꝓfugiſſe, ſed ſoluiſſe pecuniã. Quæ ſi oſtendere nõ poteris: lege ꝓhibẽte, feciſti decretum: hæredẽ.n. te lex conſtituit paternæ ignominiæ. Cũ aũt ignominioſus ſis, nec uerba facere, nec decernere tibi licet. Ac de legibus, quas in mediũ attulimus, ſi qd afferre fuci, uosq; ſeducere inſtituet: hæc uobis eſſe tenenda, q̃ recenſui, arbitror. Sunt aũt ei & de cæteris orationes, ad uos decipiendos beſſè comparatæ: de qbus uos prius audire præſtat. quarũ una talis eſt, ne Quingentos ueſtrorũ ciuiũ p̃mio ſpolietis, aut ignominia afficiatis, illorum agi cauſam, non ſuã. Ego uerò, ſi illos dũtaxat ſpoliaturi, reipublicæ aũt nihil commodaturi eſſetis: nõ uobis autor eſſem, ut magnopere contẽderetis. ſed ſi eo facto ciues amplius decies mille meliores facturi eſtis: quãto pulchrius eſt efficere ut tã multi boni ſint, q̃ iniuſtè gratificari qngẽtis? Dicere aũt poſſum negociũ hoc nõ eſſe totius ſenatus, ſed quorundã q ſunt autores malorũ, & Androtionis. Cui.n. opprobrio eſt, ſi tacẽte ip-

5 Refutatio de mulcta nõ ſoluta.

6 Non ſi quingenti peccarint, ꝓpterea eis parcendũ eſſe.

Tranſlatio culpæ à ſenatu in Androtionem.

ſo,& nihil ſcribente,ac fortaſsis nec curiã frequentante, ſenatus coronã non acceperit?nemini ſanè:ſed eius q decernit,& res adminiſtrat, & quæuis ſenatui perſuadet. pp hos.n.in obeundo munere ſenatorio ſe corona indignos ꝑbuerunt. Sed tñ ut maximè totius ſenatus cauſa agatur,quanto uobis eũ condemnare ſit utilius, q̃ non, ſpectate. Nã ſi abſolueritis,in manu oratoꝝ erit ſenatus: ſin damnaueritis,in populi poteſtate. Nã ſi multitudo uiderit,hunc ſenatũ pp improbitatẽ oratoꝝ, corona eſſe priuatum:non illoꝝ libidini negocia cõmittent,ſed ipſi ea ſuadebunt q̃ ſunt ultiſsima.Quod ſi fiet,uosq; à uetere illa factione & cõſpiratione oratoꝝ receſſeritis:uidebitis Athenièſes,oĩa fieri quæ oportet.Quare ut nullã ob aliam,hac certè de cauſa ſunt condẽnandi. Iã illud alterum,qđ uos latere non oportet,audite. Prodibit fortaſsis, & ſenatũ defendet Philippus & Antigenes, & * reſcriptor,& qdam alĳ q illic unà cum iſto,ſua ſenatum autoritate rexerunt,& horum maloꝝ ſunt autores. Oẽs igitur uos intelligere debetis, eis prætextum eſſe defenſionis,adiuuare ſenatum: ſed reuera de ſe laboraturos, & de rationibus rerũ geſtarum,q̃ ipſis reddendæ erunt. Sic.n.hab :ſi reos iſtos abſolueritis, oẽs rem factã habebunt,& nemo coꝝ pœnas ullas dabit. Quis.n.porrò damnet illos,ſi uos ſenatũ,cuius illi patroni fuerunt,corona donaueritis?Sin dãnaueritis,primũ è iuriſiurandi religione pronunciabitis.deinde, in referendis rationibus iſtoꝝ ſingulos prehenſos, ſi qs uobis deliquiſſe uidebit, eũ punietis:q non,eum tũ abſoluetis. Ne igiẽ ſic eos audite,ut q ſenatus & populi cauſam agant:ſed iraſcimini,ut ĳs q ſuæ impunitatis gr̃a uos decipiant. Archiã præterea Cholargenſem exiſtimo(nã & is anno ſupiore ſenatorem egit)ut hoiem lenem,deprecaturũ,& eis patrocinaturum. Ego uerò in hunc ferè modũ Archiã audiendum eſſe cenſeo:interrogetẽ,an quæ ſenatui crimini dantur,rectè eſſe facta putet,an perperã? Si reſponderit, bene,non iã ut uir bonus erit audiendus:ſin male,cur ad ea conniuere uoluerit, quũ ſe bonũ eſſe uirum profiteatur? Rurſus eũ interrogate,Quod ſi ſe aduerſatum eſſe,neminem aũt auſcultaſſe dicet:abſurdum profectò erit,nunc

Collatio,quãto præſtet dãnari ſenatum quã abſolui.

7 *Aduocati nõ audiendi.*

Philippus.

Antigenes.

ὁ ἀντιγραφεύς

Archias.

δίλημμα

eũ ab eo defendi ſenatũ, q optimis eius monitis nõ obtemperarit. ſin tacuiſſe: an non iniurius eſt, ſi cum à peccatis deterrere liceret, non deterruit: nunc aũt dicere nõ dubitat, eos corona donãdos, q tot mala perpetrarũt? Arbitror autem Androtionem nec illud omiſſurum: hęc oïa ſibi propter tributa accidere, quæ ſe ueſtro nomine à paucis exegiſſe dicet, q magnum æs alienũ impudẽter retinuerint: & eos accuſabit (quo qd eſt faſtu facilius?) q tributa non pependerunt: & dicet, oẽm impunitatem propoſitum iri ĳs q tributa non pendant, ſi ipſe condẽnetur. Vos autem primũ illud, Athenieẽſes, cogitate, uos non de illa re ſñiam laturos: ſed de eo, an decretum legibus conſentaneum fecerit. Deinde, nullo eſſe modo ferendum, ut qritetur ipſe à nonnullis iniuriã reipublicę fieri, atq; ipſe maiores iniurias ſibi condonari poſtulet. Lõgè n. haud dubiè facinus eſt grauius decreto uiolare leges, q̃ non pendere tributum. Verũ tametſi conſtaret, iſto condemnato, neminẽ aut collaturum aut exacturũ eſſe tributum, ne ſic qdem eſſe abſoluendũ, hinc cognoſcetis. Vobis à tributis Nauſinico prætore imperatis, q̃ circiter trecentorum talentũ, aut paulo plus fuerũt: quatuordecim talẽta defuere: quorũ iſte ſeptem redegit. ſed ego pono, redegiſſe oïa. Ad eos igitur q ultro numerãt, non egetis Androtione: ſed ad ceſſatores. Diligenter igitur uobis eſt nunc conſiderandum, tanti'ne ęſtimetis reipublicæ ſtatum, & receptas leges, & iuriſiurãdi religionem. Nam ſi iſtum abſoluetis, q adeò manifeſtè legibus contraria decreuit, oïum opinione pecuniam illam legibus & iurĳurando prætuleritis: quę nec ſi qs eam de ſuo largiretur, accipienda eſſet, nedũ exigenda ab alĳs. Proinde cũ hæc dixerit, mementotę iuriſiurãdi, & cogitate, accuſationẽ nunc de exigendo tributo nõ eſſe inſtitutã, ſed de eo, utrũ legũ inuiolata eſſe debeat autoritas. Ac de his qdem, quo pacto uos á lege abducẽdo decipe ſit conaturus, & qd ad eius cauillationes repudiandas in promptu uos habere oporteat, cũ multo ẽt plura referre poſſem, cp & hæc ſufficere arbitror, cętera prætermittã. Inquirã aũt & in publicas iſtius boni (ſi dĳs placet) uiri actiones, in qb⁹ nullũ nõ crudelitatis genus exercuit. Nã

Nihil detrimenti capturã rempublicam, etſi damnetur Androtion.

Extenuatio operæ nauatæ ab Androtione.

Inſectatio morum & actionum Androtionis.

& impudentem, & audacem, & peculatorem, & ſuperbum, & ad qduis potius q̃ ad rempublicam in imperio populari gerendã eſſe aptum, demonſtrabo. Ac, quã ſibi maximè laudi ducit, pecuniæ exactionem eius, uideamus, nihil iſtius arrogãtia moti: ſed rem ipſam qualis fuerit, uerè æſtimantes. Is Euctemonẽ tributa ueſtra habere, ſeq; id aut conuicturũ cũ dixiſſet, aut de ſuo pecuniã numeraturũ pollicitus eſſet: per decretum magiſtratu, q ſorte dabat, abrogato, eã ſpecie ad exactionẽ obrepſit. & cõcione poſt habita, triũ uobis rerum optionẽ dari dixit: aut ſolennia uaſa pomparũ conſecanda, aut tributũ denuò conferendum, aut à debentibus tributa exigẽda: cũ, ut par erat, uos malletis æs alienũ redigi: pollicitatiónibus detinẽs, & pp rationem tpis magnam potentiam nactus: ueteribus legibus in ea re ſibi non eſſe utendũ cẽſuit: nec ſi eas ſatis eſſe non putabat, nouas ferendas: ſed decreta pro concione referebat atrocia & cõtraria legibus, per q̃ præuaricatus, & multũ uobis furatus eſt, cũ Vndecimuiros ſeq ſe iuberet, eosq; ſecũ ad ciuiũ ædes adduceret. Ac Euctemonẽ, à quo ſe redacturum, aut ipſum de ſuo numeraturũ pecuniã, pſitebatẽ, nullo modo eius rei conuincere potuit: ſed à uobis exegit, tanquam non Euctemonis, ſed ueſtri odio id negociũ ſuſcepiſſet. Neq; qſquam dicere me putet, à debentibus nihil fuiſſe exigendũ. Fuit. n. exigendum: ſed quõ? ut lex iubet, *aliorum cauſa, id. n. populare eſt. Neq;. n. Athenienſes, tãtilla pecunia eũ ad modum redacta, tm̃ fructus accepiſtis: quantam iacturam feciſtis, talibus inſtitutis inuectis in rempublicam. Nã ſi q̃ratis, qua gr̃a uideatur optabilib⁹ in populari degere impio, q̃ in paucoꝝ dominatu: hoc potiſsimũ eſſe in prõptu reperietis, qđ in libera republica oĩa ſunt clementiora. Iſtũ aũt ſe, q̃ in ulla uſquam oligarchia, geſsiſſe inſolentius, p̃tereo: ſed in ueſtra urbe qñ ſumma crudelitas uiguit? Sub triginta tyrannis, oẽs dicetis. Atq tum (ut accepimus) nemini uita eripiebatur, q ſe domi abdidiſſet. Illud autem crimini dabamus triginta tyrannis, q̃ è foro ciues in carcerem per iniuriam abducebant. Iſte autem ſua proteruitate uſq; adeò illos ſuperauit, ut in populari repub. ſuã cuiq; domũ carcerẽ con-

a Exactio tributorum Androtioniana.

*Non exactio, ſed crudelitas uituperatur. * τῶν ἄλλων ἕνεκα fortaſsis ἀδύνατων, propter inopes.*

Demòcratia in omnibus rebus lenior.

Collatio Androtionis cum XXX tyrannis.

ſtitueret, Vndecimuiris ad ędes adducendis. Quid uerò putatis Atheniēſes, ſi qs homo pauper, aut ēt diues, ſum ptibus exhauſtus, & fortaſſe non oīno temerè præſente pecunia deſtitutus, ſiue per tectū ad uicinos tranſcēdit, & ſub lecto ſe occultauit, ne deprehenſus in carcerē traheretur, ſiue aliud dedecus ſubijt, q̄ ſeruilia ſunt, non ingenuorum hoīum: eaq; aſpiciēte uxore fecit, q̄ ei ut ingenuo deſponſa fuit, & ciui Atheniēſi: eius autem rei cauſa fuit Androtion, cuius ea uita, ea facta extiterūt, ut ei nec ſuas priuatas inimicitias perſeq liceat, nedū aliqd agere noīe publico? Quod ſi qs eū roget, tributa corporáne debeant, an prædia? pdia reſpondebit, ſi uerū fateri uolet: de his.n. tributa pendimus. Cur igiť omiſſa prædiorū et ædium publicatione & proſcriptione, uinciebas, & cōtumelijs afficiebas hoīes ciues, & ærumnoſos inqlinos, quos ignominioſius q̄ ſeruos tuos tractaſti? Quod ſi cōſiderare uultis inter ſeruitutem et libertatem qd interſit, hoc potiſsimum reperietis, q ſeruis omnia ſcelera corpore ſunt luenda: ingenuis autem, tametſi maxima in ſe facinora admiſerint, corpus tn̄ tueri licet. His.n. pleraque delicta, pecuniaria mulcta luenda ſunt. at iſte contra, in corpora tanquam mācipiorum eſt graſſatus, atq; ita flagitoſum & uiolentū erga uos ſe præbuit, ut patrem ſuū publicè uinctum propter æs alienum in carcere, eo ære neq; ſoluto, neq; cauſa dicta, putarit effugere oportere: ſi qs autem aliorum ciuium quod debebat, numerare nō poſſet, domo in carcerem trahendum eſſe. Deinde poſt hæc tanquā qduis agendi poteſtas eſſet, Sinope manus iniecit, & Phanoſtratę, mulierculis uulgato corpore, nō tn̄ tributum debentibus. Quod ſi qbus illæ maximè dignæ uideanť, cum qbus ſic agať, ipſa res tn̄ indigna fuit quæ fieret: ut eò inſolentiæ propter tēpus ueniret qſquā ut ædes inuaderet, & ſupellectilem diriperet, hoīum q nihil deberent. Multos.n. uideas, q quiduis pati mereātur & patiantur: uerùm non ita iubent leges, non ita inſtituta ciuitatis, quæ uobis cuſtodienda ſunt: locus datur miſericordiæ, ueniç, omni officio apud ingenuos, quorū iſte meritò exps eſt oīum & natura & diſciplina. Multis.n. iniurijs, multis contumelijs affectus fuit, dū cum hoībus

ὑπὸ τοῦ σώματ.

Corpora, non prædia pigneratus.

Ingenui & ſerui diſcrimē

Pater Androtionis.

Meretriculas pigneratus.

Nō quid quiſque mereatur, ſed quid leges iubeāt, ſpectandum.

Flagitioſa educatio Androtionis.

uiueret, à quibus nõ amabatur, ſed qui mercedem numerare poterant: quarum rerum iracundia tibi non in proximum quenq; ciuium effundenda eſt, nec in eiuſdem quæſtus æmulas meretrices, ſed in patrem qui te ad iſtũ modum educarit. Hæc quin grauia ſint, & omnibus contraria legibus. iſte negare nõ poterit: ſed adeò eſt impudẽs, ut præiudicia huius iudicij apud populum perpetuò ſibi prępararit, ac dicere fuerit auſus, ſe pro uobis & propter uos, ſuſcepiſſe inimicitias, & nunc in extremis eſſe periculis. Ego uerò uobis oſtendam, Athenienſes, iſtum nihil quicquam mali eſſe paſſum, aut paſſurũ eſſe propterea quæ pro uobis egit: ſed propter importunitatem ſuam, & dijs inuiſas ſordes, hactenus quidem paſſum eſſe nihil: paſſurum autem eſſe, ſi fungi uos officio uolueritis. Sic.n. cõſiderate: quid tandem iſte uobis recepit, & quod nam uos mandaſtis ei munus? ut pecuniam redigeret: p̃ter hoc non ei quicquã mandaſtis. Agite uerò ſingulatim, uobis exactionem in memoriam redigã. Exegit iſte à Leptine Cęleo quatuor & xxx drachmas: à Theoxeno Alopœcenſe, & Teleſti adoleſcentulo (nomen.n. non occurrit) & ferè à quibus exegit (ne ſingula proſequar) haud ſcio an ultra minã ab ullo ex omnibus exegerit. Vtrum igitur putatis horum quemq; ægrè tuliſſe, & hoſtem ei factum propter tributũ illud? an alium eorum, quod uobis omnibus audientibus ſeruũ eum appellarit, & ſeruis prognatum, & debere eum ſextantem bonorũ pendere cũ inquilinis: alium quod è ſcorto ſuſcepiſſe liberos: alium quod patrem eius proſtituiſſe pudicitiam, alium, q̃ matrẽ eius q̃ſtum feciſſe dixit: alium recenſere iuſſit, quid ex peculatu corraſerit, in alios alia maledicta iecit, omnes denique ordine fandis infandiſq; probris & conuicijs laceſſiuit? Nã ego ſanè ſcio omnes in quos iſte eſt debacchatus, tributũ neceſſariũ eſſe ſumptũ exiſtimaſſe: ſed ad eum modum cõtumeliam ſibi factam, ægrè tuliſſe. Quin & illud ſcio, iſti mandatũ fuiſſe à uobis, ut pecuniã exigeret, non ut ſua cuiq; mala obijceret & opprobraret. Quæ ſeu uera fuerunt, tacenda tibi fuerant (multa.n. omnibus nobis aliter eueniunt q̃ uellemus) ſin falſo cõminiſcebare, nonne quouis ſupplicio dignus es? Iam ex his q̃ ſequunt̃, cui-

Non propter exactionẽ, ſed propter importunitatẽ inuiſum eſſe Androtionem.

Nemini male dicendum.

dentius intelligetis, inuiſum iſtum eſſe oībus non propter exactionē, ſed propter factā ſingulis cōtumeliam & debacchationē. Satyrus.n. naualium curator, nō ſeptem talenta uobis exegit, ſed quatuor & triginta ab ĳſdem illis hominibus, unde armamēta ſuppeditauit nauibus q̄ ablegatæ ſunt: & ea de cauſa nec ille ſibi quenquā dicit eſſe inimicū, neq; eorꝫ à quibus exegit ille, quiſquā ei bellum indixit. Nimirum is, quod mandatū fuerat, egit. Tu uerò tuę petulātiæ & audaciæ licentia parta, homines ſumptibus reipublicæ collatis exhauſtos, & te meliores, & melioribus ortos natalibus, falſis & atrocibus ꝓbris inceſſere uoluiſti. Credent igitur iudices, te ſui ſtudio feciſſe iſta, & tuæ impudentiæ & improbitatis facinora in ſemetipſos trāſmouebunt? ſed ęquius te oderint propterea, q̄ cōſeruabunt. Qui.n. aliquid agit pro republica, reipublicæ mores imitari debet: quod q faciunt, eos tueri, Athenienſes: iſtius autē ſimiles qui ſunt, odiſſe debetis. Illud.n. ſcientibus fortaſſe uobis, ſed tamē dicam: Qualeſcunq; amari à uobis & defendi conſtabit, ĳs ſimiles eſſe uidebimini. Atq; adeò eum æs alienū ne quidē redegiſſe pro uobis, id quoq; ſtatim oſtendā. Si quis.n. eū roget utri ei nocentiores eſſe ciuitati uideanť, agricolæ ne & parci, q ꝓpter alendos liberos & domeſticos ſumptus & alia munera obita, tributa deſeruerunt: an qui ultrò collatā pecuniam cū ab alĳs, tum à ſocĳs furantur & perdunt? nō eò nimirum, quantūuis frontē perfricuerit, impudentiæ ueniet, ut dicat eos qui ſua nō conferunt, eſſe nocentiores ĳs q ærarium depeculantur. Quia igitur tandem de cauſa, ô ſceleſte, cū plures ſint annis triginta, ex quo uerſaris in republica, atq; interiecto tempore multi & duces rempublicā lęſerint, & oratores, q apud hos cauſam dixerunt, & partim ſua ſcelera morte luerint, alĳ arrepta fuga in exilium abierint: neminem unquam accuſaſti? nec prę te indignationem tuliſti propter factas reipublicæ iniurias, in tanta confidentia tua & eloquentia? ſed ibi demum te curatorem es profeſſus, ubi multi lædendi fuerunt? Vultis Athenienſes, eius rei à me cauſam uobis explicari? quia & ſocĳ ſunt iniuriarum quas uobis quidam faciunt, & de exactionibus ſuffurantur: & ut inſatiabilis eſt eorum cupi-

Exēplo Satyri oſtendit, Androtionem ſuo uitio eſſe inuiſum.

Reipublicæ mores imitandi.

Androtion peculator, & peculatorum ſocius.

ditas bifariam republica fruuntur. Neq;.n. tutius eſt multorum & leuiter delinquentium ſuſcipere inimicitias, q̃ paucorum & grauiter: neq; uerò popularius, multitudinis animaduertere peccata, q̃ paucorum. ſed hoc in cauſa eſt, quod ego dico: Ex facinoroſis illis ſe unum eſſe nouit, uos autem nihili fecit, eoq; ad illum modũ uos tractauit. Nam ſi mancipiorũ urbem eſſe hanc, non autem eorũ qui aliorum imperio digni habentur, eſſe conſtaret: non toleranda fuiſſet iſtius, qua in foro utebatur, inſolentia, cum ſimul inquilinos, Athenienſes, uinciret, abriperet in carcerẽ, uociferaretur in cõcionibus, pro ſuggeſto ſeruos è ſeruis oriundos appellitaret ſe meliores, & ortos melioribus: ꝑcontando an fruſtra carcer eſſet ędificatus? Equidem id haud negauerim: ſiquidem pater tuus inde, cum ipſis cõpedibus, in ipſa Bacchanalium põpa exilijt. Alias autem eius contumelias, nemo unus ꝑcenſuerit: tanta eſt earum multitudo. Pro quibus hodie uniuerſis pœnæ ſumendæ ſunt, & exemplum in eum edendũ, quo fiant alij moderatiores. At uerò in his actis publicis eſt talis, in alijs autẽ quibuſdã bene ſe geſſit? Imò in cæteris omnibus talem ſe ꝓbuit erga uos, ut in ijs quæ audiſtis, minimè odio ſit dignus. Quid enim uultis dicam? ſolennium uaſorum reconcinnationem, & coronarum deſtructionẽ, aut phialarum factionem illam ꝓclaram. Sed uel propter hæc, & ſi nulla alia rempublicam iniuria affeciſſet, ter, non ſemel duntaxat iurè occideretur. Nam & ſacrilegij & impietatis & peculatus, & omnium grauiſſimorũ ſcelerum reus eſt. Ac pleraq; eius uerba, quibus fucum uobis faciebat, præteribo: cũ uerò dixiſſet folia defluere de coronis, & eas uetuſtate computruiſſe, quaſi uiolaceæ eſſent, aut roſaceæ, nõ autem aureæ: uobis autor fuit ut conflarentur. Poſtea in tributis exigendis adeſſe miniſtrũ publicũ iuſſit, ut uir bonus quæ ſinguli qui ea pependerant, inſcriptu ri erant: in coronis autẽ quas concidebat, iuſtitiam illam nõ adhibuit, ſed ipſe orator, aurifuſor, quæſtor, inſcriptor extitit. Atqui ſi in omnibus, quæ publico agebas nomine, haberi tibi fidẽ poſtulaſſes, furta tua minus eſſent deprehenſa. Nunc, in tributis, ut æquum eſt, non habendam tibi eſſe fidem cũ ſanxeris, ſed ſeruis publicis: cum autem

a. Conciſæ coronæ, & phialæ factæ.

Coronæ.

Miniſter.

aliud quiddam & res ſacras moueres, quarum pleræq; neq; ętate noſtra dedicatæ ſunt, eandem cautionem non adhibueris, quam in tributis: nonne palàm ęſt, cur ita feceris? equidē, opinor. Atq; illud cōſiderate Athenienſes, q̃ preclaras & admirabiles ad omnem poſteritatem inſcriptiones, reipublicæ ſuſtulerit, q̃ impias & intolerabiles repoſuerit? Arbitror. n. uidiſſe omnes uos, in coronarū modiolis ſubtus inſcriptum fuiſſe, Socij populum fortitudinis ergò & iuſtitiæ: aut, Socij dono Mineruæ ex manubijs: aut oppidatim: Illi populum, conſeruati à populo. ueluti, Euboeenſes liberati, corona donarunt populum. Rurſus alicubi fuit inſcriptum, Conon ex nauali uictoria par ta de Lacedęmonijs. Tales enim fuerunt coronarum inſcriptiones. Quę igitur & admirationis multum & honoris, uobis ferebant, abolitæ ſunt, coronis deſtructis. Phialis autem, quas earū loco uobis iſte fecit impudicus, Androtione curatore factæ ſunt, inſcriptum eſt: & cuius pollutum libidinibus corpus leges ingredi fana non ſinunt, eius nomen in fanis, phialis inſcriptum, eſt conferendum ſcilicet (non ſanè) ueteribus illis inſcriptionibus: & idem uobis, ſi dijs placet, honoris ferens? Sic tria eos atrociſſima cōmiſiſſe perſpicitur. Nam & Mineruā coronis ſpoliarunt: & reipublicæ admirationē ſuſtulerunt, quę ex ijs factis exiſtebat, quorū coronæ illæ monimenta fuerunt: & ijs à quibus conſecratæ fuerant, gloriam nō paruam ademerunt, opinionis eius, qua grati animi memoriā teſtari uoluerunt. Etſi autem tot & tanta facinora deſignarunt, eò ſimul ſtuporis & ignauiæ ſunt progreſſi, ut hæc tanquā re bene geſta, celebrent. Itaq; iſte ſe putat ꝓpter iſtos conſeruatū iri: alius aſſidet, neq; ſe abdit propter facinora. Vſq; adeò autem nō modò pecunię auidus, ſed & ſtupidus eſt, ut ignoret illud, coronas uirtutis ſignū eſſe: phialas autē & eius generis alia, diuitiarū: & quālibet coronam, etſi parua fuerit, æquè eſſe honorificā ut magnā: pocula autē & turibula, ſi magna ſit eorum multitudo, opulentię quandā excitare opinionem poſſeſſoribus. Sin paruis & paucis gloriere, tantum abeſſe ut honori ſint, ut etiam ineptus eſſe uidearis. At iſte gloriæ poſſeſſionibus abolitis, opulentię ſubſtituit paruas, & nō dignas uobis,

Inſcriptiones coronarum.

Athenienſes gloriæ quàm pecuniæ cupidiores.

Ac ne illud quidem animaduertit, pecuniæ cumulandæ nunquã ſtuduiſſe populum: gloriæ autẽ, q̃ ulli rei magis. argumento eſt, ꝙ, cũ aliquando plurimum pecuniæ haberet inter omnes Græcos, eam omnẽ honoris ſtudio impẽdit: & pecunia de ſuo conferenda, nullum unquam periculum recuſauit. unde poſſeſſiones immortales eſt conſecutus, tum rerum geſtarum memoriam, tum donariorum propter illas cõſecratorum elegantiam, Propylæa illa, ædẽ Mineruæ, porticus, naualia: non urceolos duos, neq; aurea uaſcula tria, quatuor'ue, libræ ſingula pondere, quæ cũ uiſum tibi fuerit, iterum conflanda eſſe decernes. Neq; enim decimis à ciuibus exigendis, neq; ijs q̃ hoſtes imprecarentur, faciendis, & tributis geminis cõminiſcendis, ea dedicarunt, neq; talibus utentes cõſiliarijs qualis tu es, rẽ publicã geſſerunt: ſed hoſtibus uincendis, & quod oĩbus cordatis optabile eſt, concordia inter ciues concilianda, immortalem ſui nominis gloriam reliquerunt. Eos autem qui tuis ſtudijs delectabuntur, foro ꝓhibuerunt. Vos aũt Athenienſes, eò adducti eſtis ſocordię & negligentiæ, ut talia exẽpla cũ habeatis, nõ tamen imitemini: ſed Androtion ſit uobis ſolennium uaſorum inſtaurator, Androtion, ô dij imortales! & hoc impium facinus alio ducatis leuius. Nam ego quidem exiſtimo, eum qui fana ingreſſurus, & lauacra & ſportas attacturus ſit, & rerum diuinarum curationi præfuturus: non tantum certum dierum numerũ caſtum eſſe oportere, ſed per totam uitam à talibus ſtudijs, qualis iſtius uita eſt, fuiſſe alienum.

Collatio ueterũ Athenienſium cum præſentibus.

ἁγνεία *Sanctitas ſacerdotum.*

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS in Ariſtocratem.

CHaridemum Oritam, peregrini militis ducem, & Cerſobleptis Thraciæ regis imperatorem, ciuitate donarant Athenienſes, partim quòd utilem reipublicæ operam nauaſſet, partim quòd plura ab eo beneficio expectarent. De hoc ſenatuſconſultum fecit Ariſtocrates huiuſmodi: Si quis Charidemum occiderit, comprehendi eum ius faſq; eſto in omni ditione coniuncta cum Athenienſibus. quod ſi quis comprehenſum aſſeruerit, ſiue ciuis, ſiue priuatus, fœderum expers eſto. Hoc ſenatuſconſultum accuſat Euthycles, Demoſthenis uſus oratione. & ait. primum ſenatuſconſultum eſſe contra leges, quia cognitionem & iudicia tollat,

& uindictam ante crimen cõtineat ſcriptam. Deinde non eſſe è re Athenienſium, tale Charidemo decernere præmũ, per quod Cherſoneſus amittenda ſit. qđ quo pacto ſit futurũ, ipſa oſtẽdet oratio. Examinat ẽt perſonæ qualitatem: affirmans, non meruiſſe pmia Charidemũ, talia pſertim.

ALIVD ARGVMENTVM.

Duplex eſt hæc oratio, quemadmodum & altera contra Timocratem. habet enim uiolatarum legum * duplex argumentum: id quod accuſatur, habet & alterũ adſciticium de Cherroneſo. Orationi de corona quaſi contrariam & aduerſam eſſe hanc orationem, propè dicere liceat. Nam illic dignum eſſe corona Demoſthenem contendit Cteſipho: hic Euthycles Ariſtocratem accuſat, aſſerens legibus contrarium eſſe decretum, et Charidemum non dignum eſſe præmio. Apparet ſtatum eſſe negocialem, qui ſcripto conſtet: oporteat ne approbari decretum. Suntq; orotionis tria præcipua argumenta. iuſtum, legitimum, utile. Ac iuſtum quidem & legitimum, propriè incidit ex materia negociorum: at utile, ex inuentione oratoris. Accuſat igitur legitimo in hunc modum: eum uiolaſſe decem leges, ſeptem capitales, tres ciuiles. Iuſto: à Charidemo ſæpe læſam eſſe rempublicam, neq; rectè illi decerni tale præmium. Inſeritur etiã utile, ex oratoris inuentione, ſic: Conſiderate quo pacto ſit occupata Cherſoneſus, quo pacto data ſit. Conſtat autem occupatam eſſe regnante Coty: datum eſſe, regno inter tres diſtributo. Nũc igitur uobis Charidemo tale præmium concedentibus, ſi Cerſobleptes cæteris regibus inferre bellum uoluerit, nõ habebit qui aduerſetur. Nam Athenodorus. cum ſit Athenienſis, Charidemum occidere nolet propter Athenienſes. Rurſus, Simon & Bianor ſocij noſtri, uel potius ciues, uec ipſi Charidemum peremptum uolent. At ſi Cerſobleptæ, ducente illi Charidemo exercitum, aduerſati non fuerint, deſtitutis alijs regibus & occiſis, Cerſobleptes imperio ſolus potietur: neq; eum quicquam impediet quo minus Cherſoneſum occupet. Non igitur hoc argumentum è rerum materia propriè ducitur, ſed eius eſt qui accuſatur, dicẽtis: Expedit nobis potiri Amphipoli, & multa huius generis. Hoc autem argumentum de oratoris extitiſſe diligentia, perſpicuum eſt ex Aeſchinis oratione in Cteſiphõtem. Nam cum ibi quoq; tale argumẽtum eſſet, Aeſchines ob inopiam ingenij, & eloquentiæ penuriam, non in promptu habuit locum utilitatis quẽ poneret. Orationis exordia ſunt tria. Primum à re: Se, quum magnã reipublicæ iniuriam fieri uideret, cãm hanc agendam ſuſcepiſſe. in quo inimicitias cum Charidemo ſibi intercedentes occulit, ſed cum Ariſtocrate malè ſibi conuenire oſtẽdit: id qđ ei nihil incõmodat. Nã manifeſta contentio erat cum Ariſtocrate, ſed occulta cum

ἀντελῆν. forſaſſe legendũ ἰδίαν, aut οἰκεῖαν, peculiare

Aeſchinis dicẽdi inopia.

Exordia.

Charidemo. Quapropter occultans tanquam alteram non ſuſpectam, de
manifeſta diſputat. Secundum à perſona dicentis eſt ſumptum: Cũ ego,
inquit, homo indoctus, rem tantam oſtenſurum eſſe me profitear, par &
æquum eſt, me à uobis omnibus adiuuari. hoc uerò ait, quia reformidat,
homo ipſe rudis & priuatus, cum magiſtratibus & imperatore contende
re. Nam è longinquo ſuſpicionem remouet, ac ſimplicitatis opinionem ſibi
conciliat. Tertium à perſona à Charidemi, propter quem inſtituitur hæc
oratio. Traditum enim nobis præceptum eſt, ſoluendas eſſe obiectiones
omnes quæ à dignitate proficiſcantur, cum contra illuſtrem perſonam uer
ba ſacimus: quod & Ariſtides in Pericle fecit. Eſt autem in tertio exor
συστροφή. *dio medio, * congeries quædam argumentoſa. Siquidem hoc maximum*
Ariſtocrates, & cætera. Poſtquam enim orationis initio exiſtimationem
Charidemi labefactauit, ueritus eſt ne id quod erat conſequens, ſimulta
tis oſtenſionem requireret auditor, eamq; ſoluit: nunc ad Cherroneſum
feſtinare ſe ſimulans, ſimultatemq; deinceps oſtenſurum pollicitus. Quia
uerò mirum uideri ſentiebat auditori, quamobrem in accuſatione decre-
τῆ καταστάσει *ti contrarij legibus, ſub contentionem Cherroneſi meminerit: in * conſti*
tutione in primis auditorem ſic informat, ut exiſtimet Cherroneſi men-
tionem cum cauſa eſſe coniunctam: totam actionem eo pacto criminans,
προκατασκευὴ *& ſuſpectam faciens. & eſt hæc ueluti * prima confirmatio utilitatis.*
Conſtitutio autem ſumitur aliàs à ſententia, aliàs à narratione. Cum au
tem audita Cherſoneſo, requiſiturus eſſet auditor pleniores probationes:
id ipſe ita fugiens, ut fugam tamen diſſimulet: optionem dat, utrum legi
timum audire uelint primùm, an iuſtum, an uerò conducibile. Nam cum
pro ſe legitimum firmum haberet, & cauſæ coniunctius: propterea cen-
ἀντ᾿ ἀλλαγῶν *ſuit eo in primis utendum. * Sic quidem agit, quaſi auditor non fuerit*
aduerſatus, aut quaſi requiſiuerit ex promiſſo accuſationis: De le
gitimo, inquit, uultis audire primùm? hoc dicemus. Et quo-
niam ex lege obijciendum erat, hoſpitem eſſe Charide-
mum, proptereaq; illi honorem aliquem peculiarem
in ſenatuſconſulto eſſe perſcriptum (nam capi-
talium legum ſanctio ad ciues ſpectare
uidebatur) ꝓpterea neceſſaria illi fuit
ad refutandas obiectiones ante-
greſſa cõfirmatio, qua doce-
ret auditorem, Charide-
mũ eſſe ciuem, &
de ciue agi hac
oratione.

DEMOSTHENIS ORATIO
CONTRA ARISTOCRATEM,
[redacted].

NEMO ueſtrûm,Athenięſes,putet,me uel ullo priuato odio adductum, uenire ad Ariſtocratem iſtum accuſandum:uel ꝙ paruum aliqđ et leue delictum uideam ꝓpter illud paratum eſſe,ad inimicitias ſuſcipiendas. Sed(ſi modo meum iudicium non fallit)in hoc omnia mea ſtudia incumbunt, ut Cherroneſum ſecurè teneatis:neq; phaleratis decepti uerbis,rurſus ea ſpoliemini.Decet igitur omnes uos, ſi hæc rectè cognoſcere uultis, & è præſcripto legum cõtrouerſiam uerè diiudicare:non tantum ſcripta in ſenatuſcõſulto uerba conſiderare,ſed etiam quid euenturum inde ſit, prouidere.Nam ſi re ſtatim audita,callidæ machinationes aīaduerti potuiſſent, principio fortaſſe decepti non eſſetis.Quia uerò hoc non minimum artificium eſt quorundam,ita & dicere & ſcribere, ut uos latentes inſidias minimè perſpiciatis,aut caueatis:non adeò mirum uideri debet, ſi etiam hoc decretum nos ita ſcriptum oſtendemus,ut cum Charidemi ſaluti & incolumitati conſulere uideatur:re uera Cherroneſum, qua reipublicæ ſalus & incolumitas continetur,nobis eripiat.Iure aũt,Athenienſes,mihi operam hanc dabitis,ut me dicentem cũ beneuolentia audiatis. Quia enim ego non unus ex illoꝝ numero qui uobis obturbant, neq; rurſus hoꝝ qui in gerenda republica magnam apud uos habent autoritatẽ,rem tantam eſſe actam oſtẽſurum eſſe me ꝓfiteor: uos ſi me, quod in uobis eſt,iuueritis,attentéq; audieritis, tum hãc ipſam rem in integrũ reſtituetis: tum animos addetis cæteris,ut ſi quid etiam noſtrũ aliquis ſe reipublicæ ꝓdeſſe poſſe putarit,facere id non grauetur. Putabit autẽ,ſi audientiam impetrare à uobis non eſſe difficile exiſtimauerit. Nũc iſtius rei metu multis,minus fortaſſe diſertis,ſed melioribus certè uiris,ꝙ̃ eloquentes iſti ſunt, ne cogitare quidem quicq; de republica in mentem uenit.Ego ſanè omnes adiuro deos (idq; uobis dubium eſſe non de-

Ariſtocratē accuſari pp utilitatem reipub.

Nõ uerba, ſed cõſilia impoſtorũ ſpectanda.

Petit attentionem.

Digiti... Gc

bet)ipſe quoq; ab accuſatione hac abhorruiſſem, niſi tur piſſimum iudicaſſem, nunc quieſcere & ſilere, dum quoſ dam homines rem ciuitati non conducibilem ſtruere uideo: cum prius quo tempore trierarchus in Helleſpontũ ieram, uerba fecerim, & accuſarim nonnullos, à quibus in uos delinqui iudicabam. Non ignoro autem eſſe, quibus Charidemus de republica bene meritus eſſe uideatur. Ego uerò, ſi quæ uolo, & ſcio ab illo perpetrata eſſe, apud uos exponere potero: confido me oſtenſurũ, illum adeò non eſſe bene meritum, ut nemo oĩum hominũ reipublicæ peius uelit, & longè aliam de eo conceptam q̃ conueniat opinionem. Quod ſi, Athenienſes, ſumma hęc eſſet Ariſtocratis iniuria, q Charidemi, qui talis eſt qualem eum ego eſſe uobis me oſtenſurum dico, tantam in decreto rationem habet: ut ſi quid ei accidiſſet, peculiarem, legibus contrariam ultionem ſit largitus, id iam uobis exponere inſtituiſſem: ut intelligeretis longè abeſſe, ut tali ſenatuſconſulto ornari mereatur. Nunc per ipſum ſenatuſconſultum aliud grauius delictum committitur, quod uobis prius & cognoſcendum eſt & pręcauendũ. In primis aũt explicare neceſſe eſt, atq; oſtendere, qd'nã ſit illud, qđ effecit ut Cherſoneſo ſecurè potiremini. Quo cognito, eam etiam, quam dico, iniuriam, perſpicuè cernetis. Hoc aũt, Athenienſes, ſic habet. Coty defuncto, Beriſades & Amadocus et Cerſobleptes, tres ꝓ uno Thraciæ reges facti ſunt. Qua ex re id cõtigit, ut ipſi inter ſeſe diſſentientes, ad uos ſe conferrent, uoſq; colerẽt. Hoc igitur Athenienſes, quidam dum repellere uolunt, & reliqs regibus abrogatis, ſummam totius imperij ad Cerſoblepten deuoluere: callidè hoc ſenatuſconſultũ extorſerunt, ſi uerba ſpectentur, ſeiunctum à talis conatus opinione: reipſa maxime ad hoc accõmodatũ, ut ego docebo. Nã cum defuncto regũ uno Beriſade, neglecto iureiurãdo et fœdere, qđ uobiſcum fecerat, Cerſobleptes bellũ & Beriſadę liberis & Amadoco itulíſſet, cõſtabat, Beriſadę liberis Athenodorũ opitulaturum: Amadoco, Simonẽ et Bianorẽ. Nã ille Beriſadę affinis, hi Amadoci fuerũt. Cogitãtes igit̃, quonam modo hi cõpeſci, atq; illis deſertis Charidemus, qui regnũ Cerſobleptę ſtabilire nitit̃, citra

Perſtringit Charidemum

Narratio, per inſidias hoc agi, ut ſtabilita Cherſobleptæ tyrannide, Cherſoneſi poſſeſſio periclitetur.

periculū ſubuertere poſſet oīa: id fieri poſſe repererunt, primū decreto à uobis impetrato, ſi qs eū occidiſſet, ut liceret illi iniјcere manus. Deinde, ſi Charidemus à uobis imperator deſignaret̃. Neq;.n. contra imperatorē ueſtrū arma temerè laturos eſſe, Simonē & Bianorem à uobis ciuitate donatos, et alioqui ueſtri ſtudioſos: & natura ciuem ueſtrū Athenodorū, ne in animū qdem id eſſe inductū, neq; id crimen ſubiturū, ut ſenatuſconſulto aduerſatus uideret̃, qđ ſine ulla dubitatione eis impingeretur, ſi qd Charidemo accidiſſet. Hac rõne, alteris auxilio deſtitutis, iſtis tanta impunitate data, facile poſſe illos eјci, ſe imperiū obtinere. Et hanc illorū fuiſſe mentē, hæc conſilia illos cõcinnaſſe, ipſa facta clamitãt. Nã ſimul & bellum mouebãt, & ad uos ab eis legatus ueniebat Ariſtomachus iſte Alopecēſis, qui cū alia apud uos in cõcione dicebat, tum in honorifica p̃dicatione et plixa Cerſoblepte et Charidemi, eorū erga uos beneuolentiã & ſtudiū celebrabat: ſolum oīum hoīum Charidemū uobis Amphipolim donare poſſe: utq; eū impatorē crearetis, hortabat̃. Paratum aũt eis iam antè hoc ſenatuſconſultū, & antè diſpoſitum erat, ut ſi acqeſceretis pollicitationibus et ſpei, quã oſtentabat Ariſtomachus, ſtatim ppl's decretum cõprobaret, et nihil ĩpediret. At quamnã callidiorē aut aſtutiorē rõnem qſq; inire poſſet, ut regū alij pellerentur: unus, q eis placuiſſet, oē occuparet imperium? aut ut ij qui duobus reliqs opitulati alioqui eſſent, metu calūniæ quieſcerẽt: quã cõſentaneū erat expectare illos in ſe redū daturã per id ſenatuſconſultū, ſi qd Charidemo accidiſſet? utq; illi, qui uni dũtaxat imperium tradere ſtudebat, q oīa ueſtris rõnibus cõtraria moliebat̃, tãtam licentiã darent impunè & ſecurè illa faciendi? Neq; uerò hinc ſolū cõſtat, pp hęc quæ dico ſenatuſconſultū iſtud eſſe factū, ſed ex ipſo ſenatuſconſulto, amplū quoddã teſtimonium ſuppetit. Cum.n. ſcripſerit, Si quis Charidemum occiderit, nec adiecerit, qd'nam agentē, utrum uobis utilia, an cõtra: ſubiũxit: Statim è ditione ſociorū poſſe in uincula abripi. Neq; uerò hoſtium noſtrorū æquè, atq; illius, unquã ullus ad nr̃os ueniet ſocios, ſiue occiderit, ſiue nõ occiderit. Non igit̃ in hoſtes tam pœnam cõſtituit. At no-

Probabilē facit narrationē Ariſtomachus legatus.

Verba ſenatuſconſulti.

ſtrorum amicoꝝ : illius(ſi quid reipublicæ noſtræ pernicioſum conaretur)inimicoꝝ : hoꝝ iſtud inquam aliquis ſenatuſconſultum pertimeſcet, & cauebit ne uobiſcũ inimicitias ſuſcipere cogatur. Eſt autem hic Athenodorus, Simon,Bianor,Thraciæ reges,& quicunq; alius de uobis bene merẽdi ſtudioſus,illum uobis aduerſari molientem compeſcuiſſet. Quibus igitur de cauſis perſcriptũ ſit ſenatuſconſultum, ut id á populo comprobaretur decepto,& quapropter nos cauſam hãc ſuſceperimus ad conatus illoꝝ prohibendos,hæc ſunt,Athenienſes. Æquũ autem fortaſſe eſt,me pollicitum tria oſtẽſurum: unum, ſenatuſconſultum contra leges eſſe factum:alterum , id non eſſe é republica , tertium , indignum eum eſſe,cui ea quę perſcripta ſunt,tribuantur:hoꝝ omnium optionem dare uobis audituris,quid primo,quid ſecundo, aut poſtremo loco audire præoptetis . Proinde uidete qđ'nam uelitis,ut id primùm uobis dicã. De uiolatis legibus uultis primum?hoc igitur dicemus . Oro autem & poſtulo à uobis ea, quæ (ut mihi perſuadeo) æqua omnino ſunt. Nemo ueſtrûm, Athenienſes, ꝓpterea ꝙ Charidemum ignorat,& de republica bene meritum putat,quadã animi pertinacia inductus,noſtros de legibus ſermones,iniquioribus auribus accipiat : neq; propter id uel ſeipſum defraudet,quo minus pro iuriſiurandi religione ſnĩam ferat,uel me impediat in ijs explicãdis quę uos edocere decreui : ſed ita auſcultet,ut conſideret ꝗ̃ æqua dicam . Ac ubi legum meminero,omiſſa cogitatione ꝓpter quẽ aut qualem ſenatuſcõſultum ſit factum:id ſolum,neq; aliud quicq̃ conſideret,contráne an ſecundum leges ſit factũ. Quum uerò res ab eo geſtas excuſſero,atq; recenſuero, quo pacto ſitis ab eo decepti : cogitet, utrum res factas, an ementitas dicam. Vbi porrò diſquiſiuero,utrum é republica ſit,uel contra rempublicam,hæc decernere:omiſſis cæterius omnibus , rationes de his allatas inſpiciat, utrum illæ rectè ſeſe habeant , an ſecus . Nam ſi me his animis audietis , tum ipſi optimè , quæ deceant , intelligetis,ſingulis ſeorſim conſideratis , & non ſimul omnia confertim obtuentes : tum ego quæ uolo facilimè potero dicere . Paucis autem abſoluentur omnia . Cape igitur leges

Tranſitio.

Propoſitio tripartita.

προκατάληψις præiudiciũ de Charidemo eſſe repudiãdũ.

1 Pars.

tur leges ipſas, & recita, ut per eas oſtendam, ꝙ iſti legũ nullam rationẽ habuerint. E' capitalibus legibus Areopagi. LEX. Senatus Areopagiticus de cæde, & uulnere conſulto facto, & incendio, & uenenis, quibus porrectis aliquis hominem occiderit, iudicet. Deſine. Audiſtis tam legem, ꝙ decretum, Athenienſes. Quemadmodum aũt mihi uideamini, rationes ipſas de uiolatis legibus facilimé cogniturí, hoc uobis dicã. Si conſideretis, cuius tandem ordinis ſit is pro quo ſenatuſconſultum factum eſt: an peregrinus? an inqlinus? an ciuis ſit? quem ſi dicemus inquilinum, mentiemur. Rurſus ſi hoſpitẽ, iniuriam ei faciemus. populi .n. beneficium, quo ciuitate eſt donatus, ratũ illi manere iure debet. Relinqtur, ſic ut de ciue, eſſe de eo eloquendum. Obſecro aũt ut ſpectetis ꝙ ſimplici & iuſta ratione utar, qui in hũc ordinẽ eum collocem, in quo maximũ honorẽ conſequat. Quæ ueró uobis natura ciuibus negata ſunt, nec illi opinor cõtra leges ſunt concedenda. Quæ ſunt igit ea? q̃ iſte modò ſcripſit. Nam lege qdem cauetur, ut ſenatus iudicet de cęde, & uulnere cõſultò facto, & incẽdio, & uenenis, qbus datis aliqs aliũ enecauerit. atq; is q legẽ tulit, adiecta hac clauſula, Quibus enecauerit: cauſæ dictionem dedit. nõ prius tñ quid maleficum pati conueniat, declarauit: in quo, Atheniẽſes, pietati totius urbis pbè pſpexit. Qũo? Nemo noſtrũ oĩum ſcire poteſt, quis ſit qui cędẽ fecerit. Atq talia ſine iudicio credere, ſi quis aliquẽ criminatus fuerit, eſſe iniquũ putauit. oportere igit cenſuit, ſi læſo factas iniurias pſecuturi ſimus, fidẽ fieri uobis: & uos edoctos ab accuſatoribus, cognoſcere ſontẽ eũ eſſe. Tum demum .n. cũ res percognita fuerit, ius & fas eſſe pœnas ſumi, prius nõ. Præterea reputabat, oĩa talia nomina, ueluti ſi qs ſacrilegiũ fecerit, ſi qs pdiderit, & eius generis oĩa, priuſquã iudicium exerceat, criminũ eſſe appellationes: poſtq; iudicio ſis cõuictus, tũ demum fieri ſcelera. Non igit cenſuit nomini criminis ſupplicium adſcribendum, ſed iudicium. proptereaq; ſi quis cædẽ fecerit, ſenatum cognoſcere iuſsit: nõ dixit, q̃ conuicto pœna luẽda ſit. Ac legiſlator quidem ſic. At ſenatuſconſulti autor quomodo, ſi quis occiderit, inquit, Charidemum: nomẽ

Senatuſconſultum contrariũ eſſe legibus.

αἰτιολογία legis.

Crimina.

Maleficia.

Collatio legis cũ ſenatuſconſulto.

facinoris idem poſuit, cum ſcripſit, ſi qs occiderit, quod legislator: in ſequētibus uerò non eadē, ſed ſublata clauſula de iudicio ſubeundo, ſtatim licere in uincula abripi ſcripſit, neglectaq́ per legem deſignata curia, reum criminatoribus indicta cauſa pro libidine tractandum permiſit, quanquā nondum utrū fecerit nec ne, manifeſtū. Licebit igiť eis illum cōprehenſum torquere, excarnificare, pecunia mulctare. Atq hęc oīa uetuit apertè & euidēter ſubſcripta lex, talia nec in cōuictos & declaratos homicidas licere. Lege eis ipſam ſequentē legē. LEX. Homicidas liceat occidere in nrō territorio, & in carcerem ducere, ut in decemuirali tabula ꝓmulgať: excruciare, aut pecuniā ab eis extorquere, nō liceat: alioq duplū dati dāni luendū. actionē uerò ꝑtores danto cuius eoꝝ criminū, quoꝝ quiqꝫ ſunt iudices. at cognitio penes ſit Heliææ. Legē audiuiſtis: contemplamini q̄ſo q̄ꝫ ꝑclarè ac ſupra modū religioſe cōſtituerit legislator. Homicidas, inqt: primū igiť homicidā eū dicit, q iudicū ſnīa iā ſit damnatus. Nec.n. hac appellatione quiſq̄ꝫ cōtineť, priuſq̄ꝫ cōuictus dāneť. id ubi ſignificat? tū in priore lege, tū in hac. Nā in illa ſcripſit, ſi qs cædem fecerit, ſenatus iudicet: in hac, homicidā nominās, q̄ pati oporteat, dixit. Quo.n. in loco, res crimē adhuc erat, iudiciū noīauit: ubi uerò dānatus huic appellationi iā obnoxius erat, pœnā ſcripſit. de dānatis igiť loqtur. Quid uerò loqtur? licere occidere, et abducere. Nunqd ad ſeſe, aut ut alicui libitū fuerit? Minimè id qdem. At q̄uō? Vt in decēuirali tabula, inquit, promulgatū eſt. Illud uerò qd eſt? Id qđ uos oēs ſcitis, Sexuiri qui ꝑp cædē ſolū uerterunt, ius hn̄t morte mulctādi, annoq̄ꝫ ſuperiore uidiſtis oēs è concione illū ab eis abductum. Ad hos igiť abducere iubet. Hoc uerò quid ab illo differt, ſi quis ad ſe domū abduceret? Quia q abducit, Athenīēſes, ad Sexuiros, legū poteſtati facinoroſum ſubijcit; qui ad ſe ducit, ſuę. Illo modo pœnas dare licet, ut lex ſancit: hoc, ut illi q cœpit, libitū eſt. Plurimum autem ꝑfectò intereſt, utrū irrogandæ mulctę ius penes legem ſit, an uerò in poteſtate inimici. Excarnificare, inqt, ne liceat, neqꝫ pecuniā extorquere. Nō excarnificare qd ſit, oibus uobis notū eſſe ſcio: nō flagellare, non uincire,

ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει.

Enarratio legis.

nihil deniq; facere eius generis. * Habet etiã alterũ legis uerbũ nihil obſcuritatis. Ac lex qdem homicida, & iam dãnatus, qũo puniendus ſit, & ubi: cæſi patria noiata, in hunc modũ cauit, & nõ alio modo q̃ hoc, neq; alibi q̃ hic, aptè dixit. At ſenatuſcõſulti autor, multũ certé abeſt ut quicq̃ cauerit, quũ oia his contraria dixerit. Scripſit enim, Si qs occiderit Charidemũ, abduci eũ liceat unde cunq;. Quid ais? quũ leges nec dãnatos abducere pmittant, niſi in nro territorio: tu ſcribis, ſine judicio abduci poſſe aliquẽ ex omni ditione ſocioꝝ? quũ nec in noſtra leges ducere iubeãt, tu pmittis undecunq; ducere? Præterea dũ abducẽdi poteſtatẽ facis: oia q̃ lex uetuit, dediſti, mulctare pecunia, excarnificare uiuentẽ, affligere, penes ſe detinere, atq; interficere. Et q euidentius dixiſſe contraria legibus qſquam conuinceť, aut iniquiora ſcripſiſſe, q̃ in hunc modũ? q quũ duo nomina pposita haberet, contra reos criminis, ſi qs occiderit: contra dãnatos, ſi qs homicida fuerit: in appellatione, eius qui criminis reus eſt, nomẽ uſurpaſti: ſuppliciũ uerò qd nec in cõuictos pmittunt leges, id tu in eos de quibus nõdũ iudiciũ factũ eſt, ſtatuiſti, & hoꝝ mediũ repudiaſti. Interiectũ enim eſt inter crimẽ, eiuſdẽmq; pbationem, iudiciũ, id qd nuſquã iſte ſcripſit in ſenatuſconſulto. Recita ſequentes leges. LEX. Si quis aũt homicidã ceciderit, aut cædis ei cauſa fuerit: is abſtineat foro collimitio, & ludis et ſacris Amphictyonicis, pinde ac ſi Athenienſem occidiſſet, eodemq; crimine teneať. ſed iudicatio capitaliũ cauſarum iudicibus reſerueť. Cognoſcendũ uobis eſt, Athenienſes, qd huius legis autor ſibi uoluerit. Videbitis.n. eũ uerecundè oia & legitimé diſtinxiſſe, Si quis, inqt, occiderit homicidã, aut cædis ei cauſa fuerit, is abſtineat foro collimitio, & ludis & ſacris Amphictyonicis, pinde ac ſi Atheniẽſem occidiſſet, eodemq; crimine teneať. ſed iudicatio capitaliũ cauſarũ iudicibus reſerueť. Quid hic audio? Ille cenſuit, cædis reũ factũ & conuictũ, ſi ſemel effugerit atq; euaſerit, iuſtũ qdẽ eſſe, ut ex interfecti patria extermineť: occidi ubicunq; eſſe nefas. Quid ſpectauit? qd, ſi nos eos q alio ſe recepunt, occideremus, alij pe rempturi eſſent eos q huc cõfugerẽt. Qd ſi fieret, fore ut

Fuit hic à uerbis recedẽdũ, ut in Annotationibus indicabimus.

Collatio legis & ſenatuſconſulti.

Interpretatio legis.

una reliqua calamitoſis oíbus ſalus tolleret. Ea quæ eſt? ut eorum quos læſerint, patria cedant: in alioꝝ ditionẽ, qbus nullam fecerint iniuriã, habitatum tutó cõmigrẽt. Id igitur ne accideret, neqꝫ infinita calamitatum ſupplicia exiſterẽt, ſcripſit: Si qs homicidã occiderit, abſtineat ✱ foro collimitio: qd ea uox ſibi uult? finibus regionis. ibi.n. (ut mihi uidetur) antiqs temporibus, conueniebãt finitimi, & à uobis, & ab urbi uicinis: unde appellauit forum collimitiũ. & rurſus, ſacris Amphictyonicis. quamobrem & ab his excluſit homicidam, ut quarumcunqꝫ rerum occiſus particeps fuerat, illis cædis autorem ꝓhiberet. Primùm, patria, & oíbus quę in ea ſunt, ſolennitatibus & ſacris: & collimitium forũ pro termino deſignauit, quo prohibendũ eũ dicit. Deinde ſacris Amphictyonicis. Nam & horum (modò Græcus eſſet occiſus) particeps fuerat: & ludis. quãobrem? qa communes ſunt omnibus q celebrantur in Græcia ludi: à qbus, quia nemo excludebatur, illorum etiam particeps fuerat occiſus ille. Etiam his igit̃ abſtineat, & his qdem homicidã ꝓhibet. Si uerò extra hæc occiderit eum aliqs, aut alicubi alibi, idem in eũ ſupplicium conſtituit, qđ, ſi Athenienſem occidiſſet. Nã exuli nomen ciuitatis nõ impertijt, cuius expers eſt. ſed facinoris, quo ille ſemetipſum obligauit. proptereaqꝫ, ſi qs occiderit, inqt, homicidã: deinde ubi adiecit qbus rebus ſit interdictũ, ut ſuppliciũ ratione legitima infligatur, ciuitatis nomẽ poſuit his uerbis, Perinde ac ſi Athenienſem occidiſſet: ualde, ualde diſsimilis, Atheniẽſes, eſt legiſlator huius ſenatuſconſulti, autori. An uerò nõ crudele eſt, ſi qs hos quibus lex cõceſsit (modò interdictis locis & rebus abſtineant) in exilio ſecurè uiuere, oíum uiolentiæ expoſitos eſſe iubet. & uenię clementiã tollit, quã calamitoſis ꝓſtari par eſt ab his q extra crimina ſunt: cũ, cui tandẽ oíum illa in tanta rerũ futurarũ obſcuritate reſeruet̃, incertũ ſit. Nũc igit̃ ẽt interfectorẽ Charidemi, reuera, ſi modò id factũ fuerit, ſi q uiciſsim occiderint, nacti ꝓſcriptũ, exulantem, & aqua & igni interdictũ, cũ ipſi capitalib⁹ iudicijs obnoxij erunt, tũ uerò tu quoqꝫ. Etenim, Si qs in cauſa fuerit, ſcriptũ eſt. eris aũt in cauſa, illa q̃ in ſenatuſcõſulto eſt, cauſa ſuppe-

Margin notes: ἀγορᾶ ἐφορία. — *Collatio legis & ſenatuſconſulti.* — *Senatuſconſultum ipſi autori et iudicibus periculoſum.*

ditata. Proinde ubi acciderint illa, ſi uos omiſerim⁹, poſ lutorum cõſuetudine utemur. Sin pſequemur ea q̃ decre uimus, ipſi reſcindere cogemur. Nunqd igit̃ parua aut leuis cauſa eſt, pp quã uos decretum abrogare oporteat? Age, recita ẽt ſequentẽ legem. LEX. Si quis aliquẽ ho micidam, q excesſit, cuius pecunia nõ ignominioſa eſt, » ultra terminos agitarit, uexarit, ſpoliauerit ue, quocunq; » modo id fiat, eandẽ mulctã debet, quã, ſi in ditione no- » ſtra eadẽ cõmiſiſſet. Alia hæc, Athenieñſes lex eſt, huma- na & p̃clara, quã iſtũ ęque neglexiſſe apparebit. Si quis, *Interpretatio* inqt, homicidã aliquẽ, q excesſit, cuius pecunia non eſt *legis.* ignominioſa: de his loqtur, qui ob cędẽ fortuitã ceſſerũt. » unde id perſpicitur? q; q excesſit, inquit, non exulans: q; diſtinguit, cuius pecunia non eſt ignominioſa. Nã qui cõ ſultò cædẽ fecerũt, illorũ opes oẽs publicant̃. De fortui- » tis igit̃ cædibus loquit̃. qd autẽ loquit̃? Si ultra terminũ, inqt, agitarit, uexauerit, ſpoliauerit ue, quocunq; modo » id fiat. Id uerò qd eſt, ultra terminũ? Terminus eſt homi cidis oibus, interfecti patria phiberi. Ex ea igit̃, cõcedit *ἀπὸ τῆς ποφῆ* & pellere & deprędari. Vltra uerò, neutrũ horũ conce- *Ariſtocratem.* dit. Sin qs aliqd ſecus fecerit, eadẽ pœna ſanxit, quaſi ma nentẽ læſiſſet domi. qa ſcripſit, ĳſdẽ teneri, qbus ſi domi uiolaſſet. Si qs igit̃ Ariſtocratẽ iſtũ roget (ne uerò ieptã interrogationẽ eſſe putate) utrũ ſatis ſciat, fore ut aliqs Charidemũ interficiat, an uerò ipſe dẽ ſuũ alio quopiã modo ſit obiturus? Haud opinor ſe ſcire dicet. Ponam⁹ aũt, fore q eũ interficiat: rurſum, noſti'ne, uolẽs an inuitus id ſit facturus? hoſpes, an uerò ciuis? ſcire te, dicere nullo modo potes. Proinde ſic ſcribere conueniebat, ſi qdem oino ſcribere decreueras: Si qs occiderit, inuitus aut uo lẽs, iure aut iniuria, hoſpes aut ciuis: ut qſquis tandẽ, aut quocunq; modo facinus cõmiſiſſet, illi iura cõſtituta le- gibus parata eſſent: nõ aũt declarato noie culpæ, cõpre hendi liceat, adſcribere. Nã quẽ tu terminũ reliqſti ſcri- pto iſto, cum lex manifeſtè ſic dicat, nõ ultra terminos exagitandũ, cũ undecunq; abripiẽdi facultatẽ cõcedas? at lex nõ modò non exagitare nõ ſinit ultra terminũ, ſed nec arripere. E tuo aũt decreto cuicunq; libitũ fuerit, is *Iniuria à cau-* eũ q cædem inuitus fecerit, pſcriptum nactus, per uim *ſa æſtimantur*

abducet in patriam interfecti. An nõ igit̃ confundis iura humana oĩa, et eam cauſam tollis, cum qua queq; facta uel honeſta uel turpia ſunt? Videtis.n. in oĩbus, non capitalibus tñ legibus, ita eſſe ſcriptum: Si qs, inquit, pulſarit quempiã, nẽ laceſsitus iniuria nimirum. q̃ ſi ſe defenderit, non peccet. Si qs cõuicia dixerit: falſo, adiecit. qđ ſi uerè, licuerit Si quis occiderit, conſultò. q̃ ſi inuitus, aliud iam ſit. Si quis damnum alicui dederit uolens, per iniuriam: ubiq; deniq; rem cauſa cõfirmari inueniemus. Apud te uerò aliter. In uniuerſum.n. ſi quis Charidemũ occiderit, abripiat̃, ſiue inuitus, ſiue iure, ſiue ſe defendẽs, ſiue ob ea q̃ legibus iubentur, ſiue quocunq; modo. Lege ſequentẽ legem. LEX. » Cædis actiones ne ſunto uſ- » quam, in eos q exules deferunt, ſi quis eò redeat quò nõ licet. Lex hæc Draconis eſt, Athenienſes, & reliquæ quas ẽ capitalibus adſcripſi. Cõſiderãda ſunt aũt ea q̃ dicit:

Interpretatio legis.

In eos q exules, eò quò nõ licet, redeũtes, indicant, actiones cædis ne ſunto. Hic duo iura ſignificat, cõtra q̃ utraque iſte ſenatuſconſultũ fecit. Nã ea & deferre homicidã pmittit, & nõ ſinit ab ullo priuata autoritate, ſi pſcriptũ nactus ſit, abripi: idq; tũ demũ, ſi qs redeat quò nõ licet: & illud ipſum pmittit, nõ ubicunq; uoluerit aliqs. Vbi uerò nõ licet? qua qs exularit urbe. Quo? ẽt hoc ualde pſpicuè oſtẽdit: Si quis redierit, inqt. hoc uerò nõ aliò referri poteſt, q̃ ad eã urbem, qua qs exularit. Nã cuius ciuitatis ius aliqs prorſus non amiſit, in eã utiq; reſtitui nõ poteſt. Lex igit̃ deferẽdi ius dedit: idq;, ſi redeat quò nõ licet. at iſte, Arripi liceat, inqt, inde ẽt, ubi exulare lex nulla phibet. Recita legẽ. LEX. » Si qs occiderit in lu- » dis inuitus, aut in itinere proſtrauerit, aut in bello impru- » dens, aut dephenſum apud uxorẽ, aut apud matrẽ, aut a- » pud ſororẽ, aut apud filiã, aut apud cõcubinã, aut eã quã pp ingenuos liberos ſuſcipiẽdos habeat: ob hęc q cædẽ fecerit, ne exulato.

Interpretatio legis.

Cum multæ leges ſint, Athenienſes, contra quas decretũ iſtuc factum eſt: nulli tñ magis aduerſatur, q̃ huic modò recitatæ. Quanquam enim lex ita palàm ea concedit & dicit, ob quæ liceat occidere: iſte illa neglexit oĩa, & ſcripſit, ſine ulla adiectione de occidendi modo, ſupplicium. Atq cõſiderate q̃ & pclarè

ſingula diſtinxerit is, qui primũ hęc percenſuit? Si quis in ludis aliquẽ occiderit, hunc inſontem eſſe definijt. quamobrem non euentũ conſiderauit, ſed eius qui fecerat, animum. Is uero qui fuit, ut uiuentem ſuperaret, nõ ut occideret. Quod ſi ille infirmior fuit, quàm qui ferre poſſet eum quem uictoria requirit laborem: ipſum eius mali ſibi cauſam extitiſſe cẽſuit. quapropter eius necem ulciſci noluit. Rurſus: Si in bello, inquit, imprudens: & hunc eſſe purũ. pręclarè. Si enim ego, hoſtẽ eſſe ratus, quempiam occidero: nõ dare pœnas, ſed ueniam impetrare debeo. Si apud uxorem, inquit, aut ſororem, aut apud filiam, aut apud cõcubinam, aut eam quã ingenuę ſobolis procreandę cauſa quis apud ſe habuerit: eum etiam qui propter hęc aliquẽ occiderit, indemnem facit: & omnium quidẽ iuſtiſſime, Athenienſes, hunc dimittit. quamobrẽ tandem? quia, pro quibus cũ hoſtibus dimicamus, ad eos ab omni cõtumelia & iniuria uindicãdos: pro iiſdem etiam amicos, ſi quã contra leges iniuriam aut contumeliam eis fecerint, occidere cõceſſit. Cũ enim nõ genus aliquod ſit amicorum & hoſtium, ſed è factis hominum utrunque cenſeatur: eos qui hoſtilia faciunt, pro hoſte ulciſci lex liberũ fecit. Proinde per iniquũ fuerit, tot rebus exceptis, ob quas alios occidere liceat, ſolũ illũ ex omnibus mortalibus, neque ob hæc occidi licere. Age uerò, ſi tale quid euenerit, quale iam fortaſſis etiam alij cuipiam, ut Thracia relicta, huc profectus in urbe alicubi habitet, nõ amplius ea poteſtate pręditus, qua fretus multa deſignat interdicta legibus: & pro ſua conſuetudine cupiditatibus indulgens, eadem factitare inſtituat: quid aliud agendũ erit, niſi ut Charidemũ impunè agere pro libidine quiduis patiamur? Nec. n. tutum erit illum occidere, aut eas de illo pęnas ſumere, quas lex concedit, ob iſtius ſenatuſconſultũ. Atqui ſi quis ita putat & obijcit: ubi nam iſta fierent? quid me quoque dicere uetat, quiſnam occiderit Charidemum? Verum non hoc conſiderandum eſt, ſed quoniam decretum quod oppugnatur, ob rem nondũ factam ſcriptũ eſt, ſed talem quæ utrum aliquando futura ſit, nec ne, haud quiſquã nouit: illa de futuris diſputatio cõmunis utrinque relinquatur. & nos (quæ rerum humanarum conditio eſt) ſpes noſtras

Amici & hoſtes è factis æſtimandi.

Ariſtocratis ſenatuſconſulto tyrãnicã Charidemo cõcedi licentiam.

Cõſilia tutiſſima ineundas

ad ea ſic dirigamus, & ſtatuamus, fortaſſe, caſu aliquo, tam hæc q̃ illa uſu euenire poſſe. Quod ſi decretum tolletis:ſi quid illi ſorte acciderit:definitę legibus ad necem eius uindicandam pœnæ, & ſancitæ ſunt. Sin confirmabitis:paſſis iniuriam,ſi quos ille uiuens uiolarit,pſidia legũ eripientur.Itaq; decretũ hoc & omni modo legibus contrarium eſt, & conducibile ut abrogetur.Lege ſequentẽ legem. LEX. Quod ſi quẽ hoſtiliter per uim & iniuriam graſſantẽ ſtatim ſuæ cauſa defenſionis occiderit:impunè occiſum eſſe iubet. Sed hoc ob ea,propter q̃ occidere licet:ſi quẽ hoſtiliter per uim & iniuriam graſſantẽ,ſtatim ſuæ cauſa defenſionis occiderit:impune occiſum eſſe iubet.Videte quæſo q̃ bene. Quod.n.cũ expoſuiſſet,ob q̃ occidere liceret,adſcripſit, Statim : ſuſtulit mali aliquid conſulendi tẽpus. & quia ſcripſit, Suæ cauſa defenſionis: ſignificat ſe læſo dare poteſtatem,non alij cuiquã. Lex igitur hæc,hiſce de cauſis ulciſcenti ſtatim,occidendi licentiam dedit. At iſte nihil adiecit,ſed in uniuerſum dixit, ſi quis occiderit,ſiue iure,ſiue ut leges permittunt.At hercule nos rem per calumnias exaggeramus.In quẽ.n.hoſtiliter graſſabitur ui,iniuſtè,Charidemus?In oẽs homines. Noſtis.n.hoc ab omnibus qui habent exercitũ,eos qbus ſe putant eſſe fortiores,inuadi ſolere & exagitari, ut pecuniam extorqueant. An nõ igitur,ô dij immortales,iniquũ eſt,& legibus manifeſtè contrarium,neq; ſolũ ſcriptæ,ſed & cõmuni mortalium omniũ legi, q meas opes hoſtili more deprędatur,eum nõ licere mihi ulciſci?ſiquidem ne hoc quidem modo licebit Charidemũ occidere, ſed ſi p iniuriam uiauferat & abducat,& res alterius deprædetur,qui eum occiderit,proſcribetur:lege largiente, ſi propter hæc id fiat,impunitatem?Recita ſequentem legem. LEX. Quicunque magiſtratus,aut priuatus,autor fuerit huius inſtituti confundendi,id'ue mutauerit:is ignominia notetur,tum ipſe,tum liberi,tum res eius.Audiſtis Athenienſes,legem planè dicẽtem:Qui magiſtratus,aut priuatus in cauſa fuerit, ut hoc inſtitutum confundatur, id'ue mutauerit,ignominia notandũ tum ipſum,tum liberos eius,tum quæ illius ſunt.Num igitur parũ aut leuiter cauiſſe uidetur legislator,ut lex hæc rata eſſet,utq; neq;

Militum graſſationes.

Accõmodatio leges contra Ariſtocratẽ.

cõfunderetur,necꝫ mutaretur? At Ariſtocrates iſte parũ ea curata mutat,& cõfundit. Nam quid aliud eſt * mutare,q̃ꝫ cum,extra ordinaria iudicia,& limites quibus homicidam prohiberi oportet,ſupplicia cõceſſerit aliquis, & cauſæ dictione adempta proſcripſerit? Quid porrò aliud eſt * confundere,q̃ꝫ ſi quis ordine ſic omnibus quę legibus continentur,contraria ſcripſerit? Nõ ſolum igitur haſce leges,Athenienſes,uiolauit:ſed alias quoque plurimas,quas uitandi faſtidij cauſa nõ adſcripſimus. Sed in ſumma ſic dico:quæcunqꝫ leges ad rerum capitalium iudicia pertinent,ac uel citari,uel teſtem eſſe,uel reos iuſiurandum dare,uel quiduis aliud præſtare iubent: eas oẽs uiolauit, & contra eas omnes hoc decretum fecit. Nam ubi non citatio,non iudicium,non teſtimonia conſciorum, non calumniæ iuramentum, ſed à crimine ſtatim pœna perſcripta eſt,eaqꝫ interdicta legibus: quid'nã aliud quiſpiam dicat? Atqui hæc omnia in quinque prętorijs fiunt, mandata legibus. At enim,dixerit aliquis,Iſta uerò nullius precij ſunt,necꝫ rectè excogitata. Nunquid uerò quę iſte ſcripſit,iuſta & præclara ſunt? imò contrà potius: an decreto iſto apud uos unquam quicquam ſit factum iniuſtius,haud ſcio. His uerò iudicijs inter omnia quę in terris ſunt,nullum neque grauius, neque iuſtius reperietur. Breuiter autem ea dicam, quorum cõmemoratio noſtrę ciuitati laudis aliquid & honoris pariat,& quibus audítis uos oblectemini:inde ducto exordio,unde uos rectiſſimè rem intelligetis:& repetam id quod Charidemo datum eſt,præmium. Nos,Athenienſes,Charidemũ ciuem fecimus,atqꝫ per id beneficium eum in ſocietatem recepimus,ſacrorum,ſolennitatum,inſtitutorum,rerum deniqꝫ omnium quibus ipſi fruimur. Sunt autem apud nos eius generis complura,quæ nuſquam alibi. Vnum uerò maximè proprium,& inter cætera nobiliſſimum,Areopagi iudicium, de quo uobis tot præclaræ narrationes, tum fabuloſæ,tum quæ noſtris teſtimonijs confirmari poſſint, ſuppetunt, quot de nullo alio iudicio. E quibus unam atque alteram,ueluti ad ſpecimen exhibendum, audire fuerit operæprecium. Primũ igitur de antiquis,ut ea nobis tradita ſunt, in hoc ſolo iudicio dij, ius de cæde dare

μεταστῆσαι.

συγχεῖν.

Peroratio primæ partis de uiolatione legum.

περικατάληψις

Digreſſio in laudẽ iudiciorũ, amplificandi criminis et delectandi auditoris cauſa inſtituta.

1. Areopagus.

& accipere uoluerunt, & diſceptatores ſibi eſſe inter ſeſe, ut ferunt, diſſentientibus. Neptunū à Marte pœnas exegiſſe interfecti Alirrothij filij: & furijs ac Oreſti ius dixiſſe duodecim deos. Ac uetera quidē hæc ſunt. deinceps autem, ſolum hoc iudicium, nō tyrannus, nō paucorū dominatus, nō populi autoritas, capitalibus cauſis dijudicandis ſpoliare ſuſtinuit. Sed omnes ſeſe de hiſce controuerſijs min⁹ graue ius, quàm ab his inuentū eſſet, excogitaturos crediderunt. Quę cū ita ſint, inſuper hoc etiam accedit, quod hic nemo unquā uel reus damnatus, uel actor ſuperatus, oſtendere potuit, ſententiam perperam eſſe latam. Hoc igitur præſidium ciuitatis, & in eo legitimas ultiones, neglexit iſtius decreti ſcriptor, & Charidemo uiuenti licentiam dedit faciendi quicquid eius libido tulerit. Sin quid ei accidiſſet, neceſſarijs eius calumniarum anſas ſuppeditauit. Sic autem conſiderate. Scitis hoc nimirum omnes, in Areopago, ubi lex de cæde agendi & poteſtatem & mandatum dat, primū, iuſiurandum dare & exitium (ſi calumnietur) tum ſibijpſi, tum genti, tum familię ſuę imprecari cogitur is, qui aliquē talis alicuius facinoris criminatur. Deinde non uulgare aliquod iuſiurandū dare cogitur, ſed quale nemo in ulla re alia iurat, inſiſtens conſecratis carnib⁹ apri & arietis & tauri. hiſq; mactatis, tum à quibus oportet, tū illis diebus quibus conuenit, ut ita quod & ſpacio temporis, & rerū quæ adhibentur ſolennitate, perfici ius faſq; eſt, omnia pręſtentur. Quanquā autem ſe tali ſacramento obligarit, nondum tamen habetur illi fides: ſed ſi mendacij conuictus fuerit, nihil aliud conſequitur, niſi ut liberos ſuos & omnē familiam nefario & exitioſo periurij ſcelere cōtaminarit. Sin iure accuſaſſe uideatur, & reum cædis perpetratæ conuicerit: ne ſic quidem damnatū in ſua poteſtate habet, ſed infligendi ſupplicij ius & autoritas penes leges eſt, & eos quibus executio ſententiæ eſt mādata. At huic intereſſe ſpectaculo ſupplicij, quod damnatū ex lege ſequitur, licet, nec præter id quicquam amplius. & hæc ſunt quæ ad accuſatorem pertineant. Reus autē calumnię iuramentū eodem modo pręſtat. Licetq;, ut oratione priore loco dicta, cedat è medio, ſalutiq; ſuæ conſulat: quod nec accuſator, neq; iudices, neq; aliorum

Alirrothius.
Oreſtes.

Iuſiurandū accuſantis in Areopago.

Ceremonia mirabilis.

Clementia erga reum.

hominum quiſquã prohibere poteſt. Quamobrẽ tandẽ, Athenienſes, hæc ſic adminiſtrantur? Quia qui hæc inſtituta primi ſic ordinarunt, quicunq; tandem fuerint, ſiue heroes, ſiue dij, non inſultarunt fortuitis caſib9, ſed humaniter, quoad eius honeſtè fieri potuit, ſubleuarunt calamitates. Atqui hæc omnia tam præclarè & ſanctè conſtituta, iſtius decreti ſcriptorẽ uiolaſſe conſtat. Nam nec una uel minima talium conditionum in eo continetur. Ac primum contra unum hoc iudicium, & contra leges tũ ſcriptas, tum nõ ſcripta inſtituta, decretum hoc factum eſt. Deinde iudicium aliud de cædibus fortuitis pronunciare ſolitum, illud ad Palladium inquã, & leges ibi receptas, confundit. Nam ibi quoq; uſitatum eſt in primis calũnię iuramentũ, mox oratio, poſtremò cognitio iudicũ, quorum in iſtius decreto nihil eſt. Sin quis damnatur, & cõmiſiſſe facinus uideẽ, neq; accuſator, neque quiſquã alius, in facinoroſum ius habet, niſi lex. Quid igitur lex iubet fortuitę cædis damnatum? ad certum tempus, certo quopiam interuallo abeſſe & exulare: dum aliquem è perempti familia exorarit. Tum uerò redire cõceſſit, certo quodam ritu, minimeq; fortuito, aut temerè. ſed & rem diuinam facere, & expiari, & alia quædam ordine ac diligenter ſancita, p̃ſtare iuſſit lex. rectè quidẽ, Athenienſes, hæc omnia. Nam & nõ uoluntariarũ rerũ minorem pœnam, q̃ de induſtria cõmiſſarum, ſancire iuſtũ eſt: & concedere diſcedendi impunitatem, non exulare iubere, rectè eſt prouiſum: & ab exilio redeuntem expiare, & purgare certis ritibus, & omnẽ autoritatẽ penes leges eſſe: etiam hęc omnia præclarè conſtituta ſunt. Quæ iſte uniuerſa tanta æquitate à primis legiſlatoribus deſcripta, decreto iſto ſcribendo neglexit. Hæc igitur duo tanta & talia iudicia atq; inſtitutа, iam inde ab omniũ memoria recepta, tam impudenter tranſſiluit. Quin præter hæc tertium etiam, inter hæc omnium anguſtiſſimum, maximiq; terroris, ſi quis occidiſſe fateatur, id tamen ſecundũ leges feciſſe ſe dicat: eſt autẽ hoc de quo dico, p̃torium ad Delphinium. Nam mihi quidem uidentur, Athenienſes, hi qui primùm hiſce de rebus iura ſanxere, pręomnibus alijs hoc ſpectaſſe: utrum nullam cædem eſſe licitam, an uerò aliquam

2. Iudiciũm ad Palladium.

Pœna fortuitæ cædis.

3 Iudiciũm ad Delphinium.

cædem facere ſas eſſe, ſit exiſtimandum. Conſiderantes igitur. Oreſtē interfecta matre, idq́ haud negātem, deos iudices nactum, cędis abſolutum, ſtatuiſſe, cędem aliquā eſſe iuſtam: nec enim deos iniuſtè quicq̃ ꝓnunciaturos. Proinde quia ſic ſenſerunt, iam ſcribere, & apertè diffinire inſtituerunt, quibus de cauſis occidere liceret. At iſte nihil quicq̃ dempſit, ſed in uniuerſum, Si qs occiderit, inquit, Charidemum, ſiue id iure fiat, ſiue ut leges permittunt, ꝓſcribit. Enimuero tum actiones, tū orationes oēs, duas hn̄t appendices, unā iuris, alterā iniuriæ, quas ſimul eadem actio nulla pōt habere, nec ulla item oratio. Nam qui ſimul eadē & iuſta & iniuſta eſſe queant? ſed cū alterutra cauſa coniuncta quælibet, explorantur. quę cauſa ſi iniqua appareat, ipſa res improba iudicatˀ: ſin iuſta, bona & honeſta. Tu uerò neutram appoſuiſti, cum ſcriberes, Si qs hunc occiderit: ſed crimine ipſo, ſine ullo additamento nominato, poſtea ſtatim ſubieciſti, ꝓſcriptū eſſe. Tertium igitur hoc iudiciū, & huius inſtituta te uiolaſſe conſtat. Iam ad hæc, quartum etiam, illud ad Prytaneum. Id uerò cuiuſmodi eſt? Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quippiam delapſum, percuſſerit, atq; aliqs, à quo id coniectum ſit, ignoret, ipſe uerò norit & habeat telum quo cædes facta eſt: his rebus in hoc loco iudiciū dictatur. quod ſi res inanimatas, ſenſuſq́ et rationis prorſus expertes hoc crimine reas, neſas habetur non adducere in iudicium: multo certè magis eum qui nihil fortaſſe deliquerit (ponam deliquiſſe) at hominem tñ, et deum uoluntate, cōmunis noſtræ naturæ participem, neſas & iniquum fuerit, indicta cauſa, & abſq; iudicio, talis criminis gratia ꝓſcribere. Iam porrò quale aliud quintum iudicium uiolarit, ſpectate, Phreattæum: in quo cauſam dicere lege iubetur, ſi quis ob cædem fortuitam in exilium ꝓfectus, nondum cōciliatis illi ceſi ꝓpinquis, alterius uoluntariæ cædis inſimuletur. Neq; uerò, quia illi huc uenire non eſt integrū, eū neglexit is qui hæc ſingula ordinauit: neq; ꝓpterea, ꝙ prius ēt tale qd deſignarit, ſimile crimen in eo ſatis eſſe ꝓbatū cenſuit: ſed eam rōnem inuenit, qua et pietati conſuleret, et illū nec defenſione nec iudicio priuaret. Quid igitˀ fecit? Iudices illò adduxit, quò

Duæ rerū acceſſiones.

4 *Iudicium in Prytaneo.*

5 *Phreattæū iudicium.*

illi accedere fas erat. deſignato quodam regionis noſtræ maritimo loco, qui ad Prheattam appellatur. Poſt, ille naue accedens, uerba facit terra nō contacta, illi in terra auſcultant & iudicant. quod ſi conuincitur, pœnas luit cædi uoluntariæ conſtitutas: idq; meritò. Sin abſoluitur, indēnis eius criminis abit, & exilium ob priorem cædem indictū ſuſtinet. Qua igitur gratia tanto ſtudio tractata ſunt hæc omnia? Patris impietatis harum ſanctionum autor eſſe cenſuit, uel ad facinora conniuere, uel inſontem proſcribere. Enimuerò ſi tantum ſtudium adhibetur, ut * hi qui iam homicidæ iudicati ſunt, de criminibus pòſt obiectis ſe purgare, uenire in iudicium, & oēm æquitatem conſequi poſſint: iniquiſſimum profectò fuerit, de nondum conuicto, re nondum explorata, utrum fecerit, nec ne: item utrum inuitus an uolēs fecerit, ſcribere, dedendum eum eſſe ante iudicium, ipſis accuſatoribus. Sexta porrò ulciſcendi ratio reſtat præter has omnes, qua itidem præterita, decretū hoc ſcripſit iſte: ſi quis hæc ignorauit omnia, ſi tpa qbus hæc ſingula facienda fuiſſent, præteriere: ſi alia quapiam de cauſa tali modo ſuum ius perſequi non uult, & homicidam tum in templis, tum per forum obambulantem uidet: abducere illum licet in carcerem, non domum, neq; quò cuiq; libitum eſt, id qđ tu conceſſiſti: eóq; cōieſtus, ante latam ſñiam, nihil omnino patietur, cōuictus qdem morte mulctabitur: ſed ſi accuſator, quintam ſuffragiorum partem non tulerit, mille drachmas ipſe inſuper ſoluet. At non hoc modo iſte ſcripſit, ſed & inſontem criminandum, et indemnatum ſtatim dedendum eſſe. Quod ſi qs hominum, aut tota etiam hæc ciuitas tot legibus & inſtitutis à me enumeratis ne deſtruantur (quæ & oſtenſa diuinitus, & ab omni æuo à mortalibus uſurpata fuerunt) opituletur, & eum qui per iniuriam & contra legum interdicta uioletur, eripiat, fœderibus excluſum eē ſcripſit, & huic inſup neq; defenſionis neq; iudicij copiam fecit, ſed & hunc ſtatim ſine iudicio punit. Quod nam decretum iſto crudelius aut iniquius excogitari queat? Eſt ne adhuc nobis aliqua lex reliqua? Heus tu oſtende. Recita hanc. LEX. Si qs uiolenta morte occubuerit, in eius ultionem neceſſarijs corpora pignerare liceat, donec aut

A minore.

ὑπεχομένων uel, ut hi homicidæ, de quibus iam factū eſt iudicium.

Sexta ulciſcēdi homicidæ ratio.

Peroratio, ſiue digreſsionis ſiue amplificationis.

Redit ad legū explicationē.

cædis cãm dixerint, aut homicidas dediderint. Capiẽdis autem corporꝝ pinguioribus ad tertium uſq; ꝑgrediantur: ultrà, nefas eſto. Cum leges, Athenienſes, ꝑclarę multæ ſint: haud ſcio an ulla huic uel præſtantia uel ęquitate ſit præferenda. Conſiderate quęſo, quanta æqtate & humanitate ſit condita. Si quis, inqt, uiolenta morte occubuerit. Primum igitur quia adſcripſit, uiolenta, ſignificare uoluit, ſi per iniuriam ſit occiſus: cognatis pignora capere licere, donec aut cædis cauſam dixerint, aut homicidas dediderint. Conſiderate q̃ bene prius cauſam dici uelit. Quod ſi nolint, poſt dedi imperauit. Sin hoꝝ utrũque detrectent, pignora licere capi uſq; ad tres, non ultrà. Contra totam igitur legem hanc decretum factum eſt. Primũm enim, ſi quis occiderit, ſcribendo, non adſcripſit iniuſtè aut uiolenter, nihil omnino deniq;. Deinde priuſquam cauſam dici iuſſerit, ſtatim ſcripſit, licere abduci. Præterea, lex, ſi neq; cauſam dixerint hi apud quos facta cædes eſt, neq; ſontes dediderint, cõtra hos pignorũ captionem ad tres uſq; concedit. At iſte hos omni crimine liberauit, nulla prorſus eoꝝ facta mẽtione, ſed iam exulantẽ (quanq; natura & oĩum mortalium cõi ſuffragio cõprobata lege, cõſtitutum ſit, ut exul admittatꝛ) Si qui ſuſcepint, ſocietate fœderꝝ excludit, ſupplicẽ ni dediderint. Proinde tum qa non appoſuit modũ cædis, tum qa iudiciũ non noĩat, tum qa pœnas exigi non iubet, tũ qa dat undiq; cõprehendendi facultatẽ: tum qa eos qui receperint, nõn eos apud quos facta cędes fuerit, puniri iubet, & ut in ſumma dicã rebus oĩbus: hanc quoq; legẽ decreto ſuo uiolauit. Age ſequentẽ recita. LEX. Neq; fas eſto lẽgẽ de uno uiro ferre, niſi eadẽ ad oẽs Athenienſes ptineat. Hæc lex modò recitata, Iudices, non iam & ipſa eſt reꝝ capitalium: nihilominus tñ, ut ſi qua alia, pręclara. Nam ut reliq iuris ciuitatis, ita legũ quoq; oĩbus ęquam partẽ eſſe tribuendã cẽſuit legislator. ꝑpeàq; ſcripſit, nefas eſſe ferre legẽ uno de uiro, niſi eadẽ ad oẽs quoque Atheniẽſes ptinere queat. Qñ igiť in cõfeſſo eſt, decreta ſcd̃m oẽs leges ſcribi oportere: qui Charidemo tale qppiã priuatim decernit, qd' non uobis oĩbus ex ęquo tribui põt; is haud dubiè legẽ hanc uiolat. Nec.n. pfectò

Collaudatio et explicatio legis.

Collatio legis cum decreto.

quæ ſanciri legibus eſt nefas, ea inſcripſiſſe decretis con- ἤ κτοι πάντες
cedetur. Recita ſequentē legē, * qua iſte oēs continent. ... οἶν.

LEX. Decretum nullū neq; ſenatus, neq; ppli autoritati præferat. Depone. Breui oīno & facile oratione mihi opus eſſe puto, ut oſtendā hanc quoq; legem iſto decreto eſſe uiolatā. Nam qui legibus oībus quarum tanta multitudo eſt, uiolatis, decreto inſcripſit, & iclusit rem quampiā peculiarem, eum qd aliud facere ſtatuendum eſt, q̃ poſtulare ut decretū lege potius habeatur? Oſtendam aūt uobis unum atq; alterum ſenatuſconſultū, qbus uiri de rep. uerè bene meriti ſunt ornati: ut itelligatis, facile eſſe æqua ſcribere, cum ob illud ipſum ſcribitur, ut alicui honos habeatur, utq; is in ueſtri iuris ſocietatē recipiatur: et non per ſpeciem talium honorum, aliquid improbi conari & malefacere ſtudeat. Lege ſenatuſconſulta hęc, ſed ne prolixitas auſcultationis moleſta uobis eſſet, è ſingulis ſenatuſcōſultis id eſt electum, in quo iſtum accuſo. Lege

E' SENATVSCONSVLTIS. Videtis omnes, Athenīeſes, eodem ſcripſiſſe modo. Eâdem, inquit, afficiatur pœna, qua, ſi Athenienſem occidiſſent: ualere illi receptas leges ueſtras ſinunt, eaſdemq; magnifaciunt, cum honorificum eſſe exiſtiment, earūdem alicui ius impertiri. Aliter Ariſtocrates, qui has quocunq; modo poteſt, contemnit. Sic certè, quaſi hæ nullius precij ſint, peculiare aliqd ſcribere inſtituit: atq; illud quoq; munus, quo ciuitate Charidemū donaſtis, extenuat. Nam qui ſic, quaſi uos hoc ei tribuiſſe non contenti plura etiam debeatis, illud quoq; adiecit, oportere inſuper, puidere uos, ut illi quicquid libet, impunè liceat: nonne id molitur quod ego dico? Neq; uerò ignoro, Athenienſes, decretum hoc legibus non palàm eſſe contrarium, haudquaquam oſtenſurum eſſe Ariſtocratem: ſed quod eſt omnium iniquiſſimum, quod in toto decreto cauſæ dicendæ in tali crimine poteſtatem nuſquam dedit: hoc intercidere, & hac uia elabi conabitur, de quo ego multa mihi uerba eſſe facienda non puto, cum ex ipſius decreto euidenter poſſim oſtendere, ne ipſum quidem iſtum exiſtimare, ullam huius criminis reo, dari cauſæ dicendæ poteſtatem. Scripſit enim: ſi quis occiderit Charidemum, eum ab-

Refutatio. Ariſtocratem tollere cauſæ dictionem.

duci liceat: quem ſi qs eripuerit, ſiue ciuis, ſiue priuatus, fœderibus excludatur: non ſi ereptum, iudicio non ſtiterit: ſed omnino ſtatim. Atqui ſi cauſæ dictionem daret, * Aut ſaltem non tolleret: tum pœnam in aſſertores ſtatuiſſet, cum quem eripuiſſent, iudicio non ſtetiſſent. Arbitror præterea, eum illud quoq; dicturum, & hac parte obnixè daturum operam, ut fucum uobis faciat: irritum eſſe decretum, qđ ſenatuſconſultum ſit. Legem autem iubere, ſenatuſconſulta eſſe annua. Itaq;, tametſi nunc ipſe abſoluatur, decretum tamē hoc nihil incōmodaturū reipublicæ. Ego uerò uobis illud contra hoc opponendum eſſe ſtatuo, hoc decretum ab iſto eſſe ſcriptum, nō ut eo irrito manente, nihil uos incōmodi ſentiretis (licuiſſet.n. ei ab initio nihil ſcribere, ſi ſpectaſſet quid'nam eſſet è re publica) ſed ut uobis deceptis, qdam ea quę cum ueſtris utilitatibus pugnant, conſequerētur. Qui aūt accuſarint, & rem diſtulerint, et effecerint ne ratum eſſet decretum, hi nos ſumus. Abſurdum igitur fuerit, quarū rerum gratia nobis debetur, eas iſtis ſaluti eſſe. Deinde neq; ita ſimplex iſtuc eſt, ut aliqs exiſtimet. Nam ſi nemo eēt alius, iſtius exēplo, neglecta utilitate ueſtra, ſcripturus: minus fortaſſe graue foret. Nunc quia tales non pauci ſunt, ueſtri officij non eſt, decretum iſtud tolerare. Quis.n. nō ſecuro animo denuò ſcribet, ſi hoc fuerit abſolutum? quis non approbabit? qs uerò accuſabit? Non igitur hoc ſpectari debet, an hoc ſit tpibus irritum: ſed illud intuendū eſt, uos, ſi ueſtro ſuffragio decretum hoc nunc abſolueritis: his qui denuò nocere uobis uolent, impunitatem daturos. Neq; illud etiam me latet, Athenienſes, Ariſtocratem ſimplicem & ueram defenſionem nullam habere, ſed talia quædam effugia quæſiturum: decreta huius generis multa iam & multis eſſe facta. Id uerò, Athenienſes, nullo argumento eſt, iſtum conſentanea decreuiſſe legibus. Multæ res enim ſunt, quibus fit ut uos decipiamini. ueluti, Si quod è damnatis decretis apud uos non fuiſſet accuſatum, ratum utique fuiſſet, quanquam contra leges factum. nec minus, ſi quod accuſatum eſt, & tamen uel præuaricatis accuſatoribus, uel eloquentia deſtitutis, ad ſuam cauſam explicandam, eſt abſolutum:

ἢ καὶ μὴ ἀφη-ρεῖτο.

Alia refutatio Non quātum ualeat decretum, ſed uolūtatem ſcriptōris ſpectandā eſſe.

Vel exempli cauſa condemnādum decretum.

Nō quid factū ſit, ſed quid fieri debeat, ſpectādum.

tum: etiam hoc legibus eſſe contrarium, nihil prohibet. Num igitur, q de eo ſniam dixere, iuſiurandum non ſeruarunt? imo. qũo? id ego docebo. Se animo religioſiſsimo pronunciaturos iurarunt: at animi opinio, ex his quę audierint, exoritur. eam in iudicando cum ſequũtur, piè faciunt. Quiſquis. n. neq; odio, neq; beneuolentia, neq; alia iniuſta cauſa commotus, contra ſui animi ſniam nõ pronunciat, religioſe facit. Neq;. n. qui ab oratore deceptus, aliquid ignorauit, ignorantiæ pœnas dare debet: ſed qui uolens & ſciens perperam pronunciat, is execrationi eſt obnoxius. Quapropter in ſingulis concionibus præco diris deuouet non deceptos, ſed illos q phaleratis uerbis uel ſenatum, uel populum, uel Heliæam decipiunt. Non igiẽ ei concedatis ut dicat, hoc eſſe factũ, ſed iuſtè eſſe factũ: nec, ab alijs ea iudicibus eſſe cõfirmata, ſed uos edoceri iubete, ſe ea de re ꝙ; nos ęquiora dicere. Quod ſi facere non poterunt, abſurdũ eſſe ſtatuo, aliorũ deceptionem ueſtræ cognitioni anteferri. Prętérea, mihi quidem per ꝙ; eſſe impudens illa uideẽ oratio: prius etiã alijs talia decreta eſſe facta. Nec. n. ſi quid unquã non ſecundum leges factũ eſt, idq; tu es imitatus, ꝑpea te abſolui decet: ſed cõtrà, tanto dãnari magis ꝑpea. Sicut. n. ſi qs illorum damnatus fuiſſet, tu iſta non ſcripſiſſes: ita, ſi tu nunc dãnaberis, alius non ſcribet. Hoc decretũ igiẽ ſe non manifeſtè contra oẽs feciſſe leges, nec ipſum poſſe negare Ariſtocratẽ arbitror. Sed accidit, ut quendam uiolatarũ legum reum uiderim: q cum legibus dãnaretur, ſe conducibilia uobis ſcripſiſſe, dicere inſtitueret, & uehemẽter cõtenderet: ſtulta quidẽ, prſus opinor, uel impudenti potius orone. Tametſi. n. ea quæ cenſuiſſet, in cęteris ab omni parte utilia eſſent: & à uobis tñ, q uos ex præſcripto legũ pronunciaturos iuraſtis, ea confirmari poſtularet, quæ nec ipſe iuſtè ſcripta eſſe poſſet oſtendere, pro inutilibus habenda fuerint, ſi modò iuriſiurãdi religio maximi oĩbus faciẽda eſt. Habet fortaſſe tñ illa impudentia nonnihil excuſationis. Iſti aũt nec ea cauſa relinquitur apud uos. Cum. n. decretum eius ſummopere legibus aduerſetur: pernicioſius ẽt eſt, quàm iniquius. atque idipſum quoq; demõſtrabo uobis. Vt aũt id qđ uo

Occupatio, poſſe etiam religioſum iudicem prauè iudicare.

Inuerſio.

Tranſitio ad ſecundam partem orationis: Decretũ Ariſtocratis nõ eſſe è republica.

Nihil contrarium legibus, poſſe eſſe utile.

Cherroneſitarum, ut & Athenienſiũ ſecuritatẽ poſitã eſſe in imbecillitate finitimorum.

lo uerbis paucisſimis oſtendã, notũ uobis oĩbus exẽplũ recenſebo. Scitis è republica nr̃a eſſe, ut neq; Thebani, neq; Lacedæmonij ſint potẽtes: ſed ut illi Phocẽſes, hi alios quoſpiã aduerſarios habeant. Nã tali rerũ ſtatu, uos ſummã potentiã ſecuri, & extra omne poſiti piculum tenere poteſtis. Hoc ipſum igit̃ conſimili ratione ciuibus nr̃is q in Cherſoneſo cõſedere, prodeſſe putetis, ut ne qs Thracũ magnas opes habeat. Nã illorũ tumultus inter ipſos, mutuæq; ſuſpiciones & ſimultates ſumma ſunt oĩum firmiſsimaq; Cherſoneſi præſidia. Decretum uerò iſtud, quo ut Cerſobleptę ſummi ducis ſecuritati cõſulitur, ſic cęterorũ regũ pfectis metus & terror, ne in crimẽ aliqđ ueniant, incutit: hos infirmos, unũ illũ potentem facit. Ne uerò miremini decreta ueſtra tm̃ habere ponderis & momẽti: rem factã & notã uobis oĩbus, in memoriam redigã. Quum Miltocythes à Coty defeciſſet, bellumq; diu traheret, & Ergophilo ſucceſſor datus Autocles, claſſe pfecturus eſſet: factũ quoddam apud uos huiuſmodi decretũ fuit, quo Miltocythes pterritus abijt, exiſtimãs uos à ſe abalienatos: Cotys aũt & ſacri montis, & theſauris eſt potitus. Atq deinceps, Athenienſes, Autocles accuſabat̃, quaſi Miltocythẽ pdidiſſet: iamq; tp̃s accuſandi autorẽ decreti illius exierat: & nr̃a ciuitas rebus infectis & pditis deſiſtere cogebat̃. Oĩno igit̃ ſcitote, nunc ẽt, niſi decretũ hoc ſolueritis: & reges ipſos, et eorũ duces mirabiliter animis trepidaturos. Putabunt enim ſe pr̃ſus eſſe deſpectos, & ad Cerſobleptẽ uos inclinare. Qui ſi ob eã opinionẽ, à Cerſoblepte per occaſionẽ aliquã oppugnati, regnis ceſſerint: rurſus ex ea re qđ futurũ ſit, uidete. Age uerò, per deos immortales, ſi uos Cerſobleptes læſerit (id qđ, ſi ſperarit duntaxat facturum eũ potius, q̃, ſi potuerit, eſſe omiſſurũ, eſt pbabilius) nõ ad illos ibimus, illorumq; opibus huius potẽtiam infirmare moliemur? Ad q̃ ſi uobis illi ſic reſponderint, uos Atheniẽſes, nobis affectis iniuria, opẽ nõ modò nõ tuliſtis, ſed in metũ, ſi nos ipſos defenderemus, ingentẽ conieciſtis, decreto facto, ſi qs illum & ueſtris & nr̃is utilitatibus, tũ uerbis, tũ rebus aduerſantẽ, occidiſſet, abduci eũ licere. Non igit̃ uos decet, auxiliũ à nobis

Magna uis decretorũ Athenienſium.

Miltocythes. Cotys.

Thraciæ reges decreto Ariſtocratis alienatum iri

petere ad ea in integrum reſtituenda, q̃ & in uos & nos male conſulentes, amiſiſtis. hæc inquã ſi reſponderint, quæſo uos, an non ipſorum æquior futura eſt q̃ noſtra oratio? ego q̃dem opinor. Quin illud etiam dici non poterit: uos probabiliter circumuentos eſſe, & deceptos. Nã ſi nihil aliud cogitare potuiſſetis, nec ipſi prudentia ualeretis ad hmõi res intelligendas: exemplũ Olynthiorum uidere licuiſſet, q q̃bus accepti modis à Philippo, quam illi grãm retulerunt? Is Potidæam illis, non tũ reſtituit, cũ tueri diutius non poſſet, quemadmodũ uobis Cerſobleptes Cherſoneſum: ſed bellũ uobiſcum gerẽs, magnis ſumptibus factis, ui expugnatã, cũ ipſe, ſi uellet, retinere potuiſſet, tradidit, ac ne conatus q̃dem eſt facere quicquam aliud. Ipſi tñ, quoad eum tm̃ eſſe uidebãt, ut magnitudini eius fides haberi poſſet, & ſocij eius erant, & pp illum nos oppugnabant. Sed cũ uideant eũ ita creuiſſe, ut eius potentia ſibi metuenda ſit: tm̃ abſunt à decernendo, ſi q̃s aliquẽ ex illis, per quos eius imperiũ auctum & firmatũ eſt, occiderit, eum è ſocioꝝ ditione abduci licere: ut noſtram, quos ſciunt prę oĩbus alijs, cũ amicos eius, tũ ipſum Philippum, ſumma cũ uoluptate occiſuros, amicitiã ex petiuerint, ſocietatẽ item noſtrã, ut ferunt, expetituri. Quod ſi Olynthij futura ꝓſpicere norunt, uos, q Athenienſes eſtis, illud ipſum nõ facietis? An non turpiſsimũ fuerit, uos, q conſilij capiendi de rebus gerendis ſcientia p̃ſtare uideamini: q̃d expediat, minus prudẽter q̃ Olynthios animaduertiſſe? Audio porrò iſtum idẽ allaturũ eſſe, quod ab Ariſtomacho ſemel pro concione dictum eſt: nunquã Cerſobleptẽ, Cherſoneſo uobis eripienda, ueſtras inimicitias ſuſcepturũ. Nec enim ſi cœperit atq; obtineat, illi commodaturã, cuius pacatæ reditus & uectigalia, triginta talenta non excedant. Sin bello infeſtetur, nullus oĩno ſit fructus: quũ ex emporijs (quæ belli tempore clauderentur) amplius ducentorum talentũ reditus percipiat. Quare ſi parui lucelli ſpe adductus, hoſtis eſſe malit, cum plura poſsit, amicitia nr̃a munitus, obtinere, mirari ſeſe dictitabunt. Mihi uerò nõ deeſſent cõplura dicenda, in q̃ ſi q̃s intueat̃, magis illum formidandum putet: q̃ hac cogitatione conce

Ab exemplo, ut Olynthijs Philippi, ſic Athenieñſibus Cerſobleptæ magnitudinẽ eſſe metuẽdã

Refutatio. Nõ haberi poſſe Cerſobleptæ fidem de Cherſoneſo.

dendum, ut eius opes augeantur. Id ſolum tñ, quod in promptu maximè mihi eſt, dicam. Noſtis utiq; Philippum, Athenienſes, Macedonẽ iſtum, cui nimirũ multo magis expediebat, reditus è tota Macedonia ſecurè percipere, q̃ cũ pꝛiculis ex Amphipoli: & optabilius ac præſtabilius erat amicitiã ueſtram, quã à patre per manus traditam acceperat, tueri, q̃ Theſſalorum, à qbus pater eius regno pulſus fuerat, ambire ſocietatem. Nã p̃ter hoc, illud ẽt uidere eſt: uos nunquam, Athenienſes, ullũ amicum deſeruiſtis; Theſſali, neminẽ unquam conſtanter defenderũt. Quæ quanquã ita ſunt, parua emolumẽta, & incertos amicos, & pericula, uidetis eũ uitæ ſecuritati prætuliſſe. Cum.n. Athenieẽſes, in rebus humanis maximæ ſint duæ res, altera princeps maximaq; oĩum fœlicitas: altera ut hac minor, ſic inter cæteras ſumma, cõſiliȷ̃ capiendi prudẽtia: nõ ſimul contingit utriuſq; poſſeſsio mortalibus, neq; qſquam fœlix terminũ aut finẽ ullum habet infinitæ augendarum opum cupiditatis. Proindę multi maiorꝝ emolumentorꝝ deſiderio præſentia perdiderũt. Et qd neceſſe eſt de Philippo dicere, aut alio quopiã? Cum ipſe Cotys Cerſobleptę pater, ſi qua ei exorta eſſet ſeditio aut diſſenſio, miſsis ad nos legatis, ſe facturum oĩa fuerit pollicitatus, et tũ ſenſerit, q̃ ſuis rationibꝰ eſſet incommodũ, nr̃æ ciuitati bellũ facere. Sed Thracia ſubacta urbes occupabat, ebrius iniurias faciebat; debacchabat̃ in primis in ſemetipſum, deinde in nos ẽt, noſtrã ditionẽ inuadebat: res erat inexplicabilis. Nã ſi q ꝑp explendas iniuſtas cupiditates ea ſuſcipiunt, q̃ minimè oportebat: hi nõ difficilima quęq; cogitare ſolẽt, ſed ꝓſperi ſucceſſus emolumenta. Ego uerò uobis ea deliberanda cẽſeo, qbus Cerſobleptæ, ſi in ea ſnĩa mãſerit, qua eũ eſſe decet, nulla fiat ꝑ uos iniuria. Sin temere uos laceſſere conet̃, nõ ſit maior, q̃ ut eũ ulciſci queatis. Legã autem uobis epiſtolã, quã Cotys, poſt Miltocythæ defectionem huc miſit, & qua, toto imperio potitus, Timomacho miſſa, ueſtras urbes euertit. EPISTOLA. Hoc exemplum, Athenienſes, cũ uideritis, & illud ſciatis, Philippũ dũ Amphipolim obſidebat, ideo ſe eã oppugnare dixiſſe, ut uobis traderet: poſtq; cœperat, ẽt Potidæã

Ab exemplo Philippi.

Theſſali. Athenienſes.

Prudentia rarò cum felicitate coniũcta.

Ab exemplo Cotys.

Animus cũpiditate cæcus.

Tuta conſilia ſequenda.

Tutiſsimè ijs creditur, qui nocere non poſſunt.

eripuiſſe: hanc (ſi me qdem audietis) Cerſoblepte fidem habebitis, quam Iphicrates Ephialtæ F. olim à Lacedæmonijs ſtipulatus eſt. Quē aiunt fraudem in re quapiam nectentibus Lacedæmonijs, oſtendentibus tñ, ſe quamuis illi fidē daturos dixiſſe: non alia fide data ſe poſſe acquieſcere, ꝙ ſi probarent, ſe, etiamſi uellent, nocere non poſſe. Sibi.n. non eſſe dubiū, qn uellent. Quoad igiť poſſent, fidem illis haberi non poſſe. Hanc fidē igiť, ſi meis uti conſilijs placet, aduerſus Thracē iſtū ſeruabitis, nec experiri uoletis, quo aio, tota Thracia potitus, erga uos futurus ſit. Iam nec ſanorꝝ hoīum eſſe talia decreta ſcribere, & aliqbus talia dare præmia, id quoq; de multis rebus facile intelligiť. Scitis.n. omnes æque mecū, Athenienſes, uos Cotyn quondā illū feciſſe ciuē, haud dubié bene uelle uobis illo tpe atq; amicū eſſe exiſtimantes. Quin & aureas ei coronas decreuiſtis, nō utiq; facturi, ſi hoſtem putaretis. Veruntamē, cū ſceleratus & dijs inimicus fieret, & uos magnis iniurijs afficeret, interfectores eius Pythonē et Heracliden Ænios, ut bene meritos, in ciuitatē aſcriptos, aureis coronis ornaſtis. Si tūc igiť, qñ familiaris uobis Cotys eſſe uidebať, aliqs ſcripſiſſet, Si qs Cotyn occiderit, fœderibus exceptus eſto: utrum Pythonē cū fratre dediſſetis, an contra decretū illud, ciuitate donatos, ut bene meritos ornaſſetis? Quid uerò de Alexádro Theſſalo, cū Pelopidā captū i uinculis haberet, & Thebanorꝝ hoſtis eſſet acerrimus, uobis uerò ita familiaris ut & ducē à uobis peteret, & uos illū iuuaretis, oīa deniq; eſſet Alexāder: obſecro uos, ſi qs ſcripſiſſet, Si qs occiderit Alexādrū, eū abduci liceat: nū tutum fuiſſet conari poſtea iniurias eius & cōtumelias ulciſci? Quorſum uerò attinet cætera hui⁹ generis recēſere? Saltē Philippus iſte, q ueſter inimicus infenſiſsimus habeť, ſi tū, cū ueſtrorꝝ ciuiū quoſdā Argæū reſtituētes, deprehēſos, nō ipſos modò dimiſit, ſed & oīa quę pdiderant eis reddidit, & miſsis inſup ad uos literis, ſe paratū eſſe oſtēdit, uobiſcū facere ſocietatē, & paternā amicitiá renouare: ſi tum hæc ei tribui poſtulaſſet aliqs, ex his qui ab eo dimiſsi fuerāt, & ſcripſiſſet, Si qs occiderit Philippū, eū abduci liceat: nōne iocularíā in cōtumeliā incidiſſemus?

Philippus.
Iphicrates
Non eſſe prudētium hominum id decernere, cuius pœnitere poſsit.
Cotys.
Python.
Heraclides.
Alexander Theſſalus.
Philippus Macedo.

Nunquid uidetis & intelligitis, Athenienſes, ex his ſingulis: ſi tale quippiam decreuiſſetis, quantæ id ueſtrę demẽtiæ tribueretur? Non. n. ſanæ mẽtis hominũ eſſe puto, uel quando aliquẽ amicũ eſſe putarint, ſic illi fidere, ut, etiãſi cœperit eſſe iniurius, facultate ultionis ipſi ſeſe ſpolient: uel, ſi quẽ pro inimico habeant, ſic odiſſe, ut, ſi depoſitis odijs in gratiam redire uelit, prohibeant, quo minus hæc facere liceat. ſed tantiſper mea quidẽ ſententia, tũ odijs, tum amicitijs eſt progrediendum, ut harum occaſionum neutra prætereatur. Illud porrò etiam ego perſpicere nequeo, cur nõ omnes homines eadẽ ſibi tribui poſtulaturi ſint, quicunq; paruulum quippiam in uos contuliſſe uidebuntur, ſi hæc Charidemo cõceſſeritis: ueluti, ſi uultis, Simon, Bianor, Athenodorus, infiniti alij. Quod ſi omnib⁹ eadẽ decernemus, eò tandẽ profectò deueniemus, ut mercenarioꝶ militum munus obeuntes, horum ſinguloꝶ ſalutem, ſatellitũ inſtar, tueamur. Sin his tribuemus, illis nõ item: fraudati, iurè uobiſcũ expoſtulabunt. Agite uerò, ſi & Meneſtratus Eretrienſis eadem decerni ſibi petet, aut Phaylus Phocenſis, aut alius quiſpiam princeps: (iungimus autẽ adducti ſępe temporibus, cũ multis amicitias) utrum decernemus omnibus an non? Decernemus nimirũ? Atqui, Athenienſes, qua ſpecie probabili id faciemus, qui principatũ ſuſtinere nos ad aſſerendã Græcoꝶ libertatem profitemur, ſi eos qui priuatam potentiam cũ oppreſſione multitudinis obtinent, cuſtodire uidebimur? Equidem nõ uideo. Nam ſi quid tale cuipiam largiendũ eſt, id quod ego nego, conferri debet primũ in eum, qui nos nulla unquã iniuria affecit. Deinde in eum, qui ne quidem ſi uelit, poſſit lędere. Poſtremò, de quo palàm cõſtet omnibus, eum hæc accipere pro defenſione ſuæ ſalutis, non ad impunitatẽ & licentiam alienæ ſalutis oppugnãdæ. At Charidemum nec nihil in uos deliquiſſe, nec donum iſtuc accipere, ut ne quid mali patiatur, prętereo. ſed nec fidem ei habendam eſſe in poſterũ, ex me audite: atq; conſiderate, num rectam inueſtigandę rei uiam inſiſtere uidear. Ego ſic exiſtimo, Athenienſes, qui ueſtroꝶ inſtitutorum & legum deſiderio, ius ciuitatis adipiſci ſtuduerunt; eos ſimul & uoti compotes fieri, & apud uos habi-

Oderis tãquã amaturus, ama tanquam eſurus.

Latius manaturum exemplum.

Non tyrannis, ſed bonis uiris honorẽ habendum eſſe.

Charidemum nõ fidum eſſe reipublicæ.

Simulatio ſtudij erga Athenienſes.

tate, & rerum deſideratarum frui cõmunitate. Qui uerò neutrum horum uel deſiderant, uel admirãtur, ſed ſolum emolumentum ſpectant, quo propter ueſtri honoris opinionem fruuntur: eos arbitror, uel ſatis ſcio potius, ſicubi maioris alicuius emolumenti ſpem proſpexerint, uobis prorſus neglectis, illam adoraturos. Veluti (quo & uos intelligatis, qua gratia hæc ego dixerim) Python hic cũ primùm occiſo Coty, nõ quouis abire ſibi tutum eſſe putauit, ad nos uenit, & ius ciuitatis petiјt, & uos primos omnium fecit. Poſtquàm uerò cenſet Philippi opes magis è re ſua eſſe: nulla ueſtrûm habita ratione, cum illo facit. Non enim eſt, non eſt, Athenienſes, apud iſtos, quorum omnia ſtudia, cogitationes omnes ad auaritiam referuntur, quicquã uel firmi, uel ſancti. Sed oportet, ut quiſquis cordatus eſt, talem hominem cautione diligenti ſuperet, non accepto demum damno, datiſq; credulitatis pœnis, conqueratur. Quod ſi demus, Athenienſes, (id qđ minimè uerum eſt) ipſum Charidemũ, functum erga uos eſſe officio, & fungi, & facturum idem in poſterum, neq; alio animo unquã futurum: nihilo magis decuerit ei talia decerni. Nam ſiquidem prærogatiua hæc ob aliud quippiam, q̃ ad ſtabilendum Cerſobleptę regnum tribueretur, æquiore id animo ferri poſſet. Nunc eũ in cuius uſum præmiј cõmoditate abutetur, quo magis magiſq; cogito, eo minus inuenio talem, cui uel ab illo, uel à uobis ſit fides adhibenda. Ego conſidero, Cotym Iphicratis fuiſſe ſocerũ, eodem modo quo eſt Cerſobleptes Charidemi. Sic autem cogitemus: Scitis hoc utiq;, Athenienſes, quanquã Iphicrates & æream ſtatuam, & uictũ in Prytaneo, & præmia, & honores alios q̃bus beatus ille fuit, obtinuiſſet: tamen ad tuendum Cotyos imperium, bello nauali cum ueſtris decernere ducibus non dubitaſſe, illiuſq; ſalutem pluris feciſſe quàm honores à uobis tributos. Quòd ni maior ueſtra fuiſſet in iracundia cohibenda moderatio, quàm illius temeritas: nihil obſtitiſſet quo minus omnium mortalium fieret infeliciſſimus. Tamẽ Cotys tum ab illo conſeruatus, & reipſa eius amicitia comprobata: poſtquã extra omne periculum ſe poſitum arbitrabatur, non modo referre illi gratiam non ſtuduit, nec

Python.

Vt bonũs ſit Charidemus, tamen propter Cerſobleptem ei non tantum eſſe tribuendum.

Cotys. Iphicrates.

illius cauſa in uos ulla humanitate uſus eſt, ut ueniam genero impetraret: ſed cõtrà magis ab eo poſtulauit, ut ad oppida ueſtra reliqua oppugnanda adiutor eſſet. Quod cũ ille recuſaſſet, barbaricis copijs acceptis, & collecto ab illo exercitu, & Charidemo iſto mercenario imperatore cõducto, ueſtra oppida inuaſit, & Iphicratem in eas redegit anguſtias, ut diſcedens ab illo, Antiſſam primũ, mox Dryn habitatũ ſe cõferret: exiſtimans, nec decere ſe ad uos redire, qbus Thracem antepoſuiſſet & Barbarũ: nec apud illum tutò poſſe manere, quẽ ſuæ ſalutis ita cerneret eſſe negligentẽ. Si igitur, ô Athenienſes, etiam Cerſobleptes, iſta ſecuritate q̃ Charidemo nunc cõparatur, auctus, & ipſum neglexerit, & cõtra uos machinatus aliqd molituſq́ fuerit: num ſatis id uobis erit, decepto Charidemo, Thracis cõtra uoſmetipſos conſtabiliſſe potentiam? equidẽ non opinor. Etenim illud æquũ eſſe puto, ſi ſentit & proſpicit talia Charidemus, & tamẽ talibus potiri decretis ſtudet, eius inſidijs ut reſiſtatur. Sin haud animaduertit: quo quis eũ beneuolentiorẽ eſſe putat, eo magis & ſuæ & illius ſecuritati ut proſpiciat. Nã uerę amicitiæ munus eſt, his qbus bene cupias, non in ijs gratificari rebus, q̃ & in tuũ & illoꝝ cedere detrimentũ poſſint: in his quidem, q̃ utriſq; cõmodare queant, adiutandi ſunt. At quæ ipſe melius illo ꝓuideas: ea ritè adminiſtres, neq; præſentis obſequij dulcedinẽ totius reliqui tẽporis utilitati anteponas. Neq; illud etiam cogitanti mihi probabile uidetur, Cerſobleptem cũ & Barbarus ſit, & perfidus, curaturum tamen ne tantis afficiat iniurijs Charidemum. Nam rurſus cũ inquiro, quãtis bonis Iphicratem Cotys ſpoliaturus, nihil ea re ſit cõmotus penitus: iſtum utique crediderim ſuſq; deq; laturum eſſe, quicquid tandem perierit Charidemo. Nam Cotys Iphicratem, honoribus, uictu publico, ſtatuis, patria quæ nomen eius illuſtrarat, rebus propè dixerim omnibus, ſine quibus acerbam eſſe uitam Iphicrati par erat, ſe ſpoliare proſpiciens: tamen eius rationem non habuit. Iſtũ uerò quid obſecro tandẽ moueret, aut qua re ſpoliare Charidemũ cõtaretur? nulla prorſus. Habet enim apud uos non liberos, nõ imagines non cognatos, non aliud quicquam deniq;. Enimuero ſi

λῆμμα.

Non indulgendum, ſed uerè conſulendum amicis.

Cerſoblepta, ut Barbaro, nõ habendam eſſe fidem.

neq; natura fidus eſt Cerſobleptes, & propter ea q̃ prius acta ſunt iurè ſuſpectus, neq; quicquã in rebus ineſt, propter quod & præter ingenium & cõtra uoluntatẽ ſuam, Charidemi rationem haberet: quę cauſa eſt cur ſimpliciter, adeoq́; pręter omnẽ rationẽ ad libidinẽ ſuam explendam, illum adiutemus: p̃ſertim cũ tota res in detrimentũ noſtrũ ceſſura ſit? Equidem nulla uideo. Præterquã igitur, q̃ decretũ hoc non eſt ex uſu reipublicæ: exiſtimationi quoq; noſtrę ciuitatis tale quicquam decreuiſſe aduerſatur. idq́; cognoſcendum uobis eſt. Si enim, Athenienſes, in urbe habitanti, & legibus obnoxio ſcriptum eſſet decretum: etſi tum etiam iniquum, minus turpe tamen haberetur. Nũc Charidemo ſcriptum eſt, qui nulla in urbe habitat: & regi, homini Thraci, ducit exercitum, cuius regno & opibus fretus, multis iniuriam facit. Scitis enim hoc profectò, omnes iſtos qui peregrinis præſunt exercitibus, Græcas urbes occupare, & imperium in eas ſibi uendicare, & omnium qui in patria uiuere ſtudent, libertate fruentes, omnes regiones peruagari, (ſi fas eſt uerũ dicere) cõmunes hoſtes. Num igitur honeſtum uobis, aut decorum erit, Athenienſes, illi, qui explendæ ſuę auaritię cauſa, quibuſuis in quos inciderit inſidiabitur, talem cuſtodiã decreuiſſe: illis uerò qui ſuam libertatẽ aſſerturi ſunt, ueſtra ſocietate interdixiſſe? Ego certè hoc neq; honeſtum, nec è dignitate ueſtra eſſe cenſeo. Quàm enim turpe fuerit accuſare Lacedæmonios, quòd in fœdera retulerunt, licere Perſarum regi Græcos Aſiam incolentes arbitratu ſuo tractare: ſi nos ipſi interim Cerſobleptæ eos dedamus, qui Europam incolunt, atq; adeò illos omnes, quibus ſe Charidemus ſuperiorem fore cõfidet? Neq; enim alia decreti uis eſt, cum illius duci præſcriptum non ſit, quid agendum, quid non agendum: & omnibus, ſi quis ſe defenderit, tantus metus impendeat. Libet, Athenienſes, etiam rem geſtam uobis recitare, quo magis perſpiciatis, quantopere decretum hoc ſit abrogandum. Vos aliquando certis de cauſis ciuem feciſtis Ariobarzanem, & propter illum, Philiſcum: ut nunc in Cerſobleptæ gratiam, Charidemum. Quum uerò ille eodem præditus animo, quo iſte, Ariobarzanis utens exercitu Græcas urbes

Decretum turpe eſſe Reipublicæ.

Militum conſuetudo.

Exempla militaris inſolentiæ Ariobarzanes.

Philiſcus.

occuparet, atque in eas ingreſſus, multa & crudelia facinora ederet, ingenuis pueris uiolandis, & matronis ſtuprandis: nihil denique non faceret, quæ homo nullis legibus, nullis ullius reipublicæ honeſtis inſtitutis & diſciplina educatus, principatum nactus deſignare queat: Lam-
Therſagoras. Execeſtus. pſaci tandē duo quidam homines extiterunt, alteri Therſagoras nomen fuit, Execeſtus alteri, qui idem quod laudati illi ueſtri tyrannicidæ ſtatuentes, Philiſcum occiderunt. haud iniuria, quod patriæ libertatem aſſerendam eſſe exiſtimarent. Quod ſi quis Philiſci ſtudioſus, tum cū Perinthijs militibus ſtipendia ſolueret, totam Helleſpontū teneret, omnium præſidum eſſet ampliſſimus: ſcripſiſſet, quemadmodum iſte nunc, ſi quis occiderit Philiſcum, abduci eum è ditione ſociorum liceat: per deos immortales uidete, in quantam ignominiam ciuitatem conieciſſet? Venerunt enim Therſagoras & Execeſtus Lesbum, & illic habitarunt. Quòd ſi quis è Philiſci liberis aut amicis, manum eis inieciſſet, dediti ueſtro ſenatuſconſulto fuiſſent. Quantum igitur dedecus atque flagitium, Athenienſes, publicè ſuſceptum & admiſſum eſſet, cum eos qui apud uos tale facinus ediderunt, & æreis ſtatuis & ſummis honoribus ornaueritis, ſi illos qui alio quopiam in loco idē quod hi, de patria ſua ſenſerunt, de ditione damnaſſetis? Ac illius quidem tempore feliciter ſanè, non accidit, ut
III. Pars. decepti dedecus aliquod ſuſciperetis. In hoc uerò, ſi mihi
Facta Charidemi, non talē cuſtodiam, ſed ſuppliciū merita. parebitis, ne id uſu ueniat proſpicietis. Cū enim excepto nemine, in uniuerſum ſcriptum ſit, ſi quis occiderit Charidemum: fieri queat ut caſu etiam tale quippiam eueniret. Nunc deinceps in facta Charidemi breuiter inquirā, & ſummā eorum impudentiam, à quibus laudatur, oſten-
προκατάληψις Charidemum fraude ciuem eſſe factū, & coronis ornatum. dam. Vnum autē uobis illud polliceor, (neque uerò quiſquā pollicitationem meam ægrè ferat) me non illud modò oſtenſurum, indignum eum eſſe cuſtodia ab iſto decreta: ſed grauiſſimum etiam ſupplicium meruiſſe: ſi modò maleuoli uobis, & impoſtores, & continenter aduerſantes, iurè puniuntur. Fortaſſis autē ueſtrûm quibuſdā, conſiderantibus, primùm ciuem eum eſſe factum: deinde rurſus, aureis coronis tanquam de republica bene meritum, decoratum: mirari ſubit, uos tantis in rebus tam fa-

eille eſſe deceptos. Ne uerò dubitetis uos eſſe deceptos. Cur autem id uobis accidere conſentaneum ſit, exponā. Vos, Athenienſes, cum multa rectè intelligatis, iiſdem parum conſtanter, quum uſus poſtulat, inſiſtitis. Cuiuſmodi eſt quod dico? Si quis uos roget, quodnam genus hominum ex omnib⁹ mortalibus in ciuitate improbiſſimū putetis: nec agricolas, nec mercatores, nec metallicos, aut quicquam tale reſponderitis. Sed ſi quis eos qui mercede conducti concionantur, & decreta faciunt, nominet: illi uos omnes aſſenſuros minimè dubito. Hactenus igitur rectè ſentitis, deinceps non item. Nam quos omnium improbiſſimos ipſi putatis, his creditis, quando iudicandum eſt, qualis unuſquiſq; ſit exiſtimandus. Hi uerò, prout eis bonum & cōmodum eſt, non ut æquitas & rei ueritas poſtulat, unumquenq; uel probum uel improbum eſſe dictitant. id quod & de Charidemo iſto perpetuò fecerunt oratores. quemadmodū & ipſi fatebimini, ſi ex me facta illius audiueritis. Quæ igitur miles adhuc, dum funditoris initiò & uelitis munere fungeretur, cōtra noſtrā rempub. bello fecit, nō inter iniurias numero. nec illud etiam, q myoparonem piraticū nactus, ueſtros ſocios deprædatus fuit: ſed omitto hæc. quāobrem? q̄a neceſſitatis uis & inopia inſuperabilis, cogitationes q̄d ex officio ſit, q̄d contra officium, tollit uniuerſas. Quare iniqui cenſoris fuerit, hęc omnia nimis accuratè ad calculos reuocare. Sed cū iam auſpicatus præeſſe mercenariis, & quoſdam milites ſub ſe habens, uos læſit, hæc ex me audite. Iſte primū omnium conductus ab Iphicrate, cū plus q̄ triennium ſub eo ſtipendia feciſſet, poſtquā imperium Iphicrati abrogaſtis, & Timotheum cū imperio aduerſus Amphipolim & Cherſoneſum ablegaſtis: primùm Amphipolitanos obſides, quos ei ad cuſtodiendū Iphicrates acceptos ab Harpalo tradiderat, quiq́; ex ueſtro ſenatuſconſulto ad uos mittendi erant: Amphipolitis reſtituit. q̄ res obſtitit, ut ne Amphipolis caperet̄. Deinde, cū Timotheus eū denuo, cū eius exercitu conducere uellet: ei ſuam operā locare noluit, ſed cū ueſtris * nauibus ad Cotym profectus eſt, quem uobis omniū hominū inimiciſſimū eſſe certiſſimò ſciebat. Poſtea cū Timotheo ui-

Oratores omniū eſſe improbiſſimos cum ſciant Athenienſes, iis tamē fidem habēt.

παραέλαφια

Neceſſitas.
Inopia.

Amphipolitis obſides redditi.

Defectio ad Cotym.

τριακοντόρων
30. remorū.

ſum eſſet, bellum Amphipolitanum prius conficere, quàm Cherſoneſum aggredi, neque ibi lædere uos poſſet: denuò ſuam operam Olynthijs locat, inimicis ueſtris, & his qui tum Amphipolim obtinebant, quò dum nauigat, Cardia cum nauibus egreſſus, ut cõtra uos arma ferret: à ueſtris triremibus captus eſt. Sed quia temporis illius ratio poſtulabat, & militibus ad Amphipolitanum bellũ egebatis: cùm plectendus eſſet, tum quod uobis obſides nõ tradidiſſet, tum quod ad Cotym hoſtem ueſtrum cum ueſtris nauibus transfugiſſet: fide data & accepta, uobiſcũ militauit. Pro quibus igitur rebus æquum erat, eum uobis confiteri gratiam, quia crucem merito peperceratis: pro his ipſis noſtra ciuitas, uelut affecta beneficijs, coronas ei & ius ciuitatis, & ea quæ ſcitis omnes, largita eſt. Ac ut appareat hæc à me uerè dici, & decretum de obſidibus & Iphicratis literę, itemque Timothei, & deinde hoc teſtimonium legetur. Videbitis enim me non nugas agere, aut falſa crimina comminiſci, ſed uera ea eſſe quæ cõmemoro. Recita literas. LITERAE DECRETVM TESTIMONIVM. Eum igitur eò primùm ſuam operam & fidem addixiſſe atque obſtrinxiſſe, ubi ſe uobiſcum belligeraturum ſperabat, cùm alibi paſſim uariæ conditiones illi præſto eſſent: Deinde poſtquàm ibi uos lædere non potuit, rurſus huc ſe contuliſſe, ubi aduerſari poſſet reipublicę, & quo minus Amphipoli potiremini, unum omnium maximè obſtitiſſe: & ex literis & decreto, & teſtimonio audiuiſtis. Ac principia quidem facinorum Charidemi talia ſunt, iam alia contemplamini: paruo ſpacio temporis interiecto, belloque Cotyco iam gliſcente, mittit literas ad uos, imò non ad uos, ſed ad Cephiſodotũ potius. Uſque adeò à ſeſe urbem ne decipi quidem poſſe putabat, ſuarum machinationum cõſcius. In illis literis ſe reipub. noſtrę Cherſoneſum uelle reſtituere pollicebatur, cum diuerſum facere decreuiſſet. Eſt autem uobis cognoſcendum quæ illius epiſtolæ mittendæ occaſiones fuerint, idque paucis: et cõſiderandum ingenium hominis, ut ſciatis quõo is ab initio uobiſcum egerit. Cũ enim dimiſſus eſſet à Timotheo: tum Amphipoli diſcedens, in Aſiam tranſit: & quia opem Artabazo tulerat Autophradates, & exercitum & ſe-

Captus ab Athenienſibus.

Literæ Charidemi ad Cephiſodotum fucatæ.

metipſum generis Artabazi locat: fideq́ꝫ data & accepta, neglecto & uiolato iureiurando, quum ꝓuinciales, qui ab amico nihil ſibi metuebant, nullas excubias agerent, tres eorꝫ urbes Scepſin & Cebrena & Ilium occupat. His urbibus potitus, imprudens in eam neceſſitatem incidit, quam non modò is qui ſe imperatorem ꝓfitetur, ſed nec è populo quiſquam ignorare atq́ꝫ admittere debuiſſet. Quum.n.nullum maritimum locum teneret, aut alium unde cõmeatum ſuppeditare militibus potuiſſet, nec in ipſis oppidis frumentũ haberet: intra mœnia ſubſtitit, neq́ꝫ direptis urbibus abijt, poſtq́ꝫ omnino ſcelera tè agere decreuerat. Vt uerò Artabazus dimiſſus ab Autophradate, collectis copijs aderat: is è ſuperiore Phrygia & Lydia & Paphlagonia coniunctis ſecum regionibus, abundè cõmeatum habebat, Charidemo uerò nihil præter obſidionem ſupererat. Cum autem animaduerteret in quantis eſſet malis, & cogitatione ſuſcepta intelligeret, ſe in hoſtium manus uẽturum, ſi nulla re alia, fame ſaltem ſubactum: proſpexit, ſiue admonitus ab alio, ſiue conſilio à ſemetipſo petito, eam ſpem ſalutis ſolam reſtare ſibi, quæ omnes cõſeruare ſoleret. Ea uerò quę eſt? Noſtra, ô Athenienſes, ſiue dicenda eſt humanitas, ſiue qđ nomen aliud meretur. Quod ubi ſtatuerat, uobis mittit epiſtolam, quam audire operęprecium fuerit: ut, oſtentata ſpe Cherſoneſi recuperandæ, & quia de Cephiſodoti, qui Cotyis & Iphicratis putabat inimicus, conſilio agere uidebatur, triremibus à uobis ſuppeditatis, citra periculũ ex Aſia aufugeret. Interea quid fit, unde res ipſa palàm deprehenſa eſt? Memnon et Mentor homines adoleſcentuli, inexpectatam nacti felicitatem, affinitatẽ Artabazi, cupidi ſtatim exercendi imperij, & potiundi honoribus non gerendi belli aut periclitandi: Artabazo inſtant, ut ultione Charidemi omiſſa, belloq́ꝫ compoſito, per inducias eum dimitteret: docentes, etiamſi ipſe nollet, uos eum traſportaturos, nec ipſum id poſſe prohibere. Vt autem Charidemus præter omnem rationẽ & inſperatò ſic incolumis euadit: ſuo marte ꝓpter inducias in Cherſoneſum traiectus, tantum abfuit ut Cotym, quem ſuum impetum nõ toleraturum ſcripſerat, inuaderet, aut

Tres Phrygiæ urbes occupatæ à Charidemo.

Stultitia cum iniuria.

Memnon.

Mentor.

ad Cherſoneſum recuperandam uobis adiumento eſſet: ut denuò ſua opera Cotyi mercede locata, reliquas ueſtras urbes Critotham & Eleuntem obſideret. Eum autem hæc, dum adhuc in Aſia erat, & epiſtolam ad uos mittebat, cum contrarium facere decreuiſſet, per fraudẽ ad uos decipiendos iactaſſe, ex eius ex Aſia traiectu cognoſcetis. Nam Abydo urbe perpetuo uobis inimica, & unde erant hi qui Seſtum occuparant, Seſtum tranſiit, quam Cotys tenebat. Ne uerò putetis uel Abydenos eum fuiſſe recepturos, uel Seſtios, miſſa ad uos illa epiſtola, niſi ipſi conſcij fuiſſent, tum eum egiſſe fraude: & illius impoſturam ipſi adiuuiſſent, id ſtudẽtes, ut trãſmittendi exercitus ſecuritatem uos ei ſuppeditaretis. Vbi uerò tranſiſſet, id quod accidit, facta illi per Artabazum diſcedendi poteſtate, ut ipſi fruerentur commoditatibus. Hæc ita ſe habere, ex epiſtolis intelligitur, tum ea quam ille miſit, tum ijs quas principes Cherſoneſitani. Recita. EPISTOLAE. Cogitate unde tranſierit: Abydo Seſtum. Nunqd putatis Abydenos aut Seſtios eum fuiſſe recepturos, niſi fraudis adiutores fuiſſent, cum ad uos epiſtolam mitteret? Recita eis epiſtolam ipſam. Vos uerò, Athenienſes, ſpectate, q̃ immẽſa de ſeſe ad uos ipſe ſcripſerit, ſe collaudans, & alia ſe feciſſe dictitans, alia facturum promittens. Recita. EPISTOLA. Præclara certè. Nónne Athenienſes, ea quæ ſcripſit, ſi uera eſſent, magnam gratiam merebantur? Tunc uero, cum nulla ſpes fœderis eſſet, ad uos decipiendos illa ſcripſit. Poſtq̃ uerò factũ fuit fœdus, recita quæ fecerit. TESTIMONIVM FACTORVM. Cum igitur Charidemus ſe uobis amiſſa oppida reſtituere uelle ſit pollicitus: princeps Crithothes aſſerit, eo traiecto, grauioribus ſe periculis fortunarum omnium conflictatos eſſe, q̃ prius. Lege ex alia epiſtola, & oſtende. EPISTOLA. Videtis rem ab omni parte confirmari, eum tranſmiſſo Helleſponto, non contra Cotym, ſed contra uos cum illo eſſe profectum? Age lege mihi hanc ſolam epiſtolam, reliquis omiſſis. Iam enim perſpicitis nimirum, quomodo uobis fucum fecerit. Recita. EPISTOLA. Satis. Cogitate, cum ſcripſiſſet ſe uobis Cherſoneſum redditurũ, locata ueſtris inimi

Cotyis mercenarius.

cis opera, eripere cętera conatum eſſe: item Alexandri legatos à ſe repudiatos, cum eum cōſtet, cum eius prædonibus conſpiraſſe, atq; eadem factitaſſe. Bene uult uobis ſcilicet, cum qbus ita ſimpliciter egit, nec ullum mendacium ſcripſit, neq; uobis fucum fecit? Nondum aũt hinc conſtat, quanq; ita palàm cōſtat, nihil eſſe fide dignũ, qc quid tandem ſe ſtudio reipub. noſtræ factitare dicit & ſimulat: ſed ex inſecutis factis, id erit euidentius. Nam Cotim, bono conſilio (hoſtis. n. ueſter & ſceleratus homo fuerat) Python occidit. At Cerſobleptes, q nunc regnat, adoleſcentulus erat, & omnes Cotyos liberi. Summa rerum aũt, tum qa præſens erat, tum quia ſecum habebat exercitum, penes Charidemum erat. Venit Cephiſodotus imperator, ad quem ille miſerat epiſtolã illam: & triremes, cum uita eius in dubio eſſet, Artabazo adhuc infeſto, eum liberaturæ. Quid igiť, Athenienſes, ex officio faciundũ fuiſſet homini fraudis experti atq; amico, imperatore præſente, non eo quẽ inuidere ſibi dixiſſet qcq;, ſed illo cuius in ueſtra urbe amicitiam prætulerat oĩbus, & ad quem literas miſerat: Coty defuncto, omni autoritate in ipſum collata? Non ſtatim reddenda uobis regio? non ueſtro communi conſilio rex Thraciæ deſignãdus? non tanta occaſione oblata, ſua in uos probanda beneuolentia? Omnino, ſi quid ego modò uideo. Num uerò tale quicquam fecit? Plurimum certè abeſt. ſed toto reliquo ſemeſtri tempore uobis in mora fuit gerendo bello, nec diſſimulatis inimicitijs, nec ullum humanũ uerbum prolocutus. Nam initiò cum nos decem ſolum nauibus ad Perinthũ appuliſſemus, quoniam ipſe ꝓpè adeſſe fere batur, ut nos cum eo cõiungeremus, hiſce de rebus cum eo collocuturi: obſeruaſſet noſtros milites apparando prandio intentos, conatus eſt naues noſtras intercipere, multoſq; ex eis occidit: & quia equites nonnullos & uelites habebat, ad mare compulit uniuerſos. Deinde nobis nullũ Thraciæ locum aut oppidum petentibus (nec enim hoc mediusfidius dixerit quiſquam. uini enim ui repuliſſet, & læſit ne læderetur: non ita eſt) nec. n. uſquam in Thraciam uenimus, ſed in Alopeconeſum cogitabamus, quæ & ad Cherſoneſum pertinet, & noſtra fuit, &

Ingratus animus Charidemi erga Cephiſodatum.

Cephiſodati exercitus uexatus à Charidemo, & iniquũ fœdus extortus.

promontorium aduerſus Imbrum eminens longiſſimè à Thracia remotũ,quę prędonibus et piratis referta erat: huc igitͤ cum ueniſſemus,& latrones obſideremus, profectus per omnem ueſtram Cherſoneſum, & impetũ in nos faciebat,& prædonibus & piratis opitulabatͤ: neq; prius nos oppugnare deſtitit, ꝙ ducem ueſtrũ adduxiſſet, & coegiſſet non ea facere quæ maximè uobis expedirent:neq; ab eo perſuaderi ſibi paſſus eſt,ut quæ ꝓfeſſus & pollicitus erat,ex ulla parte præſtaret.Proinde tale cum Cephiſodoto ſœdus fecit, qđ uos ita grauiter & iniq; tuliſtis animis,ut duci imperium abrogaretis, mulcta quoq; talentoꝶ inſuper adiecta: & per tria tantum ſuffragia ſteterit,quo minus capitis damnaretur. Enimuero,Athenieſes,ꝙ abhorret ab omni rõne,alium ob facta eadem tanq; maleficũ tam acerbè puniri,alium ut benemeritum,etiãnum honoribus affici.Hæc quæ de caſibus imperatoris dicta ſunt,uerè à me dici , uos ipſi teſtes eſtis. Nam uos & iudicabatis,& indignabamini.Quare ignorare hæc non poteſtis.De rebus aũt ad Perinthũ & Alopeconeſum geſtis,trierarchi teſtimonium dicent. TRIERARCHI TESTES. Poſtea,cum Cephiſodoto abrogatum eſſet imperiũ,uobiſq; fœdus cum eo factum minimè ꝓbãdum uideretur: Myltocytheum ꝑpetuum ueſtrũ amicum à Smicythione ꝓditum nactus : qa Thracũ inſtituto nefas habetͤ alium occidi ab alio:ſciens eum incolumem euaſuꝶ,ſi ad Ceríobleptẽ duceretur, bonus iſte Charidemus,Cardianis,ueſtris hoſtibus,tradit : qui illũ & filium eius cõprehẽſum,in pelagus nauigio ſubuectũ, & filium in conſpectu eius occiderunt, & ipſum poſt filij cædem ſubmerſerunt . Eam crudelitatem Thracibus oĩbus ægrè ferentibus, & Beriſade & Amadoco conſpirantibus:Athenodorus hac occaſione aĩaduerſa , inita'q; cũ illis ſocietate,bellũ gerere potuit.Perterrito aũt Cerſoblepte,fœdus ſcribit Athenodorus,quo Cerſobletem iurare cogit, & uobis & regibus:ut Thraciæ imperiũ inter tres diuiſum cõmune eſſet, & ut ſimul oẽs Cherſoneſum uobis reſtituerent . Vt uerò in comitijs uos ei bello Chabriã præfeciſtis,& Athenodoro uſu uenit , ut pecunijs à uobis non ſuppeditatis & omni gerẽdi belli facultate

Miltocythes Cardianis ad necẽ traditus.

Fœdus Athenodori.

Charidemi perfidia.

Chabriæ fœdus.

tate deſtitutus,exercitũ dimitteret, Chabrias item una ſola naue hinc ſolueret: qđ de integrò facit iſte Charidemus? Fœdus,quod Athenodoro iurarat,negat: & ut idẽ neget,etiam Cerſoblepte perſuadet: & aliud cum Chabria cõſcribit,multo ꝗ̃ illud cum Cephiſodoto iniqus: quo ille,ut nullo munitus exercitu, acquieſcere cogebatur. His uos publicè auditis, & multis uerbis ultrò citróque factis, & fœdere pro concione recitato, neque Chabriæ autoritatem,neq; patronorum eius quenquã ueriti etiam id fœdus denuò improbaſtis: & ſenatuſcõſulto, quod Glaucone referente factum eſt, decem legatos è ciuibus ueſtris delectos,decreuiſtis:q, ſi facto cũ Athenodoro fœdere acquieſceret Cerſobleptes, iuſiurãdum ab eo rurſus exigerent:ſin minus,à duobus regibus fidẽ acciperent, & quo pacto ille bello petẽdus eſſet,deliberarent. Profectis porrò iã legatis,cum iã iſti * tergiuerſarentur, & nihil uobis facere uellẽt qđ ſimplex aut iuſtũ eſſet:ſic euenit, ut res eò uſq; ꝑcraſtinarent, dũ Eubœã auxilia mitteremus: & Chares impator adducens ſecũ peregrinos milites adueniret,atq; à uobis dictator creatus, in Cherſoneſum nauigaret. Sic denuò fœdus cum Charete facit,q cum ſe Athenodorus et duo reges coniunxerant,id qđ eſt oĩum optimum, & æquiſsimum. ſic ipſis factis ſeſe coarguit,ſe cõtra noſtrã urbem occaſiones captare, neq; ſimplex aut æquum qcquam cogitare. Quem igiť tẽporibus adductũ, uobis amicũ eſſe cernitis, & pro eo ac uos poſſe putat, beneuolentiã in uos gerere:huius ne potentiã augẽdam eſſe exiſtimatis,atq; adeò per uos amplificandã? nõ rectè exiſtimatis. Vt igiť ſciatis hæc à me uerè dici: ꝓferetur epiſtola,póſt,primũ fœdus huc miſſum:deinde & Beriſade epiſtola. Nã eo pacto rẽ optimè intelligetis. EPISTOLA. Recita etiã Beriſadæ epiſtolã. EPISTOLA. Societas igiť duoꝝ regũ abolito iam fraudulẽto fœdere cũ Cephiſodoto facto,conſtituta eſt Miltocythe iã ſublato, & Charidemo reipſa teſtato,ſe nr̃æ ciuitatis eſſe inimicũ. Qui.n.quem ſciebat oĩum uobis eſſe coniunctiſsimũ:hunc in poteſtatem ſuam redactum,infenſiſsimis ueſtris hoſtibus Cardianis tradere non dubitauit:nõne ſatis euidẽs exhibuit

Legati Atheniensium.

τριβόντων, fortaſſe τρυφώντων, inſoleſcerent.

Charetis fœdus.

Inſidiatoris opes non augẽde.

Perſidia Charidemi. hoſtilis animi argumentũ? Quod igitur imminẽtis à Thracibus & Athenodoro belli metu, fœdus fecit, & poſtea Cerſobleptes, recita. FOEDVS. Is porrò q hęc ſcripſit & pepigit, & iuſiurandũ qđ uos audiſtis, dedit, poſtq̃ dimiſſas Athenodori copias uidit, & una ſolum triremi Chabriã uenientẽ: neq; Iphiadę filiũ uobis tradidit, neq; quicquã eorũ q̃ iurarat, fecit, ſed & reliqua pſcripta in fœdere negat: & tale fœdus ſcribit, cuius exẽplũ audietis. Recita. FOEDVS. Cogitate eũ & uectigalia & decimas poſtulaſſe ſibi pẽdi: & rurſus ita feciſſe uerba, quaſi ſua eſſet regio, uolẽs ſuos decumanos ius & arbitriũ uectigaliũ habere, & obſidẽ Iphiadę filiũ, quẽ à Seſtijs acceptũ, Athenodoro ſe traditurũ iurarat: ſe iã ne daturũ qđẽ ait. Cape ſenatuſcõſultũ, qđ uos poſtea feciſtis. Lege. SENATVSCONSVLTVM. Deinde cũ in Thraciã legati nři ueniſſent, Cerſobleptes ad nos ita ſcribit, neq; quicquã æqui pmittit: reliq, hæc. Recita eis. EPISTOLA. Recita ẽt regũ literas, & cõſiderate an nihil de uobis cõqueri uideant. LITERAE. Nunqđ uidetis & intelligitis, Athenienſes, hoĩs improbitatẽ & perfidiã, ut ſurſum deorſum Cephiſodotũ primũ iniurijs agitarit: ut rurſus Athenodori metu deſtiterit: ut denuò chabriã læſerit, ut iterũ cũ charete pacem fecerit, ſurſum deorſum miſcens oĩa, nihil ſimplr, nihil iurè agẽs, ut deinde, quãdiu ueſtræ copiæ in Helleſpõto aderãt, uobis aſſentari & fucũ facere nunquã deſtiterit: ut cum primũ Helleſpontũ exercitu uacuũ uidit, ſtatim duos reges oppugnare cœperit, & de impio deijcere ſit conatus, et totũ regnũ occupare: ipſo euẽtu edoctus, nõ licere ſibi prius ullũ facti uobiſcum fœderis caput uiolare, q̃ hos exterminaſſet. Quod ut q̃ facilimè cõficeret, ut tale decretum à uobis impetrarit, quo (id qđ factũ eſſet, niſi nřa interceſsio & accuſatio obſtitiſſet) cõprobato, manifeſta facta eſſet iniuria duobus regibus: & illorũ duces, Bianor, Simon, Athenodorus, calumniã ex eo ſenatuſcõſulto impendentẽ, formidãtes, qeuiſſent: & ipſe illa potentia fretus, & totius regni potitus, potens uobis inimicus extitiſſet? Habet autẽ omni tpe tanquã arcẽ & aſylũ ſuis occaſionib9 paratã Cardianorũ urbẽ, quã in oĩbus fœderibus ſibi exẽptã uoluit;

Cardia in fraudẽ Athe-

ac deniq; palã a uobis eripuit. At niſi uobis malè cogitarent, ſi citra oẽm fucũ & ex aio ueſtrã amicitiã colere decreuiſſent: quorſum attinebat, eos ſibi ſtationẽ reſeruare, ad uos oppugnãdos conducibilẽ? Noſtis.n.hoc uos, q illic fuiſtis, certò: cęteri ab his edocti: cũ ita ſit in nos animata cardianorũ ciuitas, ut eſt: cerſobleptę, Thraciȷs negociȷs cõfectis, ſingulis diebus licere cherſoneſum tutò inuadere. Nã q chalcidis in Eubœa ſitus eſt ad Bœotiã, ſic ſita eſt in cherſoneſo cardianorũ ciuitas ad Thraciã cõparata. q quo loco poſita ſit, qſquis ueſtrũ nouit, idẽ ignorare nõ poteſt, ad quã occaſionẽ illa retineat: et tantopẽ cõtenderit, ne uobis traderet. Neq; uerò ipſi debetis hoſtiũ pmouere cõmoda, quò uos facilius oppugnẽt: ſed quantũ fieri poteſt, phibere, ac puidere, ne illis cõtra uos det opportunitas. Nã ſe nulli occaſioni defuturũ, declarauit. Cũ.n. Philippus Maroneã ueniſſet, Apollonide miſſo, fidẽ ei & Pãmeni dedit. Quod ni Amadocus, q regionẽ pſidiȷs tenebat, interdixiſſet Philippo, ne accederet: nihil obſtitiſſet quo minus uos nũc cũ cardianis et cerſoblepte bello cõflictaremini. Hęc à me nõ fingi, è charetis ep̃la cognoſcetis. EPISTOLA. In hęc igit̃ intuẽtes, diffidere debetis, neq; ſpe uana inflati, eũ loco amici colere. Nã ſi neceſsitate coactus aliqñ ſe uobis amicũ eſſe ſimulat, ea te grãm haberi nõ eſt æquũ cerſobleptæ: neq; ſi charidemus priuatim paucula ducib⁹ & oratorib⁹ ũris largiẽdo, talia cõficit, ppea laudib. eſt ornãdus: ſed p eo potius, q, quotieſcunq; poteſtas ei data fuit agẽdi qcqd ipſe uellet, ubiuis uobis nocere conatus eſt: multò magis iraſci uos ei decet. Cũ alij oẽs qbus aliqd unq̃ à republica noſtra tributũ eſt, pro datis bñficiȷs honorati ſint: unus iſte, ſolus è cæteris uniuerſis, ob iniurias quas nobis facere molitus, ad exitũ pducere nõ potuit. Quanq̃ aũt ita merito, magni muneris inſtar eſſe cõceſſa ſcelerũ debebat impunitas, quorũ iure pœnas dediſſet: tñ hoc oratorib⁹ nõ eſt ſatis, niſi habeat ciuis, bene meritus: niſi coronæ & p̃mia decernant pp corruptelas munerũ, q ipſi priuatim ab eo accipiunt, cum reliqui aſsideatis circumſcripti, admirabũdi, ignari ueritatis. Poſtremò, nunc uos induxiſſent iſto ſena-

nienſium occupata à Charidemo.

Coniunctio Charidemi cum Philippo.

Nihil honoris habẽdũ Charidemo.

tuſconſulto, ut ſatellitum apud eum uice fungeremini, niſi nos actione hac interceſsiſſemus: & reſpublica noſtra mercenarij & miniſtri apud illũ munus obiret, cuſtodiret Charidemũ: ꝓclaré ſcilicet. Quid ni uerò, proh diuũ atq; hoíum fidem, is qui olim ipſe mercenarius ueſtrorũ hoſtium ſtipator fuit, ueſtro ſenatuſconſulto cuſtodiat?

παραλειψις. Iam illud me fortaſſe quiſpiam interrogabit, cur ego tã- *Cur nũc demũ Charidemo aduerſetur.* dem, q hæc ita comperta habeã, & pleraſq; iniurias quaſi per ueſtigia ſim aſſectatus: me non oppoſuerim, nõ cũ ciuitate donaretis, obſtiterim: non cum laudaretur, non deniq; priuſquam hoc decretũ fieret, uerbum ullũ fecerim. Ego uerò, Athenienſes, fatebor apud uos oẽm ueritatem. Nam & honoribus indignũ eſſe ſciebã, & cũ hęc illi ornamẽta tribuerentur, aderã, & nõ ſum refragatus: *1 Imbecillitas.* fateor. Quamobrem? Quòd Atheniẽſes, primũ imbecilliorem fore putabã multis apud uos cõfidenter mentiẽ- *2 Candor et ſecuritas.* tibus, me unum uera dicentẽ. Deinde nihil eorũ, quæ ille per fraudẽ conſequebatur, Iouẽ deoſq; omnes teſtor, unquam in mentem mihi uenit illi inuidere: neq; uos inſignem aliquam cladem accepturos uidebam, ſi quẽ de uobis malè meritum, impune dimiſſum ꝓuocaretis, ut uel deinceps uobis bene facere uellet. Nã in donato iure ciuitatis, & coronis decretis, horũ utrumq; inerat. Sed poſtquam eum inſuper tale qppiam machinari uideo, quo fieret (ſi modò eos q ſua gratia uos decepturi ſint, hic inſtruxerit) ut eorũ amicorum, quos peregre habetis, q de uobis bene mereri ſtudent, qui illius conatus cõtra uos hoſtiles prohibituri eſſent: ueluti ſunt Athenodorus, Simon, Bianor, Archebius Byzantius, duo illi Thraciæ reges: ut inquã horũ nullus ei uel aduerſari, uel impedimento eſſe auderet, tum demũ uenio accuſatũ: exiſtimans, illa impedire, qbus acceptis reipublicæ parũ nociturus eſſet, uel priuatim ab eo lęſi, uel calumniatoris eſſe. at his aduerſari, per quæ magnũ noſtræ ciuitati malũ ſtruebatur, boni & uiri & ciuis eſſe officium. Hęc ſunt, propter quæ tum nihil dixi, nũc dico. Reſtat eis talis adhuc oratio, qua ſe uobis fucũ facturos putant, Cerſoble- *Refutatio. Charidemum* ptem & Charidemum aduerſatos eſſe fortaſſe reipublicæ tum, cũ hoſtes eſſent; nunc uerò, cũ ſint amici, & in ci

uitatem noſtram officioſi:ueteres offenſas eſſe obliuione delendas. Nec.n.cũ Lacedæmonios tueremur,nos iniuriarum, quibus belli temporibus ab eis affecti eſſemus,fuiſſe recordatos:nec,cũ Thebanos, & poſtremò nunc cum Euboœnſes defenderemus. Ego uerò cenſeo, ſi eo tempore quo Cerſobleptæ, & Charidemo auxilia decreta eſſent,nos obſiſteremus,tum demũ hanc orationem locum habituram.Sed cũ tale nihil agatur aut ſcriptum ſit,atq; eò tendant omnia, ut Cerſobleptæ duces potentiores fiant, ueſtris muniti cuſtodijs, q̃ oporteat: grauiter peccare iſtos arbitror. Nec.n.æquum eſt,cum tali oratione utantur, qualis eos deceat q ſaluti & incolumitati ſuę conſultũ uelint,interim id moliri,ut impunè in alios graſſari eis liceat.Prȩterea ſi Charidemus hoſtis adhuc,nocuiſſet,poſtquã uerò amicus uideri uult, mutatus eſſet,audiri fortaſsis hæc potuiſſent. At qa ſe res nõ ita habet(nã ex quo ſe uobis amicum eſſe ſimulat,ex eo uos ſæpiſsimè decepit)ſi non pp illa eſt odio proſequendus,pp hæc tñ nulla ei fides adhibẽda eſt. Iam quod ad iniuriarum obliuionem attinet,ſic reſpondeo:q nocendi cauſa talia examinat,implacabilis eſt.q uerò ut ne quid mali patiatur,præcauere ſtudet,uiri prudẽtis officio fungitur. Fortaſsis aũt talem quandã ſuſpicionẽ proferent: nos uirum illũ noſtram amicitiam uehementer expetentem, & de repub. bene merẽdi ſtudioſum,affecturos triſtitia decreto abrogato: & effecturos,ut malè de nobis ſuſpiceť. Audite q̃ſo, Athenienſes,qd ea de re ego ſentiã. Si uerè & citra fucũ nobis amicus eſſet,imò ſi ſumma in uos beneficia collaturus eſſet: ne ſic qdem iſtã orationẽ audiendã putarem. Non.n.puto ullum cuiuſquã tm̃ eſſe poſſe beneficiũ, pp quem ſit iuriſiurãdi religio uiolãda, & aliter q̃ iuſtum uideať, ꝓnunciandum. Cum uerò cõſtet,eũ & impoſtorẽ eſſe, & ſimulatorẽ, nihilq; ſynceri agitare:alterutrũ è condemnatione decreti cõmodũ pcipietis. nam aut impoſturã facere deſinet, ubi ſe tandem cognoſci uiderit:aut, ſi ueſtram neceſsitudinẽ ex animo & citra fraudem deſiderat:uerum aliquod in uos beneficium conferet,ſciens,ſe ſimulatione ſua nihil ꝑfecturũ. Quamobrem,ſi non ob aliud qequam, uel propter hoc

& Cerſobleptem,etſi amici eſſent,nõ in immẽſum attollendos.

Aliud eſt incolumitas,aliud impunitas.

Amicus nocens.

Offenſio.

Cautio.

Alia refutatio

Suſpicionem Charidemi eſſe negligẽdã.

Exemplo ueterum docet, reſtrictiorem eſſe debere liberalitatem. tollendũ fuerit. Operæpretiũ porro erit, Athenienſes, illud quoq; cõſiderare, quã rationẽ in dandis honoribus & pmijs noſtri maiores ſint ſecuti, ſiue illa in ciues, ſiue in hoſpites, reuera bene meritos, cõferrentur. Qua re ſi uideritis illos fuiſſe rectius uſos, imitari eos par fuerit. Sin uos, arbitratu ueſtro agetis. Primũ igitur Themiſtoclem, qui *Miltiadis & Themiſtoclis præmia.* nauali ad Salaminẽ plio uicerat, & Miltiadẽ Marathoniꝗ pugnæ ducẽ, & reliquos q longe maiora q̃ iſti noſtri duces geſſerant, nõ æreis ſtatuis decorabãt, neq; imodice deamabant. Nõ igitur de ſe bene meritis gratiã habe- *Verus honos uirtutis præcellentia.* bant: ac magnã quidẽ, Athenienſes, & referebant tum ſe tum illis dignã. Qui cũ ipſi omnes pſtantes uiri eſſent, illos ſibi delegerunt imperatores, plätos cæteris. Eſt autẽ moderatis hominibus, & rem recta uia reputãtibus longe maior honos, pſtantium uiroꝝ pſtantiſſimũ eſſe iudicatũ, q̃ ærea ſtatua eſſe poſſit. Neq; uero ullius facinoris gloria ſe priuabant, neq; quiſquã erat, q nauale plium ad Salaminẽ Themiſtoclis eſſe diceret, ſed Athenienſium: neq; Marathoniũ plium Miltiadis, ſed ciuitatis. Nũc uulgo ita dicunt, Timotheus Corcyrã cepit, legionẽ Iphicrates concidit, Chabrias ad Naxũ nauali plio uicit. Nam dum tam imenſos honores ob hoꝝ ſingula decernitis, uidemini quaſi cõcedere de gloria geſtarũ rerũ. Ciuilia igitur pmia illi tam & pulchre & utiliter largiebant, & uos *Menon.* nõ recte. Sed hoſpitalia quo? Illi Menoni Pharſalio, duodecim argẽti talenta in bellum ad Eionem, q̃ Amphipoli uicina eſt, largito, & trecẽtis ſuis equitibus Peneſtis, opitulato: nõ decreuerunt, ſi quis eũ occidiſſet, abduci illum licere: ſed ciuitate donarũt, exiſtimãtes eum honorẽ eſſe *Perdiccas.* abunde magnũ. Rurſum Perdiccæ, Barbarici belli tẽporibus in Macedonia regnãti: q Barbaros Platæis recedẽtes ceciderat, effeceratq; ut regis Perſarũ clades integra eſſet, nõ decreuerunt abduci licere eũ, ſi qs Perdiccã, q in ueſtrã grãm inimicitias regis Perſarũ ſuſceperat, occidiſ- *Ciuitas Atheniẽſis magnus olim honos.* ſet: ſed tantũ ciuitate donarunt. Nã illis tẽporibus cõſenſu mortaliũ omnium tantus honos putabat, Athenienſis ciuitatis ius adipiſci, ut pro eo cõſequendo, tãta in nos beneficia cõferre uellent. Nunc idem ita cõtemnitur, ut hoc honore ornati multi, pluribus uos malis affecerint, q̃

apérti hoſtes. Neq; uerò hoc ſolum munus noſtræ urbis abiectũ & uile factũ eſt, ſed & cætera omnia ꝓpter execrabilium & nefarioꝶ oratoꝶ, qui talia temerè ſcribunt, improbitatẽ. Quoꝶ auaritia & ſordes in tam immẽſum excreuerunt, ut honores & p̃mia ueſtratia, tanquã qui minuta & ſupra modũ uilia ſub haſtã ſubijciunt & auctionantur, ſic uendant de p̃tio detrahentes, & multis ob eadem illa lucella ſcriptitantes quicquid omnino optauerint. Primũ enim, ut à poſtremis ordiamur, Ariobarzanẽ illum, nõ ipſum tantũ & eius filios numero tres, omnibus dignati ſunt q̃cunq; uoluerunt: ſed & duos Abydenos, infeſtiſſimos Athenienſium hoſtes, homines improbiſſimos, ei adiunxerũt, Philiſcũ & Agauũ. Rurſus, cũ Timotheus officio functus erga uos uideret, & rẽ bene geſſiſſet, præterquã q͂ ei ſumma omnia dederant: adiecerunt illi auctarij uice duos, Phraſicridem & Polyſthenẽ, homines (neque.n.ingenui ſunt) perditos, & talibus facinoribus opertos, à quoꝶ cõmemoratione homo cordat⁹ abhorreat. Nunc poſtremò, poſtquã Cerſobleptẽ his dignati ſunt, q̃ ipſis uidebant, & ea res ſummis ſtudijs agebatur, duos ei adiungũt: alterũ, q tãta mala fecit, quãta audiuiſtis: alteꝶ, quẽ prorſus nemo hominũ nouit quis nam ſit, Eudercen nomine. Proinde dum ita fit, q̃ magna olim habebant, nunc parui æſtimantur, & res indies uagatur longius, neq; amplius hæc ſufficiũt. Quod niſi hęc ſingula cauebitis, ſatis apparet fore ut illoꝶ preciũ & gratia omnis exoleſcat. Quòd uerò ad tantã turpitudinẽ res prolapſæ ſunt, nemo magis in culpa eſt q̃ uos ipſi Athenięſes, ſi ueritas liberè dicenda eſt. Nã delinquentes nõ amplius punire uultis, ſed etiam ſupplicia ciuitate emigrarũt. Atqui cõſiderate quo pacto noſtri maiores eos ulti ſint, à qbus iniuria afficiebantur? num eodẽ modo quo uos? Illi Themiſtoclem animis elatiorem q̃ in libera ciuitate ferri poſſet, Medicæ proditionis damnatum urbe eiecerunt. Cimon, q͂ patriam reipublicæ formam in ſe tranſmoueret, tribus tantum calculis pœnam capitis effugit, quinquaginta talentis mulctatus eſt. Hoc modo tractabant uiros de ſe tam præclarè meritos. Haud iniuria. Nec enim eis uendebant ſuam libertatem, & magnitudine animoꝶ

Inuectiuã in improbos oratores.

Ariobarzanes

Philiſcus.

Agauus.

Timotheus.

Phraſicrides.

Polyſthenes.

Cerſobleptes.

Charidemus.

Euderces.

Accuſatio ſocordiæ & negligẽtiæ Athenienſium.

Impunitas ſcelerum certiſſimum ſignum perituræ reipublicæ.

Themiſtocles.

Cimon.

partam gloriam: ſed & dum boni erant, eos honorabãt, & improbis eorũ conatibus obſiſtebant. At uos, Athenienſes, grauiſſimorũ ſcelerum reos & conuictos palàm, ſi unum atq; alterũ facetũ dictũ protulerint, & à tribulibus aliquot delecti aduocati deprecentur, abſoluitis. Sin damnatis aliquem, æſtimatio litis eſt XXV drachmarũ.

Reſpublica attenuata, priuatorum opes ingentes.

Atqui tum ærariũ copioſum erat, & magnus reipublicæ ſplendor: priuatim nemo ſupra uulgus eminebat. Id qđ hinc clariſſimè cernitur. Nã Miltiadis & Themiſtoclis, aliorumq; illius ætatis illuſtriũ uirorũ ædes, ſi quiſpiã ueſtrũ uidit, cuiuſmodi ſint, reliquis nihilo eſſe ſplendidiores uidet. ſed ædificia publica & ſubſtructiones tantę & tales, ut ad eorũ excellẽtiam poſteritas nihil addere poſſe uideatur: ut propylæa hæc, naualia, porticus, Piræeus, & reliqua, qbus urbẽ adornatã cõſpicitis. Nunc priuatæ ſingulorũ rempublicã gerentium tantæ opes ſunt, ut alĳ ędes multis publicis ędificĳs magnificentiores habeant: agros alij plures coemerint, q̃ uos omnes qui in iudicio aſſidetis. Quæ uos autẽ publicè ſtruitis, & tectorio inducitis: turpe dictu eſt q̃ ſint tenuia, & ſordida. Nunquid dicere poteſtis, uos cõmuniter q̃ſitam & partã relicturos eſſe, ſicut illi fecerunt, Cherſoneſum, Amphipolim, gloriã rerũ geſtarũ? quã cũ iſtius generis ciues omni modo abſumant, nõ tamen obſcurare poſſunt, Athenienſes.

Ariſtidis abſtinentia.

Meritò. Nã Ariſtidis, q ſuo arbitratu ordinãdi uectigalia poteſtatẽ habuit, opes, ne una quidẽ drachma ſunt auctæ, quin & eius mortui funus publicis ſumptibus eſt elatum. At uobis ſicubi egebatis, in ærario pecunia maxima erat inter omnes Gręcos, ut quãdiu uos foris militaturos decreueratis, tamdiu ſumptus haberetis. Nunc, q rempublicã adminiſtrant, ex inopia puenerunt ad opes, & longi tẽporis cõmeatu ſunt inſtructi: uos publicè nec unius diei habetis alimoniam: ſed accidit, ut ſimul aliquid faciẽdum ſit, ſimul unde id ſuppetat, uos nihil habeatis. Tũ.n. magiſtratuũ dñs erat populus: nunc uerò eſt miniſter. In cauſa aũt ſunt iſti, qui talia ſcribunt, & uos aſſuefaciunt, ut uoſmetipſos aſpernemini: unũ atq; alterũ hominẽ admiremini. Sic fit, ut iſti ueſtræ gloriæ, ueſtræq; felicitatis hæreditatẽ cernant, uos re nulla fruamini, ſed teſtes ſitis

alienoꝝ bonoꝝ,nullius alterius rei participes, niſi fraudum,q̃bus circũſcribimini. At quantos gemitus, quanta ſuſpiria ederent illi uiri, q pro gloria & libertate mortem oppetiuerunt,& plurima honeſtiſſimoꝝ facinoꝝ monimenta reliquerunt:ſi ſcirent,nunc urbẽ ad miniſtri habitum & conditionẽ redactã, an Charidemus cuſtodiendus ſit,deliberare:Charidemus,hei mihi. Sed nõ hoc eſt graue,non hoc,nos maioribus noſtris,qui uirtute omnibus prǣſtiterunt,imprudentius cõſulere: ſed illud,neminẽ nobis eſſe imprudentiorẽ. An uerò pudendum nõ eſt,cũ Aginetǣ iſti,in inſula tam parua habitãtes, & nihil habẽtes quod eis animos facere iurè poſſet: Lampidẽ,quo in tota Græcia nõ eſt nauicularius opulentior, qui & urbẽ & mercatũ eis inſtruxit,nondũ in hunc uſq; diem ciuẽ fecerint,ſed uix immunitatẽ tributi,quod inquilini pẽdunt, cõceſſerint:cũ Megarẽſes iſti execrãdi,tã ſtudioſe ſuã dignitatẽ exaggerent,ut,cũ miſſis legatis iuberent Lacedæmonĳ,ut Hermonẽ gubernatorem, q cũ Lyſandro triremes ducẽtas cǣperat,poſtquã nos ad Ægoſpotamos aduerſam fortunã experti ſumus,ciuẽ facerent,reſpõderint, Si prius uidiſſent ipſos eũ Spartiatã feciſſe,tum & ſe illũ Megarenſem facturos:cũ Oritæ illi quartã Eubœǣ partẽ incolentes,iſtũ ipſum Charidemũ,cuius mater ciuis illic eſt,pater uerò,nõ dicã q̃s,aut unde (nec.n.neceſſe habeo inquirere in eũ accuratius) mediã tamen ei partẽ generis cõferat,medietate in hũc uſq; diẽ nõdũ illũ dignati ſunt, ſed illic in tribunothoꝝ cenſẽt,quemadmodũ olim hic in Cynoſarges nothi cõueniebant. Vos uerò, Athenienſes, q totius illi ius ciuitatis impertĳſtis,& alios honores habuiſtis,inſuper etiam hoc ei adĳcietis? Quamobrẽ tandẽ? Quas naues uobis cǣpit,ꝓpter quas ei ab his q illas amiſerunt,inſidiæ ſtruuntur? quã urbẽ à ſe captã uobis tradidit? in q̃ diſcrimina capitis ꝓpter uos ſeſe coniecit? quoꝝ inimicitias,cõmunes uobiſcũ ſuſcepit? Nemo eſt q poſſit dicere. Sed ubi de legibus,quas adduximus pauca diſſeruero, quoꝝ uos recordatos, cautiores fore puto, ſi iſti uos ſeducere atq; in fraudẽ illicere ſtuduerint, deſcendã. Prima lex apertè iubet,ſi quis aliquẽ occiderit,ſenatũ iudicare:iſte,ſi q̃s occiderit,ſtatim ſcripſit abducere licere. 1

πάθος in degenerem poſteritatem.

Aginetæ.

Lampis.

Megarenſes.

Hermon.

Oritæ.

Charidemus.

Peroratio conſtãs enumeratione legũ potiſſimum.

hoc cuſtodite & memineritis, nihil poſſe iudicio fieri con
II trarium magis, ꝗ̃ ſine iudicio proſcribere aliquem. Non
ſinit poſtea ſecunda lex, etiam damnatum cædis excarni
ficari, aut mulctari pecunia: at iſte, dum eum abduci per
mittit, hæc omnia cõceſſit. Nam in illo℞, qui aliquem cõ
prehenderint, manu futurũ eſt, de eo ſtatuere quicquid
III libitũ fuerit. Abducere iubet lex ad Sexuiros, idq́;, ſi quis
homicidam in interfecti patria deprehenderit. At iſte ipſi
accuſatori abducendi poteſtatẽ facit in ſuas ædes, etiam
IIII ſi in aliena terra deprehenderit. Sũt iniuriæ ꝗdam, ꝓpter
quas aliquẽ occidendi licentiam lex dedit: at iſte nõ adie
cit, etiãſi propter illas aliquis occiderit: ſed eũ proſcribit,
V quẽ leges indemnẽ & inſontẽ dimittunt. Si cui tale quid
uſu uenit, ius primũ poſtulare lex iubet: iſte contrà, nullũ
iudiciũ nec ipſe deſignauit, neq; à qbus pœnas exigit, pe
tijt: ſed ſtatim ſcripſit, eũ abducere licere, quẽ ſi quis aſſe-
VI ruerit, è ueſtigio fœderibus excludit. Pignora capere illic
ubi homicida fuerit, niſi ius dare uelint, iubet lex uſq; ad
tres licere. Iſte, ſi quis reum aſſerat à uiolenta abductio-
ne, uolens ut ante iudicium dedatur, ſtatim eũ fœderibus
VII excludit. Nõ ſinit lex aliquã legem, niſi eadem pariter ad
omnes pertineat, promulgare: iſte ob unũ uirum, peculia
VIII re decretũ ſcribit. Non ſinit lex decretũ lege plus ualere:
iſte cũ tot ſint leges, decretũ ratum facit, leges tollit. Hęc
cauete, atq; in hoc cõſeſſu nolite obliuiſci, & qcquid iſti
effugio℞ ꝗritabunt, contemnite & repudiate. Iubete po
tius, ut oſtendat, ubi iudicij mentionẽ fecerit, aut ubi ſcri
pſerit, ſi quis cædis conuictus fuerit, ut de eo pœnæ ſumã-
tur? Nam ſi aut alicubi alibi damnatũ & conuictum, pu-
niendum eſſe ſcripſit, aut ipſe iudicandũ eſſe ſcripſit, utrũ
reus cædem fecerit nec necitem, iure'ne an iniuria occide-
rit: nihil reliquit. Si uerò criminis duntaxat mentione fa-
cta, Si quis occiderit, inquiens, ꝑterito hoc, Si cædis con-
uictus fuerit: item illo, Si occidiſſe uidebitur: nec minus il
lo, pœnas det homicidij: item, idem de eo ſupplicium ſu-
matur, ac ſi Athenienſem occidiſſet, ſi deniq; omnino iu-
re præterito & neglecto, abduci licere ſcripſit: ne decipia
mini, ſed haud dubiè teneatis, nullo unquã decreto leges
uſque adeò fuiſſe uiolatas.

LIBANII ARGVMENTVM.
orationis in Timocratem.

Lex Timocratiana.

Diodorus etiam hic accuſator eſt, & criminatur legem ualde humanam. Quapropter à cauſa & conſilio ſcriptoris eam conuellere nititur. Eſt autem lex Timocratis huiuſmodi. Si quis Athenienſium ob debitum publicum uinculis damnatus eſt, aut deinceps dānabitur: ei liceat, aut alteri eius nomine, ubi pro ſe uades conſtituerit, à populo comprobatos: ſe ad certum tempus mulctam bona fide ſoluturū, uinculis liberari. Sin ad dictam diem debitum ſolutum non fuerit: & is qui per ſponſores liberatus fuerat, in uincula conijciatur, & bona uadium publicentur. Hanc legem criminatur accuſator, non ex uſu reipublicæ, ſed pro Androtione & Glaucia & Melanopo eſſe ſcriptam. Hi enim legati in Cariam miſsi, et in triremi nauigantes, cum in Naucratitas quoſdā, homines mercatores, incidiſſent, pecunias eis eripuerunt. Naucratitæ Athenas pfecti, populo ſupplicant. At populus decernit, eam pecuniam hoſtilem eſſe, nec reddi mercatoribus oportere. His ita factis, Archebius, & Lyſithides trierarchi et domini eius nauis, qua Androtion cum collegatis uectus fuerat, de pecunia poſtulantur. Quam cum illos non habere conſtaret, ſed legatos ſe habere faterentur, & aut omnis pecunia numeranda, aut legibus teneri neceſſe eſſet, quæ in ærarios latæ ſunt: Propterea, inquit, Timocrates legem hanc ad illos ſubleuandos tulit. Reſpondet Timocrates, Androtionem & collegas ſoluiſſe pecuniam, atq; inde conſtare, non in illorum gratiam legem hanc eſſe obrogatam. Sed Diodorus etiam aliud in lege accuſat. Nam & latam eſſe contra leges, & antiquis aduerſari legibus ait, & perniciosam eſſe reipublicæ oſtendit.

Accuſationis occaſio.

ALIVD ARGVMENTVM.

Quo tempore bellum erat inter Athenienſes & regem Perſarum, decretum factū eſt, * ut hoſtiū naues pdæ eſſent, & æſtimationes furtorum publicæ fierent. Nam cum Mauſolus Cariæ ſatrapa ulteriores inſulas uexaret, ij qui lædebantur, quiritari, & Athenienſium opem implorare. Viſum igitur eſt, interim dum bellum parabatur, per legatos Carem eſſe incuſandum: Itaq; mittunt Androtionem, & Melanopum, & Glauciam ad principem Mauſolum, Artemiſiæ maritum & fratrem, conqueſturos de inſularum iniurijs. eum in regis Perſarum gratiam, Græcis malefacere. Hi cum in nauem Naucratiticam Aegyptijs mercibus oneratam incidiſſent (uehebant autem legatos Archebius & Lyſithides trierarchi) nauem interceptam in Piræum appellunt. Aegyptij etſi uerba faciunt

* τὰ πλοῖα σῦλα πολεμίων εἶναι καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν κλοπῶν δημόσια

apud populum, & ſupplicant, nihilominus tamen decernitur, res illas eſſe publicas, quòd Aegyptij hoſtes eſſent. Iubente autem lege, ut qui publica pecunia per integrum annum uſus eſſet, eandem duplam reſtitueret: legati iſti quòd nouem talenta, & triginta minas, diuenditis ex naue illa mercibus, redactas, retinuiſſent, obnoxij ærario & duplo perſoluendo ſiũt. Quum autem reſpublica pecuniæ inopia laboreraт, Ariſtophon unus è magiſtratibus decretum facit, ut inquiſitores deligãtur eorum qui ærario deberent, & latére ſtuderent, utq; illos deferant. Indicat Euctemon (qui dudum cum Androtione litigarat, nunc cum Timocrate) habere Archebium & Lyſithidem ex Aegyptia naue oneraria talenta nouem, & minas triginta. Scripſit autem ſic, eo quòd aperto Marte cum Androtione confligere uerebatur: & trierarchorum facta mentione, nihilominus eidẽ inſidiabatur. Re diſceptata inter legatos & trierarchos, legati uicti, pecuniam ſoluere iubentur. Sed quia lege ſancitum erat, qui ſecundo anno deberet, ut in uinculis haberetur, donec ſoluiſſet. etiam legati in uincula conijciendi erant. Eo tempore, cum alter annus inciperet, quo etiam uinciri legatos oportebat, Timocrates talem legem ſcripſit: Si quis ob debitum publicum uinculis ſit damnatus, ſiue ex lege, ſiue ex ſenatuſconſulto, aut in poſterum damnetur: licere ei tribus uadibus datis, approbatis à populo, ſe bona fide ſatisfacturum reipublicæ, exire uinculis. Si uerò non ſatiſfecerit, uel ipſe, uel uades: eum qui per ſponſores liberatus fuerat, in uinculis habendum, uadium uerò bona publicanda. Hanc legẽ Diodorus & Euctemon, ut legibus contrariã, ut iniuſtam, ut perniciosam detulerunt. Cum autem Androtion, Glaucias & Melanopus animaduerterent, accuſationem hãc ſua cauſa eſſe factam, nouem talenta & triginta minas numerant: fortaſſe non numeraturi, niſi accuſatores legi interceſſiſſent. ſed numerant tamen. Diodorus & Euctemon accuſare pergunt, perinde ac ſi lex ꝓpter legatos ſcripta ſit. Etſi enim interiecto tempore numerarint, id factum eſſe tamen accuſatione iam inſtituta. Quare conſilium legiſlatoris eſſe culpandum. Nec minus interim legem examinat orator, ut quæ etiam alio modo ſit improbanda. Nam & contra quàm leges præſcribant eſſe latam, et alijs legibus aduerſari, et ꝑ ea quæ iubeat, nocere et iniuriã facere reipublicæ. Quamobrem & orationis argumenta & fundamenta bina ſunt: alterum, in gratiam legatorum eſſe ſcriptam: alterum, aduerſari legibus, & pernicioſam & iniuſtam eſſe legem. Proinde, tametſi crimen illud propter legatos latæ legis effugere potuiſſet Timocrates: hoc tamen non effugiet, legem eſſe improbã. Poterat. n. accuſare legiſlatorem Diodorus, eum improbam ſcripſiſſe legem, & legibus contrariam: idq; ſatis ei firmamenti fuiſſet, Nunc etiã legatorum calumniã adſumpſit. Ar-

Legis crimina tio.

gumentum igitur cauſæ, propter quam legem tulerit, eſt in cõiectura poſitum. Quæritur enim, utrum ꝑpter legatos lata ſit, nec ne. Illud uerò quo leges examinantur, negocialе eſt. Nam in uniuerſum omnis accuſatio ſcripti, negocialem efficit conſtitutionẽ. Scripti autem duo, nõ eius in quo quippiam aliud quæritur, ut in cõiectura: neq; eius quod refertur ad ⁎ar tem & facultatem ut fit in ⁎tranſlatione. Illic enim de rebus factis eſt iudicium, in negociali de futuris: ac ſcriptum tum in lege, tum ſenatuſconſultis contineri debet. Sunt igitur huius orationis capita quatuor. Vnum legitimum, idq; biſariam diuiditur, in perſonam & rem, hoc eſt, in ipſam legẽ quomodo contraria ſit legibus: alterum, iuſtum: tertium, utile: quartum, poſſibile: eã iubere quæ fieri nequeãt. Cõtrouerſia igitur quæ uenit in iudicium, in his argumentis conſiſtit. Nam tractationẽ illã contra legatos, in conſtitutione & digreſſione poſuit, criminationis cauſa nimirum. Quia n. lex humaniſſima uidetur, quòd uinculis ciues liberet: ꝑpterea oppoſuit cùm alia plura, tum uerò duo hæc: alterum argumẽtum de legatis, ut ea ſuſpitione ingeſta, ꝑſuadeat auditori, aduerſarium corruptũ largitionibus, oratorum et magiſtratuum rempublicam depeculantium, ſordibus & rapacitati conſultum uoluiſſe: alterum, pernicioſum, quo oſtendit ea lege ciuitatem omnis æris alieni ſolutione ſpoliari. Præterea impoſſibile: et ſi uellemus, fieri tamen haud poſſet. Tolluntur. n. regulæ & inſtituta ciuitatis. Non autẽ ignorare debemus, legale caput ꝑfectiſſimè tractatum, iuſtum, & utile, & poſſibile, inter ſeſe implexa eſſe: atq; inter ea principẽ tenere locum utile, qđ & iuſto & iniuſto, & impoſſibili confirmetur. Nã quicquid iniuſtum, idem etiam noxium eſt. Eandem rationem etiam ad locum ab impoſſibili detorquere ſtudet. Quicquid enim impoſſibile ſit, idem etiam inutile eſſe dicit. & quoniam Timocrates legis humanitatẽ ſubinde inculcat, ea uerò ad iuſtum meritò referetur, ꝑpterea Demoſthenes inutili paſſim utitur, oſtendens eam legem detrimentoſam, & pernicioſam eſſe reipublicæ.

⁎ τέχνην. ⁎ ἀντίληψιν.

Capita orationis.

DEMOSTHENIS ORATIO CONTRA TIMOCRATEM.

PRæſentis huius diſcriminis, in quo uerſatur, Athenienſes, cauſam, nec ipſum Timocratem arbitror in quenquam alium transferre, q̃ in ſemetipſum. Dum enim rempublicam fraudare pecunia non parua ſtudet: contra omnes leges legem ro

Orditũr à reprehẽſione ipſius legis, & cõſilio legiſlatoris.

gauit nec idoneã, nec iuſtam, Iudices. Quæ quantũ alijs rebus incõmodatura, & reipub. ſtatum labefactura ſit, ſi pferatur: fortaſſis, ubi ex me ſingula audieritis, cognoſcetis. Vnum uerò qđ habeo maximũ & expeditiſſimũ, dicere apud uos non dubitabo: ueſtram ſniam, quam iurati de omnibus fertis, tolli, omniq; autoritate ſpoliari lege iſtius: non ut cõmunitati ciuium quicq; commodet, (nam id qui fieri queat, cum iudicijs, quæ rempublicam continere uident, litium æſtimationes, quæ quantę ſingulis iniurijs debeantur, legibus definitum eſt, eripiat?) ſed ut nonnulli qui iam longo tempore ueſtris opibus abuſi ſunt, & multa ueſtra diripuerunt: nec per manifeſtũ ablata peculatum, reſtituant. Tanto autem procliuius eſt priuatim quoſdam colere, quàm ueſtra iura tueri: ut iſte ab illis argentum acceperit, & non prius hãc pro eis legem tulerit: ego ueſtra cauſa de mille drachmis periclitor, tantum abeſt ut à uobis aliquid accipiam. Quanquã autem ferè omnes, qui publicum aliquod negociũ adminiſtrare inſtituunt, dicere ſolent, ſummo ueſtro ſtudio, & animaduerſione digna eſſe ea, de quibus ipſi uerba faciant: ego tamen ſi quis alius unquam hoc exordio conuenienter uſus eſt, id etiam mihi nunc dictu decorum eſſe puto. Siqdem ad felicitatem reipublicæ & populi libertatem in ulla re alia plus eſſe uirium & momenti, q̃ in legum autoritate: id ego neminem dicturũ puto. At uerò nunc de hac ipſa re deliberandum eſt, utrũ cæteras leges, qbus iniuriæ ciuitati factæ ut coherceantur, à nobis ſcriptæ, abrogandæ ſint, atq; iſthæc perferenda: an contrà potius iſta tollenda, cæteræ ſuo loco relinquendæ ſint. Res igitur qua de uobis nunc iudicandum eſt, ſi quis pauciſſimis complecti uelit, hæc eſt. Ne quis uerò ueſtrũ miretur, quãobrem ego tandem, reliquo ætatis tempore (ut mihi quidem perſuadeo) moderate tranſacto, nunc in iudicijs & accuſationibus publicis uerſer: apud uos pauca præfari uolo, quæ à re aliena non erunt. Ego, Athenienſes, ſuſcepi inimicitias cum homine improbo & odioſo, et dijs inuiſo, cui tandem tota quoq; ciuitas inimica facta eſt: Androtionem dico, tantóq; ſum grauioribus ab eo iniurijs affectus q̃ Euctemon, ut hic pecuniæ nonnullam ia-

A periculo ſuo

Attentio talis eſt, apud Iſocratem in oratione de pace.

Talis occupatio ẽ in Archidamo Iſocratis

Repetit cauſas inimicitiarum ex Androtioniana.

ćturam fecerit:ego uerò,ſi conatus illius aduerſus me im probi ſucceſſum habuiſſent: non modò fortunis omnibus,ſed uita etiam eſſem ſpoliatus, imò nec id quod cõmune eſt omnibus, excedere uita mihi facile fuiſſet. Nã ea crimina,quæ uir prudens etiam inuitus nominet,contra me commentus, ut qui patrem occidiſſem, & dica impietatis impacta,me reum fecit. in quo iudicio,cp qu tam ſuffragiorum partem non tuliſſet, mille drachmis eſt damnatus: ego uerò ſicuti iuſtum fuit, in primis ope deorum immortalium,deinde ueſtro etiam iudicum auxilio,incolumis euaſi. Eum igit,à quo talibus eſſem inſidijs appetitus,hoſtem mihi irrecõciliabilem arbitrabar. Cum uerò uiderem, ab eo cõmuniter totam ciuitatem eſſe læſam,tum exigendis tributis, tum ſacris uaſis conficiẽdis:magnamq́ pecuniam partim Mineruæ, partim heroum,partim ciuitatis, habere, quam non reddebat: unà cum Euctemone ſum eum aggreſſus,exiſtimans occaſionem mihi datã,& reipublicæ defendendæ,& mihi factas iniurias uindicandi. Vellem autem & me uoti fieri compotem,& iſtum ea luere quæ meruiſſet. Cum uerò res non amplius controuerſa, ſed primũ à ſenatu dãnata:deinde à populo unus totus dies in his ipſis cõſumptus eſſet,præterea'q; duo iudicia, uiri mille & unus numero,ſententias dixiſſent: necp reo iam ullum patêret effugium, quo minus ueſtram pecuniam uos haberetis: Timocrates iſte hæc quæ interceſſerunt omnia, uſque adeò neglexit,ut legem eã ferat,qua ſacra pecunia deos ſpoliet,ſancta inſtituta ciuitatis abroget, decreta tum ſenatus,tum populi,tum iudiciorum euertat,impunitatem denicp depeculari ærarium cupiẽtibus proponat. Quæ cum ita ſint omnia, hoc unum præſidium reliquum eſſe uidemus:ut legem accuſatam, & ueſtris ſententijs ſubiectam,refutare conemur. Ab initio igitur rem geſtam uobis breuiter exponam, ut iniurias quæ in iſta lege inſunt, facilius diſcatis, & aſſequamini. Decretum fecit apud uos Ariſtophon,deligendos eſſe inquiſitores. Si quis uerò ſciat aliquem,qui aliquid pecuniæ habeat, ſiue ſacræ, ſiue publicę ciuitatis:ut illum apud uos deferat. Poſt hęc retulit Euctemon,habere Archebium & Lyſithidẽ trie-

Lex Timocratis.

Narratio.

rachia functos, pecuniam Naucratiticam, æſtimatione nouem talentorum & triginta minarum: acceſſit ad ſenatũ, ſenatuſconſultum ſcriptum eſt. Deinde conuocata concione, accuſator eſt datus. Euctemon cõſcenſo ſuggeſtu, cùm alia multa dixit, tum apud uos recenſuit à triremi, qua Melanopus & Glaucetes, & Androtion legati ad Mauſolum uecti ſint, captã eſſe nauem illam: homines, quorum pecunia fuerit, ſupplicaſſe: decreuiſſe uos eam pro hoſtili habendam. Tum uos admonuit earum legum, quæ uobis lectæ fuerunt, quarum decreto, rebus ad eum modũ adminiſtratis, pecunia illa publicanda eſſet. Videbatur æqua dicere uobis omnibus. Confeſtim ſurgit Androtion, Glaucetes & Melanopus) conſiderate an uera dicam) clamitant, indignantur, conuiciant, abſoluunt trierarchos, ipſi apud ſe habere fatentur, quæri pecuniam poſtulant. His auditis, ubi tandem iſti tumultuari deſtiterunt, ſniam dixit Euctemon quæ fieri poteſt æquiſsimam, ut à trierarchis uos exigeretis, & ut eis liceret oẽm eam in illos qui pecuniam haberent, transferre. Sin diſſenſionis aliquid oriretur, ut ſnia iudicum intercederet, atque ut uictus, deberet ærario. Accuſant decretum, ad uos perlatum (ut in pauca rem conferã) uiſum eſt ſecundum leges eſſe factum, & abſolutum. Iam fieri quid oportebat? reipublicæ pecunia reſtituenda erat, & peculator puniendus, lege uerò nulla prorſus ad hoc quidem negociũ erat opus. Hactenus nulla facta uobis eſt à Timocrate iniuria. Poſt hæc uerò in ſe unum recepit & tranſtulit omnia ſuprà cõmemorata, ut nihil quo uos læderet, omiſiſſe uideatur. Qđ.n. illorum artificijs & aucupijs, ſe conducendũ locauit, miniſtrumque præbuit: ſe ipſe reum fecit illarum iniuriarum, ut ego uobis manifeſtè oſtẽdam: ſed ante omnia neceſſe eſt, uos admonere de tpibus, & eo articulo quo legem tulit. Nam inſuper uobis inſolenter inſultauit, & illuſit. Fuit maius menſis, quo illi ab Euctemone iudicio ſuperati ſunt. Cõducto aiũt iſto, ac ne cogitantes qdem uobis ſatisfacere: nugigerulos quoſdam in forum dimiſerunt, qui rumorẽ ſpargerent: paratos eos eſſe, ſimplam pecuniam numerare, duplã uerò non poſſe. Hæ uerò inſidiæ erant cum ludibrio, & machina quædam, ut interim

Lex Timocratis.

hæc

hæc lex, aduertente nemine perferretur. idq́ ita eſſe, res ipſa teſtatur. Pecuniæ enim, illis temporibus nec obolũ uobis numerarunt, una uerò lege plures iam receptas fecerunt irritas, eaq́ legum omnium quæ unquam apud uos latæ ſunt, turpiſsima & iniquiſsima. Volo ſanè, pauca de uſitatis legibus pręfatus, quibus tales actiones dãtur: ſtatim de lege quam accuſo, dicere. His enim prius auditis, reliqua facilius percipietis. Habetis, Athenienſes, receptis & approbatis ueſtris legibus, accuratè & euidenter deſcripta omnia quæ facienda ſint in legibus poſthac conſtituendis. Ac primùm omnium, tempus inſcriptum eſt, quo legem ferri oporteat. Deinde neq; ſic unicuique quidlibet agere permiſit legislator, ſed iubet autorem legis eam ante ſtatuas heroũ ſcriptã proponere, ut à uolentibus conſiderari poſsit. Deinde uult eandem legem ad oẽs pertinere. Poſtea, contrarias abrogari. deniq; alia, q̃ ad inſtitutum noſtrum fortaſſe nihil attinent. Quòd ſi quis horũ unum uiolarit, cuiuis dat accuſandi poteſtatẽ. Quod ſi non omnibus his Timocrates teneretũ, neq; cõtra hæc oia legẽ rogaſſet: unũ quippiã in eo accuſari potuiſſet. Nunc neceſſe eſt, ſingulis deſtinctis, ſeorſim de ſingulis explicari. Primùm igitur, in quo primum deliquit, id dicam: eum contra oẽs leges tuliſſe legẽ. Deinceps ordine cætera, prout uobis audire unumquodq; uiſum fuerit. Cape leges iſtas, & recita. Conſtabit.n. eum horum nihil feciſſe. Attendite, Iudices, dum leges recitantur. IVSSIO LEGVM. Primo ſenatus conuẽtu, die undecimo, poſtquã uota in populo peracta fuerint à præcone, ſciſcantur leges, primùm de ſenatorijs rebus, deinde de communibus, deinde de his quæ nouem uiris latæ ſunt, mox de reliquis magiſtratibus. Prima ſit autem dijudicatio, cui ſatis eſſe uideantũ leges ſenatoriæ, cui non uideantur. Deinde rerum communium eodem modo. Sed legum comprobatio fiat ſecundũ leges receptas. Quòd ſi quæ receptæ leges improbatæ fuerint, ſenatores, in quorũ adminiſtratiõe rogatio facta fuerit, de íprobatis legib⁹ poſtremã triũ concionũ indicãt. Pręſides uerò, q in ea cõcione p̃ſederint, neceſſario r̃ndeant: primùm poſt ſacra de legũlatoribus q̃bus cõditionibus

Ratio ferendarum legum.

Propoſitio: leges à Timocrate eſſe uiolatas.

ſedere debeant: & de argento, unde legumlatoribus ſit ſoluendum Legũlatores autem ex ijs deligant, qui Heliaſticũ iuſiurandum dederũt. Sin ſenatores non ad hoc præſcriptum concionem habuerint, aut pręſides non ad hoc præſcriptum reſponderint: mulctabitur ſenatorum unuſquiſque mille drachmis Mineruę ſacris. At præſidiũ unuſquiſque quadraginta drachmas debeat Mineruę ſacras. Liceat etiam eos apud ſexuiros ea actione poſtulari, qua in ærarium agitur, qui magiſtratum geſſerit. Sex uiri autẽ delatos introducant in iudicium ex lege, aut ne aſcendant in Areopagum, ut qui legum emendationem abrogẽt. Anteq̃ uerò concio ſit indicta, quicunq; Athenienſium legem ferre uoluerit: ante ſtatuas heroum ſcriptas, eas leges quas fert proponito, ut pro multitudine propoſitarum legum, ſtatuat populus de tempore legũlatoribus cõcedendo. Is uerò q nouã legem fert, in albũ relatã ꝓponat ante ſtatuas heroũ quotidie, donec cõcio indicatur. Deligantur aũt è municipijs, legib. patrocinaturi, quæ apud legumlatores abrogantur, quinq; uiri ex omnib. Athenienſibus, tertio idus mẽſis Iunij. Hæ leges oẽs longo iã tẽpore ſunt receptę, & ſępe ſui ſpecimẽ præbuerũt, ſe prodeſſe uobis: neq; hactenus quiſquã extitit, qui præclaras eas eſſe negaret. meritò. Nihil enim crudele, nihil uiolentum, aut libertati contrariũ imperant: ſed contra potius humaniter omnia, & populariter fieri iubent, ac primùm iudiciũ penes uos eſſe uoluerunt, num roganda ſit etiã noua lex, an ſatis eſſe ueteres putandũ. Deinceps, ſi decreueritis, eſſe rogandã, non ſtatim eam ferri iubent, ſed in tertiã concionem diſtulerũt. nec in ea ferri conceſſerunt, ſed conſiderare iuſſerunt, quibus conditionibus legũlatores conſtituere uelitis. Interiecto aũt tempore, mandarunt legem rogare uolentibus, ut leges exponãt ante ſtatuas heroum, ut quilibet eas cõſideret, ac ſi quid inutile uobis perſpexerit, indicet, atq; ꝑ ociũ refutet. Horum, quæ tam multa ſunt, nihil fecit Timocrates iſte. Nec enim legem propoſuit, neq; copiã fecit, ſi qs eam lectam uellet, refutãdi: neq; ullum tempus definitũ legibus obſeruauit. Sed cum concio, qua leges dijudicaſtis, tertio idus Iunij celebraretur, poſtridie ſtatim pridie

Collaudatio legum.

Decretũm Timocratis.

Idus legẽ tulit, eamq́; Saturnalibus: propterea q̃ ſenatu dimiſſo, per eos obtinuit, q uobis inſidiant̃ ut ſenatuſcon ſulto legumlatores conſtituerentur ꝑ ſpeciem Panathe negorum. Volo aũt uobis ipſum ſenatuſconſultũ recitare, quod ratum habitum eſt: ut intelligatis, ea oĩa ꝑ conſpirationẽ ab iſtis eſſe facta, nihilq́; fortuito accidiſſe. Cape ſenatuſconſultũ hoc, & lege eis tu. S.C. Præſidẽte tribu Pandionia, undecimo ſenatus conſeſſu & die: Timocrates dixit: ut & ſacris operari liceat, & ſumptuũ copia ſit: & ſi qd ad Panathenæa defuerit, ut ſuppeditetur: ut ſenatores Pandioniæ tribus, in craſtinum legumlatores creent legumlatores aũt ſint unus & mille numero, è iuratis. Leges aũt unà ferat etiã ſenatus. Nunqd animaduertiſtis inter legendum ſenatuſconſultum, q̃ callidè autor eius ꝑ ſpeciẽ adminiſtrationis, & urgẽtis feſti neceſſitatis, ſublato legitimo tẽpore, ipſe ſcripſerit, perendie leges ferendas eſſe? Non mediusfidius, non inquã ut aliquid in feſto pulcherrimè adminiſtretur. Neq; enim reliquum aut præteritũ erat qcquam: ſed ut nemine hoĩum prius animaduertente, aut refragante, ferretur & ſanciretur iſtis ea lex, qua de nunc agitur. Id quod hinc ꝑſpicitur: ſedẽtibus legũlatorib. de his quę de adminiſtratione & Panathenæis ſcripta ſunt, neq; meliorẽ legẽ, neq; deteriorẽ quiſquã tulit. At qbus de rebus neq; decretũ iubebat, & leges uetãt, Timocrates iſte ocioſè leges tulit: plus autoritatis habere ratus ſenatuſcõſulto q̃ legib? præfinitũ tẽpus, nihilq́; metuens, ſi uobis oĩbus feſtũ celebrãtibus, legeq́; lata, ne eo tẽpore uel priuatim, uel publicè alij alijs iniurias faciant, uel qcquam decernat̃, niſi ad feſtum pertineat: ipſe non unum aliquem è populo, ſed totã ciuitatẽ lædere uideret̃. An uerò ferendũ eſt, eũ ſcientẽ leges oẽs, quas pauloantè audiuiſtis, eſſe ratas: ſcientem item, eaſdem nõ ſinere ullum decretum aliud, tametſi legitimum fuerit, plus habere autoritatis: ſcribere & ferre uobis legem ex decreto quod ipſum etiã ſciebat contra leges eſſe factum? An non indignũ eſt, cũ ipſa ciuitas unicuiq; noſtrũm ſecuritatem præſtiterit, ne quid inſuaue aut acerbũ pateretur, hoc tempore feſto inſtituto: ipſam à Timocrate, ſecuritatem eandem non

Lex alieno lata tempore.

impetraſſe,ſed maximis in ipſo feſto iniurijs eſſe affectã.
Quod.n.maius ſcelus admittere priuatus homo poſsit,
quàm ſi leges publicas, quarũ præſidia ciuitatẽ cõtinẽt,
uiolarit? Eum igitur nihil eorũ quæ oportuerat & leges
iubent,feciſſe,ſuprà dicta intuẽtes,cognoſcere poteſtis.
Eum aũt non hac modò re peccare, ꝙ neglecto legibus
præfinito tempore, ereptaq́ꝫ uobis prorſus omni de his
deliberandi facultate, dum feſtum ageretur legem, tu-
lit:ſed ob illud etiã, ꝙ eam omnibus receptis legibus cõ
trariã obrogauit: ſtatim euidenter cognoſcetis. Age lege
mihi primum hanc legem,quæ apertè uetat,ne qua con
traria lex ſanciatur. Sin qs rogarit,accuſari iubet. Lege.
LEX. Receptarum uerò legum nullã abrogare liceat,
niſi apud legumlatores. Tum uero cuiuis Athenienſi li-
ceat abrogare, ſi qd aliud in eius locũ quod ſuſtulit,tu-
lerit. Pręſides aũt,de his legib⁹ ſuffragia ferãt,ac primùm
de uetere, aptá ne uideatur Athenienſi populo, an uerò
ſecus? pòſt de ea quæ rogatur. Vtrã uerò legũlatores cõ-
probarint,ea rata habetor. Contrariã uerò ferre legem
receptarum legum ulli, nemini liceat. Quòd ſi quis ab-
rogata lege aliqua uetere, aliam ſubſtituerit Athenienſi
populo non opportunã,aut è receptis legibus alicui cõ-
trariam: eum accuſari liceat ex lege quæ in eos lata eſt,
q legem non idoneã tulerint. Audiuiſtis legẽ. Cum aũt
noſtra ciuitas multis præclaris legibus ſit munita: ea eſt
huius legis pręſtantia,ut nulli poſtponẽda uideatur. Cõ
ſiderate quæſo q́ꝫ iuſtè,quamq́ꝫ populariter lata ſit. Non
ſinit receptis legib⁹ rogare cõtrariã,niſi uet⁹ fuerit abro-
gata quamobrẽ? Primùm,ut uobis iuſtè religioſeq́ꝫ pro-
nunciare liceat. Nã ſi quæ duæ cõtrariæ leges extiterint,
atq; alij aduerſarij apud uos cõtenderint ſiue publicis ſi-
ue priuatis de reb⁹, & uterq; uictoriã ſibi uendicet,lege
nõ eádem prolata: pro utroq; ferre ſententiã nõ utiq; li
cet. Qui.n.id fieret? neq; pro alterutro lata ſententia, iu-
riſiurandi religio ſeruať. Sententiam enim alterutri legi,
q̃ ſqdẽ perinde rata ẽ atq; altera, neceſſe eſt repugnare.
Hæc igiť legislator edixit,tum qa religioni ueſtræ caue-
re,tum ẽt quia uos legũ cuſtodię ẽſſe uoluit. Sciebat.n.
hoc,alias earũ cuſtodias in ſcripta relatas, multis licere

Laudatio legis.

Cõtrariarũ legum incõmoda.

Populus defenſor legum.

modis eludere patronis quos deligitis, poſſet aliqs perſuadere ut tacerent proponi iubet igiṫ, ut præſciant oẽs. Nam fieri fortaſſe queat, ut eos qui refragati fuiſſent, lateret aliqd, ſi legem nõ prius cognitã habuiſſent: alij minus attentè fortaſſe legerent. Sic uerò, quilibet eã accuſare poteſt, id qd & ego nunc feci. Quod ſi qs eum qui hic ſe opponeret, amoueret: uerba data eſſent ciuitati. Quæ igitur ſola cuſtodia eſt & iuſta & firma legum? Vos populus. Nec.n.uobis, quo minus ſtatuatis & ꝓbetis meliora, id quiſquam extorquere queat, neq; ſi quẽ amouerit & corruperit, perſuadere, ut deteriorẽ legem anteferatis meliori. Propter hæc oia, oẽs iniuriarum uias obſtruit, repagula obijcit, & aditu eos q uobis inſidiantur, prohibet. Hęc oia Timocrates ita præclarè iuſteq; conſtituta ſuſtulit, deleuit, quantũ in ipſo fuit, & legẽ rogauit, oibus (ut paucis dicam) legibus contrariã. neq; eam collatã cum alijs ex aduerſo legit, nullã abrogauit, non optionẽ dedit: non qcquam fecit, quod fuiſſet ex officio faciendũ. Eum igiṫ accuſationi eſſe obnoxiũ, lege rogata quæ eſt contraria cæteris, oẽs uos ꝓſpexiſſe arbitror. Vt autem ſciatis, quibus legibus uiolatis & repudiatis, qualem legem obtruſerit iſte, legetur uobis primũ iſtius lex, deinde reliquæ qbus hæc eſt cõtraria. Recita. LEX.

Pandionia tribu præſidente, duodecimo ſenatus die Timocrates retulit: ſi qs ærarius, ſiue ex lege, ſiue ex decreto, uinculis eſt dãnatus: ei liceat, aut alij pro eo, conſtitutis uadibus à populo cõprobatis, ſe bona fide argẽtum quo mulctatus eſt, ſoluturũ, carcerẽ egredi. Præſidibus uerò, ſi qs uades dare uoluerit, neceſſe ſit ratos habere. Is uerò q uades conſtituerit, ſi reddiderit ciuitati argentum, à uinculis immunis eſto, eo nomine q̃ uades dedit. Sin argentũ haud numerarit, uel ipſe uel uades, nono ſenatus conuentu: is q per uades liberatus fuerat, uinciaṫ, uadium uerò bona publicentur. De redẽptoribus uerò uectigaliũ & ſponſoribus, & ea colligentibus, illis item q mercede conducunt prædia, eorumq; ſponſoribus: liceat ciuitati pẽſiones exigere ſecũdum receptas leges. Quòd ſi qs nono ſenatu mulctatus fuerit: ſequentis anni nono ſenat⁹ aut decimo cõſeſſu ſoluat. Legẽ audiuiſtis:

hoc uerò ex ea mihi primũ memineritis, q̃ ait, ſi qs ærariorũ uinculis eſt dãnatus, aut in poſterũ dãnabit. Deinde q̃ exceptis publicanis & redẽptoribus, eorumq́; ſpõſoribus, ſua lege uti iubet. Oĩno n. eſt oĩbus contraria legibus, idq́; ipſis legibus auditis, maximè cognoſcetis. Recita. LEGES. Diocles iubet leges ante Euclidẽ latas in republica, & quæcunq; ſub Euclide latæ ſunt, & in tabulas relatę, ratas eſſe. Quæ uero poſt Euclidẽ latæ ſunt, & deinceps ferenť ſingulæ, niſi ſi cui adſcriptũ eſt tp̃s quod * debeat geri magiſtratus. Aſcribat aũt nũc receptis ſcriba ſenatus, * intra triginta dies In poſterũ, q̃cunq; ſcribæ fungiť officio, ſtatim adſcribat, legem eſſe ratã ab eo die quo lata fuerit. Cũ receptę leges, Athenienſes, præclaræ ſint, hęc modò recitata lex, ueluti diſtinxit eas & confirmauit. Iubet. n. unamquanq; ab eo die quo lata fuerit, eſſe ratã, niſi ſi cui adſcriptum fuerit tempus * huic uerò, ſcriptũ imperare: quamobrem q̃a multis legibus adſcriptum fuerat: lex hęc rata eſto, tum demum ubi huic prætori alius ſucceſſerit. Is uerò q poſt eas, legẽ hanc tulit iã recitatam: non æquũ cenſuit, eaſdẽ leges q̃ iubentur poſterius q̃ latæ ſunt, ratæ eſſe, referri ad eum diem à quo latæ eſſent: neq; prius habẽdas eſſe ratas, q̃ cuiuſq; autor poſtulaſſet. Huic legi conſiderate q̃ contraria ſit ea, quam iſte tulit. Nam illa iubet legem, ſiue à præfinito tpe, ſiue ab eo die quo lata fuerit, ratã eſſe. Iſte uerò ſcripſit, & ſi quis damnatus fuerit: de præteritis loquens, neq; idipſum definijt, adſcripto p̃tore à quo: ſed fecit, non modò ab iſto die quo legẽ tulit, ratã, ſed ẽt ab eo tempore, antequã noſtrũ quiſquam naſceretur. Nã omne præteritum tempus, quod infinitum eſt, unà comprehendit. Atqui te opportuit Timocrates, aut iſtã nõ ſancire, aut illã abolere: & non, ut tuę libidini ſatisfieret, conturbare oĩa. Lege aliã legem. LEX. Neq; de ignominioſis priſtinã eis dignitatẽ reſtituendã eſſe, neq; de his qui diuis debent, aut ærario Atheniẽſium de remittẽda mulcta, * aut ordine: niſi prius decreuerint Athenienſes ſex millibus non pauciores, licere id: q̃bus occultè decernentib⁹ ita fuerit uiſum. Tũ uerò domũ referre liceat, quaten⁹ ſenatui populoq́; uiſum fuerit. Alia hęc lex eſt, q̃

χρόνος ὅντινα δεῖ ἄρχειν. τριάκοντα ἡμερῶν.

τάττω δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν.

Collatio cũ lege Timocratis

ἢ τάξεως.

Collatio cũ lege Timocratis

de ignominioſis & ærarijs referre uetat, aut rñdere, de ære alieno cõdonãdo, aut ordine, niſi ptãs data fuerit, eáque nõ paucioꝝ q̃ ſex milliũ decreto. Iſte uerò palã ſcripſit, etſi qs ærari⁹ ad uincula ſit dãnatus, remitti ei licere, ſi mõ uades dederit: neq; de hiſce qcq̃ addidit, quãuis ei ptãs dicẽdi data nõ ſit. Cũ aũt lex nec impunitatẽ ade pto licẽtiã det ſuo arbitrio qduis decernẽdi, ſed ea dũtaxat, q̃ ſenatui pplóq; pbata fuerint: iſti ne hæc qdẽ iniuria ſatis fuit, ipunitate nõ data, dicere & legẽ ferre hiſce de reb⁹, ſed inſup ẽt, nulla hoꝝ apud pplm facta mentione, occultè, dimiſſo ſenatu, alijs pp feſtũ ferias celebrãtibus, clãdeſtinè legẽ obtruſit. Atq oportebat te, Timoc. quũ legẽ, quam mõ recitaui, ſcires, ſi ritè agere uelles, primũ referre ad ſenatũ. Deinde rogare pplm: & ſic, ſi oib⁹ Atheniẽ. uideret, ſcribere & legem ferre de iſtis, idq́; ſic tpe legitimo expectato: ut reb⁹ in hũc modũ adminiſtratis, etſi qs oñdere conaret, eã legẽ non eſſe è repub. ſaltẽ nõ inſidioſè egiſſe uidereris, ſed opiniõis errore decept⁹, impegiſſe. Nũc, qm̃ & clãculũ, & ſubitò, & cõtra leges, iſtã legẽ in cęteras intruſiſti potius q̃ tuliſti: oẽm tibi poſtulandæ uenię cãm ademiſti. Nã his q peccãt inuiti, uenia cõcedi debet: nõ his, q de induſtria & ex inſidijs delinquũt. id qđ te nũc facere cõſtat. Sed. n. de his mox dicam: iã uerò, ſequentẽ recita legẽ. LEX. Si qs ſupplicarit in ſenatu, aut apud pplm ijs de rebus, pp quas uel iudiciũ, uel ſenatus, uel ppls aliquẽ dãnauit: ſi ipſe ærarius, priuſq̃ ſoluerit, ſupplicarit: actio in eũ det, pinde ac ſi qs ærarius in Heliæã ſe ingerat. Sin qs alius pro ærario interceſſerit, priuſq̃ is ſoluerit, bona eius oia publicentur. Sin præſidum aliqs, * dederit alicui ſuffragioꝝ ius, ſiue ipſi ærario, ſiue alicui pro eo deprecãti, priuſq̃ ſoluerit, ignominioſus eſto. Difficile fuerit, Athenienſes, de oibus legibus, quibus iſte contraria decreuit, differere. Si tñ de ulla dicere operępreciũ eſt, de hac, q̃ modò eſt recitata, fuerit in primis. Nã q legem hanc, Athenienſes, tulit, norat humanitatẽ & clementiam ueſtram, & pp hãc uidebat in multis rebus uos ultrò iam aliqñ magna damna feciſſe. Ne igitur ullã cauſam relinqueret, qua reſpublica læderetur: eos q conuicti legibus, ſñia iudicióq; iniuriarũ

Quid fieri oportuiſſet.

Vltrò peccãti negãda uenia.

δῷ τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν

Interpretatio legis quæ uidetur eſſe acerbior.

dānati eſſent, ueſtra facilitate frui noluit, arrepta occaſione deprecādi, & uobis in malis ſupplicādi: ſed in uniuerſum interdixit, ne uel ipſe, uel quiſquā alius, pro talibus uel uerba faceret, uel intercederet: ſed ut oēs, iuſta q̄ ſunt, ſilētio exequerent. Si qs igitur uos roget, utris potius obſequi malletis, quacunq; tandē in re: ſupplicātibus, an imperātibus: Scio uos, ſupplicātibus, reſpōſuros. hoc.n. bonitatis eſt, illud ignauię. At leges oēs imperant, qd faciēdū ſit: * at ſordidati & oliuā p̄tendētes, ſupplicāt. Quod ſi ſupplicare nō licet, legem cū qua mandatū coniunctū eſt, inculcare licebit? Equidē nō opinor. Etenim turpe fuerit, q̄ nec gratificādi ſtudio cōdonanda cēſetis: in his ipſis inuitis nobis, ea ſinere cōfici, q̄ quidā uolunt. Recita legē q̄ hanc ordine ſequitur. LEX. Quibus de rebus iudicium prius factum, aut rationes relatæ, aut ſuffragia lata ſunt, ſiue in iudicio, ſiue priuatim ſiue publicè: aut qua de re publicum decretum interceſſit: de his ne actio detur in iudicio, neq; nouemuiroꝵ quiſquā decernat, neque accuſare ſinant ea q̄ leges interdicunt. Timocrates uerò tanquā teſtimoniū ſuarū iniuriarū ſcriberet, ſtatim initio ſuæ legis his cōtraria tulit. Nam illa nō concedit, q̄bus de rebus ſemel in iudicio ſit lata ſententia, de his denuò referre, aut reſpōdere. Iſte uerò ſcripſit, etiāſi quis aut decreto dānatus fuerit, ut ei populus reſpondeat, ut & iudicio decreta tollantur: & ærarius uades det. ac lex q̄dem uetat, ne uel nouemuiroꝵ quiſquā, p̄ter hęc quicquā decernat: iſte uerò ſcripſit, p̄ſidibus eſſe neceſſe, ſi quis uades dederit, eum producere. atq; adſcripſit, quādocunq; qs uoluerit. Aliā legem recita. LEX. Iudicia & arbitria, q̄cunq; legitima ratione facta ſunt in libera republica, rata habentor. Negat hoc Timocrates, nō utiq;, inquit, illis, q̄dem q uinculis ſunt damnati. Recita. LEX. Quæcunq; ſub triginta tyrannis acta ſunt, aut iudicia facta, ſiue priuatim, ſiue publicè, irrita ſunto. Deſine. Dicite mihi, q̄d'nam omnes uos immaniſſimum diceretis? aut q̄d maximè abomineminí? non'ne id, ne talis rerū ſtatus ingrueret, qualis ſub triginta tyrannis fuit? Ego q̄dem ſic opinor. Hæc igitur lex, id, ut mihi uidetur, uerita, uetuit acta illoꝵ tempoꝵ rata haberi. At iſte q̄ libera ciuitate geſta ſunt, ea eiuſdē iniqui-

A minori.
Supplicare.
Imperare.

εἰ τιθέντες δὲ τὰς ἱκετηρίας, δέονται.

Collatio cum lege Timocratis.

A Timocrate iudicū ſententias tanquam acta tyrannorum reſcindi.

taris condẽnauit, cuius uos triginta tyrãnos: æquè certè irrita facit. At quid dicemus Athenienſes, ſi legẽ iſtã confirmabimus? utrum iudicia, q̃ dum ciuitas à populo regitur, iuratis iudicibus cõplentur: eadẽ graſſari uiolentia, q̃ ſub triginta tyrãnis fuit uſitata? Eſt uerò id ferendũ? An ritè ſancita & decreta eſſe? Quamobrem igitur legẽ, qua illa abrogentur, nos ferre dicemus? niſi hoc aliquis dicat, ex inſania. Aliud enim dici nõ poteſt. Recita aliam legẽ.

LEX. Neq; cuiquã in unius uiri gratiam legẽ ferre liceat, niſi eadẽ ad omnes Athenienſes pertinere poſſit, decreto facto à nõ paucioribus q̃ ſex millibus, qbus id uiſum fuerit clàm decernentibus. Non admittit legẽ, niſi eadem ad omnes ciues pertineat, in quo rectè & populariter loquitur. Vt.n. reliquarũ rerum ciuitatis æquam partẽ omnib9 tribui uult, ſic etiam legum. Propter quos uerò iſte legem hanc obtruſerit, uos non minus q̃ ego intelligitis: & ut hoc omittã, ipſe cõfeſſus eſt, ſe non propter omnes legem eandem tuliſſe: cũ aſcripſerit, lege hac utendum eſſe: publicanis & mancipibus & talium rerũ ſponſoribus exceptis. Quod ſi qui ſunt quos ſegregas, non iam eandẽ legẽ tuliſti omnibus. Atqui nec illud dicere queas, inter eos q uinculis damnentur, plurima uel maxima eſſe delicta publicanorũ: proinde illos ab hac lege ſolos excludi. Multo enim profectò magis iniurij ſunt, qui publicũ aliquod munus perfidè adminiſtrant, aut parentes malè tractant, aut pollutis manibus forum ingrediuntur: quibus omnibus receptæ leges uincula minantur, tua impunitatẽ largitur. Hic iterum prodis, in quorũ gratiam eam tuleris. Nam quia illi non ob uectigalium redemptionem, ſed ex peculatu, uel rapina potius pecuniæ debent: ob id opinor publicani tibi curæ nõ fuerunt. Poſſunt præterea multæ & bonæ leges oſtendi, quibus omnibus iſta aduerſatur. Sed ego fortaſſis, ſi de omnibus diſputare uelim, temporis anguſtijs excludar, quo minus indicem, legẽ eam prorſus non eſſe è republica. Videri autem uobis æquè iniqua debet, ſi uni duntaxat receptarum legum aduerſetur. Faciendum igitur uidetur, ut omiſſis alijs, ubi ea de lege quã iſte ipſe prius tulit, diſſeruero, tandẽ ad illam accuſationis partem accedam, qua oſtendam legem iſtã, ſi confirme-

ἀποδιώξει.

Timocratis lex alteri eius legi cõtraria.

tur, magnas clades reipublicæ allaturam. Legem igitur, aliorũ legibus contrariam obtruſiſſe, iniquum eſt, uerùm alium accuſatorem poſtulat. Sed legi ab iſto ipſo prius latę, ferre contrariam: id uerò iam ipſum accuſatorem ſui facit. Quod ut fieri ſciatis, legetur uobis ipſa lex, quã iſte tulit, ego uerò tacebo. Recita. LEX. Timocrates retulit, quicunqȝ Athenienſium, ex delatione apud ſenatum, aut nunc in carcere ſunt, aut deinceps eò conijcient, quorum damnatio à ſcriba ſenatus Sexuiris ex delatoria lege tradita nõ fuerit: placeat ſexuiris, undecimuiros intra trigeſimũ diem in iudicium introducere, ex quo eos acceperint, niſi publicè aliquid impedierit. Sin minus, cũ primũ id fieri poterit. eos uerò accuſato, quicũqȝ Athenienſium uoluerit, qbus id licet. Quod ſi conuictus fuerit, Heliæa litem illi ęſtimet, quid'nam uel luere uel ſoluere debere uideatur. Sin mulcta pecuniaria ei dicta fuerit, in uinculis teneatur, quoad id ſoluerit quanti cõdemnatus eſt. Auditis, Iudices? Recita eis hoc ipſum denuò. LEX. Sin mulcta pecuniaria ei dicta fuerit, in uinculis teneatur, quoad ſoluerit. Deſine. Poſſet'ne quiſquã duo magis contraria decernere, q̃, damnatos tenendos in uinculis, donec mulctam ſoluerint: & eoſdem, datis uadibus, nõ uinciendos? Sic igitur Timocrates accuſat Timocratem, nõ Diodorus, neqȝ quiſquã alius noſtrûm in tanta multitudine. At à qbus ſordibus & corruptelis uobis alienus uidebitur, aut quid lucri cauſa nõ ſubiturus: qui ipſe legẽ ſuæ contrariam ferre nõ dubitarit, cũ leges, etiam aliorũ legibus ferre contrarias interdicant? Nam mihi qdem, q̇ eius impudentia eſt, quiduis ſuſcepturus eſſe cupidè uidetur. Quẽadmodum igitur alios facinoroſos, q̧ ſcelera fatẽtur, ſine iudicio puniri leges iubent: ſic etiã iſte, quandoquidẽ leges malitioſe rogare & abrogare deprehenſus eſt, non facta dicẽdi poteſtate, nec eius excuſationibus auditis, cõdemnandus erit. Nã illa altera priore lege faſſus eſt, ſe iſta cõtraria ferenda, peccare. At cũ & cõtra has leges, & cõtra ſupradictas, ac propè dixerim uniuerſas, qbus in hac republica utimur, iſtã tuliſſe legem: uobis oĩbus pſpicuũ eſſe puto. Miror autem qd'nam ad hęc dicturus ſit. Neqȝ enim ſuam legem reliquis contrariam nõ eſſe, oſtendere

Puniendum Timocratem.

Non dandam ueniam Timocrati.

poterit: nec perſuadere, ſe hominem rerum imperitum, errore & inſcitia peccaſſe. Iam olim enim omnes eum uiderunt mercede & ſcribere, & ferre leges. Neq; illud etiam habet, ut iniuſtè factum fateatur, ſed ueniam tamen impetrare ſtudeat. Nec.n. inuitus, nec pro calamitoſis, nec pro cognatis & neceſſarijs ſuis eum hanc legẽ tuliſſe conſtat: ſed uolens in eorum cõmodum tulit, qui magnis iniurijs uos affecerunt, nullaq; ſibi neceſſitudine coniunctis, niſi fortè illos ſe cognatorum habere loco dicet, a' qbus mercedem accipiat. Nunc legẽ eius, nec uobis opportunã eſſe, neq; cõducibilem, oſtendere conabor. Arbitror igitur cõſitendũ eſſe omnibus, probã legẽ, & multitudini profuturam, primũ ſimpliciter, & omnibus æquè apertè ſcriptã eſſe oportere, ne eam alius aliter interpretur. Deinde fieri poſſe oportere ea q̃ iubeat. Nã ſi p̃clarè cõſtituta ſit, ſed aliquid tamẽ quod fieri nequeat, ꝓponat: id uoti potius, q̃ legis fuerit officium. Præterea oportere nemini delinquenti quicquã dare licentiæ. Nã ſi quis id eſſe populare putat, ut lenes ſint leges: is id quoq; in eis cõſideret, quibus eas eſſe tales oporteat. Quod ſi rectè cõſiderabit, inueniet, eam lenitatẽ ad reos, nõ ad dãnatos pertinere. Nã de illis incertũ eſt, an ſit alicui calumnia facta p iniuriam: his autẽ nulla ratio reſtat, quo minus ſe improbos eſſe fateantur. At horum, q̃ ego nunc recenſui, nihil omnino legem iſtã cõplecti palàm eſt, ſed ordine contraria omnia. idq; multis argumentis doceri queat, in primis uerò ſic, ſi lex ipſa quã iſte tulit, percenſeatur. Non.n. alia eius pars probanda eſt, alia improbanda: ſed tota à prima ſyllaba uſq; ad extremã, uos oppugnat. Cape ſcripturã hanc, & uſq; ad primã partem, recita legem. Nã facilime ſic tum ego docebo, tum uos mea dicta aſſequemini. LEX. Pandionia tribu p̃ſidente, primo ſenatus conuentu, duodecima die p̃ſidum, cenſuit Ariſtocles Mirrhynuſius, Timocrates ſententiam dixit. Tametſi aliquis ærarius ſiue legibus, ſiue ſenatuſcõſulto dãnatus eſt, aut in poſterũ dãnabitur: ei pro ſe, aut alij pro eo ſponſores cõſtituere liceat. Deſine. mox enim ſingulatim omnia leges. Hoc omnium ferè, Iudices, q̃ lege cõtinentur, eſt indigniſſimũ. Arbitror enim cæterorum hominum neminem alium auſurum, dum

Legem Timocratis non eſſe è republica.

Lex debet eſſe perſpicua, facilis, ſeuera.

1. Lex Timocratis reſcindit res iudicatas.

legem ferret ad uſum ciuium, conari, ut iudicia prius receptis legibus rata habita, labefactaret. At hoc iſte Timocrates impudenter, neq; diſsimulãter fecit. cum apertè ſcripſerit, tametſi aliqs ærarius ſiue legibus ſiue ſenatuſconſulto uinculis addictus eſt, ſiue in poſterum addicetur. Ac de futuris quidem, ſi quid uobis utile ſuaſiſſet, haud peccaſſet. At qbus de rebus iudiciũ ſtatuit, ac cõtrouerſiam diffinijt, an non importuniſsimè agit, qui legem promulget, qua lege res illæ reſcindant? id quod perinde eſt, ac ſi quis iſtius hac lege non abrogata, ſcriberet aliã, in hanc ſnĩam: Tametſi ærarij aliqui uinculis addicti, uades dederint iſtius lege: non tñ eis ſpõſio proſit, neq; quenquam in poſterum liberari ſponſione fas eſto. Sed neq; hæc quiſquam ſanæ mẽtis opinor faceret:

II *Cõfundit præterita cum futuris.* & tu illis iudicijs abrogatis, ius uiolaſti. Decuiſſet. n. eũ, ſi rem iuſtam eſſe cenſuiſſet, ferre legem de rebus in poſterum futuris, & non in unum uelut aceruum coniectis futuris cum præteritis, & incertis cũ perſpicuis delictis, deinde ſnĩam eandem ſcribere de omnibus. Quid uerò iniquius, q̃ idem ius tribuiſſe his, q cõuicti ſunt ſe prius læſiſſe rempublicam: & illis, de quibus obſcurum eſt, an commiſſuri ſint aliquid iudicio dignum? Inde etiam per-

III *Oligarchiæ quàm democratiæ congruentior.* ſpicitur, quàm peruerſè egerit lege de pręteritis ferenda, ſi conſideretur, quid tandem ſit quo lex à paucorum dominatu diſtinguitur: item, quid'nam ſit, cur hi qui legibus parere uolunt, modeſti & boni ciues perhibeantur: qui oligarchijs, effœminati et ſerui? Reipſa comperietur, expeditiſsimum hoc eſſe reſponſum, quòd in oligarchijs unuſquiſque tum acta reſcindẽdi, tum de futuris pro ſua libidine ſtatuendi habeat autoritatem. At leges de futuris enunciant, quid faciendum ſit, ita latæ, ut populo ſimul etiam perſuaſum ſit, profuturas eſſe eas his, qui eis uti uelint. Timocrates uerò cum in libera ciuitate leges ferret, oligarchiæ iniquitatem in ſuam legem tranſtulit, deq; præteritis rebus plus ſibi iuris arrogauit, q̃ iudices habuerint qui condemnarunt. Neq; in hoc ſolo inſolenter ſeſe geſsit, ſed ſcripſit etiam, ſi quis in poſterũ quoq; uinculis addicat̃, licere ei datis uadibus, ſe bona fide reipublicę ſatisfacturũ, carcere liberari. Atq; ſi uinciri graue

putabat, nemini ſic æſtimare litem debuit, ut uinculis liberaretur, qui uobis uades dediſſet, niſi prius hoc diſtinxiſſet: Si uos eum uinculis damnaſſetis, & damnatus tamen non hoſtili in uos odio eſſet: tum demum ſponſione liberandus fuit. Nunc, ueluti oſtentaret, tametſi uobis uiſum fuerit aliquem uinciri, eum ſe dimiſſurum: in hūc modum legem tulit. Num igitur talis lex è republica eſſe uidetur, quæ plus autoritatis ſibi uendicat, q̃ iudicium? & iuratorum cognitiones ſoluere iniuriatos iubet? Ego quidem non opinor. At iſtius lex hoꝶ utrumq; complectīt. Proinde ſi uobis ſingulis reſpublica & libertas curæ eſt, & ſuam ſnĩam, quam iuratus dixerit, ratam eſſe oportere putat: abroganda huiuſmodi lex, non perferenda nūc fuerit. Neq; uerò ſatis habuit iudicijs autoritatē æſtimaꝶ daꝶ litium eripuiſſe: ſed quæ iura ipſe in lege deſcripſit, & ærarijs impoſuit: ne hęc ipſa quidem ſimpliciter aut citra fraudem ſcripſiſſe deprehenditur: ſed ut is qui uos q̃ egregiè decipere, & circūſcribere ſtudeat. Conſiderate quō ſcripſerit: Timocrates retulit, inquit, Tametſi aliqs ærarius, uel lege uel ſenatuſconſulto ſit uinculis damnatus, aut in poſterum damnetur: ei liceat ipſi, aut alteri pro ipſo, uades à populo comprobatos conſtituere: ſe bona fide ſoluturum. cogitate quō à iudicio & à damnatione ſontem ſuffuratus, ad populum tranſilierit, atq; extorſerit, quo minus undecimuiris tradatur? Quis magiſtratus ærarium tradet? Quis ex undecimuiris recipiet, cum lex iſta iubeat, apud populum conſtituere ſponſores: & fieri nequeat, ut uno eodemq; die & concio & iudiciū habeatur: & nuſquam iſte iubeat cuſtodiri reum, donec ſponſores conſtituerit? At quánam de cauſa perſpicuè grauatus eſt aſcribere: magiſtratus condemnatum interim cuſtodiat, dum uades conſtituerit? An uerò iuſtum non eſt? Satis ſcio, uos omnes confeſſuros. Num alicui legi aduerſatur? non, quin potius cum legibus conſentit. Quid tandem fuit? nihil aliud inuenietis, niſi q hoc ſpectauit, nō ut mulctæ à uobis inflictæ ſoluerētur, ſed ut à uobis damnati, pœnas non darent. Deinde quō ſcripſit, poſtea conſtituendos eſſe ſponſores? ſe bona fide ſolutuꝶ æs alienum quod debuerit. Hic iterum ſacræ pecuniæ decuplum pu-

IIII *Iudiciū autoritatē labefactat.*

τίμημα. ἀργύριον. τὸ γιγνόμενον. ὃ ὤφλεν.

blicæ, quę legibus dupla ſolui iubetur, dimidiam partem ſuſtulit. Id quomodo facit? pro AESTIMATIONE poſuit ARGENTVM, pro QVOD ACCEDIT, QVANTVM DEBVIT. Quid uerò intereſt? Siquidem ſcripſiſſet, conſtituendos ſponſores, ſe bona fide litis æſtimationem, quanti ea eſſet, cum acceſſionibus uelle ſoluere: una comprehendiſſet leges, quibus alia debita decupla, alia dupla fiunt. Hinc igitur neceſſe fuiſſet debitoribus, tum id quod eſſet ſcriptum, ſoluere, tum & legibus adiectas mulctas numerare. Nunc, cum talem uadium conſtitutionem decernat, qua ꝑmittat ærarius, ſe argentum qđ debuerit, bona fide ſoluturum: ex accuſatione et ſcriptis, quibus unuſquiſq; in iudicium pertractus eſt, ſolutionē fieri iubet. In quibus omnibus id argentum, quod quiſq; debuit, ſimplum eſt perſcriptum. Deinde tanta re, tranſpoſitione uerboꝝ, ſublata, adſcripſit, neceſſe eſſe ut præſides comprobēt, ſi quis uades dare uelit: contra omnes leges exiſtimans cōſeruandum eſſe ſontem, & apud uos damnatū. Nam quū ei uadiū conſtitutionem quolibet tpe liberam fecerit, facultatem dedit, ne qd unq; ſoluat, neq; tñ uinciatur. Quis.n.non inueniet uiles hoīes, quos; ubi uos improbaueritis, liberetur? Nam ſi qs eum, ut qui uades non dederit, in uincula poſtulabit: ſe et dare, & daturū dicet, & iſtius legem ꝓferet, quæ, cum ipſe uelit, cōſtituere uades iubeat, interim cuſtodiri: & ſi uos uades improbetis, in uinculis eſſe, non iubeat. Sic iſta lex re uera quoddā pręſentiſſimum remediū eſt hoībus iniuriaꝝ ſtudioſis. Ei uerò qui uades cōſtituit, ſi reddiderit ciuitati argētum, ꝑpter qđ uades dedit, abire, inqt, liceat uinculis. rurſus hic à malitia ſua nō diſceſſit, de qua paulo antè dixi: nec ſui oblitus eſt, neq; ſcripſit æſtimationē litis cum acceſſione, ſed ubi reddiderit argētū qđ debuerat, ut uinculis liberet. Sin argentū non numerarit, uel ipſe, uel uades, nono ſenatus cōuentu: ut is qui ſponſione liberatus eſt, in uincula conījciat, uadiū bona publicent. In hoc extremo capite, ipſe ſeſe iniuriaꝝ maniſeſtè dānat. Non.n. in uniuerſum, quaſi id turpe aut nefas exiſtimarit, ullū ciuem uinciri uetuit: ſed eā occaſionē, qua ſontem corā cōprehendere licebat, ſuffuratus, nomen ſupplicīj ſumendi

Mulctas omnino tollit.

Clauſula legis doloſa.

uobis affectis iniuria,reliqt,rem ipſam ſuſtulit: & his qui ueſtram pecuniam ui detinent, impunitate ꝓpoſita, tantùm non adſcripſit, licere illi diem dicere iudicibus, qui uinculis addixerint. Cum autem multa & intolerabilia ſint,quæ legi inſeruit,id quod maximam indignationem meretur,iam uobis dicam. Nam quæ per totam legẽ dicit,ad eum pertinent omnia qui uades conſtituerit. Et uerò qui non conſtituerit neq; meliores,neq; deteriores,ac deniq; nullam ueſtri rationem habuerit:nullam neq; pœnam,neq; ultionem adſcripſit,ſed tantam dedit impunitatem,quanta maxima dari poteſt. Nam & tempus uades cõſtituenti diffiniuit,nonum ſenatus conuentũ,idq́; inde poteſt intelligi:adſcripſit,publicanda eſſe bona uadium,ſi quis non ſoluerit. Eius uerò qui uades nõ dedit, nulli utiq; uades eſſe poſſunt.ac præſidibus à uobis ſorte delectis ad iudicandũ,neceſſitatem impoſuit,ſi qs dederit recipiendi:rempub. lædentibus nullã adſcripſit neceſſitatem,ſed tanq; bene meritis optionem dedit, utrũ dare pœnas debeãt,nec ne. Quę'nã igitur lex iſta minus utilis,aut improbior excogitari queat? quæ primũ de his qui antehac in iudiciũ adducti fuerãt,cõtraria ueſtris ſententijs imperat. Deinde,quũ ijs qui in iudicium adducendi ſunt,litem æſtimare iubeat iuratos iudices:ęſtimationes facit irritas, pręterea ęrarijs aditũ ad magiſtratus relinqt,ea quę oportuiſſet,nõ ſoluentibus? Eò deniq; uos redigit,ut fruſtra iurare,ęſtimare,iudicare,iraſci,oĩa facere,uos oſtendat? Eqdem exiſtimo Critiã,qui fuit unus è triginta tyrannis, ſi quam ferre legem uellet, non aliam fuiſſe laturũ. Iam totam confundi rempub. & omnia negocia deſtrui lege iſta, & multa ornamenta noſtræ ciuitatis aboleri:id quoq; uos facilè puto cogituros. Neq; ènim ignoratis,noſtram urbem expeditionibus ſæpe ſeruari tum naualibus,tum pedeſtribus: & uos multa memorabilia geſſiſſe iam, alijs conſeruandis, alijs puniendis, alijs reconciliandis. Hæc uerò quo pacto adminiſtranda ſunt? per ſenatuſconſulta & leges, ut alij tributa pendere, alij triremes inſtruere, alij nauigare, alij ſingula quæ opus ſunt, præſtare iubeantur. Quæ uti fiant, & in iudicijs frequentes adeſtis, et ad uincula damnatis

Conſtitutio uadium.

VI *Lege Timocratis totã confundi rempublicam.*

ordinis perturbatores. Cōſiderate uerò pręſtantis iſtius uiri legem, quātopere impediat hæc, & corrumpat. Scriptum eſt in eius lege, tametſi ærarius aliquis uinculis ſit damnatus, aut etiam in poſterum damnetur, ei licere, cōſtitutis uadibus, ſe bona fide nono ſenatus conuentu, argentum ſoluturum, exire uinculis. Vnde igitur commeatus ſuppetet? quo modo mittetur exercitus? quo pacto pecuniam exigemus, ſi unuſquiſq; debitor uades dabit ex iſtius lege, officium nemo fecerit? Nunquid dicemus Gręcis: Timocratis lex eſt apud nos. proinde nonum ſenatus cōuentum expectatote, tum demum egrediemur? hoc.n. reliquum eſt. Quòd ſi noſtra ciuitas erit defendēda, num putatis hoſtes, improboꝝ ciuium tergiuerſationes & eluſiones improbas expectaturos? ſi leges, quę ipſam urbem impediunt, tuleritis, et rationi utilitatis repugnantes: nunqd officio ulla ex parte fungemini? Atqui præclarè nobiſcum agi putandum, ſi, cum omnia fuerint in officio, nec ulla talis lex īterturbet, hoſtes ſuperemus, & tum celeritatem, tum occaſiones belli non deſeramus unquam, ſed pleno gradu conſequamur. Quòd ſi eam te legem tuliſſe conſtat, qua tales res abolentur, quę noſtrę ciuitatis ſplendorem & maieſtatem ubiq; auxerunt: an non quouis ſupplicio iure afficereris? Inſuper, Athenienſes, uectigalia tollit, tum ſacra tum publica: qđ quō fiat, ego dicam. Eſt uobis rata lex, & præclara, ut ſi qua alia, ut qui tam ſacram, q̃ publicam pecuniam tenent, eam in curia numerent. Sin minus, ut eam ſenatus exigat ijs legibus, quæ in publicanos latæ ſunt. Per eam aūt legem cōmunia adminiſtrant. Nam quę in conciones, in ſacrificia, in equites, aliaſq; res inſumuntur: huius legis omnia beneficio comparantur, et ſuppeditāt. Cum enim uectigalium reditus, ſumptibus urbis haud ſufficiant: * adiectiones quas uocamus, huius legis metu numerant. Qui poterit igitur fieri, quin totius ciuitatis ſtatus labefactet, cum & uectigaliū reditus non ſufficient ſumptibus, multáq; non explebunt: & ne hos ipſos qdem, niſi ſub anni exitum, exigere licebit? et eos qui adiectiones non ſoluerint, neq; ſenatus neq; iudicū autoritas uinciet: quin ipſi ſponſores conſtituent uſq; ad nonum ſenatus conuentum?

περὶ ἱερᾶς καὶ τ̃ ὁσίας διοικήσεως ἀναίρεσις.

* προσκαταβλήματα.

tum? at octo prioribus quid agemus? Age dic Timocrates: non conueniemus & conſultabimus, ſi quid erit opus? Sin minus, num libertatem reipublicę retinebimus? Non iudicia de criminibus, tum publicis, tũ priuatis pronunciabunt? qui porrò portus, quod cõfugium patebit, his, quibus iniuriæ fiunt? Nõ conueniet ſenatus, neq; sancita legibus adminiſtrabit: & quid erit reliquum nobis aliud, niſi ut ſeruitute opprimamur? At hercule hæc oĩa faciemus gratis? Quid uerò iniquius, quum tu mercede conductus, legem iſtam tuleris, q̃ ſenatum, quàm populum, q̃ iudicia ſua mercede fraudari? Nã tuæ legi, Timocrates, ad ſcribendũ fuit, id quod in publicanis & ſponſoribus feciſti: exigenda eſſe debita receptis legibus. Quòd ſi contra quoſpiã alia quapiam lege aut decreto ſancitum eſt, licere ab eis ea quæ debent exigi eodẽ modo, quo à publicanis: et ab ĳs legibus receptis, ea eſſe exigenda. Nunc leges de publicanis undequaq; fugitas: et q̃a decreto Euctemonis ſtatutũ eſt, ut ab ærarĳs, debita ĳs legibus repoſcantur: pp hoc id caput non adſcripſit. Ea machinatione, ſuppliciũ in eos conſtitutum, q pecuniam publicam detinent, ſuſtulit: & q̃a aliud non adſcripſit, tollit uniuerſa, populũ, equites, ſenatũ, ſacra, profana. Pro quibus conatibus, ſi uos, Atheniẽſes, ſapietis, punitus, meritoq; ſupplicio affectus, exemplũ alĳs erit, ne leges hmõi rogent. Neq; uerò iudicĳs tantum irrogandæ mulctæ poteſtatem eripit, ſed rempublicam depeculantibus licentiam dat: expeditiones pro reipublicæ ſalute ſuſcipiendas, corrumpit: uectigalia deſtruit: maleficis & parricidis, militiæq; deſertoribus patrocinantẽ legem tulit: cum ſupplicia ueteribus, & nũc ratis legibus indicta tollat. Iubent leges, quas Solon tulit, nulla re ſimilis iſti legumlator: Si qs de peculatu conuictus, capitis tñ damnatus nõ fuerit, eum uinculis addici: ſi qs conuictus malæ parentũ tractationis, in forum ſeſe ingeſſerit, in carcerẽ conĳci: ſi qs militiæ deſertor, idem ſibi iuris arroget q̃ hi ciues habent, quorũ ſaluum caput eſt, eum quoq; uinciri: Timocrates his oĩbus impunitatem propoſuit, conſtitutione uadium carcerem demolitus. Proinde, mea quidem ſententia (tametſi.n. dictum fortaſſe

Mercenarius legislator.

Clauſula aſcribenda legi, omiſſa.

Congeries incommodorum.

Collatio legũ Solonis.

Amplificatio. Timocrates lemurũ legislator.

uidebitur inſolentius,tamen eloquar, & non diſsimulabo)uel ob hoc capite mulctãdus fuerit, ut apud inferos, impijs legem iſtam ferat: nos uiuentes ſanctis & iuſtis his in poſterum uti patiatur. Recita iſtas leges. LEGES. de furto,mala tractatione parẽtũ,deſerta militia. Quicquid aliquis amiſerit,ſi id cœperit, fur dupli damnetur: ſin minus,decupli,una cũ adiutoribus. Vnoq; pede ſtringatur compede quinq; dies,totidemq; noctes,ſi Heliæa id cenſuerit:cenſere uerò liceat unicuiq;, dum de litis æſtimatione agitur. Quòd ſi quis abductus fuerit,conuictus uel malæ tractationis parentum,uel deſertę militię, uel contra legum interdictum eò fuerit ingreſſus, quò ei nefas eſt:undecimuiri eum uinciunto, & in Heliæam introducunto. Accuſet autem ex his quibus id licet,quicũque uoluerit. Damnatus ſi ſit,æſtimet Heliæa,quid eum luere oporteat, aut ſoluere. Quòd ſi pecuniaria mulcta ei dicta fuerit,in uinculis teneatur, dum ſoluerit. Similis igitur Soloni,Athenienſes, legislator eſt Timocrates? Ille probiores facit,tum eos qui ſunt improbi,tum q futuri ſunt:iſte ẽt ijs qui iam ſe malè geſſerunt, uiam oſtẽdit ne pœnas dent:& ijs qui nunc ſunt improbi,ſpem impunitatis proponit:& ijs qui futuri ſunt. Ita omnes omniũ temporũ ſceleratos fouet,atq; id agit,ut ſint incolumes, & ab omnibus incõmodis uindicentur. Enimuero quas tu pœnas ſatis graues dares,aut quæ ferres, ut ea ferres quæ meruiſti? qui(omitto cætera)etiã præſidia ſenectutis tollis:leges inquam, quibus coguntur liberi & parẽtes uiuos alere,& defunctis iuſta perſoluere. An uerò te quiſquam ſceleratior inter mortales omnes exiſtimari queat,qui,ô nefariũ caput, pluris facere non dubites fures,facinoroſos & deſertores,q̃ patriã, & propter iſtã ſententiam hominũ leges ferre pernicioſas? Oſtendam autem præſtitiſſe me iam ea,q̃ orationis initio facturũ eſſe ſum pollicitus. Profeſſus.n.ſum,me oſtenſurũ,iſtũ per omnia teneri accuſatione: primũ quòd contra leges legem tulerit. deinde q reliquis legibus contraria ſcripſerit. tertio,q talia,quibus reſpublica læderetur. Audiuiſtis autem legem,quid eum facere iubeat qui nouam legem roget:rurſus uos docui,horũ nihil prorſus iſtũ prę-

Redit ad collationem legũ.

Ab effectu ſeu conſequentibus.

Concluſio per enumerationẽ partium.

ſtitiſſe. Quin illas ēt leges audiuiſtis, qbus ab iſto rogata lex, aduerſatur: & hanc, priuſquā illas abrogaſſet, eū tuliſſe ſcitis: non etiam eſſe é republica, audiuiſtis. iā primum enim ea de re uerba facere deſtiti. Proinde palam, nullis rebus exceptis, iniurius eſt: neq; qcquā eſt in quo ueſtri rationem habuiſſe, aut uerecundari uideatur. Ac, mea qdem opinione, ſi quid præterea fuiſſet interdictū legibus, id quoq; facturus fuit. Vndecunq; igitur appareret, eum hæc inſidioſè ſcripſiſſe, & re deliberata, nō opinionis errore deliquiſſe: inde uerò potiſsimū, φ tota lex uſq; ad extremam ſyllabam talis eſt. Nā nec uel inuitus qcquā rectè ſtatuit, aut φ uobis profuturū eſſet. An non igitur odio proſequendus eſt, & puniendus is, q lęſi populi nullam rationem habuit, ſed leges pro ĳs tulit, q & olim fecerūt, & poſthac facturi ſunt iniurias? Demiror autē, Iudices, eius impudentiā, q cū Androtionis in magiſtratu collega eſſet, eadē hac clementia non ſit uſus erga ueſtratem populū, q iam ita exhauſtus erat exactionibus, ut plura pendere non poſſet: poſtquā uerò Androtionem oportuit ea reſtituere, qbus iam olim rempublicam depeculatus fuit, & ſacra & profana pecunia ſurrepta: tū uerò demū tuliſſe legem, ut mulcta dupli publicæ, decupli ſacræ pecuniæ uos defraudaret: itaq; cū ueſtram multitudinē tractarit, mox haud dubiè dicet, ſe legem iſtā populi gratia tuliſſe. Mihi qdem quouis ſupplicio dignus uidet̄, quicunq; oportere putat, ſiue qs ædilis, ſiue præfectus urbis, ſiue iudex creatus legibus peculatus in referēdis rationibus ſit cōuictus, homo paup & rudis, & multarū rerū impitus, ſortitoq; magiſtratu functus, eū decupli damnari, cū nemo ullā legem ferat q̄ talibus opituleт̄. Si qui uerò legati delecti à populo, hoīes copioſi, magnam pecuniam ſurripuerunt, aliā ſacram, aliam publicam, eamq; longo tempore detinuerunt: his demum expediri remedia ſummo artificio concinnata, ut ne quid uel legibus, uel decretis conſtitutum, patiantur. Atqui Solon, cui nec ipſe Timocrates, ſe ferendarū legum ſcientia conferendum eſſe cenſeat, nuſquam id egit, ut eius generis homines impunè et ſecurè graſſari poſſent: ſed in hoc potius intentus fuit, uel ut non delinque

Concitat iudices in Timocratem.

Amplificatio criminis, à cauſa legis propter Androtionem latæ.

Collatio Solonianæ legis.

rent,uel ut delictorum pœnas darent,legemq́; tulit.Reci ta legẽ. LEX. Si quis interdiu ſupra qnquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad undecimuiros.Si qs uerò noctu quodcunq; tandem ſurripuerit, eum & occidere,& inter perſequendũ uulnerare, & ad undecimuiros, ſi cui lubet,abducere fas eſto.Conuicto aũt eorum facinornm,propter quæ in uincula licet abripi,non liceat datis uadib9ſatisfacere ꝓ furtis, ſed mors pœna eſto. Ac ſi quis è Lyceo,aut ex Academia, aut Cynoſarge ueſtẽ, aut lagunculã, aut qcquam aliud minimi precĳ,aut aliquod uaſculũ è gymnasĳs aut portubus ſurripuerit, ſupra decẽ drachmas,ẽt his morte pœnas eſſe luẽdas cõſtituit.Si qs uerò priuato iudicio furti conuictus fuerit,ei licere duplum ſoluere æſtimatæ litis: penes uero iudices eſſe, furem ꝑꝑ argentum ad quinque dierum totidemq́; noctium uincula damnare, ut oẽs eum uinctum eſſe uideant. Etiam has leges paulo prius audiuiſtis. Cenſuit enim flagitioſum hominem, non tantum rapinis reſtitutis, eſſe liberatum(quia magnum furum prouentum eo qdem pacto fore cẽſuit,ſi celato furto fruerentur,deprehenſo tantundẽ duntaxat ſoluerent,quantũ ſuſtuliſſent) ſed cùm duplum oportere ſoluere, tum in uinculis habitum,ſupra mulctam hanc, quod uitæ reliquũ fuerit,exigere cum infamia. Non ita Timocrates:ſed hoc effecit, ut ſimpla ſoluãtur, quæ dupla ſolui cõueniebat,neq; ad hæc ulla pœna adĳciatur. Neq; ſatis habuit tam iniuſtũ facere decretũ pro ĳs qui peccaturi eſſent, niſi ẽt ob delicta iam mulctatos, pœnis exemiſſet.Ego uerò credideram legislatoris id eſſe officium, ut de futuris rebus quę fieri oporteret, & qualia ſingula eſſe, & quibus pœnis iniurias ſingulas coherceri deceret, his demũ de rebus conſtitueret. Hoc enim eſt leges ferre, quæ pari eqtate omnes ciues cõprehendant. At de præteritis ſcribere,id uerò non eſt ferre leges,ſed fouere nocentes.Cõſiderate uerò in hæc intuentes,q̃ æqua dicam. Nam ſi Euctemõ uiolatarum legum damnatus eſſet, non tuliſſet legem iſtam Timocratis,neque hac lege fuiſſet opus reipublicæ: ſed ſatis ipſi habuiſſent peculatu ſuo frui, quiquid tandem de alĳs fieret.Nunc,cum ſit abſolutus ,ueſtram

Legislatoris munus.

Iterũm inculcat, Androtioni ſeruire legẽ Timocratis, et maleficis.

ſententiam & iudicij ſuffragium, reliquasq́; leges ſine autoritate eſſe oportere, cenſent: ſuam & ſuæ legis autoritatem eſſe oportere magnam. Itaque Timocratis leges quas pro firmis & ratis habemus, omnem ſuam autoritatem in hoſce conferunt, illisq́; poteſtatem dant, ut re audita, quale facinus iudicarint, tali erga ſontem etiã ira commoueantur: ſi magnum, magna: ſin paruum, parua. Nam cum in eo res eſt, quid ſit uel luendum, uel ſoluendum: æſtimatio mulctæ penes hos eſt. Tu uerò pœnas corporum ſuſtuliſti, uinculis remiſsis. Quibus uerò id? ſacrilegis, parricidis, homicidis, emanſoribus, ordinũ deſertorib. hos enim omnes iſta lege tueris. Enimuero qſquis leges ferens in libera ciuitate, neq; ſacrorum, neque populi rationem habet, ſed earum, quas dixi modò rerũ: an non ultimũ ſuppliciũ probè cõmeruit? Nec.n.hoc dicet ſcilicet, quin & oporteat, & leges iubeant huius generis homines grauiſsimis pœnis coherceri: aut eos quibus iſta lex patrocinetur, non eſſe & fures, et ſacrilegos, qui ſacra, tum decimas Mineruę, tum reliquorum deorum quinquageſimas diripuerunt: eaq́; nõ reddunt, ſed ipſi detinent: & publica quæ ad uos pertinebant, ſuffurati ſunt. Tãto autem grauius eſt eorum ſacrilegium, q̃ aliorũ, ut quod factum oportuit, eam pecuniã prorſus in arcem nõ retulerint. Quare (Iouẽ Olympiũ teſtor) Iudices, non fortuitò Androtioni petulantiã iſtam, & inſolentiã eſſe obortam, exiſtimo, ſed ira deæ inflictã. ut quẽadmodum hi qui donaria uictoriæ cauſa conſecrata, cõciderunt, ipſi ſuis manibus perierunt: ſic & iſti colluſionibus ſuis, & iudicijs, quorum ipſi moderatores ſunt, perirent: & aut duplum pecuniæ ſoluerent ſecundum leges, aut in neruum irent. Exponam autem uobis, quid interim dum hæc dico, in mentẽ mihi uenerit de lege ab iſto lata, abſurdum certè atq; mirificiſsimum. Nam iſte, Iudices, uectigalium redemptoribus pęnas, ſecundũ priores leges, ſi pecuniam uon ſoluerent, ſcripſit eſſe infligẽdas: quibus & uincula, & dupli ſolutio continentur, in eos homines conſtituta, quibus ob acceptum in emptione dãnum, non uolentes fraudaturi erant rẽpublicam. Eos uerò qui & ærarium depeculantur, & deam ſacrilegijs cõ-

Androtion diuinitus punitus.

δίλημμα.

pilant,uinculis liberauit. Quod ſi iſtos minus tibi uideri dices iniurios, neceſſe erit,ut inſanire te confitearis. Sin maiora,qualia ſunt,iſtorum facinora,& tamen iſtis par cis,illos urges:qui negabis te totum negocium iſtis uendidiſſe?operæprecium porrò eſt,ut & hoc dicam, quantum uos magnitudine animorum oratores ſuperetis.

Inſectatio oratorum. Vos etenim acerba ſupplicia in plebem conſtituta,ut ſiue quis bina ſtipendia mereat,ſiue relatus in ærarios cõcioni,aut conſeſſui iudicum interſit,ſiue quippiam aliud agat legibus interdictum: non prohibetis:idq́ cum ſciatis coactum inopia facturum,ſi quis facturus ſit tale q͞ppiam,neq; tales leges fertis,ut eis delinquere liceat:imò contrà potius,ut ne liceat. Iſti uerò in eo ſunt,ut flagitioſiſsimi homines,grauiſsimisq́ conſtricti ſceleribus, impunè abeant: ac poſtea uos derident ſuis orationibus, dum ſeſe pro bonis & præſtantibus uiris uenditant, improborum & ingratorum ſeruulorum imitantes ingenia. Nam & illi, Iudices,conſecuti libertatem,nõ ob manumiſsionem gratiam dominis habent,ſed eós omnium infenſiſsimè oderunt,utputa ſeruitutis ſuæ conſcios. Sic etiam iſti oratores, non contenti ſe ex adminiſtratione reipublicæ paupertate emerſos, et factos eſſe diuites:inſultant etiam multitudini,quia unuſquiſq; è populo conſcius eſt, quibus iſti ſtudijs in paupertate & adoleſcentia ætatem exegerint. At uerò turpe fuiſſet ſcilicet, An-

Androtioni. drotionem eſſe uinctum, aut Glaucetem, aut Melanopum? Non mediusfidius, Iudices, ſed rempublicam iniurijs & contumelijs affectam, cùm ſuo, tum deæ nomine non ſumere pœnas, id uerò multo eſt turpius. Nam Androtioni quidem nónne patrium eſt, eſſe in uinculis? At ſcitis ipſi patrem eius multa quinquennia in carcere uerſatum, effugiſſe tandẽ,non eſſe dimiſſum. Nunqd ob primæ ætatis ſtudia? Verùm ob iſta non minus eum uinciri decet, quàm propter peculatum. Nunquid ideo quòd in forum erumpebat ſibi interdictum, & ex eo moderatæ uitæ homines ipſe in carcerem abripiebat? ſed faci-

Melanopus. nus fortaſſe fuiſſet, ſi Melanopus nunc in uincula conijciendus eſſet? At de ipſius patre mali nihil dicam,quamuis eius furta latis materiæ ſuppeditarent; ſed is per me

talis eſto ſanè, qualis à Timocrate prędicari queat. Si uerò probi patris filius, improbus ipſe extitit, & proditionis damnatus, tria talenta pependit: & eum collegæ iudices peculatus reum peregerunt; & decuplum ipſe ſoluit, & legationem Ægyptiacam mala fide obijt, & ſuos fratres iniurijs affecit: nonne tanto magis eũ uinciri oportuit, boni patris ſobolem tam degenerem? Ego quidem opinor: ſi re uera uir bonus eſſet Laches, & bonus ciuis, illum, qui quidem ſit talis & tanto ipſum dedecore afficiat, ab eo ipſo fuiſſe in uincula conijciendum. Et hunc ſanè miſſum faciamus: Glaucetemq́ ſpectemus, Nõ uerò hic is eſt, qui hinc Deceleam transfugit, atq; inde ꝓgreſſus incurſione facta, uos omni latrocinij genere eſt deprædatus? Atqui hæc quæ dico, noſtis omnes, Quicquid autem à ueſtris uxoribus & liberis eripuit, quicqd aliunde nactus eſt, horum omnium illic præfecto Laconico decimas bona fide annumerauit. Deam tamen noſtram, decreto ei à uobis legationis honore, decimis hoſtilibus defraudauit: Quæſturam arcis adeptus, noſtræ ciuitatis præmia & monimẽta fortitudinis, quæ de Barbaris cæperat, ex arce ſurripuit: uidelicet ſellam argenteis pedibus, & Acinacem Mardonij qui Daricos trecẽtos ualet. Et hæc ita ſunt peruulgata, ut nemo hominũ ignoret. Ad alia ueniamus. Nónne eſt omnium hominũ uiolentiſsimus? Parcendum igitur illorum cuiquam eſt, ut propter iſtos uel deæ decimæ negligantur, uel duplex ſolutio publicæ pecuniæ: an iſte potius talium defenſor puniendus? Ecquid uerò prohibet, quo minus omnes improbi ſint, ubi tam lucroſa fuerit improbitas? Nihil, mea quidem opinione. Ne igitur ipſi doceatis, ſed puniatis: neq; ſinite, ut indignentur, ſe ob rapinas opum ueſtrarum in uincula conijci, ſed legibus eos ſubijcite. Neque.n. peregrinatis damnati, indignantur ſe in hoc eſſe domicilio dum falſi teſtimonij cauſa agaẽ, ſed manent: neq; putãt, uadibus datis eſſe obãbulandũ. Viſum.n. eſt ciuitati, fidẽ eis non eſſe habendã: neq; committendũ, ut per ſpeciem uadium cõſtitutionis impunè elaberentur: ſed ut ibi manerent, ubi ex alijs quoq; ciuib⁹ multi. Nã & ob pecunias multi iã uincti ſunt, & ꝓpter iudicia: &

Glaucetes.

Oratores illos in uincula conijciendos.

Exempla ſeueritatis ueterum.

tamen id non recuſarunt. In ſuaue quidem fortaſsis eſt nominatim meminiſſe de aliq̃bus: ſed idem neceſſarium tñ, illos cum iſtis comparare. Eos autem qui ante prætorem Euclidem fuerunt, omitto, & illos omnino ueteres. Qui quanquam, ſuis quiq; temporibus, præclariſsimè ſeſe geſsiſſe anteacta ætate uiderentur: tamen ob admiſſa deinde facinora, uehementem populi iracũdiam ſunt experti. Non.n. eos ciuitas ad tempus duntaxat oportere iuſtos eſſe putabat, deinde uerò peculatores: ſed in adminiſtranda republica iuſtitiæ perpetuò obſeruãtes. Nã alioquin eius generis homo nõ natura probus extitiſſe, ſed inſidioſè id egiſſe uideatur, ut fidem ſibi præſtruerit, quò poſtea maiore lucro iniquus eſſet. Sed poſt Euclidẽ
Thraſybulus. prætorem, Iudices, primũ Thraſybulum Colyttenſem oẽs meminiſtis bis in uincula coniectum, & utrumq; id iudiciũ apud populum eſſe factum, quanquã is & unus è Piræeo & Phyle, ac uindex libertatis extitiſſet. Deinde Philepſium Lamprenſem. Mox Argyriũ Colyttenſem, uirum humanum & popularem, plebiſq; commodorũ ſtudioſiſsimum: & tamen cenſuit eandem eſſe debere in ſe quoq; legum ſeueritatem, q̃ in tenuiſsimos homines & inopes ualeret, atque in domicilio plebis multos annos manſit, dum eam pecuniã, quam ciuitatis habere putabatur, diſſoluiſſet. Neq; uerò Calliſtratus potẽs in re-
Archinus. publica, & conſobrinus eius, in eius grãm leges tulit, et Myronides Archini filius, illius q Phylen occupauit, & poſt deorũ immortalium opem, unus maximè oĩum autor fuit, ut populus in integrũ reſtitueretur, & alia multa præclara geſsit in republica, & exercitũ ſæpe ductauit: ſed tñ hi omnes legibus acquieuerunt, & quæſtores item, ſub q̃bus ærarium conflagrauit, & cũ Palladis, tũ reliquorum deorũ miniſtri ac ſacerdotes, in hoc domicilio fuerunt, donec iudiciũ de eis eſſet factũ: & q rem frumentariam mala fide adminiſtraſſe putabantur, aliiq; multi, Iudices, q fuere oẽs uiri Androtione meliores. Cũ igitur his ueteres leges ratas eſſe oportuerit, & hi uſitatis legibus pœnas dare ſint coacti: Androtionis & Glaucetæ & Melanopi gratia, noua lex eſt ſancienda: ꝓp eos inquã q dãnati ſunt, & ueteribus legibus iudicati, quos

habere conſtat pecuniam tum ſacram, tum publicam? Nónne publicè ridebitur noſtra ciuitas, ſi legem tulerit, quæ ſacrilegos tueatur? Ego quidem opinor. Ne ſinatis igitur uos ipſos affici contumelijs, neq; rempublicam: ſed recordati uos Eudemum Cydatheneum, q; legẽ perniciosam rogare uideretur, non olim, ſed Euandro prętore occidiſſe: & Philippum Philippi nauicularij filiũ, propemodum occidiſſe, ſed quia ipſe magna pecuniæ ſumma ſibi contrà, litem æſtimarat, & paulo plura ſuffragia tulerat: ignominia notaſſe tamen. Eandem iracundiam etiam contra iſtum nunc concipite, illud ſuper hæc oía cogitantes, quid nam uobis accidiſſet, ſi iſte unus homo legationem uobis obijſſet. Nihil.n.eſſe puto, quo abſtinuiſſet. Videtis nimirum eius ingenium. Nam lex quam rogare fuit auſus, mores eius oſtendit. Narrabo aũt uobis, Iudices, quo pacto Locris leges ferre ſoleãt. nihil.n. uobis nocuerit exemplum aliquod audiuiſſe, tale præſertim, quo laudata reſpublica utitur. Nã illi uſq; adeò cenſent ueteribus legibus utendum, & inſtituta patria ornanda eſſe, non ad cuiuſuis libidinẽ & iniuriarũ impunitatem leges ferendas: ut ſi qs legem nouã rogare uelit, collo in laqueũ inſerto id facere cogatur. Quæ lex ſi honeſta & utilis uidetur, autor eius uiuit, & abit: ſin minus, perijt, cõſtricto laqueo. Proinde nouas rogare leges nõ audent, ſed ueteribus religioſe utuntur. ac longiſsimo tẽpore, Iudices, una lex apud eos noua perlata eſſe fertur. Nam cum ibi receptum eſſet, ſi quis excuſsiſſet alteri oculum, ut & ipſi oculus excuteretur, nec id ſuppliciũ ulla redimi pecunia poſſet: quidam comminatus fertur inimicus inimico unum oculum habenti, ſe illi eum unum oculum excuſſurum. Eas minas luſcus ille ægrè ferens, & ſibi in cæcitate uitam morte acerbiorem fore ratus, fertur auſus eſſe ferre legem: Si qs oculum luſco excuſſerit, illi cõtrà utrumq; eripiendũ, ut pari calamitate utriq; conflictentur. & hanc ſolam legẽ tuliſſe feruntur Locrẽſes amplius quàm ducentis annis. At ueſtri oratores, Iudices, primùm ſingulis ferè menſibus, leges ſibiipſis conducibiles ferunt. Deinde ipſi homines plebeios in carcerem ducunt, quando cũ poteſtate ſunt; idem ius in ſe ua-

Amplificatio temeritatis, à Locrenſium, ueterũ leg obſeruantia.

Luſca lex.

Oratorum petulantia in ferẽdis legibus.

lere non patiuntur. Deniq; Solonis leges olim approbatas, quas maiores noſtri ſciuerunt, ipſi abrogant: ſuis, quę lædendæ reipublicæ ſunt, uos uti oportere cenſent. Niſi igitur iſtos punieritis, primo quoq; tempore multitudo belluis iſtis ſeruire cogetur. Neq; uerò uos præterit, Iudices, ſi acriter animaduertatis, minus eos improbos futuros: ſin minus, multos fore petulantes, qui dum ueſtri ſtudium & reipublicæ ſimulant, uos ludificentur. Vt autem & de ea lege aliquid dicam, quâ eum exempli uice allaturum audio, ac dicturum, ſe illam imitatum & ſecutum, qua contineatur, Non uinciam ullum Athenienſem, qui uades dederit tres eiuſdē cenſus, niſi quis ad urbem prodendam, aut popularem ſtatum abrogandum conſpirauerit, aut emptor uectigalium, aut ſponſor, aut collector, pecuniam non numerarit. Audite me de hac etiam. Non enim dicam ipſum Androtionem in carcerem ciues duxiſſe, & uinxiſſe, hac lege non abrogata: ſed illud edocebo uos, quamobrem hæc lex lata ſit. Eſt enim conſtituta, non in eorum gratiam de quibus iudicium factum eſt, qui cauſam in prætorio dixerunt, ſed propter eos qui nondum in iudicium uenerunt, ne propter uincula ſuam cauſam incommodius agant, aut prorſus imparati circumueniantur. At iſte eadem hæc quæ his qui cauſam non dixerunt, patrocinantur, quaſi ad omnes pertinerent, apud uos dicturus eſt. Sic autem ego rem explicabo, ut me uera loqui, euidenter intelligatis. Nec enim ſi ita eſſet, Iudices, uobis liceret pronunciare: quid ſit luendum, aut ſoluendum. Nam luendi uerbo etiam uincula continentur. Nō igitur, inquam, licuiſſet, uinculorum meminiſſe: neq; quos alicui licet deferre, aut abducere, in legibus adſcriptum fuiſſet: Delatum uerò aut abductū uinciunto undecimuiri in cataſta: ſi non licuiſſet alios, niſi q ad prodendā urbem, aut ad popularem ſtatum abrogandum cōſpiraſſent, aut uectigalium redēptores qui pecuniam nō numeraſſent, uincire. Nunc hæc certiſſima uobis argumenta ſint, licere uincire: quia alioqui mulctæ prorſus irritæ forent. Deinde ſcriptum illud, Athenienſes, ipſum per ſeſe nō eſt lex, Neq; uinciam ullum Athenienſium: ſed in iure iurando ſenatorio continetur, ut ne oratores in ſenatu, ci-

Refutatio legis quā ſe Timocrates imitatū eſſe profitetur.

παράληψις.

Interpretatio legis.

uem aliquem per conſpirationẽ in uincula conijciant. Solon igitur, ut ſenatui uinciendi poteſtatem adimeret, hanc appendicem adiecit, ad ſenatorium, nõ ad ueſtrum iuſiurandum pertinentem. Nam ſummã iudiciorum uoluit eſſe autoritatem: & quicquid ea decreuiſſent, id dãnato eſſe perpetiendũ. & ob hoc ipſum uobis Heliaſtarũ iuſiurandum recitabitur. Lege tu. IVSIVRANDVM HELIASTARVM. Pronunciabo ſecundũ leges & decreta populi Athenienſis, & ſenatus quingentorum. Tyrannidẽ uerò, aut paucorum dominatum, mea ſententia nõ cõprobabo. neq; ſi quis populi Athenienſis libertatẽ oppreſſerit, aut quicquã cõtra hæc dixerit, aut decreuerit, concedã. neq; nouas tabulas priuatim, neq; agrorum Athenienſium diuiſionem, neq; ædium: neq; exules reuocabo, neq; capitis dãnatos: neq; eos q manent, expellam cõtra leges receptas, & decreta populi Athenienſis & ſenatus: neq; ipſe ego, neq; alium ſinã, neq; magiſtratũ creabo, ut is imperet, antequã de alio geſto magiſtratu rationes tulerit, ſiue ſit nouemuir, ſiue pontifex, ſiue quicunq; cũ nouẽuiris eodem die creantur, ſiue pręco, ſiue legatus, ſiue aſſeſſor: neq; bis eundem magiſtratum, eundem uirũ, neq; binos magiſtratus eundẽ gerere ſinã eodẽ anno: nec accipiam munera propter Heliæam, uel ipſe ego, uel quiſquã alius mihi, uel alij me conſcio, non fraude, non machinatione ulla, & natus ſum annos nõ minus q̃ triginta, & audiam tum accuſatorem, tum reum æquo animo ambos, & ſententiam de eo feram quod eſt in controuerſia poſitum. Adiuro Iouem, Neptunũ, Cererem, & ipſe mihi exitium imprecor & familię meæ, ſi quid horum neglexero & uiolaro. Sin bona fide præſtitero, p̃clara mihi & bona multa eueniant. Hic uerò non ineſt, Iudices, neq; uinciam ullum Athenienſium. Nam iudicia ſunt quæ omnes cauſas iudicent, & his poteſtas datur, & uincula, & quãuis aliã mulctam infligendi. Licere igitur uobis damnare uinculis, per hæc oſtendo. Res autem iudicatas reſcindere, & iniquũ & nefas eſſe, & ſtatus popularis euerſionẽ, inter omnes conſtare opinor. Noſtra enim urbs, Iudices, legibus & decretis regitur. Si quis aũt ea q̃ ſuffragio iudicata ſunt, noua lege abrogant, q finis reperietur? Lex ea dicẽ-

Vinculorũ abrogatione abrogari rempublicam.

ἀ consequentibus. da potius erit, an legum interitus? An non grauiſsimum ſupplicium talis legislator meretur? extremum, mea quidem opinione. Non modò, quòd hanc legem tulit, ſed quia uiam oſtendit alijs & tollendi iudicia, & exules reuocandi, & atrociſsima quæq; conficiendi. Quid.n. prohibet, Iudices, ſi nunc iſte triumphans diſceſſerit tali lege perlata, quo minus alius exoriatur, qui ſummum aliquod reipublicæ præſidiū noua lege demoliat? Equidē opinor nihil. Siqdem audio prius ēt ſic popularem ſtatum fuiſſe oppreſſum: cū primum uiolatarum legum accuſationes ſublatæ eſſent, & perempta iudicioꝝ autoritas. Fortaſsis autem aliquis obiecerit, me diſsimili hoꝝ & illorum temporum ſtatu, de oppreſsione libertatis loqui. Atqui, Iudices, ēt talium rerum ſemina ſpargere in republica nemo debet, & ſi nunquam exoritura ſint: ſed quiſquis tale qcquam uel dicere, uel agere inſtituerit, puniendus eſt. Quā callide autem uobis nocere decreuerit, operæprecium eſt audire. Nā cum uideret omni tpe, & proceres & plebeios oēs ſentire, leges cauſas eſſe publicæ fœlicitatis: ſecum meditatus eſt, qua ratione illas, animaduertente nemine, deſtrueret. Quod ſi feciſſe deprehenderetur, ne tñ iniquè aut impudenter admiſiſſe quicquam uideretur. Id igitur facturus quod fecit, rationem inuenit eam, ut lege leges euerteret, ut eius iniuriæ beneficij, pernicies ſalutis nomen adipiſcerētur. Nam & quæ rempublicam conſeruant, ſunt leges, & quam iſte tulit, cum his nulla ex parte conſentientem, lex. Nominis igitur humanitatem, quam uos maximè amplectimini, perſpexit: idemq; q in experiundo contrariam uim eſſet habitura, deſpexit. Age uerò per deos, eſt'ne uel præſes aliquis, uel ſenator, qui tale quid unquā approbarit, qualia in iſta lege continentur? ego neminem eſſe puto. Id igitur quomodo eſt ſuffuratus? Suis ſceleribus legis nomen impoſuit. Nec enim ſtolidè, aut temerè, ſed ſobrij & pręmeditati accedunt ad uos lædendos. atq; hoc ipſum agunt non iſti ſolum, ſed & multi magiſtratuum: qui mox huc progreſsi, iſti patrocinabuntur, non mediusfidius ut Timocrati gratificentur. Cur enim? ſed qa unuſquiſq; legē hanc è re ſua eſſe putabit. Quemadmodū igitur iſti mu-

ἀρχαῖς ἀντέχειν, principijs obſtandum.

Leges lege abrogatæ.

In aduocatos Timocratis.

tuas tradunt operas, ut uos decipiãt, ſic & uos ad ueſtrã defenſionem conſpirare debetis. Proinde cuidam interroganti, quamobrem talia ſcribere uoluiſſet, & periculoſam huius iudicij aleam ſibi uideri cõmemoranti: reſpondit, delirare eum, qui illa diceret: ſe enim Androtionẽ defenſorem habiturum, atq; per ocium tales orationes inueniſſe de rebus omnibus, ut ſatis ſciret, actionem hãc ſibi minimè fraudi futuram. Itaq; miratus ſum impudentiam tum iſtius, tum illius: iſtius, ſi aduocat illum: illius, ſi uocatus acceſſerit, & defendet. Nam ex eo palàm apparebit, legem iſtam in eius cõmodum eſſe latam, nõ propter ciuiũ cõmunitatem. præſtiterit tamen uos de illius actis in republica quædam audiſſe: & ex illis ea, quorũ ſocius iſte fuit, propter quæ iſte non minore q̃ ille odio dignus eſt. Dicam aũt nihilo plura q̃ uos audiuiſtis, niſi fortè ueſtrũm aliqui iudicijs Euctemoni dictatis non interfuerũt. ac primùm, id quod ei maximos animos facit, ei⁹ pecuniæ exactionẽ excutiam⁹, qua uos oẽs cũ iſto bono uiro diuexauit. Nã accuſato Euctemone, q̃ſi is ueſtra tributa detineret, atq; pollicit⁹, ſed id uel oñſurũ, uel de ſuo depẽſurũ: decreto magiſtratũ q ſorte obuenerat, abrogauit, per eãq; ſpeciem ad exactionẽ obrepſit, iſtũq; deſignauit, corporis infirmitatem cauſatus, ut, inquit, in adminiſtratione me adiutet. Habitis deinde hiſce de rebus concionibus, trium rerum uobis optionem dari dixit: aut ſacra uaſa conflanda, aut denuò tributa pendenda, aut æs alienum exigendũ. Cum aũt uobis placuiſſet, ſicuti par erat, æs alienũ potius exigi: ſpe uos ſubducẽs, & autoritate fretus, quam illorũ temporũ cauſa nactus erat, receptis legibus utendum ſibi eſſe minimè cenſuit: aut, ſi quid in his deſideraretur, alias rogandas: ſed apud uos decreta fecit acerba, & legibus cõtraria, per quæ ſuo quæſtui conſulebat, iſthoc ſordiũ conciliatore uſus, & multa uobis furabať. Hoc adiutore undecim uiros & receptores, & miniſtros comitari ſic decreto iuſſit. deinde ijs ſatellitibus ueſtras ædes iuadebat. Et tu Timocrates ſolus è collegis, quorũ numero decem erant, cum aſſectabare. Neq; uerò me quiſquam putet dicere, non exigendum fuiſſe æs alienum. Fuit enim exigendum. ſed quõ, ut

Ex oratiõe in Androtionem hũc translata.

Euctemonis accuſatio.

Conciones Androtionis.

Decreta Androtionis.

περὶ τὰ ἄλλη ἐν τῆς

Non exactionē, ſed iniquā exactionē reprehendi.

lex iubet, aliorum cauſa. nam hoc populare eſt. Neque enim tantum Athenienſes, quinque talenta per iſtos extorta uobis profuerūt, quantum tales cōſuetudines in urbem introductæ nocuerūt. Nam ſi ſpectare uelitis, quāobrem aliquis in Democratia uiuere malit quàm in Oligarchia: hoc ſtatim ante omnia in promptu erit, quod in Democratia oīa

Democratiæ humanitas.

ſunt manſuetoria. Iſtos autem multo petulantiora & crudeliora deſignaſſe, quàm in ulla uſpiam Oligarchia fieri ſoleant, prætenbo. ſed quando unquam in urbe noſtra maior inhumanitas graſſata eſt? nec ſub triginta tyrannis,

Androtion crudelior triginta tyrannis.

omnes uos dicturos compertum habeo. Tum enim nemo fuit, cui non cōſeruare uitam licuerit, ſi ſeſe domi abdidiſſet. ſed ob hoc ipſum triginta tyrannos accuſamus, quod homines in foro, per iniuriam comprehenſos, uiolenter abducebant. At iſti tanto illorum improbitatem interuallo ſuperarunt, ut in Democratia rempublicam gerentes adductis undecimuiris, ſuas cuique ædes in carcerem conuerterent. Quid igitur animi habuiſſe cenſetis, Iudices, hominem pauperem, atque adeò diuitem, ſumptibus exhauſtum, imò etiam aliqua fortaſſe probabili de cauſa præſentem pecuniam non habentem: cum non modò in forum progredi non liceret, ſed nec domi ſe tutò manere poſſe cerneret: earumque rerū autor eſſet Androtion, quem ſua facinora & anteactę uitæ ratio, nec ſibi factas iniurias ulciſci iudicio, nedū nomine ciuitatis tributa colligere patiebanť? Atqui ſi quis eum interrogaret, aut te

Poſſeſsiōes tributum debēt, non corpora.

Timocrates, laudatorem iſtorum & adminiſtrum, corporane tributa debeant, an poſſeſſiones? poſſeſſiones diceris, ſi modò fateri uera uolueritis. Nam de hiſce tributa pendimus. Cur igiť mortalium oīum improbiſſimi, omiſſa prędiorum & ędium publicatione, & talium rerum inſcriptione, uinciebatis, & contumelijs afficiebatis hoīes ciues, & miſeros inquilinos: quibus uos libidinoſius inſultaſtis, quàm ueſtris mancipijs. Atqui ſi apud uos ipſi conſide-

Ingenui et ſerui diſcrimen.

retis, Iudices, quanti referat ingenuum eſſe an ſeruū: hoc maximum diſcrimen reperietis, quod ſerui quicquid commiſerunt, corpore luere coguntur: at ingenuis hoc ultimum puniri debet. Iſti uerò contrà, pœnas corporibus ciuium, quaſi mancipia eſſent, inflixerunt. ac tam iniquè, tam im-

potenter uobiſcum egit Androtion, ut patrem ſuũ æris alieni cauſa in carcere publice uinctum, oportere cenſuerit eo nec diſſoluto, nec iudicio liberatum, aufugere: reliquorum ciuium, ſi quis ſua debita numerare non poſſet, eum ex ędibus ſuis in carcerem à ſe ductum uinciri. Et Timocrates à nemine prorſus noſtri ordinis plebeio homine cum duplum extorqueret, uades accipere uoluit, non modò non ad nonum ſenatus conuentum, ſed ne ad unũ quidem diem: ſed aut dupla pecunia annumeranda erat, aut uinciri ſtatim oportebat, atq; undecimuiris iſte iudicio non conuictum eo tpe tradebat. Nunc uerò, ut quos damnaueritis hi liberi obambulent, legem ferre non dubitauit, eamq́ cum ſuo periculo. Sed tamen & hæc & illa ſe ueſtri feciſſe ſtudio dictitabunt. Vos igitur concedetis in ueſtram gratiam ea eſſe facta, & audacia atq; improba iſtorũ facinora æquis animis feretis? Atqui odio ueſtro potius q̃ uita digni ſunt iſtius generis homines. Nam qui aliquid publico noīe adminiſtrat, & ueſtram clementiam ex[illegible]iri ſtudet: eum huius ciuitatis moribus præditum eſſe decet. hi uerò qui ſunt? Imbecillium miſereri, firmorum & potentum petulantiam cohercere: nõ uerò crudeliter graſſari in plebem miſeram, & ſemp adulari & colere potentiores. Id qđ tu facis Timocrates, ob quę merita hi meritò ne audita quidem excuſatione tua morte potius te mulctarent, q̃ in gratiã Androtionis dimitterẽt. Iam eos nec in exigendo ære alieno ueſtrũ ſpectaſſe cõmodũ, id quoq; uobis ſtatim declarabo. Si qs enim eos roget, utrũ nocentiores reipublicę putent, agricolas & parcos, qui ꝓpter educandam ſobolem, domeſticoſq́ ſumptus, & alia munera publica, tributa nõ prę ſtiterunt: an uerò, qui pecuniam eorũ, qui conferre uoluerunt, & à ſocijs noſtris acceptam, furant̃ & perdũt: non tanta futura eſt, quamuis frontem perfricuerint, eorũ audacia, ut dicant magis eſſe iniurios qui ſua retineant, q̃ illos qui rempublicam depeculentur. Quî fit igit̃, ô Timocrates & Androtion, cùm amplius triginta ſint anni, ex quo ueſtrûm alter quidem in republica gerenda uerſat̃, & hoc ſpacio tpis multi duces urbẽ læſerint, multi item oratores, qui apud hos cauſam dixerunt, quorũ alij ob

Timocratis exactio.

Mores ciuitatis imitandi.

Androtionẽ et Timocratẽ in exactione nõ ſpectaſſe publicũ cõmodũ.

Dat ueniã coruis, uexat cenſura colũbas.

ſcelera interſecti ſunt, alij uoluntario exilio, ſtimulãte ſcelerum conſcientia, ſeſe iminenti exitio eripuerũt. ut neminem talem alteruter ueſtrûm accuſarit, aut ſaltẽ dolere ſe de iniurijs ciuitati factis oſtenderit? Hic qdem uos noſtri geſſiſſe curam apparet, cum multi exagitandi fuerũt. Hor factor causam requiritis, Athenienſes? dicam uobis. Ex iniurijs, qbus uos qdam afficiũt, fructum ipſi unà capiunt, & de tributis ſuffurant, et ob inexplebilem auaritiam bifariam fruunt republica. Neq.n. expeditius eſt multor et minutis in rebus, q paucor et in magnis delinquẽtium ſuſcipere inimicitias: neq popularius ſcilicet multitudinis, q paucor quorũdam peccata cernere. ſed in cauſa hoc eſt quod ego dico. Vos igit his animaduerſis, animoq infixis: qcunq peccarit, eum deprehenſum punietis. neq quantum tpis interceſſerit, conſiderabitis, ſed utrum talia fecerint. Nam ſi nũc æquis feretis animis ea quæ tum ægrè ferebatis. per iracundiam iſtós, nõ ob factas uobis iniurias mulctaſſe uidebimini. Nam iratorum eſt, eũ à quo moleſtijs affecti ſint, ſub impetu ulciſci: læſor, ut quandocunq ſontem nacti fuerint, tum eũ ulciſcant. Non igitur decet, ut nunc deliniti, tum dato iureiurando neglecto, uobis ipſis præter ius & æquũ gratificati eſſe uideamini. Odio pſequendi ſunt, neq audienda uox eſt eor qui rempub. hoc modo geſſerunt. At hercule, in his ſolis functionibus tales ſeſe præbuerunt alia uerò ſunt, quæ præclarè adminiſtrarint? imò in alijs rebus tales in uos extiterunt, ut ob hæc quę audiuiſtis, minimo ſint odio digni. Quid.n. à me dici uultis? ſacra uaſa qũo refecerint? & ut coronas deſtruxerint? aut elegantem illam phialar confectionem? Nam uel ob hæc, ſi nulla re alia rempublicam læſiſſent, ter, non ſemel mihi cõmeruiſſe mortem uident. Nam & ſacrilegij, & impietatis, & peculatus, et omnium atrociſſimor ſcelerum rei ſunt. Multa igit ex his orationibus, qbus uos decepit Androtion, prætermittam. ſed folia coronar fluxa eſſe, & uetuſtate putrefacta, dixit: quaſi uerò uiolacea illa eſſent: aut roſacea, non aurea: uobiſq perſuaſit, ut eas conflaretis. Eo munere ſibi credito, iſtum omniũ ſceler ſocium ſibi allegit. Ac poſtea in exigẽdis tributis oportere miniſtrũ publicum

Puniendi improbi.

Irati.

Læſi.

Sacra uaſa cõciſa ab Androtione.

Furti ſuſpicio.

blicum adeſſe cenſuit, ad abſtinentiam ſuam oſtentandam, cum unuſquiſque illorum qui tributa pependerant, ſibi ipſe reſcriptor futurus eſſet, at in coronis quas concidebat, idem ius non adhibuit: ſed ipſe orator, aurifex, quæſtor, reſcriptor extitit. Enimuero ſi poſtulaſſes, ut tibi de omnibus publicis functionibus fides haberetur, tua furacitas non perinde fuiſſet deprehenſa. Nũc poſtquam in exigendis tributis, id quod æquum fuit, definiſti non habendam eſſe tibi fidem à ciuitate, ſed miniſtris publicis: quando aliud quippiam agens, & res ſacras commouens, quarum pleræque nec ætate noſtra conſecratæ ſunt: eadem cautione non adſcripta, quam in tributis exigendis adhibuiſti: nónne iam conſtat, quamob rem id feceris? ego quidem opinor. Atqui ô Athenienſes, conſiderate, quàm præclaris, & ad omnem poſteritatẽ honorificis inſcriptionibus ſublatis, quàm impias & inhumanas repoſuerit. Arbitror. n. ſcire uos omnes, ſub coronarum modiolis ſcriptum fuiſſe, Socij populum Athenienſem fortitudinis ergò coronarunt, & iuſtitiæ: aut, ſocij præmium hoc Mineruę conſecrarunt: aut oppidatim, hi uel illi populum coronarunt, ſeruati à populo: ueluti, Eubœenſes ſeruati & in libertatẽ aſſerti coronarunt populum. Alibi alicubi adſcriptum fuit: Conon de nauali prælio cõtra Lacedæmonios: Chabrias de nauali ꝑlio ad Naxũ. Nã tales fuerunt coronarum inſcriptiones. Ea igit̃ quę nobis honori dudũ fuerũt, & admirationẽ pepererũt, deſtructis coronis ſunt abolita. At phialis, quas iſte ganeo uobis illorũ loco ꝓcurauit, inſcriptũ eſt, Androtione curãte factę ſunt. & cuius corpus ſtupris inquinatum, ingredi templũ leges uetãt, eius nomẽ in ſacris templorũ uaſis eſt inſcriptũ. Quid ni uerò ſimile iſtud eſſet, & ęquè honorificũ reipublicę? Tria igit̃ hinc cõſtat eos maximè nefaria ꝑpetraſſe. Nam & deam coronis ſpoliarunt, & urbis illam facinorũ celebritatem & admirationem, quarũ coronæ monimenta fuerant, aboleuerũt: & his q coronas dedicarant, non paruam gloriam ſuſtulerunt, quo minus acceptorũ beneficiorum memores ac grati uideantur. Quamuis igitur talia & tanta mala fecerunt, tamen ita inſignis eorum ſtupor eſt & impuden

Inſcriptiones coronarum.

Inſcriptiones phialarum.

tia, ut & iſte pp illum ſe impunè ſperet abiturum: & ille aſsideat, nec intueri lucē uereať his rebus geſtis. Eſt aūt non ita modò impudens in pecunia rapienda: ſed ēt ita ſtultus, ut ignoret illud, coronas eſſe uirtutis ſignū: phialas uerò, & pocula, & eius generis alia, diuitiarū. et coronam quāuis, tametſi puſilla ſit, æquè honorificā eſſe ut magnā: ſed pocula aut acerras, àliaq́ʒ generis eiuſdē uaſa, ſi permulta fuerint, quandā opulentiæ gloriā poſſeſſoribus conciliare. Sin ob minuta ſuperbieris, tm̄ abeſſe, ut propterea quicquā exiſtimationi tuæ accedat, ut ēt ineptus eſſe uidearis. Iſte igiť gloriæ poſſeſsiones ſuſtulit, opulentiæ repoſuit, minutas, & uobis indignas. Ac ne illud quidē animaduertit, populū nunquā de pecunia cumulanda uehemēter laboraſſe: de acqrenda uerò gloria ſic, ut de nulla re alia. Id quod ex eo cernitur, ꝙ cum aliquando maximam inter omnes Græcos pecuniam haberet, eam omnem honoris augendi ſtudio inſumpſit, ac gloriæ cauſa tributa conferre de ſuo uoluit, neqʒ ullum periculū unquam detrectauit: unde poſſeſsiones immortales ſibi comparauit, partim rerum geſtarū memoriā, partim donarioꝝ, quæ propter illas dedicata ſunt, præſtantiam, propylæa hęc, ędem Mineruæ, naualia, porticus: nō urceolos duos, aut aureos calculos quatuor aut tres, libræ pondere ſingulos, quos cum tibi uiſum fuerit, denuò conflandos eſſe decernes. Nec.n. decimas à ciuibus exigendo, neqʒ ea quæ hoſtes eis imprecati eſſent factitando, aut dupla tributa extorquendo, hæc conſecrarunt, neqʒ tui ſimilibus conſiliarijs utēdo rempublicā geſſerunt: ſed hoſtibus ſupandis, & ijs rebus gerēdis, qbus nec optari meliora poſsint: atqʒ inter ciues cōcordia cōciliata, immortalē ſui memoriam reliquerunt. Eos uerò qui ita uixerant, ut tu hactenus ſtudio tibi habuiſti, foro prohibuerūt. At uos, Atheniēſes, in eā adducti eſtis & facilitatē & ignauiam, ut exēpla talia cum habeatis, ea tn̄ non imitemini, ſed Androtiō uobis eſt ſacroꝝ uaſoꝝ refector. Androtion, ò dŋ immortales: & hāc ulla impietate alia minorē ducis? Ego.n. arbitror, eū q ſacras ædes ingrediať, & malluuia, & caniſtros attingat, & curæ diuinarū rerū pficiatur: non modò ad certū aliquot dierū

Coronarūm & phialarum comparatio.

Athenienſes gloriæ quàm pecuniæ ſtudioſiores.

Atheniēſium ſocordia.

Puritas ſacerdotum.

tempus caſtũ eſſe debere,ſed oportere per omne ſpaciũ ætatis ab iſtiuſmodi ſtudijs fuiſſe purũ, in q̃bus ætatem iſte conſumpſit. Ac de his q̃dem per ocium. Cum uerò de his quæ pro defenſione Timocratis iſte allaturus eſt, plura etiam dicenda haberem præter hæc, deſinam. Etſi autem inutilem uobis hanc eſſe legem, & contra oẽs leges inculcatam, & ab omni parte iniquam, eum negare non poſſe compertum habeo: dicere tamen audio, pecuniam illam ſoluiſſe Androtionem, Glaucetem, & Melanopum. Proinde omnium iniquiſsimè ſecum actũ iri, ſi nihilominus ipſe damnetur, cum illi fecerint quicq̃d æquum eſt, pro q̃bus eum tuliſſe legem hãc criminemur. Mihi uerò nullo modo concedendum ei uidetur hoc effugium. Nam ſi fateris te pro iſtis tuliſſe legem, quos officio functos eſſe dicis: eo nomine te dãnari apertè oportet, ꝙ receptæ leges, ſecundum quas hi ſe pronunciaturos iurarunt, omnino interdicunt, ne qua lex niſi quę ex æquo ad oẽs ciues pertineat, feratur. Sin te bonũ publicum ſpectaſſe rogatione tua dices, noli ſolutionis iſtorũ meminiſſe, quæ ab iſta lege prorſus aliena eſt. Sed legẽ ipſam è republica eſſe, recteq́; eſſe latã, id doceto. Nam hoc illud eſt, cuius gratia & tu te tuliſſe dicas, & ego q̃ contrarium de ea ſentiã, accuſarim, & hiſce ſententia ferenda ſit. Quanquã autem id quoq; oſtendere poſſem, quiduis eos feciſſe potius, q̃; æs alienum, ita ut leges iubent, diſſoluiſſe: q̃a tñ uos ea de re iudicaturi non eſtis, quorſum attinet me uobis eo cõmemorãdo nũc obturbare? Arbitror p̃terea fore, ut nec his ſermonibus abſtineat: cum ipſe ſcripſerit, ne q̃s Athenienſis uinciatur, iniquè ſecũ actum iri, ſi mali quippiam ipſe patiatur: & ut leges q̃; leniſsimę ſint & moderatiſsimę, è re tenuiſsimorum eſſe in primis. Operæprecium fuerit igitur, uos oẽs, ut ne fuco iſto uerborum decipiamini, prius aliquid audiuiſſe. Nam ſi dixerit, ut ne quis Athenienſium uinciatˀ, ne uos prætereat, eum mentiri. Neq;.n. hoc rogauit, ſed illud, ut exigẽdę mulctæ autoritas uobis adimeretˀ, utq́; ſuffragium, cum iureiurando, diſceptatione & iudicio latum, irritum efficeret. Neq; ea uerba è lege ſeligat, quæ ſunt humaniſsima auditu: ſed totã legẽ ordine oñdat, &

Confutatio, I. De ſoluta pecunia.

δι'λημμα.

II De humanitate legis.

quæ eam conſecutura ſunt, conſiderari patiatur. Rem.n. ita ſe habere, ut ego dico, non ut iſte, reperietis. Quod igitur ad legum lenitatem & moderationem, quæ plebi ſit conducibilis, attinet, hæc cogitanda ſunt. Duo habẽtur, Athenienſes, genera rerum, propter quas in ſingulis urbibus legum adminicula requiruntur. Alterum, quo de conſuetudine uitæ, de contractibus, de priuatis negocijs, atq; adeò de conſociatione & communitate inter nos ipſos, quid ſit agendum, conſtituimus. Alterũ, quo pacto unuſquiſq; noſtrùm paratus & affectus eſſe debeat erga rempublicam, ſi eam adminiſtrare inſtituerit, ſeq́; curam ſuſcepiſſe ciuitatis profiteatur. Illas igitur priuatorum contractũ leges, è re plebis eſt eſſe lenes & humanas. Contrà, quæcunq; in magiſtratus latæ ſunt, eas eſſe firmiſsimas, & ſeueras uobis expedit. Sic.n. reipublicæ gubernatores uos minimè iniurijs afficient. Proinde cum iſtam cauſam adducet, ſic ei occurrite: leges eũ humanas reddere, non has q̃ uobis defendendæ ſint, ſed illas, q̃ terrorem magiſtratibus incutiant. Multa dicẽda reſtarent, ſi qs oſtendere uellet omnia, quæ iſtę impoſturę, fuciq́; faciendi cauſa, in mediũ allaturus eſt: ſed maxima ego parte omiſſa, ſummã eorum quæ tenenda uobis ſunt, recenſebo. Conſiderate in uerbis eius oĩbus quęcũque dixerit, nunqd afferre tale queat, quo doceat fas eſſe, ut legislator de præteritis eadem & iam antea abſolutis fieri iubeat, atq; de inſtantibus & futuris. Nam cũ omnia in lege perſcripta, turpia ſint & iniqua: hoc oĩum iniquiſsimum, & legibus inimiciſsimũ, inſeruit. Quod ſi neq; iſte, neq; quiſquam alius oſtendere poterit: ſciendũ erit, minimeq́; dubitandum, uos decipi: atque cum animis ueſtris cogitandum, quamobrẽ iſti tandem in hunc modum ferre legem in mentem uenerit? Non gratis nimirum, Timocrates, legem iſtam tuliſti: non ſanè gratis, neq; parua utiq; mercede conductus. Neq; enim ullam cauſam aliam oſtendere queas, quæ te ad legem iſtam rogandam impulerit, niſi tuam dijs inuiſam & flagitioſam auaritiam. Neq; enim familiaris, neq; cognatus, neque neceſſarius iſtorũ quiſquã tibi fuit. Neq; illud dicere queas, te calamitoſorũ hominũ uicem miſertũ, ppte-

Leges publicæ ſeueræ, priuatæ lenes eſſe debent.

Generalis refutatio.

Mercenarius legislator.

ita illorum ſuccepiſſe defenſionem. Neque enim quòd iſti tribus damnati iudicijs, uix tandem coacti debitam reipublicę pecuniam ſoluerunt: id indigna pati uiſum tibi eſt. Nam id quidem eſt indigna facere, ac tale, quod iracundiam potius moueat, quàm ad miſericordiam adhortetur. Neque uerò tanta eſt tua præter cęteros humanitas et clementia, ut te unum omnium, calamitoſorum potiſsimũ, miſereſcat. Non.n. eiuſdem eſt ingenij miſericordia moueri Androtionis, & Glaucetę, et Melanopi, ſi furto ablata reſtituere cogant: cũ uerò hominum, aliorumque ciuiũ tanta eſſet multitudo, quorum ędes expugnabas tu, adductis undecimuiris & receptoribus atque lictoribus, neminis unquã eſſe miſertum: ſed & ianuas cõuelliſſe, & cubilia ſurripuiſſe, et ſi qua miniſtrã haberet, eã pigneraſſe. Quę tu per annũ continuũ factitare cũ Androtione haud deſtitiſti.* Multo.n. profectò grauius ea uos, Iudices, ferebatis: & tu multo æquius miſertus eſſes eorum, execrãde, qui per uos oratores deglubunt perpetuis exactionibus neque id ſatis eſt, niſi et duplũ ab eis exigat, idque per te, & per Androtionẽ, qui nihil unquam in ęrariũ de ueſtris opibus intuliſtis. Tãta uerò eſt iſtius hominis arrogantia, ut ſe hominum facinorum pœnas non eſſe daturũ putet: ſolus quidem, cum eius collegæ ſint decẽ, cũ Androtione cõiter inſcribere rationem non dubitauit. Gratis.n. ueſtra cum nullo ſuo fructu, Timocrates odia quærit, & leges infert omnibus contrarias, poſtremò et ſuæ priori legi aduerſantes, quã equidem nec uos latere puto. Quod uerò mihi maxima uidetur iracundia dignũ, id dicã, & non diſsimulabo: quod, Athenienſes, cum argenti cauſa iſta ſuſcipiat, cumque ſibi reuera imperarit mercenarias locare operas: non in ea, quibus auditis ueniam ei det aliquis, impẽdit. Cuiuſmodi ea ſunt? Pater iſtius, Iudices, ęrarius eſt (neque id exprobrandi cauſa dico, ſed neceſsitate coactus) quem bonus iſte uir negligit. At ſi is ad quem illius ignominiæ redituta eſt hæreditas, ſi quid patri acciderit, tamen ſoluendã eſſe mulctam nõ cenſet: ſed illius temporis quod pater uixerit, uſuram eſſe lucrifaciendam: qua tandem abſtinente corruptela poſſe uideatur? Patris quidem te nec miſereſcit, nec iniquè cũ eo agi putas: ſi, te accipiẽte et col-

Inclementia Timocratis.

πολλῷ γὰρ δήπου σχετλιώτερον ἐπάσχεθ᾽ ὑμεῖς

ἀγωνία

Inſectatio priuatæ uitæ Timocratis.

Impius in patrem.

locupletato è tributis quę exegiſti, è decretis quę ſcribis, è legibus quas rogas: ipſe iure ciuitatis ſpolietur paruæ pecuniæ cauſa, & tamen aliorum quorundam uicem dolere te ais. At ſororis mediusfidius præclarè curá geſsit? Imò, ſi nihil aliud deliquiſſet, uel ob id ſolum dignus eſſet exitio. Eam enim uendidit non elocauit. Veſtrorum enim hoſtium uni, Corcyræo cuidam, urbis imperium nunc cum alijs obtinenti, qui apud iſtum diuertit, quoties apud uos legatione fungitũ, eamq́ accipere uoluit) quo pacto autem prætermittam?) argento accepto tradidit. Proinde puella Corcyræ nunc eſt. Eum igitur, qui ſororem peregrè abducendam elocaſſe ſeſe dicit, reipſa uendidit ſuiq́ parentis ſenectutem ita fouet; ac aſſentatur alijs. atque mercede & leges & decreta facit, & rem publicam adminiſtrat: eum uos nacti non perimetis? Apparebit certè, Athenienſes, iudicijs & negocijs uos delectari: non uelle hominibus improbis liberari. Necq́ uerò mihi dubium eſt, quin interrogati, puniendos eſſe oẽs improbos, fateamini: ſed iſtũ tali lege in plebis perniciem iculcata, grauiſsimum ſupplicium mereri, ego docere conabor. Furum. n. & graſſatorũ, & aliorũ facinoroſorũ; primùm illi nimirũ duntaxat, quiſq́ uocet, in quẽ fortè inciderit, necq́ illorum quiſquam omnes uel furto, uel rapina ſpoliare poſsit: deinde ſuã duntaxat exiſtimationem & uitam dedecore commaculat. Si quis uerò legem rogat, qua perlata, quibuſuis lædendi uos oĩs licentia & impunitas proponitur: is uniuerſæ reipublicę uim & iniuriam facit. Flagitioſa. n. lex, urbis eius in quam recipitũ, eſt publica ignominia & dedecus, nocetq́ omnibus his qui ea utuntur. Eum igitur, qui & nocere ueſtris commodis, & uos infamia complere conatur, eum inquam uos nacti non punietis? Quid dicetis aũt? Intelligetur aũt rectiſsimè, quantas res iſta lege ſcribenda, quibus inſidijs ſit complexus, eaſq́ recepto ſtatui ciuitatis quàm contrarias, ſi hoc cõſideretur: omnes qui libertatem populi ſunt oppreſſuri, cũ nouas res moliuntur, hoc facere: * primùm omnium ueteres leges aliqua lege deſtruunt, ut ne legibus pœnas dare ſuorum ſcelerum ſit neceſſe. Nónne igitũ, triplici, nõ una morte, ſi fieri poſſet,

Soror uẽdita.

Puniendũ eſſe Timocratẽ.

Exaggeratio per collationem.

Euerſio legũ tyrannidis principium.

πρῶτον ἁπάντων ἔλυσαν τοὺς νόμους, πρότερον νόμῳ δὶ ἁμαρτίαν τινὰ ταύτην ὑπέχοντες τὴν δίκην.

Digitized by Google

mulctandus eſſet: qui cum ſit unus, & uos utiq; non ſit oppreſſurus, ſed contrà ipſe potius apud uos (modò, ut æquum eſt, officium facere uelitis) periturus, tamen id facinus imitatus eſt: & lege ſua eos ſoluere uoluit, quos iudicia uinxerunt? cùm impudenter ſcripſerit, ſi quis uinculis ſit damnatus, aut in poſterum damnandus, ut is dimittatur. Atqui ſi clamorem ſubitò circa prætoriũ ſublatum audiretis, atq; aliquis diceret, recluſum eſſe carcerem, uinctosq; auſugere: nemo ita neq; iuuenis, neq; ſenex, neq; ſocors eſt, qui non pro uiribus opitularetur. Sin quis progreſſus diceret, iſtũ eſſe, qui eos dimiſiſſet, ſtatim abreptus indicta cauſa haud dubiè occideretur. Nunc, Athenienſes, habetis iſtum, qui hoc non clanculũ fecit: ſed per fucũ uobis & impoſturã, legem aperte obtruſit, q̃ non modò aperit, ſed ẽt euertit carcerem, & iudicia etiam inſuper eſt complexa. Quis, n. uel horum, uel illius erit uſus, ſi damnati uinculis, ſoluentur: & ſi quem deinceps damnaueritis, nihil ea re proficietis? Illud igit̃ uobis ẽt eſt conſiderandum, multos Grçcorum ſæpe decreuiſſe, ueſtris utendum eſſe legibus: id quod uobis laudi haud iniuria ducitis. Nam uerum illud mihi uidetur, quod quendã apud uos dixiſſe ferunt, omnes cordatos in ea eſſe ſententia, ut leges nihil aliud eſſe putẽt q̃ mores ciuitatis. Danda igit̃ eſt opera, ut q̃ optimæ eſſe uideantur: & pœnas dent quicunq; illas labefactant, et ꝑuertunt. Quod ſi negligetis, tũ laus hęc ueſtra diminuet̃, tũ urbi exiſtimatio non bona conciliabit̃. Cũ uerò Solonem & Draconẽ iure laudetis, quanq̃ neutrius publicũ aliquod beneficiũ aliud extet, niſi ꝙ cõducibiles & ꝑclaras leges tulerũt: æquũ ꝑfectò eſt, ut q leges ferũt illorũ legibus contrarias, illis iraſcamini, & pœnas irrogetis. Scio autem Timocratem legem iſtam tuliſſe, non minimam partem ſui ipſius cauſa. Multa enim in gerenda re publica ſe carcere digna admittere, ipſe cenſuit. Illud ẽt uobis recitabo, ꝙ Solonem aliquando dixiſſe ferunt apud iudices, in eo accuſando qui legem pernicioſam rogarat, in hanc ſententiam: Receptum eſſe in uniuerſum apud oẽs ciuitates, qui monetã adulterarit, morte mulctandum. Deinde interrogaſſe iudices, nũ eis ea lux iuſta

A ſimili κατ' ὑπόθεσιν.

Legum Athenienſiũ dignitas.

ὅτι οἱ νόμοι τρόποι τῆς πόλεώς εἰσι.

Timocratem impunitati ſuæ cõſuluiſſe.

Solonis dictũ de lege pernicioſa.

Lex moneta ciuitatis. & laudabilis uideretur. q cum uideri ſibi reſpondiſſent, ſubieciſſe: putare ſeſe, argenti monetam priuatorum contractuum cauſa repertam inter ciues, ſed leges monetã eſſe reipublicæ. Iudices igitur oportere, multo magis ſi quis eam quæ ciuitatis moneta ſit, corrumpat, odiſſe & punire, quàm ſi quis eam quæ ſit hominum priuatorum. Atq; ut intelligerent, haud dubiè maius eſſe delictũ corrumpere leges, q̃ adulterare monetam, addidiſſe: multas ciuitates haud diſsimulanter argento, quod ſit ære & plumbo contemperatum, utentes, tamen eſſe incolumes, nec ullum ex ea re capere detrimentum: at ſi q perinde legibus adulterinis uſi, receptas corrũpi ſiuerint, eorum nullos unquam non internecione perijſſe. Huic *Timocratem puniendum.* igitur crimini etiam Timocrates nunc eſt obnoxius, & eam iure à uobis æſtimationem nunc auferet, quam cõmeruit. Ac uerò iraſcendum eſt omnibus, qui leges turpes & improbas ferunt: tum uerò his imprimis, qui eas leges corrumpũt, à quibus uel magnitudo urbis, uel hu *Leges præmiorum, ſuppliciorum.* militas pendet. Hæ uerò quæ ſunt? Tum quæ iniurios puniunt, tum quæ bonis & iuſtis honorem habent. Nã ſi omnes de republica bene mereri ſtudeant, honoribus *Leges uincula reipublicæ.* & præmijs, quæ propterea dãtur, incitati: & omnes maleficijs & iniurijs abſtineant, detrimenta & ſupplicia ſceleribus conſtituta metuentes: qd prohibebit rempub. noſtram eſſe amplißimã & florentißimã? Nõne tot triremes, quot nulla alia Græca ciuitas poſsidet? nõ legiones? non eqtes? non reditus? non loca? non portus? Hæc uerò omnia quæ res tuetur & continet? LEGES. Nam cũ ciuitas legum pſidijs adminiſtraẽ, hæc utilia ſunt reipublicæ. Sin contrà fiat in republica, ſi bonis uiris nulla uirtutis præmia ſperare liceat, ſi facinoroſorũ tãta ſit impunitas, quantã eis lege ſua Timocrates propoſuit: quanta quæſo uos perturbatio ſecutura eſt? Satis .n. ſcitis harum quas modò recenſui copiarũ, ne ſi duplicentur qui- *Seueritate retinetur autoritas.* dem, ullam fore utilitatẽ. Quum aũt iſte lege ſua uobis nocere conetur, qua fit, ut hi qbus in animo eſt maleface re, impuniti maneant: propter hæc oĩa quæ diximus, iraſcendum ei eſt, & ſupplicium infligendum, ut eius exemplo alij ſint ad iniuriã tardiores. Nã talibus leni aio par

tere, aut, etſi damnetis, exiguam tamen eis mulctam irrogare: non aliud eſt, quàm conſueſacere atque inſtituere quàm plurimos, ne uos iniurijs afficere uereantur.

LIBANII ARGVMENTVM ORATIONIS contra Ariſtogitonem.

*PYthangelus & Scaphon, conſpicati Hieroclem ferentẽ ſacras ueſtes, quibus etiam aurea ſcriptura inerat, eorum qui dedicarant, nomina ſignificans: ad ſenatum abducunt, ut ſacrilegum. Qui cum eum poſtridiè in concionem duxiſſet: ille ſe à ſacrificula miſſum eas accepiſſe dicit ueſtes, ut ferret ad * ſacram uenationem. Tum Ariſtogiton decretum facit, primum ſine ſenatus autoritate: deinde atrociſſimum, iubens, ſi fateretur ſe ueſtes extuliſſe, eum interfici ſtatim: ſin negaret, iudicium de eo fieri. Eius decreti ea uis erat, ſi fateretur uerum, ut mox occideretur: ſin iret inficias, ut paulo pòſt idem pateretur. Id decretum ut contra leges factum, cum accuſaſſet Phanoſtratus Hieroclis rei pater, ſocio Demoſthene, condemnat, ut contra leges factum: iudices litem æſtimant Ariſtogitoni quinq; talentis. Hoc primum æs alienum contrahit Ariſtogiton. Deinde cũ Hegemonem accuſaſſet, & * cauſam uendidiſſet: quinta ſuffragiorum parte non accepta, mille drachmis eſt mulctatus. Cum autem mulctam intra præfinitum tempus non ſoluiſſet, ex lege duplicatæ ſunt mulctæ, & decem talenta facta, & bis mille drachmæ. Pro hac pecunia ſuũ quoddã prædium reipublicæ tranſcribit, idq; prædium Eunomus emit, frater eius: ſpacio reddendi æris alieni poſtulato, ut decem annis uniuerſum diſſolueret, quotannis conuenienti parte numerata. Ac duos quidẽ terminos præſtiti, talenta duo, & drachmas 400. Reliqua debentur talenta octo, mille drachmæ & ſexcentæ. Cum igitur Ariſtogiton dicendi habere ſibi poteſtatem uideretur, & non iam ærarius eſſe debitore pro ſe conſtituto reipublicæ: & accuſabat multos, & concionabatur, legibus eum qui ærario deberet, antequam ſoluiſſet, ignominioſum facientibus. Quapropter eum Lycurgus reum fecit, ut qui conciones haberet, cùm id ei facere non licẽret. Quia uerò nondum ex arce deletus erat Ariſtogiton, ſed mulcta etiã num inſcripta, & tamen emptor prædij, debitor conſtitutus fuerat: oritur quæſtio, utrum emptor prædij duntaxat debeat, an uerò is etiam, qui primus æs alienum conflarit, eo uſq; dum ſolutum id fuerit. Atq; hæc de duplici debito controuerſia eſt. Aiunt autem accuſatores, eum & tertiam debere mulctam ærario: id quod Ariſtogiton non concedit, ſeq; per iniuriam inſcriptum eſſe aſſerit, propte reaq; diem Ariſtoni dixiſſe inſcriptori. Demoſthenes autẽ & Lycurgus, iuſtà ne an iniuſta fuerit inſcriptio, in me-*

εἰς τὸ ἱερὸν κυνηγέσιον.

τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος.

Dubito de lectione. ſententia poſtulare uidetur: cum cauſam in iudicium deduxiſſet.

dio relinquunt: ſed aiunt, ſi Ariſtogiton Ariſtonem uicerit, tum Ariſtogito ne expuncto, illum ex lege inſcriptum iri: priuſquam autem de re iudicium fiat, non decere eum in publico uerba facere, qui iure fortaſſe ſit inſcriptus, & falſo accuſet Ariſtonem. & hæ ſunt quæſtiones argumenti, de quibus conflixit Lycurgus, cum priores in dicendo partes obtineret. Demoſthenes autẽ breuiter eas omnino attigit, ut antè occupatas: ſed tota eius oratio uitæ Ariſtogitonis accuſationem continet. Dionyſius Halycarnaſſeus non recipit has orationes pro Demoſthenicis, coniectura ex genere dicendi capta. alij dicunt de induſtria oratorem tali forma eſſe uſum, æmulatione Lycurgi gloria florentis apud Athenienſes: alij, cum ratione ætatis primas in dicendo partes obtinuiſſet Lycurgus, & omnibus ipſe argumentis fuiſſet abuſus, Demoſthenem deinceps neceſſe habuiſſe cauſam agere artificioſius, & circumductionibus includere: alij, priorem ut Demoſthenicam admittunt, poſteriorem nequaquam, quòd nihil habeat hoc oratore dignum.

Controũerſia de autore harum orationũ.

DEMOSTHENIS IN ARISTOGITONEM ORATIO PRIOR, [redacted]

[illegible] in hac cauſa, plus referre qui ſint animi auditorũ, quã quæ accuſatoris uehementia.

IAmdudum, Athenienſes, dum ſederẽ, & accuſantem audirẽ, ut uos, Lycurgũ cætera pręclarè eum dicere putaui, unũ ſum miratus, cũ uehementer contendentem uiderẽ, an illud ignoraret, cauſæ huius ęquitatẽ, neq; propter à ſe habitam, neq; propter à me habendã orationẽ, fore firmã: ſed eius pendêre uires ex cuiuſq; ueſtrũ uel odio, uel approbatione improbitatis. Ac ego ſanè exiſtimo accuſationem uerborumq́; copiã, propter conſuetudinẽ, & ueſtrã auſcultationẽ eſſe adhibendã: ſed huius negocij iudicium, pro ſuo quenq; ingenio, domo ſecũ attuliſſe: & nũc ſi plures ſitis, qui ametis improbos, & tueamini, periſſe nobis oĩa uerba q̃ fecimus: ſin oderitis, pœnas iſtũ, ſi deus uoluerit, daturũ eſſe. Cũ autẽ multa uerba facta ſint, eaq́; p̃clarè oĩa: nõ tamẽ dicere dubitabo, qd mihi uideatur. Ego cauſam hanc nulla re prorſus conuenire puto cũ cęteris. quod ita eſſe, ſic intelligetis. Ad omnia iudicia ueniunt iudices rem ex accuſatore & reo cogniturі, de qua erit p̃nunciandũ:

Reum ipſos iudices habere accuſatores.

aduerſarij, oſtenſurus uterque ſe pſidia legũ habere firmiora. Cauſæ autẽ huius quæ ratio eſt? Vos controuerſiæ diſceptatores adeſtis, & magis quam nos accuſatores, noſtis & ærarium eſſe iſtũ, & ſcriptũ in arce, & nõ licere ei in publico dicere. Itaque ueſtrũ quiſque accuſatoris uicem obtinet, & cauſam tenet, neque neceſſe habet eam cognoſcere. Reus autẽ pſidij prorſus nihil habet ad incolumitatẽ, nõ iuſtam cauſæ defenſionẽ, nõ uitam humaniter actam, nõ aliud boni quicquã, ſed quod etiam inſonti terrorẽ incuterẽt, per ea ſe fore incolumẽ arbitratur. Spem.n. ſalutis ſuæ in inſigni improbitate collocat. Quæ cũ ita ſint, rectè dici queat, opinor, reum eſſe nunc Ariſtogitonem: iudicium autẽ fieri de uobis, & exiſtimationẽ agi ueſtrã. Nã ſi iracundiã in adeò magnis & manifeſtis ſceleribus declarabitis, & ſeueritatẽ ueſtram: ut iudices eſſe uos & legũ cuſtodes, ut eſtis, ingreſſos putabũt. Quòd ſi qd aliud plus ualuerit, quod etſi nemo ſe feciſſe fatebitur, in ſuffragijs tamen apparebit: uereor, ne quouis eos tẽpore q ſtudeant eſſe improbi in republica, tanquã laniſtæ exercere uelle uideamini. Omnes enim improbi per ſe infirmi ſunt: quẽ uerò uos fouetis, fit potens: quod ut ei, cui hæc licentia cõtigit, quæſtum & potentiam auget, ita uobis eſt eius licẽtiæ autoribus, opprobrio. Priuſquã autẽ, Athenienſes, de priuatis iſtius factis dicam, uos diligenter expendere uelim, & paucis, in quantum dedecus & ignominam ciuitatem publicè coniecerint omnes iſtiuſmodi belluæ, quarũ medius & poſtremus & primus iſte eſt. Qui, quæ alia deſignent prætereo, ſed in cõciones aſcendunt, in qbus uos ſententiæ dictionẽ, non improbitatis oſtentationẽ oratoribus proponitis: audacia & uociferatione & falſis criminationibus, & calumnia, & impudentia, & oibus eius generis rebus inſtructi, quæ deliberantibus omniũ ſunt inimiciſſimæ: & ijs probris omnem publicam honeſtatẽ ſuperant, leges, pſides, promulgationem, diſciplinam. Quæ ſi uos approbabitis, ſi ueſtro cõſilio fiunt: pergere, non prohiberi debent. Sin ea corrigenda uel nunc eſſe ducitis, & quæ iam dicta ſunt, multo antę & longo iam tẽpore turpiter ab iſtis & male diuexata, reſtituenda in integrum: oĩa huius generis ingenia hodie negligẽda, & uerè pro-

Rei impudentia.

Iudicum exiſtimationem hic agi.

Inſectatio calumniatorum.

Adhortatio iudicum.

εὐνομία. δίκη.

nunciandum eſt,& æquitatis amica legum ſanctio maximi facienda,q̃ omnes & urbes & regiones tuetur:& inexorabilis,& uenerāda Iuſtitia,quā is qui ſacroſancta initia nobis mōſtrauit Orpheus,ſolio Iouis aſſidentem,oīa facta hominum ait intueri. Eam unuſquiſq; in ſe defigere putet oculos,itaq́; pronunciet,ut caueat,& prouideat,ne

δίκη. δικασταί.

eam pudefaciat,à qua cognomen habetis ſinguli,qui ſorte iudices quoq; tempore delecti eſtis,ad omnium in republica degentium honeſtatem,& ius,& utilitatē tuendam: & hodierno die tanquam depoſitum iureiurando aſtricti,accepiſtis à legib9,& republica,& patria. Quòd ni ita eritis animati,ſed pro ſolita facilitate ingreſſi ſedebitis,uereor ne res in diuerſum uertat:& nos dum Ariſto

Accuſare improbos, periculoſum.

gitonem accuſamus,uos accuſare uideamur. Quò enim euidentius oſtenſam à nobis iſtius improbitatē uos minus curaueritis,eo maius dedecus ſuſcipietis. Ac de his hactenus. Omnino autem,Athenienſes,familiariter agā uobiſcum,& uera dicā. Ego in concionibus cū uiderem cōſtitui me à uobis & deligi ad iſtius accuſationem,ægrè tuli:&,ita me dij deæq́; omnes ament,abhorrui. Neq; enim ignorabam,eum,qui tale munus apud uos obiſſet,non ſine malo abiturum. Quod ſi tantum nō eſſet,ut ſtatim ſentiretur:at ſi ſæpe feciſſet,nec deſiſteret,celeriter cognitum. Neceſſe tamē eſſe duxi,ueſtris parêre uoluntatibus.

Propoſitio: Se de iudicū officio concionaturum.

Ac delationis quidem cauſas,& iura legum,ipſum,id q͂d fecit,Lycurgum,euicturum putabam, eumq́; teſtes improbitatis iſtius citare uidebam. Quæ autem & cogitare eos qui ſuper republica & legibus deliberant,conuenit, & circumſpicere decet: ea dicere inſtitui,& ad illa explicanda nunc aggrediar. Per deos aūt oro uos,date,Athenienſes,& cōcedite mihi,ita ut natura mea fert,utq́; pro

Vita natura & legibus regitur.

poſui, de illis rebus diſſerendi facultatem. Etenim haud aliter poſſim. Vniuerſa uita mortalium,Athenienſes,ſiue magnam urbem incolant,ſiue paruam, natura & legibus regitur. Ac natura quidem confuſa & inæqualis eſt, & à peculiari cuiuſq; pendet ingenio:leges autem cōmunes & ordinatæ ſunt,& eædem uniuerſis. Quod ſi praua natura fuerit,ſæpe mala conſilia molitur, quare tales facile in delicta ruere liquet. Leges autem æqua & honeſta

& utilia ſpectant, & ad illa referũtur. Quæ inuenta ſi fuẽrint, cõmune iam inde mãdatum omnibus proponitur, par & ęquabile. Atq; ea lex eſt, cui parêre omnes debẽt, cùm ꝑpter multa, tùm hac de cauſa potiſſimum, q̃ omnis lex inuentum eſt, & donum deorum immortalium, decretum hominum ſapientum, regula delictorum quæ de induſtria & fortuitò committuntur, ciuitatis commune pactum, cui uiuere conuenienter, omnes qui ſunt in urbe, debent. Ariſtogitonem aũt nunc omni iure accuſationis eſſe conuictum, neq; ullam ei reſtare probabilem excuſationem: facile oſtendi poteſt. Cum enim res duę ſint, Athenienſes, ꝑpter quas omnes ferũtur leges, tum ut ne quiſquam iniuſti aliquid agat: tum ut ĳs qui ius uiolarunt, punitis, alĳ meliores reddantur: utroq; nomine ſupplicium de iſto ſumendum eſſe apparebit. Nam & propter leges uiolatas, ab initio mulctatus eſt: & quia mulctam inflictam negligit, eò nunc apud uos pœnę de eo expetũtur. Itaq; nulla reliqua eſt defenſio, propter quam ab ullo defendi poſſit. Neq; enim illud negari poteſt, hoc hominũ genus eſſe reipublicæ perniciosum. Nam hoc ego ſcio, omnes ĩtercidere mulctas reipublicę, ſi cauillatiões iſtius approbabitis: & ſi qui fortè ærarĳ dimittendi ſunt, humaniſſimos & optimos, & minimè ob atrocia delicta mulctatos eſſe dimittẽdos, non hominem improbiſſimum & flagitĳs coopertum, & iuſtiſsimè mulctatum, & ob grauiſsima ſcelera. Quid enim fieri poſsit calũnia & uiolatione legum, propter quarum utramq; iſte mulctatus eſt, atrocius? Neq; iam dico, ut alĳs omnibus condonetis, uim tamen facienti non dandam eſſe ueniam (ea enim contumelia eſt) & quæ ſunt eius generis alia, omnia prætereo. ſed illud, omnem etiam reipublicæ et legũ ornatum conturbari et euerti, quantum in iſto eſt: id ego me uobis euidenter oſtenſurum arbitror. Dicam autem neq; nouum, neq; ſuperuacaneũ, neq; peculiare quicquã, ſed ea quæ noſtis omnes æquè mecum. Si quis enim ueſtrũ indagare uelit, quæ tandẽ cauſa ſit, quid ue moueat, ut ſenatus conueniat, ut populus in cõcionem aſcendat, ut iudicia frequententur, ut ueteres magiſtratus nouis cedant, ut omnia per quæ urbs regitur, & conſeruatur, fiãt

Legis definitio.

Ariſtogitonẽ uiolatis legib. mulctandum eſſe.

Autoritas & uiolatio legũ quãtũ ualeat.

leges in cauſa eſſe,& quæ legibus pręſtatur,obedientiā, inueniet. Quæ ſi abrogentur,& pro ſua cuiq; uiuendi libidine licentia detur: non reſpublica duntaxat intereat, ſed nihil etiam iter noſtram & belluarum uitam interſit. Quid enim iſtum ipſum factum putabitis abrogatis legibus,qui uigentibus illis,talis eſt?Cum autem in confeſſo ſit,leges proximè & ſecundū deos,conſeruatrices eſſe reipublicæ:decet omnes uos,perinde ac ſi ad collectam complendam ſederetis,obtemperantem illis,ut qui ſalutis ſtipem ferat integram patriæ, honorare & laudare: contumacem punire. Collecta enim ciuilis & cõmunis, ea ſunt omnia,quæ ex conſtitutione legum quiſq; facimus: quā qui negligit,Athenienſes, multa & præclara & ſplēdida & magnifica uobis eripit,& quantum in ſe eſt, corrumpit. Quorum unum atq; alterum,quæ notiſsima uobis ſunt,exempli gratia proferam: Quòd ſenatus quingentorum, propter infirmos iſtos cancellos, ſecreto deliberandi poteſtatem habet, & uulgi interuentu non perturbatur. Quòd ſenatus Areopagiticus, cum in porticu regia ſedenti funiculus obtenditur,tranquillo ocio & ſolitudine fruitur,& omnes è medio excedunt: quod magiſtratus omnes,quos hi gerunt è uobis,quibus illi ſortitò obtigerunt,ſimulac miniſter eos egredi foras iuſſerit, legum ſunt compotes,per quas intromiſſi fuerāt,et non importuniſſimi per uim ſe ingerunt:alia ſexcenta,omnia deniq; præclara & auguſta, & ea per quæ urbs ornatur & conſeruatur,legibus accepta ſunt ferenda:modeſtia erga parentes,erga natu maiores adoleſcētię uerecundia,ordo, diſciplina,legum adiumento ſunt flagitijs ſuperiores,impudentia,audacia,cõtemptu. Nam temeraria res eſt improbitas,& audax,& uiolenta:contrà,bonitas tranquilla & timida,& tarda,& damni patiens. Leges igitur tuendæ ſunt,& à uobis,qui quoq; tempore iudicia exercetis, cõfirmādę. Harum.n. præſidio boni ſunt improbis ſuperiores. Sin minus,diſſipata,aperta,confuſa ſunt oĩa: in perditiſsimorum & improbiſsimorum ciuium poteſtate eſt reſpublica. Agite uerò,deum imortalem, ſi oēs qui in urbe degunt,Ariſtogitonis ſumpta audacia & impudētia,& ita ut iſte ſecum cogitātes, licere & dicere & facere aliquam

ἱερᾶς πολιτικῆς πλήρωσις.

Exēpla legū autoritatis.

Improbitas, Bonitas.

ἀντίθεσις.

Incõmoda legū euerſarū.

diu quicqd libeat in populari imperio: atq; iĳ qui ſic ani mum induxerint, exiſtimationem ſuam negligant, & nemo iullo facinore deprehēſos ſtatim occidat: ſi igitur ita quiſq; cogitet, & ſorte non delectus cum delecto, & nō deſignatus cum deſignato, eadem eſſe dignitate & poteſtate ſtudeat: ſi deniq; non ſenex, non iuuenis officio fu gatur, ſed omni ordine repudiato è uita, ſuam quiſq; libi dinem pro lege, pro magiſtratu, pro ſumma rerum oīum habeat: ita ſi faciamus, nunquid urbs incoli porrò poterit? nunqd ulla porrò futura eſt legum autoritas? Quantum aūt uiolentiæ & inſolentiæ, & iniquitatis, & conui ciorū quotidie fore putatis, loco eius quæ nunc eſt, tranquillitatis & diſciplinæ? & quorſum dicere attinet, legibus & obſeruātia legum ornari omnia? cum uos ipſi, modò omnibus Athenienſibus ſortientibus, et qd' ſatis ſcio, cupientibus oībus huius iudicĳ ordinem adipiſci, ſoli nobis ius dicatis? cur? qa ſors uobis obtigit: quia ſortito ſelecti eſtis: qa leges ita iubent. Qui igitˀ ipſi ex legibus eſtis in hunc ordinē aſciti, nacti eum qui contra leges ui dicere aut agere aliqd inſtituit, dimittetis? neq; ueſtrū qſquam iram & indignationem ſuam declarabit cōtra nefarĳ & impudentis hoīs uiolentam legum abrogationē? Tune impuriſsime omnium mortalium qui uſquam ſunt, cum effrænati tui oris audacia non cancellis, non foribus, quę clā aperiri fortaſſe queant, ſed tot & tantis mulctis, ĳſq; in fano Mineruæ aſſignatis cohercearur: ultra hæc penetras ui, & in ea te ingeris, à qbus te leges arcēt? excluſus oībus ciuitatis inſtitutis, cognitione trium iudiciorū, accuſatione Sexuirorū, accuſatione exactorū, * accuſatione ſenatorĳ ordinis, cui ipſe præfuiſti, & tantum non ferrea catena ligatus: per hęc omnia penetras, hęc cōuellis, confingendis cauſis, & falſis criminibus componendis, te rempublicā euerſurum putas? Atqui magnū & perſpicuum uobis dicam exemplum, cur ad iſta nullo modo ſit conniuendum: ſi quis ſubitò huc irrumpens dicat, è natu minimis, aut ditiſſimis, aut muneribus perfunctis, aut tali aliqua parte ſegregata, oratores eſſe eligendos: eum dubio pcul interfecturi ſitis, ut rempub. euertentē: idq; iure faceretis. At quiduis horū leuius eſt, quàm ſi quis ea-

Concitatio iudicum contra Ariſtogitonē.

ἀποστροφὴ ad Ariſtogitonē.

Lectio uaria et incerta eſt, nec ſatis nota hiſtoria.

Amplificatio ab exemplo καθ' ὑπόθεσιν.

Ariſtogitonis

facta pertinere ad euerſionem reipubl.

rum,ex quibus iſte eſt,partium dicat, ui ſe ingerentibus, dicendi faciēdam eſſe poteſtatem,aut è carcere elapſis, aut ijs quorum patres occidit populus, aut qui ſortiti magiſtratum,improbati ſunt,aut qui reipublicæ debēt,aut in uniuerſum ignominioſis,aut ijs q improbiſsimi et ſunt, & habentur. Hæc enim in iſto reperiuntur omnia, & ijs inſunt qui eius referunt ingenium. Nam ego qdem, Athenienſes,exiſtimo eum ob hæc etiam quæ nunc facit,iure occiſum iri: multo autem magis,aut nihilo certè minus, ob ea quæ ſe facturum eſſe oſtendit, ſi licentiam à uobis acceperit,& occaſionem,qđ dij prohibeant. Atq; adeò mirandum fuerit quenquā ignorare ueſtrū, iſtum ad nullum honeſtum,aut utile,aut republica dignum adhiberi poſſe munus. Dij enim omnes, & Iupiter Opt. Max. prohibeat,ne reſpublica ea uirorum laboret inopia, ut ab Ariſtogitone honeſti aliquid ſit adminiſtrandum. Quibus autem in rebus aliquis belluę iſtius uſus eſſe poſsit,eæ ne in uſu ueniant, eſt exoptandum:quæ ſi fortè eueniant, maior eſt reipublicæ felicitas, eos qui ſcelus aliquod cogitant,facinorum carere miniſtro:q̃ iſtum abſolutum, paratum inuenire. Quod enim facinus tam atrox,tam perniciosum eſt,Athenienſes, quod fugiat homo perditus, & patrio in populum odio refertus? Quis alius rempublicam(quod abſit)expeditius euertat, ſi conſequat̃ autoritatem & potētiam? Nonne uidetis eius ingenium & actiones,non ratione,non ulla uerecundia, ſed deſperatione gubernari? imò omnes eius actiones non eſſe aliud q̃ deſperationē? quę cum ei maximo ipſi malo ſit in quo eſt,tum acerba & grauis eſt omnibus, & reipublicæ intolerabilis. Omnis enim homo profligatus & ſemetipſum proijcit, & quæ conſilio retineri poteſt, incolumitatem; ſed admirabiliter & præter rationem,ſi fortè euaſerit,cōſeruatur. Quis igitur homo cordatus ſemetipſum aut cōmoda reipublicæ iſti cōmiſerit? quis non quantum poſſit,ea præditum fugiat, & tollat è medio,ne quando inuitus in eum incideret? De ſalute reipublicæ deliberantibus,Athenienſes, non quærendus is eſt,cuius deſperationis ſocij ſint ipſi:ſed is potius, cuius mentem & ingenij bonitatem, & magnam prouidentiam imitent̃. Nam hæc

προκατάληψις

Nullum uſum eſſe poſſe Ariſtogito is in rebus bonis, in pernicioſis magnum.

Deſperatio fugienda in republica.

hæc ad felicitatem perducunt mortales oẽs: illa eò, quò iſtũ abire decet. idq́ ęſtimate nõ ẽ meis uerbis, ſed in oẽs hoíum mores intuẽtes. Oĩbus urbibus aræ ſunt & fana deorꝫ oĩum, atq; inter eos ẽt ꝓuidæ Mineruæ, ut magnæ & pręſtãtis deæ, & iuxta Apollinẽ Delphicũ pulcherrima & maxima * ędes ſtatim ubi tẽplũ ingreſſus fueris: q cũ & deus & uates ſit, utraq; ratione nouit qd maximè expediat: non Deſperationis & Impudentiæ. Quin & iuſtitiæ, & æqtatis, & uerecundiæ mortalibus oĩbus aræ ſunt, alię pulcherrimæ, & ſanctiſsimę in animo cuiuſque & ingenio: aliæ, eæq́ communes omnibus ad cultum propoſitæ: ſed non Impudentię, aut Calumnię, non Periurij, non Animi ingrati, quę oĩa iſti inſunt. Etſi autem ſcio iſtum rectam & ueram defenſionis uiam declinaturum, & extrinſecus undique circuiturum conuiciantem & calumniantem, & pollicitantem ſe accuſaturum, in ius adducturum, traditurũ magiſtratui, & eius generis alia: tamen, ſi uos prudenter audietis, ea omnia nihil illi profutura ſunt. Quid enim iſtorum non ſæpe in omnibus quale eſſet, deprehenſum eſt? ac præteribo cætera. Sed tu Ariſtogiton me ſepties maieſtatis egiſti reũ, mercenarius eorum q tum Philippi negocium agebant, orator, & me rationes referentem bis accuſaſti. Ac ego quidem, q homo ſum, Adraſtiam adoro: & habeo dijs immortalibus, & uniuerſis uobis magnam gratiam, Athenienſes, q me conſeruaſtis: tu aũt nihil unquam dixiſti ueri, ſed mendacij ſemper es conuictus. Quòd ſi hi ſopita legum autoritate, hodie te abſoluerint: nunc me reum perages? quo crimine? Sic. n. conſiderate: Biennium iam iſte ui cõcionatur, quod ei facere non licet: ſed concionatur tamen. Deinde interea miſerum Phocidem, & fabrum illum ærarium Piręenſem, & coriarium, & ſi quos alios apud uos accuſauit, peccare in rempublicã uidit: me aũt non uidit, oratorem in quẽ hoſtili fuit odio, nec Lycurgum, nec alios, de quibus plurima ſtatim dicet, Atqui propter utrunq; dignus eſt exitio, tum quòd oſtẽdere cum poſſet factam eſſe uobis aliquam per nos iniuriam: omiſsis nobis, homines rerum imperitos inuaſit: cum ſi nihil poteſt, q; hæc ad eludendos & decipiendos

*Nulla deſperationis ara. * ναὸς, fortaſſe βωμὸς, altare.*

Aræ uirtutum in animis & templis.

Refutatio criminationum Ariſtogitonis.

ἀδράστειαν

Z

Ariſtogitonē nec ad accuſandos alios eſſe aptum.

uos comminiſcetur. Quod ſi fortè quis homo eſt in urbe tali ingenio, qui omni modo requirat eum, qui accuſet & calumnietur alios, quo iure quaque iniuria nihil penſi habens: neminem minus utilem iſto inueniet cur? quia accuſatorem aliorum, & omnium exagitatorem, ipſum omni crimine uacare oportet, ne propter eius improbitatem illi elabantur. Nemo autē huius urbis incola, nec pluribus, nec maioribus q̃, iſte peccatis eſt refertus. Quid igitur iſte eſt? Canis mediusfidius, ut quidam aiunt, populi. Cuiuſmodi? qui eos, quos ut lupos inſimulat, non mordeat: quas uerò ſe tueri profitetur oues, ipſe deuoret. Quem.n. iſte oratorum tanta clade affecit, quanta homines plebeios, quos paſsim exagitat? Quē, poſteaquam nunc ab integro concionatur, oratorem accuſauit? neminē, ſed homines plebeios multos, in quos decretum cum ſcriberet, condemnatus eſt. Atq dicunt, canes q de ouibus guſtent, eſſe iugulandos. Itaq; primo quoq; tempore, è medio tollendus eſt. Nulla enim eius Athenięſes, ijs in rebus quas iactat, eſt utilitas: ſed iſte rē perſpexit nefariam, & impudentē. Nam cum in concionibus conuicia dicat, & petulanter oēs laceſſat: quibus in rebus ea ratione uos uniuerſos deceperit, earum, cum deſcendit, ſingulatim ab unoquoque ueſtrū pœnas ſumit, calumniando, poſtulando, nummos exigendo: non ita me dij ament, ab oratoribus (hi.n. cum eo conflictari poſſunt) ſed à plebeijs & rerum imperitis, id quod icti qui ſunt, nouerunt. At hercule hæc ita eſſe fatebimini. ſed cum utile ſit publicū eſſe accuſatorem, neglectis his omnibus, conſeruandum eſſe dicetis? Sed quę reipſa eſtis experti, Athenienſes, ea nunquam ex uerbis æſtimate. Iſte in publicum non prodijt quinquennio, quo concionibus ei fuit interdictum. Quis igitur eum illo tempore deſiderauit? quam reipublicæ partem neglectam uidit propter eius abſentiam? Quid uerò, ex quo nunc cōcionat, factū eſt melius? Mihi quidē contrà uidetur: quo tēpore nō prodijt, refocillatam è malis eſſe rempublicam, quæ omnibus iſte inferebat: ex quo rurſus concionatur, obſideri, orationes ſeditioſas & turbulentas in omnib⁹ concionibus ſemper habente iſto. Nunc audaciorem in-

Canis.

Non opus eſſe reipublicæ accuſatore Ariſtogitone.

grediar orationem, & cum ijs agam, qui eum propter iſta diligunt: q quales putandi ſint, ipſi conſiderate: ego uerò non dicam aliud, niſi eos non ſapere, qui ſe cum eo coniungant. Ac ueſtrû qui in hoc conſeſſu nunc adeſtis, Iudices, talem arbitror eſſe neminem. Etenim & iuſtum eſt, Athenienſes, & utile, me ſic & loqui & ſentire de uobis. E' reliquis autem ciuibus, ut maledictum ad quàm paucißimos pertineat, diſcipulû, aut ſi uultis, doctorem eius Philocratem Eleuſinium illum, ſolum talem eſſe ſtatuo, non quin plures ſint (utinam enim nemo Ariſtogitone delectaretur) ſed quia, quod, ut uobis cõtumelioſum, dicere uereor, in eo neq; alios à me ciues accuſari publicè decet. Deinde idem efficiet etiam in unum directa oratio. Ac quali eum eſſe præditum ingenio neceſſe ſit, q Ariſtogitone gaudeat: ſubtilius inquirere omittam, ne multis uti maledictis mihi ſit neceſſe. Illud autem dico: ſi improbus eſt Ariſtogiton ſine controuerſia, & acerbus, & calumniator, & talis qualem ſe eſſe pollicetur: largior, concedo tibi Philocrates, talis cum ſis, tui ſimilem ut defendas. Nam ſi reliqui ciues omnes, & ita ſunt affecti, ut oportet, & leges obſeruant: nihil iſtuc reipublicæ incommodaturum arbitror. Sin caupo eſt improbitatis, & mango ſordidißimus, & ꝓpola, & ea q̃ unq̃ egit, tm̃ non ſtatera & ponderibus adhibitis uendidit: quid iſtum, ó inepte acuis? Neq; .n. mehercule coco ullus uſus eſt culteri hebetis, neq; ei q per ſe uult negocia faceſſi, & mala dari omnibus calũniator uenditurus oia, quicquam prodeſt. Talem autem eſſe iſtum, ſcienti tibi dicam. Meminiſti ut Hegemonem læſæ maieſtatis reum fecerit? ut ab accuſando Demade accepta pecunia deſtiterit? ut Agathonem olearium miſſum fecerit? Cum .n. dudum clamitaret & uociferaretur, proh diuũ atq; hominum fidem, & pro concione cœlũ terræ miſceret, quæſtiones habendas: accepta quacunq; mercede, quanq̃ præſens, cum is abſolueret, obmutuit. In accuſando Democle perduellionis reo, accuſationẽ quò reiecit? Alia infinita ſunt, quorum mihi meminiſſe oium laborioſum eſt, te aũt etiam exempla illarum actionũ habere ſcio, q illi propter prædæ ſocietatem ſubſeruias. Quis igit̃ eſt, q

Inſectatio amicorũ Ariſtogitonis, nominatim Philocratis.

Mercenarij calumniatoris cõductori nullus uſus.

Similitudo.

Offa iniecta ſopitus cerberus.

Extirpandi ca-lumniatores.

talem tuetur? bonus an malus? malus quamobrem? Nã & ſui ſimilium eſt proditor, & bonorum hoſtis natura & genere. Niſi quis calumniatoris & hominis improbi ſemen & radicem, ut agricola, relinquẽda eſſe cenſet rei publicæ. Quod non eſt honeſtum, Athenienſes: atq; ita me dij ament, nefas etiam eſſe exiſtimo. Neq; enim maiores uobis has curias ædificaſſe puto, ut iſtud hominũ genus in eis tanquam uitulos ſaginaretis: ſed contrà, ut cohierceretis & puniretis, neq; quiſquam æmularetur, aut appeteret improbitatem. Omnino autem id eſt improbitatis ingenium, ut ſine magnis reprimi difficultatibus haud poſsit. Cum.n. Ariſtogiton in manifeſtis iniurijs accuſetur, & non olim perierit: quid faciendum eſt, aut dicendum? qui eò uenit improbitatis, ut iam accuſatus, clamitare, calumniari, minitari non deſiſteret. Quibus.n. uos res maximas credebatis ducibus, quia ei poſtulanti argentum non dabant, eis nec fimeta committenda eſſe dictitabat: quibus uerbis non illos lædebat, non: licitum.n. eis erat, paucis nummis datis, ea nõ audire: ſed ueſtra ſuffragia contemnebat, & ſuam improbitatem oſtentabat. magiſtratus porrò q ſorte creãtur, lacerabat, poſcebat, argentũ exigebat, quo malorũ genere non uexabat? Poſtremò autem oẽs in tumultum & ſeditionem conijcere ſtuduit, falſis literis propoſitis: deniq; in omnium perniciem natus eſt, & talem ſe eſſe tota uita declarat. Ita.n. rem perpendite: Athenienſes in uniuerſum uicies mille ſunt. Horum unuſquiſq; uno ſaltem negocio occupatus, in foro obambulat, ſiue id ſanè publicum ſit, ſiue priuatum. Iſte autem nihil quicquam oſtendere poſsit rei moderatæ aut honeſtæ, in quá uerſetur et uitam agat. non publico aliquo bono animũ occupatũ habet: non arti, non agriculturæ, non ulli quæſtui ſtudet: cum nemine ullis humanitatis aut familiaritatis officijs eſt coniunctus: ſed per forũ incedit inſtar ſerpentis, aut ſcorpionis, erecto aculeo, huc atq; illuc ſaltitãs, circũſpectãs cui calamitate aut maledicto, aut malo aliquo oblato, quo in timorem coniecto, argentũ extorqueat. nec ingreditur in ullã publicã tonſtrinã, aut myropoleũ, aut alias officinas, ſed inſociabilis, uagabundus, à congreſsi

Importunitas Ariſtogitonis.

Ariſtogiton in perniciem ciuium natus.

[illegible] calu-mniatoris.

bus abhorrens, non grã, non amicitia, nõ ulla ꝑditus eſt moderati hominis cogitatione: ſed ijs comitibus ſtipatus, quos pictores lemuribus adiungunt apud inferos, diris, & maledicentia, & inuidia, & ſeditione, & contentione ſtipatus incedit. Quē igitur ne infernales deos placatos habiturum uerisimile eſt, ſed ad impios relegatũ iri propter uitæ improbitatem: cum uos delinquentem nacti, non modò non punietis, ſed maioribus etiam donis ornatum abſoluetis tanquam bene meritum? Cui.n. uos unquam conceſsiſtis, ſi reipublicę debuit, ut mulcta non ſoluta pari iure uiueret cum cæteris? nemini. Quare nec iſti nunc concedite, ſed punite, & exemplum in eum edite. Operæprecium autem eſt, Athenienſes, & cætera audire. Nam cum atrocia ſint quæ modò Lycurgum referentem audiuiſtis, atq; adeò ad eorum atrocitatem nihil adiungi poſsit: cætera paria illis, & ab eodem profecta eſſe ingenio reperientur. Præterquam enim q̃ patrē in carcere deſertum, Eretria digreſſus, ut ex Phædro audiuiſtis, mortuum impius iſte & nefarius, non ſepeliijt, neq; ijs qui ſepelierant, ſumptus funeris reſtituit, ſed & diem dixit: præterq̃ q̃ manus à matre non abſtinuit, ut modò è teſtibus audiuiſtis: & ſororem ſuam, non q̃dem germanam, ſed ex illa quocunq; modo ſuſceptã (omitto enim hoc) ſed ſororem tamen, peregrè abducendam uendidit, ut aſſerit eius iudicij crimen, quo eum bonus ille frater, eius cauſa facinoris accuſauit, qui nunc ei patrocinabitur. Ad hæc quæ talia ſunt, aliud nefariũ, ò dij immortales, facinus audietis. Cum.n. perfoſſo carcere eſſet elapſus, ad mulierem qnandã confugit nomine Zobiam, cũ qua olim, ut apparet, conſueuerat: ea primis eũ diebus, quibus ab undecimuiris quærebatur, & proclamabatur, occultauit. Poſtea datis octo drachmis in uiaticũ, & tunica & pallio, Megara miſit. Eã mulierē tam bene de ſe meritã, ut proſpero fortunæ flatu utebať, & dignitatem apud uos obtinebat: aliq̃d de eo cõquerentē, & eius beneficij memoriã refricantē, & gratiam ſibi referri poſtulantē, primũ alapa data, & minis additis ab ædibus ablegauit. Vt autem muliercula non deſiſtebat, ſed progreſſa (ut eius ſexus eſt ingeniũ) apud familiares

Impius in parentes & ſororem.

Afflicta mulier bene de eo merita.

de eo querębatur: ipſe eam ſuis manibus prehenſam, ad forum inquilinorum abduxit: ac niſi tributum inquilino rum ſoluiſſet, uendita eſſet per eum, cui ſalutem ipſa con tuliſſet. Hæc uerè à me dici ut conſtet, accerſe mihi eum qui mercedem ſepulti patris eius non recepit: & eius li tis arbitrum, quam ei propter ſororem uenundatam in tendit iſte: profer & accuſationem: ſed ante omnia uoca Zobiæ patronum, quæ eum ſuſcepit, & uenditores, ad quos eã adduxit. At uos modò ægrè ferebatis, * ſi eos, qui ei collectam ad ſalutem conferrent, accuſaret. Neſa ria neſaria bellua eſt, Athenienſes, et immanis. Recita te ſtimonia. TESTIMONIA. Quod igitur ſatis magnũ in eum, qui tot & tanta ſcelera perpetrauit, ſupplicium ſtatuetur? quæ digna pœna ab eo exigetur? Mors quidẽ parua mihi uidetur. Quod ſi unũ adhuc ex priuatis eius ſceleratè factis, recenſuero, cætera omittam. Priuſquam é carcere egrederetur, eò coniecto quodam homine Ta nagræo, * ad ſatiſdationem tabulas habente, congreſ ſus, & cum eo neſcio quid colloquens, ſurripit tabulas. Cum autem homo quæreretur, & grauiter ferret ac di ceret, neminem alium ſurripuiſſe: eò dementiæ peruenit iſte, ut eum uerberare aggrederetur. Is, ut nuper fallitus & recens, ſuperat illum iam rancidum, & diu macera tum. Cum autem eò uentũ eſſet, præmordet naſum ho minis. ac tum quidem ea calamitate preſſus ille, ab inue ſtigandis & quærendis tabulis deſtitit. Pòſt inueniunt eas in arcula quadam, cuius iſte clauem habebat. Dein de qui in carcere erant, huiuſmodi decretum faciunt: nõ ignem, non lucernam, non potum, non cibum ullum cũ eo eſſe communicandum: nec accipiendum ab eo, nec ei dandum eſſe quicquam. Hæc ut à me uerè dici con ſtet, ipſum mihi hominẽ uoca, cuius naſum nefarius iſte præmorſum deuorauit. TESTIMONIUM. Egregio rum ſcilicet operum uobis orator iſte artifex extitit. O pereprecium uerò eſt, ex tali ore aliquam orationem au dire, aut conſilium. Recita etiam præclarum illud decre tum de eo factum. DECRETUM. Et nõ pudeat, Athe nienſes, cum homines propter improbitatem & fœdiſſi ma facinora cõiecti in carcerem, tanto iſtũ ſe improbio

εἰ τῶν τὸν ἔρανον φερόντων εἰς τὴν σωτηρίαν αὐτῷ κατηγορεῖ.

Furtum tabularũ & naſus cuidam præmorſus.

πρὸς κατεγγυῶν.

rem eſſe duxerint, ut aqua & igni interdixerint: ſi uos, expulſum eum legibus ex republica, in ueſtrum numerũ recipietis? Quod eius facinus, quam uitę rationem laudabitis, aut quid potius omnium non ægrè feretis? Nónne impius eſt? nónne crudelis? nónne impurus? nónne calũniator? & tamen talis cum ſit, & talia deſignet, in omnibus ſemper concionibus clamitat: ego ſolus adhuc uobis bene cupio: omnes iſti conſpirarunt: proditi eſtis: ſola mea beneuolentia eſt reliqua. Inquiram autem in uehementem iſtam eius & ingentem beneuolentiam, unde ea ſit, & unde re uera ortum duxerit: ut ſi eſt talis, ea utamini & freti ſitis: ſin minus, uti caueatis. Nunquid inde ꝙ patrem eius capitis damnaſtis, & matrem eius cõuictam deſertæ clientelæ uendidiſtis? propter hæc eum uobis bene uelle exiſtimatis? at hoc ita me Iupiter, dijq́ oẽs ament, abſurdum eſt. Nã ſi illis bene cupit, et legem naturæ tuetur, quæ una & hominibus & feris ex æquo eſt ſancita, ut parentes diligant: male uult ijs, q illos pertemerunt. apparet igitur eodem eſſe animo, & in leges, & in rempublicã illorũ. Sin nullam horũ rationẽ ducit, pertꝗ ſcire uelim, qs eum, quẽ beneuolentiã in parẽtes abieciſſe uideret: ea eſſe præditũ, qua ſe populũ nunc proſequi iactat, crederet? Equidẽ credere non poſſum, & dijs ihuiſum, nõ modò hominibus eũ eſſe puto, à quo parentes negligant. At hercule ꝙ eius delationes dãnaſtis, ꝙ bis in carcerẽ conieciſtis, & ipſum, & fratrẽ: ꝑpea uobis bene cupit? ſed & hoc abſurdũ eſt. an ꝙ magiſtratum, q ei ſorte obuenerat, abrogaſtis? an ꝙ uiolatarũ legũ condẽnaſtis? an ꝙ quinꝗ talẽtis mulctaſtis? an ꝙ digitis eũ monſtratis, cũ mõſtrare uultis oĩum mortaliũ improbiſsimũ? An qđ ſaluis legibus, & republica incolumi, hac ignominia liberari nullo modo poteſt? Cur tãdem uobis iſte benè cupit? ꝙ ſe impudentẽ eſſe fatetur? at impudens ex qua re alia nomen eſt ſortitus, niſi ꝙ, q̃ neꝗ ſunt, neꝗ facta ſunt, ea dicere audet, ꝑꝑ impudentiam: id quod iſte facit. Iam q̃ in accuſatione mihi prætermittere uſus eſt Lycurgus, ea uobis ꝑſtat exponere. Arbitror. n. oportere uos, tanquã ſi de priuato aliquo debito ueſtro agerẽ, ſic in iſtũ ingrere, & in huius iudicij iura. Si

Refutatio, Ariſtogitonẽ nõ bene uelle reipublicæ.

Pater.

Mater.

Naturæ lex in diligendis parentibus.

διλημμα.

Ipſe Ariſtogiton cum fratre male tractatus ab Athenienſib.

ἀναιδὴς.

περὶ τῆς ἰδιώτου.

quis igitur pecuniam debere aliquem criminaretur, is ue rò negaret: ſi proferrentur tabulæ, & affixi eſſent libelli, inficiantem utiq; impudentem putaretis. Sin hæc ſublata eſſent, poſtulantem. Sic natura comparatum eſt. Sũt igitur eorũ quæ Ariſtogiton Reipublicæ debet, tabulæ, leges quibus inſcribuntur omnes qui debent: libelli, tabella iuxta deam ſita. Quod ſi hæc ſublata ſunt, & expũctum eſt debitũ: nos nugas agimus, ac potius mẽtimur. ſin reſtant, & reſtabunt donec ſoluerit, & manẽt: iſte nihil ueri dicit, ſed delinquit, & iniurius eſt, q iura cõia conetur abolere. Neq;.n.id nunc agitur in hoc iudicio et diſceptatione, tantum'ne debeat quanti mulctatus eſt, ſed an debeat: alioq per iniquè ageretur cum ijs, qui ob ſolã accuſationem ſunt inſcripti, ſi ipſi propterea q parum atque adeó nihil deliquerunt, ære alieno erunt obſtricti: alius magnis delictis admiſsis, ſi unam atq; alterã penſionem ſoluerit, priſtinam dignitatem recuperabit. Tria ſunt autem debita quæ inſcripta ſunt, & propter quę eſt accuſatus. ac duo quidem * in cõmentarios relata ſunt, unum non eſt relatum, q iſte falſæ inſcriptionis Ariſtonem Alopæcenſem accuſat. Næ, inqt: iniuſtè.n.me inſcripſit: pœna igitur tibi, ut par, ſumenda eſt. Sed & luenda primũ, & ea rata habenda neceſſariò, q̃ ppeſſus es. Alioqui cuius rei pœnam ſumes? Si tibi.n.agere licet omnia q̃ cæteris, quæ facta tibi eſt iniuria? Agite per deos, illud ẽt conſiderate: ſi Ariſtonem falſæ inſcriptionis reum peregerit, quid fiet? expũgetur ipſe mediusfidius, & ille eius loco inſcribet. Sic.n.leges iubent, præclarè. Vtrũ igitur ab eo die iſte erit ærarius, qui expunctus eſt: ille dignitatem retinebit, qui eſt illius loco inſcriptus? Ex iſtius certè poſtulatis nũc iſta eueniunt. Si.n.eo q inſcriptus eſt, non debet: ubi expũctus fuerit, debebit pfectò. Sed hęc non ita ſunt, non ita ſunt. Verũ ubi deletus fuerit, tũ non debebit: nunc igit debet. Quod ſi ille fuerit abſolutus: à quo recipiet ea reſpublica, q̃ nũc iſte facit, cũ ea facere ei non liceat? Vnde, quos iſte capitis arceſsit, quos in uincula conijcit, paſsim in iudicio circumiens: illi animas recipient, hi id conſequent, ne crudeliter tractati ſint? Quẽ enim nec in ęquali iuris & quotidiani ſocietatẽ leges ad

Integrã mulctam fuiſſe ſoluendam.

ἐν ἀπογραφῇ ἀνατέται. *Ariſtonis inſcriptio.*

mittunt, is in immedicabilia mala conijcit alios: quod fit nō rectè, nec ciuiliter, neq; utiliter. Quæ ubi uideo, miror ſurſum deorſum uerti omnia. Quid.n. fore putatis, ſi terra ſurſum, aſtra deorſum conuerſa fuerint: hoc fieri neq; poteſt, neq; debet. Tum uerò ita fit, cum ijs quibus nō licet legibus, ueſtra uoluntate licet: cū improbitati honos habetur, uirtus abijcitur: cum ius & utilitas uincitur ab inuidia: tunc ſurſum deorſum uerſa eſſe omnia, eſt exiſtimandum. Iam, reorꝝ quoſdā uidi, qui cū ipſis rebus uincerentur, & ſe peccaſſe inficias ire nō poſſent: tamē quia alij ad uitæ moderationē & temperantiam, alij ad res maiorum geſtas & obita munera, alij ad eius generis alia confugiebant, per ea iudices ad miſericordiam & humanitatē flectebant. Iſti autē ad locorꝝ illorꝝ nullum, acceſſum eſſe uideo, ſed omnia præcipitia, ſalebroſa, barathra. Quid.n. re uera dicet? eorum aliquid quæ pater ſuus fecit ſcilicet? Sed uos illum in hoc iudicio capite condemnaſtis, ut improbum nimirum, & dignum qui occideretur. At hercule, ſi quod ad patrem attinet, in ſalebris hæſitat, ad ſuam uitam cōfugiet ut temperantem, & moderatā? quā? eam quam non uixit? in ea enim quā uos uidiſtis omnes, non eſt talis. At heus tu, ad obita munera ſe recipiet? quādo illa, aut ubi? paterna? at nulla ſunt. ſua? delationes, abductiones, accuſationes, nō munera reperietis. At hercule, ut hæc nulla ſint, cognati multi, ijq; boni uiri, pro eo deprecabuntur? Sed neq; ſunt, neq; fuerunt unquā. Quî.n. ei cognati ſint, qui ne ingenuus quidem eſt? Vno excepto fratre iſto, qui ei nunc adeſt, & præclaram illam litem ei intendit. De quo dicere cætera quorſum attinet? frater eius eſt germanus & uterinus, & præter cætera mala, gemellus. Is, cætera quidem taceo, ſed propter q̃ uos nefariam ſacrificulam Lemniam, ueneficā, tum ipſam, tū uniuerſam eius familiam occidiſtis: ijs uenenis & incantamētis ab eius ancilla acceptis, quæ tum eam detulit, ex qua faſcinator iſte liberos ſuſcepit, impoſturā & fucū facit, & comitiali morbo laborātes ſe curaturū profitetur, cū ipſe omni laboret improbitate. Is igitur pro eo ueneficus intercedet? homo peſtilens? quem qui uiderit, abominetur potius, quàm alloquatur? qui ipſe eum capitis arceſſit,

Surſum deorſum uerti omnia.

Nullam eſſe cauſam cur uenia detur Ariſtogitoni.

Pater.

Vita.

Merita.

Cognati.

Frater ueneſicus.

Hominis neſarij nō miſerendum. eũ talem litem intenderet? Quid igitur reſtat, Athenienſes? ea nimirum præſidia, quæ reis parata ſunt, à reliquorum noſtrûm natura, quæq; nemo eorum qui periclitatur, ſecum affert, ſed unuſquiſque ueſtrûm domo ſecum effert, miſericordiam, ueniam, humanitatem? Sed hæc neque ius neque fas iſti nefario impertiri. Cur? quia quã ſibi quemq; legem natura ſanxiſſe contra alios conſtat, eandem cum & ab alijs ferre eſt æquum. Quam igitur legem uobis, aut quam uoluntatem habere uidetur Ariſtogiton ijs omnes? utrum ut eos florere uideat, & beatè glorioſeq; uiuere? Vnde autem uictitabit? Nam aliorum eũ mala nutriunt. Proinde uolet iudicijs, certaminibus, atrocibus criminibus omnes conflictari. Hi eius fundi ſunt, hi reditus. Quis uerò homo perditiſſimus, Athenienſes, ter execrabilis, communis hoſtis, omnium inimicus, cui nec terra frugem ferat, nec defuncto ſepulturam præbeat, iurè appellabitur? non'ne talis? Equidem opinor. Quam autem ueniam, aut quam miſericordiam, ij quos calumnijs exagitauit, ab eo impetrarunt? quos iſte omnes capitis damnauit in hiſce iudicijs: idq; priuſquam prima ſuffragia ferrentur? cum in quos faſcinator iſte adeò crudelis & acerbus fuit, eos uos Athenienſes, qui tum fortitò iudices eratis, ut æquum fuit, conſeruaſtis, qui ab iſto calumnijs exagitabantur, & abſoluiſtis, & quintam iſti ſuffragiorum partem non dediſtis. At iſtius acerbitas, & ſanguinaria mens, & crudelitas pręſtò erat & in acie uerſabatur: non puerulis, non matribus reorum, quarum pleræq; ſenes mulieres erant, aſtantes cum uideret, iſte mouebatur. Tibi'ne ignoſcendum? Vnde? aut à quo? aut tuorum liberorum miſereri decet? Minimè uerò gentium. Tu miſericordiam, quæ erga hos haberi ſolet, prodidiſti Ariſtogiton, imò ſuſtuliſti in uniuerſum. Ne igitur ad eos, quos tu ipſe rudentibus impleuiſti, & muricibus circumdediſti portus, appellito. Neq;.n. iuſtũ eſt. Quod ſi maledicta audietis, quæ in foro obambulans, in uos ingerit: magis etiam eum oderitis, & meritò. Ait enim multos debere ærario: eoſq; omnes ipſius eſſe ſimiles. Ego uerò multos eſſe calamitoſos homines, etſi duo dũtaxat ſunt, fateor. Omnino enim plures ſunt quàm oportebat, & ne

Ariſtogitonis meſſis ex alienis malis.

Crudelitas.

Calamitoſos ciues, Ariſtogitonis non eſſe ſimiles.

minem alium obæratum eſſe oportebat. Non tamen, ita me dij bene ament, eos iſtius eſſe ſimiles arbitror. neque multis eſt opus. imò contrarium omnino eſt uerum, idq́ ita intelligetis: neq; me Athenienſes ita loqui uobiſcum, ut qui debeatis ærario, putabitis. neq; enim ita eſt, abſit hoc, neque ego ita eſſe exiſtimo. ſed ſi fortè quis eſt ſiue amicus, ſiue familiaris inter illos, quanto eius nomine iſtum odio proſequi debeat, uobis oſtendam. Primũ eò quòd homines æquos qui ſpondent pro alijs, qui humanitatis officia præſtant, atque ita priuatum æs alienum contrahunt, quiq́; in rempublicam nihil deliquerunt, ſed fortuna parum proſpera ſunt uſi, in eundem ſecum ordinem ducit, eodemq́; conuicio inuoluit: non rectè, neque conuenienter. Neque enim idem eſt, Ariſtogiton, neque multis uerbis eſt opus: Tu quia tres ciues decreto facto, indicta cauſa, occidiſti, condemnatus es uiolatarum legum. quod crimen cum tibi morte luendum fuiſſet, lis pecunia tibi eſt æſtimata: alius aliquis cum pro amico ſpopondent, damnum inexpectatum ferre non poteſt: non idem eſt, non. Deinde, cõmunem humanitatem, quã uos natura habetis alij in alios, iſtum tollere & perdere, quãtum in ipſo eſt, hinc perſpicietis. Vos, Athenienſes, natura inſita, quod dixi, alij in alios humanitate utentes, quẽadmodum cognati in ijſdem ædibus habitant, ſic in urbe publicè habitatis. Quomodo igitur illi? Vbi pater eſt, & filij adulti, fortaſſis & horum liberi, ibi neceſſe eſt multas & nulla re ſimiles exiſtere uoluntates. Neque enim eadem eſt adoleſcentiæ uel oratio, uel actio, quæ ſenectutis. ſed tamen & adoleſcentes quicquid agunt, ſi moderati ſunt, id ita faciunt, maximè ut prorſus clàm habere ſtudeant: ſin minus, præ ſe ferunt tamen celandi ſtudium. & natu maiores uiciſſim, ſi fortè uiderint aut ſumptum, aut potationem, aut oblectationes immoderatas: ea ita uident, ut non uidiſſe uideantur. Ita fit, ut omnia fiant quæ ingenia ferunt, & rectè fiant. Ad eundem igitur hunc modum & uos, Athenienſes, in urbe habitatis, cognatorum inſtar, atque humaniter: alij ſic aſpicientes calamitoſorum mala, ut quod prouerbio dicitur, Videntes non uideatis, & audientes non audiatis: illi

Cõmunis humanitas in diſſimulandis uitijs & miſerijs ciuium.

ita ea agant quæ faciunt, ut eos appareat cauere & uere-
cundari. Hinc communis illa & omnium bonorum cau-
Impudentia fa reipublicæ manet, & conſtat concordia. Ea autem
Ariſtogitonis. Ariſtogiton adeò præclarè fixa natura, & inſtitutis ue-
ſtris, conuellit, & eruit, & traijcit, & quę omnes alij ca-
lamitoſi abſque ſtrepitu faciunt, ea is tantum non nolis
ſuſpenſis peragit: non ſenator, non præco, non præſes, nō
præſidens tribus eum cohercere poteſt. Si quis igitur ue-
ſtrûm eius petulantia offenſus, cum talia atque alia dicat
agere, cū debeat ærario: quid uerò, Non'ne & ille, inquit,
τὸν ἐχθρὸν ἕκα- ærario debet? & * hoſtem quiſq; ſuum nominat, quare
ϛος ἤτ᾽ ἂν τὸν improbitas iſtius cauſa eſt maledictorum. Reliquū eſt,
ἑαυτῶ, uiden- Athenienſes, ijs qui iſto liberari cupiunt, ut freti legum
tur nonnulla exemplo perſpicuo & illuſtri, maximè capitis eum con-
deeſſe. demnent: Sin minus, tanta pecunia mulctent, quantam
Capitis dam- ſoluere non poterit. aliter enim quieti per eum eſſe non
nandus. poteritis: id certò ſcitote. Etenim, Athenienſes, reliquo-
Diuerſitas na rum hominum uideatis optimos & modeſtiſſimos na-
turarum. turæ inſtinctu, omni ultrò fungi officio: alios his deterio-
Optimi. res, non adeò tamen, ut nimium uocentur improbi: metu
Verecundi. ueſtri turpiumq; & uerborum & probrorum dolore ca
Profligati. uere ne delinquant. Improbiſſimos autem, & quos de-
ploratos nominant, calamitatibus erudiri dicunt. At Ari
ſtogiton iſte mortales omnes uſque adeò improbitate
ſuperat, ut nec acceptis malis ſit factus emendatior: ſed
in ijſdem ſceleribus & iniurijs denuò ſit deprehenſus. Tā
to igitur nunc ei grauius quàm olim eſt iraſcēdum, quòd
tum decreta duntaxat contraria legibus facienda eſſe pu
tabat: nunc uerò hæc facit, in concione orationes habet
ad populum, calumniatur, ducit in carcerem, maledicit,
capitis arceſſit, lęſæ maieſtatis reos agit, in homines ho-
noratos inuehitur, cū ipſe ærario debeat. Quo nihil eſt in-
dignius. Ac admonere quidē iſtum, inſanię fuerit. Qui.n.
tumultibus, quibus uniuerſus populus ſibi moleſtos mo
nere ſolet, nunquā ceſſit, neq; cōmotus eſt: is unius ſcili-
cet hominis oratione mouebitur? Inſanabile, Athenięſes,
Immedicabile illius eſt ingeniū. Oportet igitur, ut medici, cū cancrū, aut
uulnus enſe re hulcus erodens, aut aliud immedicabile malū uiderunt,
cidendum. aut urunt, aut reſecant penitus: ita uos omnes hanc bel-

luam exterminare, eijcere è ciuitate, tollere è medio, nec eòuſq; expectare dum accipiatis malum: qđ abſit, ut ſit reipub. pernicioſum: ſed maturè prçcauendum eſt. Sic. n. conſiderate: Neminem fortaſſe ueſtrũ unquam ſerpens momordit, aut araneus, et abſit ut unquam mordeat: ſed tñ eas animãtes, ut uideritis, ſtatim occidetis. Ad eundẽ igitur modum, Athenienſes, etiam cum calũniatorem, & acerbum, & natura ſerpentina præditum hoïem uideritis, ne dum ueſtrùm ſingulos mordeat expectate, ſed primus quiſq;, qui in eum inciderit, ulciſcat̃. Ac: Lycurgus Mineruam teſtatus eſt, & matrẽ deũ, in quo rectè fecit: ſed ego maiores ueſtros, & uirtutem illoꝝ inuoco, quorum memoriam nulla æui longinquitas obliterauit: nec iniuria. Non enim ita rempublicam gerebant, ut improbiſsimis & calumniatoribus ſe adiutores præberẽt: neq; intra pomœria urbis mutua ſe inuidia conficiebant, ſed ut tum oratores, tum homines plebeios modeſtos et bonos honorabant, ita improbos & audaces oderant, & puniebant. Vnde omnes ueluti pugiles honeſtorum operum extiterunt. Vnum etiam ubi dixero, deſinam. Exibitis ſtatim è curia: ſpectabit uos corona & hoſpitum et ciuium: & cum uiritim ſingulos prætereuntes intuebunt̃, ex uultu conijcient, quinam abſoluerint. Quid igitur dicetis Athenienſes, ſi legibus neglectis exiueritis? quo uultu, aut quibus oculis illoꝝ quenq; uiciſsim aſpicietis? Quo pacto tabularium ingrediemini, ſi quid uoletis? Neque enim profectò ueſtrùm quiſquam ingredietur, quaſi leges ratæ ſint, niſi nũc confirmata illaꝝ autoritate cõmuniter omnes exiueritis. Quo pacto Calendis arcem ingreſſus quiſq; precabitur deos, ut & reipub. & ſibi ſint propitij, ſi iſte ibi fuerit inſcriptus, et pater eius egregius? ſi uos contra iuſiurandum, & ſitam ibi ſcripturam p̄nũciaueritis? Aut quid dicetis Athenienſes? quid dicetis, ſi quis uos rogitet, cognitis ĳs qui abſoluerunt? qđ reſpondebitis? placere iſtum uobis? & quis id dicere non uerebitur? Quis eſt qui iſtius hæreditatem improbitatis, cũ execratione & infamia coniunctæ adire uelit, ac non potius ipſe condẽnare malit? Execramini igitur eos qui abſoluerint, & unuſquiſq; eo ueluti pignore ſanciat, ex illo

Calũniator, ut uenenata beſtia, tollendus è medio.

Obteſtatio in dicũ per exẽpla maiorum.

Infamiæ metu deterret iudices ab Ariſtogitone abſoluendo.

ſe numero non futurum. Et quorſum attinet iſtuc facere, cum bene precari liceat, & omnibus omnia fauſta & felicia optare, & uos ipſi uobis ipſis, & cæteri Athenienſes uniuerſi uobis: addam & hoſpites, et liberi, et uxores. Inuaſit.n. inuaſit omnes iſtius nefaria curioſitas: & omnes cupiũt iſtiꝰ improbitate liberari, & mulctaꝝ eũ uidere.

DEMOSTHENIS CONTRA ARISTOGITONEM SECVNDA ORATIO,

eiuſdem cum ſuperiore argumenti, [redacted]

[redacted]

Magiſtratuũ delicta uindicãda grauius quàm plebeiorum.

ARiſtogitonem iſtum debere ærario, & capite diminutũ, & legibus eſſe interdictum, ne tales in concionibus orationes habeãt: euidenter oſtenſum eſt, Iudices. Sunt aũt à uobis repellendi & cohercẽdi, cùm omnes legũ uiolatores, tùm uero in primis ĳ, qui magiſtratu funguntur, & in republica

A periculo.

uerſantur. Per hos.n. & maximas respublica clades accipit, ſi mali ſint: & uiciſſim iuuatur plurimum, ſi ſint boni uiri, & legum ſtudioſi. Quòd ſi rempublicam capeſſentibus ſemel ꝑmiſeritis, ut leges uiolent, & recepta iura deſpiciant: neceſſe erit uniuerſos qui in ciuitate degunt, improbitatis eoꝝ pœnas ſuſtinere. Vt.n. delictoꝝ, quæ in nauibus cõmittuntur inter nauigandum, ſi quis nautaꝝ deliquerit, paruum eſt damnũ: ſin gubernator deceptus fuerit, aut aberrarit, cõmuni calamitate uectores omnes inuoluit. Sic & plebeioꝝ peccata non in populi, ſed in ipſoꝝ damnum cedunt: ſed magiſtratuũ, & rempublicam gubernantium peccata ad uos uniuerſos pertinent.

A periculo.

Similitudo.

Quapropter & Solon plebeĳs tarda, magiſtratibus & populi gubernatoribus uelocia ſupplicia conſtituit: ꝙ exiſtimabat ab illis quouis tꝑe ſumi poſſe pœnas, hos morã ultionis non admittere. Oppreſſa.n. libertate, qui pœnas ſumat fore neminem. Atq; hæc ĩſtituta nemo ita eſt uel impudẽs, uel ueſtri cõtemptor, qui refellere auſit: præter iſtum Ariſtogitonem, et eius audaciam et improbitatem. Omnes.n. magiſtratus, & claros in republica

Ab aũtoritate Solonis.

Ab exemplo aliorum magiſtratuum.

uiros inueniemus, ſi quid ſemel à uobis pronunciatum in eos fuerit, ratũ habuiſſe. Nam & ſi qbus abrogatur magiſtratus, ĳ ſtatim deponũt munus, & coronas amittũt: & ſi qui è Sexuiris in Areopagum non admittũtur, omiſſa uiolentia, æquis animis ueſtra cognitione acquieſcũt, & hæc meritò faciunt. Quemadmodum.n.cum in magiſtratu ſunt, à plebeis obedientiam ſibi deberi cenſent: eodem modo & ipſi depoſito magiſtratu, legibus reipublicę moderatricibus iurè obſequunt. Pręterea qui rempublicam adminiſtrarũt omnes, ſi è memoria uetuſtatis facto initio repetere uolueritis, uno modo omnes ceſſiſſe ueſtris inſtitutis apparebit. Nam & Ariſtidem aiunt à maioribus relegatum, eò uſq; in Ægina eſſe uerſatum, donec eum populus reuocaſſet: & Miltiadem atq; Periclem condemnatos, hunc triginta, illum quinquaginta talentis ſolutis, ita demũ conciones habuiſſe. Quid igit fieri poſſet iniquius, q̃ ſi is qui ut boni fecit nihil, ita innumera ſcelera deſignauit, tam expeditè, præter & utilitatem & iuſtitiam, licentiã à uobis uiolandarũ legum eſſet conſecutus: quũ ĳs qui multa & magna in uos beneficia contulerunt, ea poteſtas data non fuerit, ut eis aliqd contra leges apud uos receptas agere cõcederetur? Et qd de antiquis dicere attinet? noſtræ ætatis homines conſiderate, an aliqs unquam ita extiterit impudens? Neminem reperietis, ſi accuratè quęſiueritis. Huc illud accedit, ſi qs decretum aut legem apud Sexuiros accuſat: quũ lex aut decretũ irritum eſt, tum legislator decretiue autor nihil impudenter agere conatur, nihil uiolenter: ſed qcqd uos decreueritis, eo acquieſcit, etſi uel eloquentiæ facultate, uel rerum gerendarũ dexteritate inter uos excellat. An uerò abſurdũ non eſt, cum ea quæ uos omnes in conuentu publico ex legibus decreuiſtis, ſint irrita: Ariſtogitonis uoluntati in uiolando iure pluſquam ipſis legibus tribui autoritatis? Rurſus, ſi quis actionem perſecutus, quintam ſuffragiorũ partem non tulerit: cui rei legibus ea pœna definita eſt, ne is de cętero accuſet, ne in carcerem abducat, ne deferat: eodem modo contra hæc nemo agendum eſſe putat eorũ qui in hunc modum mulctati ſunt. Apud ſolum aũt Ariſtogitonem ex omnibus, nullũ neq;

Ab æquo.

Ariſtides.

Miltiades.

Pericles.

A maiori.

Aliud exemplum.

Aliud exẽplũ.

Sententia de legũ utilitate

iudicium, neq; lex plus habet autoritatis libidine ipſius. Quæ omnia ſic obſeruaſſe, neq; uos, neq; maiores uños unq́; pœnituit. Eſt enim hoc ſtatus popularis munimentum, hoſtes uel conſulendo, uel pugnando ſuperare: legibus ſiue uolentes ſiue coactos ſuccumbere. Atq; hęc in hũc geri modum oportere, iſte ipſe etiam manifeſtè eſt confeſſus. Cum.n. Hyperides decretum feciſſet, poſtq̃ Græci cladem ad Chæroneam acceperant, & noſtræ ciuitati de ipſo patriæ ſolo maximũ periculum impendebat, ut ignominioſis erepta dignitas reſtitueret̃, quo cõſentientes uniuerſi pro libertate ſtrenuè dimicarẽt, ſi qđ tantum diſcrimen reipublicæ immineret: id decretum ut contra leges factum accuſauit, et in iudicio cauſam egit.

Ab exẽplo Ariſtogitonis.

Quid uerò fieri poſsit iniquius, q̃ cum Ariſtogiton iſte ad patriæ defenſionem nemini paſſus ſit reſtitui dignitatem: eum ad ſuam iniquitatem cõfirmandam id ſibi muneris à uobis omnibus tribui poſtulare? atqui decretum illud multo fuit ęquius eo, quod tu tibi nunc à iudicibus decerni flagitas. Illud.n. cõmune fuit & æquum ciuibus omnibus: iſtud iniquum, quod ſoli tibi ex omnibus ciuibus licentiam tribuat: illud ad prohibendam eam pacẽ, qua pace unus dominatu urbis potiret̃: iſtud eò ſpectat, ut ſupra iudicum decreta & inſtituta ꝑpetua ſerie à maioribus tradita, tibi ſoli poteſtas detur delinquendi, & agendi quicquid libitum fuerit. Rogare aũt eum cupio, utrum legitima & iuſta ratione decretum illud accuſarit: an cõtrà per iniuriam, & legibus uiolatis? Si enim inutiliter, & in populi fraudem, propterea iurè occidereris: Sin utilr̃ & è re multitudinis, cur nũc poſtulas, ut hi decreto tuo cõtraria decernãt? Sed neq; illa iuſta, neq; hęc legitima ſunt, aut utilia uobis. Ego uerò uos uideo, Iudices, ita & in uoſmetipſos eſſe animatos. Multos.n. iam plebeios hominum delatos atq; accuſatos condemnaſtis. Nónne uerò iniquum eſt, contra uoſmetipſos ita legum eſſe obſeruantes: in eos uerò qui curioſe ſuperuacanei aliquid agunt, & publicè omnibus negocium faceſſunt, & ſupra alios ſeſe efferunt, ita eſſe lenes & diſſolutos? Neq; enim ulli ueſtrũ, ita ſentiũt, ita ꝗdem ut ego dico fieri oportere: ſed propter Ariſtogitonis bonitatem,

Exaggeratio à cauſa diſsimili.

δίλημμα.

Ab exẽplo ipſorũ iudicum.

& fructum

& fructum quem ex eo capiatis, conniuendum, etſi pau
lulum deflexerit à legibus. Nam cum eſſe improbum, & *A morib. Ari-*
iniuſto præditum ingenio, ſatis uobis, ut quidē arbitror, *ſtogitonis.*
ijs quæ antè dicta ſunt, Lycurgus oſtendit. At nec eſſe
utilem, ex eius actis in republica perſpicitur. Quē enim
adductum in iudicium, quorum criminum arguit, eorum
conuicit accuſando? Quem uobis reditum comparauit?
Quod decretum fecit, quod uos ſecutos eſſe non pœni-
tuerit? Nam præter cætera etiam ita uæcors eſt, & bar- 1 *Inſtigator*
baro ingenio, ut ſi qbus uos iratiores eſſe uiderit, & ul- *iratorum.*
trà quàm par eſt concitatos, tum ueſtris uolūtatibus, ex
iracundia æſtimandis, occaſionibus aduerſetur. Decet
autem eum qui uobis cōſultum uelit, non ſubitis affecti-
bus, quibus animi ueſtri ad iracundiam concitati ſunt,
indulgere: ſed rationi & negocijs, & pręſentibus tempo
ribus obſequi. Nam illa ſubitò intercidere ſolent: hęc per
manere, & diuturniora eſſe. Quorum iſte nihil cogitans,
occulta reipublicę uitia profert, ut cogatur eadem nego
cia, & rata habere, & irrita facere. At ideo fortaſsis ꝙ in
omnes perpetuò ſtudet conuicia dicere, & quiritatur, &
orationes interrumpit: nunc eū conſeruari conuenit? At 2 *Maledicus.*
ita me Minerua amet, quæ nunc pro concione fiunt, de-
decori ſunt reipublicæ, & propter iſtorum pro ſuggeſto
temeritatem & deſperationem, ignominioſum habetur
iam à bonis uiris è ueſtro numero, uerſari in republica.
Quod ſi nunc alicui ueſtrûm iſta uoluptati ſunt: non de-
erit copia eorum qui talia factitent. Nam etiam nunc ijs
refertum eſt ſuggeſtum. Neqꝫ enim difficile eſt reprehē
dere conſilia, ſed ſuadere aliquid, & perſuadere uobis ut
ea quæ oportet decernatis. At hæc niſi prius etiam ijſdē
hiſce uerbis utēs, uos decepiſſet, cum primùm reus eſſet 3 *inſanabilis.*
factus: ne ſic quidem æquum eſſet contra receptas le-
ges aliquid concedere. Neque enim, ſi quibuſdam uio-
lare leges conceditur: poſtulandum eſt, ut ex pręſcripto
legum alij ſe gerant. ſed tamen minus abſurdum fuiſſet,
ei fidem habere, & gratificari, & tali aliqua in re conni-
uere. Quia uerò tunc eo abſoluto propter ſpem emen-
dationis: paulo pòſt eundem iſtum, & dicentem & agen
tem ea quæ non eſſent è republica, denuò puniuiſtis. quę

uobis idonea, ſi nunc decipiemini, relinquetur excuſatio? cum enim teſtimonia rerum ad ſint, quid uerbis eſt opus? Quæ autem ipſi apud animos ueſtros nondum ſatis comperta habetis, de ijs fortaſſe ex uerbis iudicium eſt faciendum. Demiror autem eos, qui ita ſentiunt, priuatas opes, ijs quos ſuperiori tempore bonos uiros fuiſſe cognouerunt, eſſe credendas: Reipublicæ communes, ijs quorum improbitas, nec ab ipſis negatur: & palàm deprehenſa eſt, committendas. Canem quidem ouili degenerem & ignauum cuſtodiendo nemo præfecerit: reipublicæ autem gubernatoribus plerique dicunt, quoslibet eſſe præficiendos cuſtodes: qui cum delinquentes, ſe deferre ſimulent: ipſi uel in primis cuſtodiendi eſſent. Quæ, ſi ſapietis, cogitantes, eos qui ſe iſta ratione ueſtri amatores eſſe profitentur, ualere iubebitis: ipſiq; omni modo cauebitis, ne cui licentiam detis legum uiolandarum, præſertim cum uulgares etiam homines populi ſuſcipere cauſam & dicendo, & decernendo non recuſent. Nihil enim fieri queat abſurdius, quàm cum maiores ueſtri pro defenſione legum oppetere mortem non dubitarint: uos, nec punire uiolatores earum inſtituere: cum Soloni autori legum æream in foro ſtatuam decreueritis, ipſas leges adeò manifeſtè negligere, propter quas ei tã eximium honorem habuiſtis. An uerò eſt rationi conſentaneum, cum in ferendis legibus, improbis iraſcamini: in manifeſto crimine deprehenſos, indemnes dimittere? cum legislator homo unicus, propter uos omnium odia ſuſceperit improborum, uos nec propter uoſmetipſos, in communi concilio declarare ueſtrum odium improborum, ſed unius hominis ſuccumbere improbitati? cũ capite ſanxeritis, ne quis legem commentitiam adducat: conniuere, ut ueræ leges in commenticiarum numero habeantur? Sic autem acutiſsimè perſpicietis, receptis parerè legib. quantum bonum ſit, & in deſpectu & neglectu earum quantum inſit mali: ſi legum commoditates ſeorſim, & quæ ex uiolatione legum mala orantur, ob oculos poſita intueamini. Reperietis enim uiolationem legum, inſania & intemperantiã & auaritia eſſe refertam: leges prudentiæ & modeſtiæ & iuſtitiæ ſun

Sententia: Vt in priuatis ſic etiã publicis negocijs, optimos uiros eſſe præficiendos.

Diſsimile.

Adhortatio.

Ab exemplo.

A maiori.

Ab abſurdo.

Legum obſeruatio boni, uiolatio mali quãtum habeat.

gi officijs, idq́ minimé dubium. Eas enim urbes maximé florere uidemus, in quibus legumlatores optimi extiterunt. Nam ut quæ in corporibus oriuntur infirmitates, medicorum inuentis curantur: ſic animorum immanitas, legumlatorum prudentia exterminatur. Ac in uniuerſum nihil honeſtum, nihil expetendum eſſe inueniemus, quod á lege ſit alienum. Nam uniuerſum etiam mũdum, & numina, & quę uocantur anni tempora, lege & ordine, ſi ijs quæ cernuntur adhibenda fides eſt, guberna ri apparet. Excitatis igitur animis ueſtris, Athenienſes, opem ferte legibus, condemnate eos qui religionem deorum immortalium uiolare inſtituunt. Quæ ſi facietis, & officio fungemini, & rectiſsimé pronunciabitis.

Similitudo.

Concluſio.

ARGVMENTVM ORATIONIS
contra Theocrinem.

HAnc orationem neſcio qua ratione in priuatas pleriq; referunt, cum manifeſtè ſit publica, quod ex ipſo argumento perſpicietur. Mercatores, aut nauicularios Athenienſes, qui aliò quopiam quàm Athenas frumentum uexerant, licebat deferre. Lex autem erat, ſi quis aliquem detuliſſet, nec actionem perſequeretur, aut perſecutus, quintam ſuffragiorum partem non tuliſſet, ut mille drachmas ærario ſolueret: quas qui nõ ſoluiſſent, ijs conciones habere non liceret. ⁜ *Tertia item lex erat, ſi quis aliquem per iniuriam aſſerere in libertatem uideretur, ut ſemiſſem æſtimationis, ærario deberet. Epichares igitur Theocrinem defert, eũ uerba in publico facere, quod ei per tres haſce leges non liceret. Miconem enim detuliſſe, ut aliò frumentum uehentem, & præuaricatum eſſe: & curatorem à tribulibus deſignatum, in rationibus referendis peculatus damnatum eſſe eius pecuniæ, quæ decem herouum ſacra eſſet: tertiò, Theocrinis patrem in libertatem aſſeruiſſe per iniuriam Cephiſodori ancillam, & quingentis drachmis eam ob rem mulctatum. Harum igitur rerum delatio hic agitur, & cauſa manifeſtè publica eſt. Ipſam autem orationem Dinarchi eſſe plerique putant, quanquam Demoſthenicis haud abſimilem.*

DEMOSTHENIS DELATIO CONTRA THEOCRINEM,

Se patris impulſu Theocrinis ultum ire iniurias.

PAtre noſtro, Iudices, per Theocrinem iſtum calamitate affecto apud ciuitatẽ, & decem talentis mulctato, eaq́ꝫ mulcta conduplicata, ita ut nullam ſalutis ſpem reliquam habeamus: exiſtimaui, eius ueſtro præſidio ulciſcendi gratia, nec ætatis, nec cuiuſpiam alterius rei ratione habita, iſtũ apud uos eſſe deferendum. Pater.n. Iudices, cuius autoritate omnia facio, apud omnes familiares quiritabat, ſi ego prætermiſſa occaſione hac, qua dum pater adhuc in uiuis eſt, inimicum ulciſci poſſem, excuſatione imperitiæ atq́ꝫ ætatis, & ſe fortunis omnibus ſpoliatum nõ curarem: & Theocrinem contra leges accuſantem, & multos ciuiũ, quod ei facere non liceret calumniantem, non reprimerem. Vos igitur oẽs, Athenienſes, oro & obteſtor, ut me benignè audiatis. Primùm, ꝙ & patrem defendens, & patris autoritati parẽs, in hoc iudiciũ uenio: deinde, ꝙ & adoleſcens ſum, & rerum imperitus. Quãobrem actum præclarè mecum putabo, ſi beneuolẽtia ueſtra iuuante, facinora iſtius potero demonſtrare. Prę-ter hæc ob illud etiam, ò Iudices, ꝙ proditus ſum (uera enim apud uos dicentur) ab hominibus qui, cum ob inimicitias, quas cum iſto exercebant, fidem apud nos inueniſſent, auditaq́ꝫ re, ſubſcriptionem & ſtrenuam operam promiſiſſent, me nunc deſtituunt, & cũ iſto, in meo diſcrimine in gratiã redierunt. Quare nemo eſt q mihi uel patrocinetur: niſi me fortè neceſſariorũ aliquis adiuuerit. Ac multis quidẽ iſte delationibus obnoxius fuit, omnesq́ꝫ leges, q̃ ea de re cauẽt, uiolauit. Recentiſsimũ aũt eius facinoꝝ nauigiĳ indicationẽ eſſe repimus. Quapropter hæc in delatione perſcripta mihi pater dedit. Ac primũ lex uobis recitabit illa de indicãtibus & præuaricantibus et cõtra leges cũ aduerſariĳs trãſigentibus. Hinc.n. auſpicandã eſſe mihi oronem cẽſeo. Deinde indicatio ipſa, qua iſte Miconi negocium faceſsit. Recita.

Beneuolentiã petit.

Deſtitutus ab amicis.

Accuſatio.

I. Theocrines præuaricatus.

LEX. INDICACIO. Lex hæc, Iudices, inſtituentibus aut publicè accuſare, aut indicare, aut quippiã aliud eorum facere q̃ in lege ſcripta ſunt, perſpicuè denũciat, quibus conditionibus horum ſingula facienda ſint. Hæ aũt ſunt, ut ex ipſa lege audiuiſtis: Si quis actionẽ perſecutus, quintã ſuffragiorum partẽ non tulerit, ut mille drachmas ſoluat: Quòd ſi non perſequat̃, ó Theocrine, bis totidẽ: ut neq; calumniatorem agat quiſquã, neq; impunitate propoſita, præuaricetur aut cõdonet publica negocia. Affirmo igitur hac delatione teneri Theocrinẽ, quod Miconẽ Chollidem indicarit, nec ſit perſecutus, ſed accepta pecunia negocium uendiderit. & hoc apertè demonſtrabo, ut ego arbitror. Quanquam. n. Theocrines, ó Iudices, ſuiq́; gregales, nihil non fecerunt, appellãdis teſtibus, eis partim minitantes, partim pollicentes ne teſtimonium dicant: tamen ſi uos pro officio me adiuueritis, eoſq́; iuſſeritis, ac potius adigente me uos unà adegeritis aut teſtari aut eiurare, neq; cauillari eos ſiueritis, uerum inuenietur. Recita igitur primũ indicationem. Deinde teſtimonia. INDICATIO Hanc indicationem exhibuit iſte, Iudices, Miconemq́; prouocauit, eamq́; ſcriba mercatuſcuratorum Euthyphemus accepit, diuq́; ante concilium indicatio iacuit, quoad iſte accepta pecunia miſſam eam fecit: recenſentibus prætoribus, & uocantibus eũ ad quæſtionem. Hæc ut à me uerè dici conſtet, primùm uoca qui magiſtratuum ſcriba tum fuit, Euthyphemum. TESTIMONIVM. Recita etiam eorum, qui propoſitam eã uiderunt, teſtimonium. Recita. TESTIMONIVM. Voca etiam mercatuſcuratores, ipſumq́; Miconem, cuius indicauit nauigium, & teſtimonia lege. TESTIMONIA. Theocrinem igitur indicaſſe Miconis nauigiũ, Iudices, & indicationem diu fuiſſe propoſitam, et accerſitum ad quæſtionem non paruiſſe, neq; acceſsiſſe: eos teſtari audiuiſtis, quos id in primis habere compertum conuenit. Eum uerò non modò mille drachmas debere, ſed & in carcerem abducendum, & reliquis pœnis afficiendum eſſe, quas hæc lex mercatores & nauicularios calumniantibus comminatur, ex ipſa lege facile cognoſcetis. Cum enim uellet legiſlator, neque delinquentes

Teſtiũm corruptela.

mercatores indemnes eſſe, neque inſontes uexari:in uniuerſum uetuit hoc hominum genus indicari, ni quis ipſe ſibi confidat; ſe oſtenſurum apud uos facta eſſe ea quæ indicat. Quod ſi quis calumniatorum ſecus fecerit, licere eos deferri, & in carcerem abduci. Sed ipſam potius legem recita, quæ id multò euidentius quàm ego, docebit. LEX. Auditis, Iudices, leges quid calumniatorem luere iubeant? Quare ſi quid eorum, quæ in indicatione Miconem feciſſe ſcripſit Theocrines, fecit: præuaricatus eſt, remq́; cum eo tranſegit: uobis omnibus facit iniuriã, meritoq́; mille drachmis mulctatur. Sin eò, quò decebat nauigante (utrum enim iſte uolet, largiar) indicat & prouocat, & calumniatur nauicularios: legẽ non eam ſolum quæ prius, ſed hanc etiam quæ modò recitata eſt, uiolauit, & ſuo ipſe teſtimonio confirmauit, ſe ſani quicquam nec agere, nec dicere. Quis enim cauſæ bonitate fretus, pecuniæ partem ex lege accipere nolit, ac re tranſacta paruum lucellum malit? præſertim legibus eam ob rem pœnas daturus: cum liceret, quod modò dicebam, ſemiſſem indicatarum rerum accipere. Nemo, nemo inquam, Iudices, qui ſe calumniatorem non agere compertũ haberet. Duæ igitur hæ leges ſunt, quas iſte, uiolatarum legum alios reos agere ſolitus, uiolauit. Reſtat & tertia, quæ æquè iubet, & ærarios à quouis ciuium deferri, & ſi quis Mineruæ debeat, aut cęterorum deorum, aut heroum alicui: debere iſte comperietur, & non ſoluiſſe ſeptingentas drachmas, quas in referendis rationibus debuit ſuæ tribus heroi. Age hanc ipſam legis partem recita. LEX. Deſine. Audis hæc qd dicat? Si heroum alicui. Recita etiam tribulium teſtimonium. TESTIMONIUM. Quis iſtum ſperet, Iudices, paucos homines curaturum, aut eos qui maximam ætatis partem nauigando, ut Micon, conſumunt: qui tribules præſentes nec metuit, nec reueritus eſt, tum re ipſorum publica ita tractata, ut peculatus eum condemnarint: tum damnatus, & probè gnarus, legum interdicto ſe ab accuſando remoueri, donec mulctam ſoluerit, uim facit, atque exiſtimat cæteros ærarios omni munere publico depelli oportere, ſe uerò ſuperiorem eſſe legibus? Dicet,

Dilemma, Theocrinem aut calumniatum eſſe, aut præuaricatum.

Theocrinem accuſaſſe cum eſſet ærarius.

A maiori.

auum, non ſe eſſe in tabulam relatum, & de hoc multa uerba faciet, illum eſſe. Ego uero uter ſit, certò confirmare non poſſum. Sed ut ita ſit, ut iſte dicit: multò iuſtius à uobis condemnabitur, ſi res ita ſe habet. Nam ſi gratius eius auus cum eſſet olim, & lex iubeat, illius quæ fuere ad iſtum hæreditario iure uenire, cum ei nec olim accuſare liceret, accuſarit, proptereaq; ſe abſoluendum putet, quòd à tertio inde generis gradu ſit improbus: nihil æqui dicet, ò Iudices. Ipſum autem Theocrinem confiteri eam durare mulctam, & tum pro ſe, tum pro fratre ſpopondiſſe tribulibus, nec ſeruata iuriſiurandi religione, ac ſine infamia delationem hanc poſſe abſolui, decretum profer, quod in Scironidæ ſententiam factum eſt inter tribules. DECRETVM. Acceſsit autem iſte Theocrines, & ſe debere faſſus eſt, & ſoluturum coram tribulibus recepit, poſtquam nos accedere animaduertit, & exempla eorum, quæ in tabulam relata erant, petituros. DECRETVM. Multo magis igitur, Athenienſes. Leontidas laudaueritis, qui Theocrinem ſeptẽ minas reddere coegerunt, quàm iſtum. Iam quarta etiã lex eſt (fateor enim, me plurima facinora perueſtigaſſe) qua Theocrines iſte quingentas drachmas debet, à patre ſuo non redditas, quibus damnatus eſt, Cephiſodori famula in libertatem aſſerta: ſed interceſsione & tractatione cum Cteſicle orationum ſcriptore, qui ab aduerſa parte ſtabat, curatum eſt ut ea, mulcta neq; ſolueretur, neque in arcem referretur: quam Theocrines nunc opinor nihilo minus ex lege debet. Non enim ſi Cteſicles inquilinus iſte conceſſerit improbus improbo, ne tradatur exactoribus is qui lege ſit damnatus: propterea ciuitas fraudãda eſt mulctis à legibus irrogatis: ſed decet aduerſarios in priuatis contractibus ſuo arbitratu inter ſe tranſigere: in publicis uerò negocijs ita ut leges iuſſerint. Ac legem mihi recita, quæ iubet ſemiſſem æſtimationis debere ærario publico, eum qui per iniuriam aſſerere in libertatem uideatur: & Cephiſodori teſtimonium. LEX. TESTIMONIVM. Illam etiam legem recita, quæ ab ea die debere iubet, qua ſit damnatus: ſiue

Inuerſio. Sĩ auus Theocrinis debuerit, eũ multo magis eſſe damnandum.

Quingentæ drachmæ non ſolutæ.

De ſuo ſit quiſque liberalis, nõ de publico.

Effugia reorũ negligenda.

Inſcripta mulcta ſit, ſiue non. LEX. Quo igitur alio pacto Iudices, æquo accuſatori oſtendendum eſt, Theocrinem iſtum recte eſſe delatum, & non propter mille drachmas duntaxat propter quas delatus eſt, teneri delatione, ſed multis etiam alijs mulctis? Equidem alio nullo puto. Neque enim expectandum profectò eſt, ut ipſe Theocrines ærario ueſtro ſe debere fateatur, utq́ iurè delatum ſeſe dicat. Imò contrarium fore, ut quiduis dicat potius, ut quaſuis criminationes proferat, ſe factionibus opprimi, ſe propter legum defenſionem exagitari. Nam qui cauſam ipſam tueri nequeunt, hoc reliquum habent, ut effugia, ut cauſas quęritent, quæ erepta ipſius cauſæ recordatione, in ijs uos detineant, quæ ad ipſam cauſam nihil attinent. Ego uerò Iudices, ſi in lectis legibus ſcriptum uiderem: illa quæ de calumniatoribus ſancita ſunt, ita demum rata habenda ſi. Theocrines delatus, neq; Thucydidem, neq; Demoſthenem, neq; alium quempiam uerſantem in republica uirũ incuſaret, quieuiſſem. Nunc excuſationum illarum nullam uel momenti habere uideo quicquam, uel eſſe nouam: ut tanquam inaudita auſcultationẽ mereatur, ſed ſingulas à reis ſexcenties inculcatas. Atque etiam è ſenioribus audio, Iudices, uiolatori legum nihil in uniuerſum cuiq́ eſſe ueniæ tribuendum, Sin quippiam fortè ſit, non cõtinenter improbis, pp ſordidum quæſtum leges aſpernantibus (neque enim fas eſt) ſed illis qui ex imperitia rerum ſcriptas alicubi leges inuiti neglexerint. Quorũ iſtũ eſſe Theocrinem, nemo dixerit: contraq́ in legum oĩum cognitione uerſatiſsimum. Quare cauẽdus eſt, neq; uel ad mea, uel eius uerba reſpiciendum. Neq; enim æquum eſt, ut qui pro legum defẽſione adſunt, prolixis fabulis & criminationibus præbeant aures: ſed ijs quæ facilè omnes aſſequamini. Quare perſpicuis uerbis ſic cũ interrogate, ut omnibus ciuibus hãc delationem ita uti leges poſtulãt, iudicaſſe uideamini. Quid ais Theocrine, uosq́ omnes ijſdem conſtricti criminibus? Num poſtulatis, ut nos iurati ſecundum leges pronunciare, propter ueſtram eloquentiam contra eaſdem decernamus? Nobis, Iudices, & Micon teſtimoniũ dixit, quẽ Theocrines iſte indica-

Non ignoſcendum leges de induſtria uiolanti.

Concluſio, repetitione argumentorũ cõſtans.

tum,non eſt perſecutus,iſtumq́ coarguit: & ſcriba fatetur,ſe ab iſto indicationem accepiſſe: & recitatum paulo antè teſtimonium,iſtum cōuicit: & fori etiam curatores, ægrè illi quidem,ſed tamē eadem quæ hi teſtificati ſunt: & qui indicationem propoſitam uiderunt, quiq́ ad prætores acceſſerunt,tale teſtimonium dicunt, quale paulo antè audiuiſtis. Quid igitur fieri queat iniquius,Iudices, quàm ſi iſtum abſolueretis? Nec enim profectò propter mores rei,uitamq́ anteactā, falſa eſſe iam lecta teſtimonia putabitis. Nam talem eſſe Theocrinem è moribus multo magis, quàm ex his quæ dicta ſunt, elucet. Quid enim prætermiſit iſte,quod homo improbus, & calumniator facere poſſit? An nō propter iſtius improbitatem, frater eius,cum Sexuir eſſet, cumq́ iſtius conſilijs uteretur,talis apud uos homo uiſus eſt,ut nō ipſe ſolùm repulſam tulerit,ſed & uniuerſum magiſtratum in eandem calamitatem coniecerit? Qui niſi oraſſent,& ſupplicaſſent, ac dixiſſent, Theocrinem non amplius accedere ad magiſtratum, uoſq́ coronas eis reſtituiſſetis: collegæ eius ſumma ignominia eſſent affecti. Neque uerò teſtimonijs eſt opus apud uos. Scitis enim omnes,Sexuiros,qui Lyciſco prætore fuerunt,propter iſtum fuiſſe improbatos. Quibus in memoriam reuocatis,eundem iſtum eſſe nunc qui tum fuit,exiſtimare debetis. Deinde non diu poſt repulſam,fratre eius uiolenta morte perempto,iſte ita ſe erga illum geſſit,ut & eos qui cædem fecerant,quæſierit: & compertos, accepta pecunia dimiſerit. Ac magiſtratum quidem quo ille fungens (ſacrificus autem fuerat) occubuit, contra leges iſte geſſit, neque ſortitione facta, neque ſubſortitione. Illius uerò caſum hactenus indignè tulit,ut paſſim quiritaretur, ſeq́ Democharem apud Areopagum delaturum profiteretur, donec cum ijs, quibus ea cædes crimini dabatur, tranſegiſſet. Bonus'ne uir eſt, & alienus ab auaritia? Nec ipſe dicere queat. Nec enim ei tam multis eſſe opus oportere dicunt, qui iuſtè & moderatè rempublicam ſit geſturus: ſed ea omnia poſſe contemnere,propter quæ largitiones in ſemetipſos inſumant. Ac quæ de fratre ſuo egit, hæc ſunt. Quæ uerò poſtquā ad rempublicam acceſſit,adminiſtrarit (proxi-

Inſectatio morum Theocrinis.

Fratris magiſtratus.

Fratris cædes.

Frugalem magiſtratū eſſe decet.

me enim & ſecundum domeſticos uos à ſe diligi dicet) audire eſt operæprecium. Auſpicabor autem ab ijs quæ in nos admiſit. Patrem accuſans, Iudices, cum uiolatarũ legum reum cum faceret: inſidias puero, de quo decretum ſcriptum erat, fieri dicebat, in quo pater uictum Charidemo Iſomachi filio decreuerat, aſſerens, ſi in paternas ædes rediſſet puer, omnes opes quas Æſchylus, à quo erat adoptatus, ei dederat, amiſſurum: idq́ falſò. Nemini enim unquam adoptato, Iudices, id accidit: & horum omnium autorem Polyeuctum extitiſſe dicebat, qui pueri matrem haberet in matrimonio, atque ipſe pueri opes concupiſceret. Irati autem Iudices ob ea dicta, & opinati, ipſum decretum & præmium ſecundum leges eſſe, re uera autem puerum pecunia fraudatum iri: patrem decem talentis mulctarunt, ut qui cum Polyeucto hæc moliretur: iſti, ut pueri defenſori crediderunt. Ac quæ in iudicio acciderunt, hæc & huiuſmodi fuerunt. Vt autem bonus iſte uir homines iratos eſſe animaduertit, & ſibi, ut non omnino nefario fidem haberi: accerſito Polyeucto diem apud prætorem dicit malę tractationis, primamq́ ſortitionem dat Mneſarchidæ aſſeſſori. acceptis autem à Polyeucto trecentis drachmis, & atrocibus illis criminibus paruo ære uenditis, ob quæ patrem decem talentis mulctarat, deſtitit, actionemq́, pupillo prodito, ſuſtulit. Age uoca mihi horum teſtes. TESTES. Quod ſi diues fuiſſet pater, &, ô Iudices, ei mille drachmas numerare potuiſſet: omnino crimine uiolatarum legum fuiſſet liberatus. Tantum enim iſte ab eo poſtulabat. Age uoca mihi Philippidem Pæanienſem, ad quem dixit hæc Theocrines iſte, & cæteros qui ſciunt hæc ab hoc eſſe dicta. TESTES. Theocrinem igitur, Iudices, ſi quis ei mille drachmas dediſſet, accuſationem patris fuiſſe aboliturum: omnes uos credituros, etſi nemo teſtificetur, arbitror. Eundem autem multos alios arceſſiſſe, & actione inſtituta præuaricatum eſſe, paruaq́ accepta mercede, receſſiſſe: eos qui ei dederunt, ipſos uocabo: ne credatis ei, ſe obſeruare legum uiolatores, glorianti: & uiolatarum legum ſublatis actionibus, corruere libertatem dictitanti. Hęc enim qui omnia uendunt, dicere ſolent. Vo-

Acta publica Theocrinis.

accuſatoris pater damnatus.

Præuaricationes & ſordes in calumniandi ſtudio.

te mihi Ariſtomachum Critodemi filium Alopœcēſem: is enim dedit. Vel potius in eius ædibus datæ ſunt iſti incorruptæ fidei uiro duæ minæ cum dimidia, pro decreto quod Automedon in gratiam Tenediorum fecit. TESTIMONIA. Recita etiam cæterorum eiuſdem generis ordine teſtimonia, & cùm Hyperidis, tum Demoſthenis. Inſignis enim eſt auaritiæ, à quibus nemo accipere dignetur, iſtum libentiſſimè accipere, uendentem accuſationes. TESTIMONIA. Iſte igitur ſtatim dicet, propterea ſe eſſe delatum, ut ab ea deſiſtat actione, quam & contra Demoſthenem, & Thucydidem inſtituerit. Callidus enim eſt mentiendi, & nugarum artifex. Nos uerò, Iudices, & hoc conſiderauimus, uobiſq́; demonſtrabimus, nihil capere detrimenti rempublicam, ſiue, ita me amet Iupiter, ratum habeatur decretũ Thucydidis, ſiue irritum. Quãquam autem huiuſmodi defenſiones apud eos qui ſe pronunciaturos iurarunt ſecundum leges, proferri iniuſtum eſt: tamen ex ipſa ſtatim accuſatione cognoſcetis, ad eludendam hanc delationem, accuſationem illam pertinere. Recita accuſationes has. DECRETVM. ACCVSATIONES. Hæc decreta, Iudices, ſeu rata habeantur, ſeu damnentur (nam mea quidem id nihil intereſt) quid ciuitas aut lucri facit, aut damni? Equidem nihil arbitror. Tenedios enim aiunt nihil curare noſtram ciuitatẽ, idq́; per Theocrinem iſtum eſſe factum. Calumnijs enim per Theocrinem appetiti illis temporibus, quibus eorum alij Philippo, alij Athenienſibus ſtudebant: & audientes iniquæ rogationis poſtulari decretum, quod Charinus ante decretum de tributo, Thucydide autore factum accuſarat, nec ullum eſſe rerum exitum: ſed concedere populum, ut Tenedij tantum tributi penderent, quantum Chareti duci promiſiſſent, iſtum autem impurum hominem pollicitum Charino proditori ſuam operã: id quod è præſentibus malis fuit minimum, elegerunt. Quid uerò probabile fuit, eos noſtratibus moueri decretis, quibus optabilius fuit præſidia recipere, & Barbaris parêre, ueſtra ſocietate relicta? Sed iſtius ferre improbitatem ſoli uos, opinor, poteſtis, alius nemo Græcorum. Non conuenit autem uel propter eas quæ recitatæ ſunt accuſatio-

Refutatio.

Non ppter eludendas accuſationes, delatũ eſſe Theocrinem.

Tenedij.

nes,uel ullam aliam ob cauſam uiolatis delationum legibus,abſolui Theocrinem:ex his etiam quæ dicta ſunt,fere me perſpicitur. Ego uerò cauſas iſtorum,ô Iudices,& accuſationes, & ſimulatas iſtas ſimultates, non latere uos exiſtimo. Neque enim rarò uidiſtis eos in foro & roſtris, præ ſe ferre inimicitias: priuatim autem colludere,partiriq; largitiones:atq; aliquando conuiciari inter ſe,& extremis probris afficere: paulo pòſt * collegas eoſdẽ eſſe in undecimuiratu, & ſacra habere cõmunia. Neque horum fortaſſe quicquam eſt miratu dignum. Nam & natura ſunt improbi, & tales uelitationes uident à uobis approbari. Quare quid uetat,quo minus his artibus decipere uos inſtituant? Denique decere uos opinor,Iudices, illud ſpectare,ſi æqua dicam & conſentanea legibus ipſa de re,ut opituleminì:neque intueamini,an is qui accuſet, non ſit Demoſthenes,ſed adoleſcentulus: neque plus tribuatis autoritatis legibus,ſi quis eas ipſas uerbis exornatas uobis exhibeat,q̃ ſi qui quomodocunque explicent, ſed parem atque eandem. Tantoq; magis imperiti & adoleſcentes adiuuandi ſunt,quanto minus uos deceperint. Nam contrarium eſſe factum, & non iſtum,ſed me factionibus preſſum,& à quibuſdam,pollicitis,ſe à mea parte ſtaturos,propter iſtorum conſpirationes eſſe proditum,non iſtum,perſpicuũ uobis erit. Vocet præco hic Demoſthenem:non aſcendet. Eius autẽ rei cauſa eſt non hæc,quod à quibuſdã adductus,iſtum detuli: ſed q᷑ iſte, & is qui modò uocabatur,inter ſe trãſegerunt. Quod ut uerũ eſſe conſtet,dicere teſtimoniũ cogam,& Clinomachum qui eos conciliauit,& Eubulidẽ qui in Cynoſarge interfuit. Neq; uerò ſignum uobis hoc minus,ſed maius proferam,unde conſtet hoc eſſe uerum,quo audito mihi omnes aſſentiemini. Theocrines iſte qui uiolatarũ legũ accuſat impurum illum,ut quamprimũ dicet,& præſentium ei malorum autorem: palàm ei remiſit id crimen, quod decem talentis æſtimarat. Quî? nihil id quidẽ noui,ſed idem facit quod alij quidam iſtius ſimiles egerunt. Nam Demoſthenem pronunciata actione iurauit quidã ægrotare:cum is ambularet,atq; Æſchini conuiciaretur. Eum uerò inimicum iſte miſſum fecit, & neq; tunc iuſiu-

Oratorum ſimulatæ ſimultates.

* *Lectio uarias.*

Lex, non eloquentia ſpectanda.

Vide ut Demoſthenes Demoſthenẽ accuſet.

randum dedit, neq; deinceps ei denunciauit. Nónne euidenter iſti fucum uobis faciunt, qui eos ut inter ſe inimicos audiatis? Recita teſtimonia. TESTIMONIA. Proinde iuſtum eſt, Iudices, ut neq; uos eos audire uelitis, q ſe Theocrini ex odio Demoſthenis patrocinari ꝓfitent: ſed iubete, ſiquidẽ re uera inimici ſint, ut eũ illi accuſent, neq; cõtraria legibus ſcribere patiant. Sũt aũt & ipſi eloquentes, & plus apud uos hñt autoritatis. ſed non faciẽt hoc. Quãobrem? Quia ſe dicẽt inimicos eſſe, cũ non ſint inimici, ſed iſtoꝝ inimicitias uos mihi certius expoſueritis, ꝗ ego uobis. Libẽs aũt corã uobis Theocrinẽ percontari uelim, ſi mihi æqui aliqd reſponderet: quid nam faceret (quando id ſuum munus eſſe dicit, ut contraria legibus decernentes coherceat) ſi quis apud omnes ciues oratione habita & ꝓbata decerneret: licere ignominioſis & ærarijs accuſare, indicare, deferre, ea deniq; agere quæ nunc leges eis interdicunt: nunqd decreti autorem uiolataꝝ legũ accuſaret, nec ne? Nam ſi dicat, ſe non eſſe accuſaturꝝ, eſt'ne habenda ei fides, ſe ſcribentes contraria legibus obſeruare iactanti? Sin accuſaret, qd iniquius, ꝗ alio autore intercedere, ne id decretum, quo ea poteſtas detur omnibus, ratum fieret: & accuſatione inſtituta, perſpicuè aſcribere rem eſſe legibus interdictam: nũc iſtum ipſum cũ id neq; populo perſuaſerit, neq; rem publicè conſulendam ꝓpoſuerit, accuſare, legibus idipſum uetantibus? Statim aũt dicet, iniquè ſecum agi, ſi hęc ſibi facere non liceat, legumq; ſeueritatem qbus futurus ſit obnoxius, ſi damnetur, cõmemorabit. Leges autem non curabit, ſed tantam ſibi dari à uobis licentiam poſtulabit, quantam nec poſtulare qſquam fuit auſus. Nam qd' ad delationem attinet, neq; Theocrinem, neq; defenſoꝝ eius ullum, qcquam æqui allatuꝝ, ferè omnes uos ſcire exiſtimo. Fore autem arbitror, ut dicere inſtituant, nec licere deferri quenquam eoꝝ quoꝝ nomina in arcem nõ ſint relata: neq; conuenire ut debere putentur, quoꝝ nomina nemo tradiderit exactoribus. quaſi uerò uos legẽ ignoretis, quæ debere ab ea die iubet, à qua dãnatus ſit, ſiue legem, ſiue decretum uiolarit? aut non omnibus notum ſit, multis modis deberi ærario, & eos qui legibus

δίλημμα I theocrinis accuſationes.

Refutatio. Et ſi Theocrinis nomen in arcẽ non ſit relatũ, nihilominus tamen eũ eſſe ærarium.

parere uelint, ſoluere: id quod ex ipſa lege perſpicit. Age denuò mihi cape legem hanc. LEX. Audis'ne, tu impura bellua, à qua die debuerit, aut legem uiolarit? Sed eos illam quoque legem oſtenſuros eſſe uobis audio, quæ delere iubet inſcriptos, ſi multa ſoluta fuerit: & interrogaturos * quõ mulcta eorum qui nõ inſcripti ſint, deleri poſsit? Quaſi uerò ea non de inſcriptis lata ſit: de non inſcriptis & debentib9 aũt lex illa, q̃ iubet ex ea die debere, à qua mulctatus ſit, legem'ue aut decretum uiolarit? Quid igitur non neglectæ ſcripturæ, inquit, me accuſas, debẽtem & non inſcriptum? Quia lex non in debentes, & non inſcriptos neglectæ ſcripturæ dat actionem, ſed in eos, qui inſcripti, & non ſoluta reipublicæ mulcta, deleti fuerint. Cape legem, ac recita. LEX. Auditis legem, Iudices, apertè dicere, ſi qs ærario debentium, non ſoluto reipublicæ debito deleat, dari in eum actionem expunctionis apud Sexuiros, non in debentem & non inſcriptũ: ſed deferri eum, & alijs pœnis mulctari iubere? Sed qd tu me omnes ulciſcendi inimicos uias edoces, ac non potius eã rationem qua es adductus in iudicium, refutas? Mœrocles certè qui decretũ in eos fecit, qui mercatores iniuria afficiant, & non modò uobis, ſed ſocijs etiam perſuaſit, ineundam eſſe rationem, qua facinoroſis reſiſtat: ſtatim adeò contra decreta ſua defendere Theocrinem nõ erubeſcet, neque ſuadere uobis dubitabit, tam apertè cõuictũ de iniuſtis mercatorum delationib9, ut abſoluatis, atque impunè dimittatis: non aliter q̃ ſi propterea cenſuiſſet piratarum graſſationibus obſiſtendũ, ut nauigantes è mari conſeruati, iſtis in portu pecuniam pẽderent: aut mercatorum aliqd intereſſet, uitato Macro in Theocrinem incidere. Ego uerò quæ inter nauigandũ accidunt, non uobis, ſed ducibus, longarũque nauium præfectis aſſcribenda cenſeo. Quæ uerò in Piræeo, & apud magiſtratus, uobis, qui hæc omnia in poteſtate habetis. Quare magis cauendi ſunt qui hic leges uiolant, q̃ qui foris decreta negligunt: ut ne ipſi æquis ferre animis ea quæ fiunt, & ſcelerum hominum eſſe conſcij uideamini. Nec enim cum à Melijs, ô Mœrocles, ex tuo decreto decẽ talenta ob receptos piratas exigamus; iſtũ abſoluemus, qui & tuum decretum, et leges

Lectio ſuſpecta in græco, ἀγράφως δίκη.

In Mœroclem patronũ Theocrinis.

Piratas euadere, incidere in ſycophantas.

quæ ciuium conſociationem tuent,uiolauit: cum inſula-rium iniurias prohibeamus, qui ut iuſtitiam colant,claſ-ſe miſſa cogendi ſunt:uos nefarios,quibus hi in hoc con ſeſſu mulctam irrogare debent,abſoluent? Minime ue-rò,ſi ſapitis.Recita colũnam. COLVMNA. Ac de legi-bus, ipſâq; re haud ſcio plura dicere quorſum attineat. Satis enim uos eas cognoſce cenſeo. Volo autem æqua re pro me ipſo & patre à uobis orata deſcẽdere,neq; uo-bis faceſſere negociũ.Ego Iudices,patri opitulandũ eſſe ratus,idq; iuſtũ exiſtimans, nomen iſtius detuli, ut dixi initio.Non ignoramus, & uituperare uolentibus ſuppe-titura uerba,qbus ætatem meam calumnient: & laudaturis,qui me prudenter facere putabũt,qui ulciſci pater-nũ hoſtem inſtituerim.Verùm hęc,ut fortuna tuliſſet,ſic apud auditores euentura exiſtimaui:mihi autem mãda-tum patris,iuſtũ pręſertim,eſſe exequendũ. Quãdo enim oſtenderem me ei opitulaturũ?non cum uindicta legibus concedit,& ego ſum particeps paternæ calamitatis? & ſolus pater eſt derelictus,id qđ modò accidit. Nam præ ter alia infortunia nobis & hoc Iudices, euẽnit, ut cũ oẽs nos inſtigarint,noſtrã ſortem miſerati,et iniquè nobiſcũ eſſe actum dixerint,et iſtum delatione teneri affirmarint: eorũ nemo uobis opitulari uelit,neq; ſe uelle ſuſcipe ini-micitias,palàm profiteant. Adeò plus apud pleroſq; ua let metus,q̃ iuſtitiæ reſpectus. Cum aũt,Iudices, ꝓpter iſtũ Theocrinem multæ nobis calamitates tẽpore haud exiguo datæ ſint:nulla maior eſt ea quæ nunc accidit, ꝙ facinora Theocrinis, legumq; uiolationes, pater qui & læſus eſt & demõſtrare poſſet,ſilentio tegere neceſſe ha-bet.leges enim ita præcipiũt:mihi uerò,cuius facultas hi ſce omnibus impar eſt,uerba facienda ſunt.Ac aliis ado leſcentibus patres opem ferũt, hic uerò in me ſpem ha-bet collocatam. Tali igitur certamine cõflictantes,uos precamur ut nobis opitulemini,& omnibus oſtendatis, ſiue puer ſiue quacũq; ætate qſpiam ad uos confugerit, & ad leges,ei ueſtram iuſtitiam eſſe præſidio. Honeſtũ eſt etenim,Iudices,neq; uos neq; leges in oratorũ,ſed il-los in ueſtra eſſe ptãte,diſcrimenq́; conſtitui inter eos q bene & perſpicuè, & inter eos qui æqua dicũt: Nam de

Excuſatio ſuæ accuſationis.

παλοιωνία

Solitudo.

Filius patris defenſor.

Non eloquentia, ſed æquitas ſpectanda

ea re uos pronunciaturos, iurati eſtis. Neq; enim quiſq; uobis perſuadebit, ꝓpterea defuturos iſtius generis oratores, aut propterea peius actum iri cum republica. Cōtrà ego è natu maioribus audio, tum floruiſſe maximè rempublicam, quū à modeſtis & prudentibus uiris regeretur. Nūquid enim conſiliarios iſtos eſſe bonos inuenietis? At nihil populo dicūt: et in illis qui populo conſulūt, accuſandis, locupletanť. idq; admiratione dignū eſt, cū calumniando uitam ſuſtentent, dicere eos, ſe nihil accipere è publico. qui anteq; ad uos ſe contuliſſent, inopes: nūc ditati, nullam uobis gratiam habent, ſed paſſim dictitant, q̄ inconſtans ſit populus, q̄ ingratus. perinde ac ſi uos per eos ditemini, non ipſi per populum. Atq; iurè adeò talia dicunt, cum ueſtram ignauiam uideāt, qui neminem, ut eoꝝ merebatur improbitas, punieritis. ſed aures eis præbeatis, dicētibus: populi ſalutem pendêre ab accuſatoribus & calumniatoribus, qbus non aliud genus eſt peſtilentius. Quam enim ab iſtis præſtari reipublicæ utilitatem reperias? Delinquentes iſti nimirum puniunt, & propter hos illi ſunt pauciores? Non utiq;, Iudices, ſed plures etiam. Nam qui facinus aliqd' animis agitant, gnari iſtis etiā aliquid eſſe de præda impertiendū, neceſſariò plus aliꝫs eripere inſtituunt, ut non ſibi ſolum, ſed iſtis etiam ſumptus ſuppetant. Ac à cæteris qdē maleficis, qui obuiꝫs nocent, res familiaris, cuſtodibus adhibitis, ſeruari pōt. Qui domi manet, noctu nihil mali patitur: aliꝫ ſola uigilantia malè cogitantium inſidias uitare queunt. At quorſum abeas, ut ab iſtiuſmodi calūniatoꝝ metu immunis degas? Nam quò in aliꝫs iniuriꝫs confugimus, ad leges, ad iudicia, ad teſtes, ad conciliabula: hæc illis quæſtui ſunt, in his uires ſuas oſtentāt, amicos exiſtimantes qui numerant: hoſtes, homines quietos, & diuites. Recordamini igiť Iudices, & improbitatis iſtoꝝ, & maioꝝ noſtroꝝ. Quoꝝ Epichares auus meus Olympię pueros ſtadio uicit, coronāq; reipublicę retulit, & apud maiores ueſtros cum bona exiſtimatiōe diem ſuū obiꝫt. Nos uerò propter iſtum diꝫs inuiſum, hac ciuitate fraudamur, pro qua Ariſtocrates Scelliꝫ filius, auūculus Epicharis aui mei, cuius huic fratri meo nomen eſt inditum, multis

Inſectatio calūniatorum.

Contra morſū calumniatoris nihil remediꝫ.

Merita maiorum.

multis & præclaris rebus geſtis, bellum noſtra urbe gerente cum Lacedæmonijs, euerſa Eetionea, in quam Critias cum cæteris tyrannis, Lacedæmonios recepturus fuit, caſtellum è quo oppugnabamur diruit, populumq́ reſtituit: non talia, qualia hæc ſunt pericula ſubiens, ſed eius generis, in quibus & mortem oppetere præclarum eſt, & conatus eorum qui uobis inſidiabantur, compeſcuit. Propter quem, ſi Theocrinæ iſti ſimiles eſſemus, iure nos conſeruaretis: nedum, cum eo meliores ſimus, iuſtamq́ cauſam habeamus. Neque enim uos, his ſæpe dicendis, obtundemus: ſic enim iſte nobiſcum egit, ut quod & initiò dicebam, ne ſpes quidem ulla nobis ſit reliqua, uel hoſpitibus conceſſę libertatis. Vt igitur ſi nihil aliud, uel hoc ſolatium habeamus, ut & iſtum cohercitum uideamus, nos adiuuate. Miſeremini eorum qui è noſtra familia mortem pro republica oppetierunt. Cogite eum ad ipſam delationem reſpondere, & tales in eius cauſa uos præbete, Iudices, qualis iſte noſtri fuit accuſator: qui deceptis iudicibus, mediocrem aliquam infligere mulctam patri noluit, me multum obteſtato, & ante eius genua ſuppliciter prouoluto: ſed tanquam pater rempublicam prodidiſſet, litem ei decem talentis ęſtimauit. Oramus igitur atque obſecramus, ut iuſta quæ ſunt, decernatis. Heus tu, auxiliare nobis, ſi quid habes, & patrocinare. Aſcende.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Neæram.

ET hanc orationem nō putant eſſe Demoſthenis, quòd & ſupina ſit, et multis in locis ııi noſtri oratoris tenuior. Argumentum autem tale habet. Lege iubente, ſi uiro Athenienſi mulier peregrina nupſerit, ut ea uendatur: ex hac lege Neæram aggreditur Theomneſtus, eam in matrimonio eſſe Stephani dicens: cum ancilla Nicaretæ fuerit, & antea quæſtum meretricium exercuerit. Nunc eſſe Stephani matremfamilias, qui ex ea liberos ſuſceperit. Quæ Stephanus haud fatetur, atque eam apud ſe concubinæ, non uxoris eſſe loco dicit. Fit igitur ſtatus orationis coniecturalis. Nam de re eſt queſtio, & neque de proprietate, neque de quálitate. Ac primam orationis partem Theomneſtus recitat. Deinde patronum Apollodorum uocat, affinem ſuum, eum qui actionem inſtituit.

DEMOSTHENIS ORATIO IN NEAERAM [redacted]

[redacted]

Se laceſſitum iniurijs ueniſſe ad accuſandum.

MVlta fuere quæ me hortarētur, Atheniēſes, ad Neæram hoc iudicio accuſandā, & ueſtris ſententijs ſubijciendam. Nam & à Stephano magnis iniurijs affecti ſumus, & in extrema diſcrimina per eum adducti, & affinis, & ego, & uxor mea. Quare in cauſa hac non à me laceſsitur, ſed propter exigendam ultionem accuſatur. Nam inimicitias iſte ipſe ultrò auſpicatus eſt, nullo unquam à nobis uel dicto, uel facto læſus.

Narratio de Stephani iniurijs.

Antequam autem ad rem ueniam, quid ab eo perpeſsi ſimus, ut mihi tanto plus ueniæ tribuatis ultionem expetenti, & ut in æſtrema pericula nos coniecerit, & patriç & dignitatis amittendę, uobis explicabo.

Ciuitas.

Cum populus Athenienſis decreto feciſſet Atheniēſem Paſionem, & poſteros eius, propter collata eius in rempublicam beneficia: pater quoque meus populi donationem approbauit, & Apollodoro eius filio uxorem dedit, filiam ſuam, ſororem meam, è qua liberos Apollodorus ſuſcepit.

Affinitas.

Cum autem Apollodorus, & in ſororē, & nos omnes benignus eſſet, noſq́; reuera neceſſarios, & domeſticos duceret, omniaq́; inter nos eſſent communia: & ego uxorem duxit, Apollodori filiam, meam ex ſororem neptem.

Decretum.

Progreſſu temporis ſenatoriam dignitatem ſortitur Apollodorus. Approbatus igitur, legitimoq́; iureiurando dato: cum tale tempus & bellum reipublicæ noſtræ incidiſſet, in quo ſi uiciſſemus, maximis Græcorum nobis eſſe licebat, & citra controuerſiā tum noſtra recuperare, tum Philippum debellare: Sin opem ferre ceſſaſſemus, & ſocios deſeruiſſemus propter inopiam pecuniæ diſsipato exercitu, ut metuēdum eſſet, ne & hos amitteremus, & à cæteris Græcis perfidiæ notaremur, & de reliquis, ut Lemno, ut Imbro, ut Scyro, ut Cherroneſo, in periculum ueniremus: cumq́; uos omnib. ciuibus eductis, expeditionem & ad Olynthum, & in Eubœam inſtituiſſetis: ſcripſit decretum in ſe

natu Apollodorus ſenator, & ſenatuſconſultum ad populum retulit: ut ſuffragia ferret populus, placeret'ne reliquam uectigalium pecuniam eſſe militarem, an theatralem? Nam & leges iubebant belli temporibus reliquias uectigalium eſſe militares: & penes populum eſſe oportere putabat, ut is de ſuis ſuo arbitratu ſtatueret, & iurarat ſe optima ſuaſurum eſſe populo Athenienſium, ut uos omnes eo tempore teſtati eſtis. Latis enim ſuffragijs, nemo refragatus eſt, quo minus pecunia in ſtipendia militum conferretur. atq; hodie etiam, ſi quãdo mentio incidit, confitentur omnes, cùm optima dixiſſet, iniquè cũ eo eſſe actum. Illi igitur, qui iudices uerbis circumuenit, iraſcendum eſt, non circumuentis. Nam Stephanus iſte id decretum uiolatarum legum reum fecit, & calumniandi gratia forũ ingreſſus, falſis teſtibus productis, & extra cauſam multa declamitãs, decretũ damnauit. Quod ſi ei perficere uiſum eſſet, non grauiter ferremus, Sed cũ litẽ æſtimaturi, Iudices, calculos ſumerent, orantibus nobis, ut ueniã daret, noluit: ſed quindecim talentis litem æſtimauit, ut honoribus priuaret ipſum & liberos eius, & ſororem meam, & nos uniuerſos ad extremam inopiam redigeret, & penuriam omnium rerum. Nam res ei non omnino trium talentorum erat, ut tantam mulctam poſſet ſoluere. Sin mulcta extremo ſenatus conuentu non ſolueretur, duplicabatur mulcta, & Apollodorus inſcribendus erat triginta talentorum debitor. Quo inſcripto in publicas tabulas, res Apollodori familiaris inſcribenda fuit ut publicata. ea autem diuẽdita, ad extremam inopiam redacti eſſemus, & ipſe & liberi eius, & uxor, nos denique omnes. Altera præterea filia nuptum elocari haud potuiſſet. Quis enim ab ærario & egeno indotatam accepiſſet? In tanta igitur mala nos, nunquam læſus à nobis, conijciebat. Iudicibus autem qui tum ius dixerunt, hoc quidem nomine, magnã habeo gratiam, quòd eum tolli è medio non ſiuerunt, ſed litem talento ęſtimarunt, ut ægrè poſſet ſoluere. Huic igitur iurè parem referre gratiam inſtituimus. Nec enim hac parte duntaxat nos euertere ſtuduit, ſed & è patria hunc eijcere uoluit. Impegit enim ei falſum crimen,

Condemnatio

Aeſtimatio litis.

Crimẽ cædis.

eum debuiſſe ærario ab annis quinque & uiginti: profectumq́ aliquando Aphidnas ad fugitiuum ibi quærendum percuſsiſſe mulierem, quo ictu illa perierit: & aduocatis atque ſubornatis hominibus ſeruis, qui ſe Cyreneos eſſe dicerent, cædis ei diem dixit apud Palladiũ: cauſamq; egit Stephanus iſte, iureiurando dato, occidiſſe ſuis manibus Apollodorum eam mulierem, exitium imprecatus ſibi & generi, & familiæ, atque ob eam rem diris ſemetipſum deuouit, quę neque facta fuit, neq; uiſa ab eo, neque ex ullo mortalium audita unquam. Deprehenſus autem & in periurio & falſo crimine intentato, cum etiam liqueret eum à Cephiſophonte & Apollophane mercede eſſe conductum, ut aut eijceret Apollodorum, aut honoribus priuaret, accepto argento: paucis ſuffragijs latis è quingentis uiris, abijt periurus, atq; improbitatis opinionem lucrifecit. Cogitate igitur ipſi, Iudices, & apud ueſtros animos reputate, quo in loco res meas futuras fuiſſe credendum ſit, ſi quid Apollodoro eorum luere accidiſſet, quæ Stephanus in eum inſtruxerat, uel in priore, uel poſteriore iudicio? quod in dedecus, quam'ue in calamitatem non incidiſſem? Cũ me igitur hortarentur oẽs ſeorſim, meq́ conuenirent, ut ad ultionem iniuriarum eius conuerteremur, & ut hominem omnium ignauiſsimum inceſſerent, ſi tam arcta cũ his neceſsitudine coniunctus, pœnas non exigerem pro ſorore & affinibus, & neptibus & uxore mea, neque palàm in deos impia, & in ciuitatem contumelioſa & legum contemptrice ueſtrarum, ad uos adducta, eiusq́ ſceleribus patefactis, eam ueſtræ poteſtati ſubijcerem, ut ueſtro arbitratu de ea ſtatueretis. & quemadmodũ me Stephanus iſte meis neceſſarijs contra leges & decreta ſpoliauit, ſic & ego ꝓgreſſus, apud uos oſtenderẽ, iſtum in matrimonio habere peregrinã mulierem, cõtra legem: & alienigenas liberos tum ad tribules tum ad populares adducere, & deſpondere aliorꝫ filias pro ſuis, & ſacra deorum immortalium polluiſſe, & populi autoritatem tollere, ſi quem facere uelit ciuem. Quis enim poſthac ciuitatis adipiſcendæ cupidus, à populo beneficium hoc magnis ſumptibus magnoq́ negocio impe-

Concluſio narrationis, & propoſitio per congeriem.

trandum cenſeat: cum idem à Stephano & minoris eme re, & cõditione liceat nihilo eſſe deteriore? Quibus ego igitur iniurijs prior à Stephano laceſsitus, actionem aduerſus eum hanc inſtituerim, uobis expoſui. Peregrinam autem eſſe Neæram iſtam, & Stephani iſtius eſſe matremfamilias, & ſæpe leges & inſtituta ciuitatis uiolaſſe: hæc uobis iam cognoſcēda ſunt. Peto igitur à uobis, Iudices, quę peti æquum eſt, ut me & adoleſcentem, & dicendi imperitum, patronum huic cauſæ accerſere iubeatis Apollodorum. Nam & natu maior eſt ꝙ ego, & legum peritior, & ab iſto Stephano læſus, & magnum his rebus omnibus ſtudium impendit. Quare nec inuidioſum ei eſt, eum ulciſci à quo ſit laceſsitus. Vos autem decet ipſa ueritate ex accuſatione & defenſione perfectè cognita: ſic demum ferre ſententiam pro dijs, pro legibus, pro iuſtitia, pro uobis ipſis. ADVOCATIO.

Petit Apollodorum aduocatum.

Quibus affectus iniurijs, Athenięſes, ab iſto Stephano, accuſaturus Neæram iſtam aſcenderim, Theomneſtus uobis expoſuit. Peregrinam autem eſſe Neæram, & cõtra leges nupſiſſe Stephano, id uobis perſpicuè demonſtrabo. Ac primùm lex uobis recitabitur, qua Theomneſtus actionem hãc inſtituit, & cauſa hæc apud uos agitur. LEX. Sin hoſpes mulierem ciuem duxerit, quacunque tandem arte aut machinatione, quiuis Athenięſium, cui id licet, eum apud Sexuiros accuſet. Qui ſi dãnatus fuerit, uenundetur tum ipſe, tum res eius familiaris: & triens ſit damnati. Similiter ſi, & peregrina ciui cuipiam nupſerit: pari ratione is etiam qui peregrinitatis damnatam habuerit in matrimonio, mille drachmis mulctetur. Ac legem quidem, Iudices, audiuiſtis, quæ nec peregrinam ciui nubere, neq; ciuem mulierem peregrino, neque ſuſcipere ex ea liberos arte ulla aut machinatione ſinit. Quæ ſi quis uiolarit, actionem contra eos dedit apud Sexuiros, tam contra peregrinum quàm cõtra peregrinam: qui ſi damnentur, eos uenundari iubet. Iam peregrinam eſſe Neęram hanc, id uobis ab ipſo primordio demonſtrabo. Septem haſce puellas ab ipſa infantia emit Nicareta, Charisij Elei liberta, Hippiæ coqui eius uxor, gnara & perita perſpiciendæ uenuſtę pat

Propoſitio.

Narratio de Neæra.

uulorum puerorum naturæ,& eos ſolerter educandi inſtituendiq́ʒ ſcia:ut quæ artem eam exerceret, atqʒ ex ea re uictum collegiſſet. Filiarum autem eas nomine compellauit,ut quam maximas ab earum conſuetudinem,tã quam ingenuarum, appetentibus, mercedes exigeret. Poſtquam florem ætatis earũ magno cum quæſtu proſtituit:uno,ut ita dicam,faſce, corpora etiam earum,cũ ſeptem eſſent,uendidit:Antiæ,Stratolæ,Ariſtocleę, Metanirę,Philæ,Iſthmiadis, & Neæræ iſtius. Quam igitur unuſquiſque earum emerit,& ut ab ĳs,qui eas à Nicareta emerant,libertate donatæ ſint,progreſſu orationis,ſi audire uoletis, & aqua ego abundauero,uobis explicabo. Neęram autem iſtam fuiſſe Nicaretę,& corpore feciſſe quæſtum, morigeram omnibus cum ea congredi precio dato uolentibus:hoc uobis denuò narrabo. Lyſias ſophiſta Metanirę amator, uoluit præter alias impenſas,quas in eam conferebat,eam etiam initiare, exiſtimans reliquos ſumptus dominam eius percipere. Quæ uerò in feſtum & Initia pro ea inſumeret, ĳs ſe ab ipſa muliere gratiam initurum. Precatus igitur eſt Nicaretam, ut ad initia ueniret, ac Metaniram ſecum adduceret,ut initiaretur, ipſeq́ʒ ſe illam initiaturum eſt pollicitus. Quas,cum ueniſſent, in ſuas ędes Lyſias non introduxit,ueritus cùm uxorem quam habebat, Brachilli filiam, ſuam neptem, tum matrem ſuam natu grandem, & in ĳſdem ædibus habitantem. Sed ad Philoſtratum Coloneum,iuuenem adhuc & ſibi amicum,deducit eas Lyſias,tam Metaniram quam Nicaretam. Comitabatur eas etiam Neęra iſta, iam quidem uulgato corpore, ſed iunior,& ætate adhuc ímatura. Vt igitur uera me dicere appareat, & fuiſſe Nicaretæ Neæarum conſtet, & ſecutam illam,& mercedem numeranti cuiuis ſui feciſſe copiam: harum rerum uobis ipſum Philoſtratum uoco teſtem. TESTIMONIVM. Philoſtratus Dionyſĳ filius,Coloneus, teſtatur ſcire ſe Neęram eſſe Nicaretæ, cuius & Metanira fuerit,et ad ſe eſſe deductam,cum ad Initia huc ueniſſent,Corinthi degentes: apud ſe aũt eſſe collocatas à Lyſia Cephali filio, amico ſuo & familiari. Rurſus,Athenienſes, deinde Simus Theſſalus cũ Neę-

Lyſias.

Simo Theſſalus.

ra iſta ad Magna Panathenęa aduenit, comitante eos ēt Nicareta. Cum autem diuerterentur ad Cteſippū Glauconidę filium: & compotabat & concœnabat coram multis Neæra iſta, tanquam meretrix: & ut uera me dicere conſtet, horum uobis teſtes uoco. Age accerſe mihi Euphiletum Simonis F. Æxonenſem, & Ariſtomachum Critodemi F. Alopœcenſem. TESTES. Euphiletus Simonis filius Æxonenſis, Ariſtomachus Critodemi F. Alopœcenſis, teſtantur ſcire ſe, Simum Theſſalū profectum eſſe Athenas ad Panathenæa magna, & cum eo Nicaretam & Neæram, nunc ream tanquam meretricem: cum etiam alij multi adeſſent, & compotarent apud Cteſippum. Poſt hæc igitur, cum Corinthi palàm quæſtum occepiſſet, ac nobilitata eſſet, tum alij eius amore capti ſunt, tum poeta Xenoclides, & Hipparchus hiſtrio, eamq́ conductam habuerunt. Ac me uera dicere, Xenoclidæ teſtimonio uobis oſtendere non poſſum. Leges enim eum dicere teſtimonium non ſinunt, quòd uobis Lacedæmonios defendentibus, Calliſtrato autore, tum refragatus illi defenſioni pro roſtris, mercatus frumenti quinquageſimam in pace: cumq́ eum habito ſenatu precium, in curia numerare oporteret, & ei legibus data eſſet immunitas in eam expeditionem nō progreſſus, & à Stephano iſto deſertæ militię accuſatus, & apud iudices in odiū atq́ inuidiā adductus, damnatus, ignominiaq́ notatus eſt. An uerò non iniquū eſſe putatis, cū natura ciues & legitima ratione ciuitatis participes, à Stephano ciuitate ſint priuati: eos q̧ omnino alieni ſunt, per uim pro Athenienſibus intrudi, contra oēs leges? Hipparchū autem uobis ipſum uoco, & cogā teſtari, aut eiurare ſecundum legem, aut citabo eū. Age uoca mihi Hipparchū. TESTIMONIVM. Hipparchus Athmonenſis teſtatũ, Xenoclidē & ſe cōduxiſſe Nęrā Corinthi, eā q̄ nunc rea ſit, tanquā meretricē proſtitutę pudicitię, & Corinthi ſecū cōpotaſſe Neærā, & cū Xenoclide poeta. Poſt hæc eius amatores fiunt duo: Timanorides Corinthius, & Eucrates Leucadius: qui, qm̄ ſumptuoſa erat Nicareta, & imperioſa, petebatq́ ut quotidianas impenſas omnes, ipſi ſubminiſtrarent: preciū cor

Xenoclides.
Hipparchus.

Neæra uendita xxx. minis

poris eius triginta minas numerant Nicaretæ, & eam ab illa, more urbis, emerunt, ut in uniuerſum ancilla ipſorum eſſet: eamq; habuerunt, & uſi ſunt, quandiu uoluerunt. Ducturi autem uxores, ei denunciãt, ſe nolle eam, quæ ſua amica fuiſſet, Corinthi uidere quæſtum facientem, aut lenoni ſeruientem: malle minus argenti ab ea recipere q̃ numeraſſent, & ipſam ſecundiore fortuna uidere utentẽ. Remittere igit̃ ei ſe dicebant ad libertatẽ mille drachmas, quingentas utrunq;: uiginti aut minas, ipſam cõparare, ſibiq; reddere iubebant. Quæ, auditis his Eucratis & Timanoridæ uerbis: Corinthũ accerſit, & alios ueteres ſuos amatores, & Phrynionẽ Pæaniẽſem, Damonis filiũ, Democharis fratrẽ: uitã agentẽ luxurioſam, & ſumptuoſam, ut ueſtrũ ſeniores meminerũt. Profecto igit̃ ad eã Phrynione, orationẽ Eucratis & Timanoridæ ei refert, dat argentum, qđ ab aliĳs amatoribus exegerat: collecta ad libertatẽ cõquirenda, & ſi quid ipſa forte cõparſerat: eumq; rogat, ut reliquo adiecto qđ deerat uiginti minis, pro ſe Eucrati, & Timanoridę, quo liberaretur, numeraret. Quibus ille uerbis libenter auditis, acceptoq; argento quod mulieri à cæteris amatoribus collatum erat, & eo quod deerat de ſuo adiecto, uiginti minas, eius preciũ, Eucrati & Timanoridæ numerat pro libertate, eaq; conditione ut ne Corinthi quęſtũ faceret. Et ut uera me dicere cognoſcatis, hunc uobis qui interſuit, teſtẽ uocabo. Age uoca Philagrũ Melitenſem.

Manumiſsio Neæræ.

TESTIMONIVM. Philager Melitẽſis teſtat̃ interfuiſſe ſe Corinthi, quũ Phrynio Democharis frater, uiginti minas pro Neæra, nunc rea, numeraret, Timanoridę Corinthio, & Eucrati Leucadio: argentoq; numerato, Neæram ſecũ Athenas aueheret. Profectus igitur huc, eam petulanter & proteruè habuit, & ad cœnas, & potationes quocunq; ſecum adduxit. ſemper igitur cum eo cõmeſſabatur, remq; cum ea palàm ubicunque erat libitum, habebat, quòd eam licentiã apud ſpectatores laudi ſibi duceret. Adducebat eam commeſſatũ cũ ad alios multos, tũ ad Chabriam Æxonenſem, cũ is, Socratidẽ p̃tore, quadrigis Pythia uiciſſet, quas emerat, à Mityis Agyrrĳ liberis, & Delphis rediẽs epulas i Coliade prę-

Conſuetudo Neæræ cum Phrenione.

beret propter uictoriam. Ibi & alij multi cũ ea ebria, dormiente Phrynione, rem habuerunt, & miniſtri Chabriæ qui menſam ſtruxerant. Hæc à me uerè dici, ut intelligatis, teſtes uobis producam qui uiderunt, quiq; interfuerunt. Age uoca mihi Chionidem Xypetæonem, & Euthetionem Cydathenæenſem. TESTIMONIVM. Chionides Xypetæon, Euthetion Cydathenæenſis, teſtantur ſe uocatos fuiſſe ad cœnam, cum Chabrias ob uictoriam curulis certaminis epulum præberet, conuiuioq; in Coliade exceptos, ſcireq; ſe Phrynionem adfuiſſe in cœna illius, ſecum adducta Neæra, ea quæ nunc periclitetur, & ſe dormiſſe & Phrynionem, & Neæram: ſeq; ſenſiſſe noctu aſſurrexiſſe ad Neæram, & alios, & miniſtrorũ quoſdam, qui Chabriæ ſerui eſſent. Cũ autem importunè & contumelioſè à Phrynione haberetur, nõ ut putarat, amaretur, neq; is ei ad uotũ obſequeretur: conuaſata eius ſupellectile, & quæ is ei ueſtimenta cõpararat, aureiſq; ornamentis, cũ duabus ancillis Thratta & Cocalina, Megara aufugit. Id eſt eo tẽpore factum, quo Aſtius prętură geſſit Athenis, qua tẽpeſtate uos poſterius cũ Lacedæmonijs bellum gerebatis. Cõmorata igitur Megaris eſt biennium, & Aſtij, & Alciſthenis prætoris annum: cum quidem ei quæſtus corporis non ſatis magnas ad alendã familiam domũq; inſtruendã copias ſuppeditaret (ſumptuoſa enim erat) ꝙ & ciues illiberales eſſent & tenaces, & hoſpites ibi nõ frequentes uerſarentur, propter bellũ, & quia Megarenſes cũ Laconibus faciebant, & uos mari imperabatis. Corinthum autem ei redire non licebat, cũ ea conditione dimiſſa eſſet ab Eucrate & Timanoride, ut ne Corinthi quæſtum faceret. Vt igitur pax, Phraſiclide prætore facta eſt, & pugna in Leuctris a Thebanis & Lacedæmonijs cõmiſſa: Stephanus iſte Megara profectus, apud eam ut meretricẽ diuerſatus, & cum ea congreſſus eſt. Ibi illa expoſitis ei rebus omnibus & iniurijs Phrynionis, traditiſq; pecunijs quas ab illo hinc abſtulerat, cupida quidem huc redeundi, ſed Phrynionem à ſe compilatum metuens, quem & ſibi iratum, & uehementi eſſe ac uiolento ſciret ingenio: Stephanum iſtum patronum adſciſcit. Is uerò Megaris in ſpem erectam &

Fuga Neæræ à Phrynione.

Stephanus patronus Neæræ.

uerbis inflatam eam, laturum infortunium Phrynionem dictitans, ſi eam attigiſſet, ſeq́ ipſam uxorem ducturum, & liberos, quos tum haberet, ad tribules adducturum, ciueſq́ facturum tanquam ſuos, neminemq́ mortalium ei manus allaturum, pollicitus: huc eam ſecum Megaris adduxit, & pueros cum ea tres, Proxenum, & Ariſtonē, & filiam quā nunc Phanonem nominant: & cùm ipſam, tum liberos in domunculam introduxit, quæ ei erat ad ſuſurronem Mercurium, intra Dorothei Eleuſinij ædes & Clinomachi, quam nunc Spintharus ab eo mercatus eſt ſeptem minis. Quare opes Stephani tum hę erant, prętereaq́ nihil ei erat. Duabus autem de cauſis eam adduxerat, ut & ſine ſumptu atque immunis formoſum ſcortum haberet, & mulier ad uictum neceſſaria quæreret, familiamq́ ſuſtentaret. Neque enim iſte ullos alios habebat reditus, niſi fortè quid per calumnias extorſiſſet. Phrynio uerò, ubi audiuiſſet eam in urbe eſſe, & apud iſtum diuerſari, aſſumptis ſecum adoleſcentibus, & ad ædes aggreſſus Stephani, eam ducebat: aſſerente autem eam Stephano ſecundū legem in libertatem, ſpopondit pro ea apud Belliducem. Ac ut me uera dicere conſtet, horum teſtem eum ipſum qui tum Polemarchus fuit, adducam. TESTIMONIVM. Æres Ciriades teſtatur, ſe Belliduce, ſponſione obligatam Neæram, nunc ream à Phrynione fratre Democharis, & Neæræ uades eſſe factos Stephanum, Euræadam, Glaucetem Cephiſienſem, & Ariſtocratem Phalereum. Sponſione per Stephanum liberata, & apud eum commorans, eundem quæſtum nihilominus, quem antea, factitabat: ſed maiores mercedes exigebat, ſi quis cum ea rem habere uellet, ut quæ iam prætextum haberet ſuæ turpitudinis, & nupta eſſet. Calumnias & iſte adiuuabat, ſi quem hoſpitem, ignotum, diuitem, eius amatorem deprehendiſſet, pro adultero intus includens, & argenti multum extorquens. Nec iniuria. Nam res familiaris nec Stephano erat, nec Neæræ, unde quotidianos ſumptus ſuſtinere poſſent. Expenſæ autem crebræ erant, cum & iſtum & ſe & tres liberos, quos illa ſecum adduxerat, & duas ancillas, & puerum miniſtrum alere oporteret: præſertim quum bene uictitare

Stephanus & lenno, & patronus Neæræ, et calumniator.

didiciſſet, ab alijs ſuſtentata prius. Neque enim è republica reditus aliquo nomine dignos habebat Stephanus: nondum enim orator erat, ſed calumniator adhuc, ex eorum numero qui ad ſuggeſtum acclamant, & mercede accuſant, & indicant, & alienis ſententijs ſubſcribunt: donec in clientelam Calliſtrati Aphidnæi ſe inſinuauit. Quo uerò pacto, & quam ob cauſam, id quoque uobis narrabo, ubi primùm de Neæra hac oſtendero, eam eſſe peregrinam, magniſq; uos affeciſſe iniurijs, & in deos impiam extitiſſe. ut cognoſcatis iſtum ipſum quoque dignum eſſe non minori ſupplicio, quàm Neæram ipſam, ſed multo etiam maiore: tantoq; magis, quòd ſe Athenienſem eſſe cum dicat, uſque adeò & leges contempſit, & uos, & deos. Qui pudore & conſcientia ſuorum ſcelerum non eſt deterritus, ut quieſceret: ſed dum & alios & me calumniari non dubitat, effecit, ut & ipſe & iſta in id periculum adduceretur: ut & illa qualis ſit exploretur, & iſtius improbitas coarguatur. A' Phrynione igitur uocatus in iudicium, ob Neæram iſtam in libertatem aſſertam, & ob ea quæ iſta domo eius egreſſa abſtuliſſet, recepta: conuocatis eis familiares perſuaſere, ut ſibi arbitrium deferrent. Ac pro Phrynione ſedit arbiter Satyrus Alopœcenſis, frater Lacedæmonij: pro Stephano Sabrias Lamprenſis: cõmunem autem ſibi aſciſcunt Diogitonem Acharnenſem. Hi congreſſi in templo, audita re ex utroque, & ex ipſa muliere, ſententiam tulerunt, eamq; illi ratam habuerunt: mulierem eſſe liberam, & ipſam ſui iuris. Quæ uerò mulier à Phrynione egreſſa ſecum extuliſſet, præter ueſtem, aurum & ancillas, quæ mulieri empta eſſent, Phrynioni reddenda eſſe omnia: copiam uerò ſui facere debere utrique alternis diebus. Sin aliter inter eos conueniret, id quoq; ratum eſſe oportere, uictum autem mulieri ab eo ſuppeditandum, qui eam quoque tempore haberet, ac de cætero inter ſe amicitiam uti colerent, abiecta memoria iniuriarum. Decreta igitur ab arbitris Phrynioni & Stephano de Neæra iſta reconciliatio, hæc eſt. Quæ uerè à me dici uti conſtet, horum uobis teſtimonium recitabitur. Voca mihi Satyrum Alopœcenſem, Sabriam Lamprenſem, Diogi-

Tranſactio cũ Phrynione.

tonem Acharnenſem. TESTIMONIVM. Satyrus Alopæcenſis, Sabrias Lamprenſis, Diogiton Acharnenſis, teſtantur à ſe arbitris reconciliatos eſſe Stephanum & Phrynionem, de Neæra nunc rea litigantes. Reconciliationis autem eas fuiſſe conditiones, quas exhibeat Apollodorus. RECONCILIATIO. His conditionibus reconciliarunt Phrynionem & Stephanum: Neæra uterque totidem dies menſis utatur, atque apud ſe habeat, niſi ipſi mutuò aliud ſibi conceſſerint. Vt autem inter eos conuenerat: qui utrique in arbitrio adfuerant, & controuerſia, ſicut ferè ſolet fieri perpetuò, præſertim cũ de ſcorto ageretur, ad cœnam itarunt ad utrumque eorum, cum Neæram haberent: ipſa & concœnante & cõpotante, tanquam meretrice. Quæ uerè à me dici ut conſtet, uoca mihi teſtes qui unà adfuerunt, Eubulum Probaliſium. Diopithem Melitenſem, Cteſonem è Ceramis. TESTIMONIVM. Eubulus Probaliſius, Diopithes Melitenſis, Cteſon è Ceramis, teſtantur, poſtquã Phrynio & Stephanus de Neæra in gratiam redierint, ſæpe ſe concœnaſſe eis & compotaſſe cum Neæra nunc rea, tam cum apud Stephanũ eſſet Neæra, quàm cum apud Phrynionem. Eam igitur ab initio fuiſſe ſeruam, & uenditam bis, & quæſtum feciſſe corpore, ut meretricem, & à Phrynione Megara aufugiſſe, & reuerſam uadimonio fuiſſe obligatam apud Belliducem, ut peregrinam, & oratione uobis demonſtro, & teſtimonijs eſt probatum. Oſtendam autem uobis, & ipſum Stephanum teſtificatum, eam eſſe peregrinam. Filiam enim Neæręiſtius, quam ea ſecum adduxerat, Strybelen, ut erat, ita tum uocabant, nunc Phanonem: elocat Stephanus iſte pro ſua filia cuidam Athenienſi, Phraſtori Ægilienſi, & dotem triginta minas addit. Vt autem ad Phraſtorem uenit, hominem laborioſum, quiq́; rem familiarem accuratè inſtruxiſſet: non poterat illa Phraſtoris delectari moribus, ſed matris inſtituta requirebat, & eandem impunitatem, ut in tali licentia educata. Phraſtor, qui eam neque modeſtam eſſe uideret, neque ſibi morigeram, ſimulq́; ſciſcitatus eſſet & compertum haberet, eam non eſſe Stephani filiam, ſed Neæræ, ſeq́; primũ deceptum, cum de-

Elocatio Strybeles, ſeu Phanonis, filiæ Neæræ.

Phano repudiata à Phraſtore.

ſponſam ut Stephani, non ut Neæræ filiam accepiſſet, quam ſuſcepiſſe Stephanus ex altera uxore, priuſquam duxiſſet Neæram, diceretur: his omnibus ira commotus, ſeq; & contumelijs affectum & deluſum eſſe ægrè ferens, eijcit mulierem, quam annum ferè apud ſeſe habuerat, prægnantem, dote non reddita. Cum uerò Stephanus ei diem dixiſſet apud Odeum, de dote ex lege quæ iubet: Si dimiſerit uxorem, reddat dotem: ſin minus, nouem obolos uſuram pendat: & curatori mulieris pro ea de uictu ad Odeum detur actio. Phraſtor Stephanum apud Sexuiros accuſat, eum, cum ſit Athenienſis, peregrinæ filiam pro ſua deſpondiſſe, ex lege hac. Age recita mihi legem. LEX. Si quis autem uiro Athenienſi peregrinam mulierem pro ſua elocarit, ignominioſus eſto: & eius res familiaris publicetur: & triens eſto eius qui eum conuicerit. accuſet autem apud Sexuiros ex ijs quibus licet, quemadmodum peregrinitatis. Ac legem qua Stephanus iſte à Phraſtore eſt apud Sexuiros accuſatus, audiuiſtis. Intelligens autem ſe conuictum de peregrinæ filia elocata, in ſummo diſcrimine uerſaturum: paciſcitur cum Phraſtore, & dote cedit, & uictus iudicium tollit. Phraſtor item actionem apud Sexuiros. quę ut uera eſſe conſtet, horum uobis ipſum Phraſtorem citabo teſtem, & cogam teſtari ſecundum legem. Voca mihi Phraſtorem Ægilienſem. TESTIMONIVM.

Accuſatio Phraſtoris et Stephani.

Tranſactio.

Phraſtor Ægilienſis teſtatur: poſtquam ſenſerit Stephanum ſibi Neæræ filiam deſpondiſſe pro ſua, ſe aduerſus eum actionem inſtituiſſe apud Sexuiros, & mulierem eiecisse domo, neque amplius habere in matrimonio. Item, quum ſibi Stephanus ad Odeum de uictu diē dixiſſet, ſe cū tranſegiſſe Stephanū, ut actio apud Sexuiros tolleretur, item que Stephanus actione de uictu contra ſe inſtituta deſiſteret. Age uerò uobis etiam alterum teſtimonium exhibeamus, & Phraſtoris, & tribulium eius, & gentilium: unde conſtet, peregrinam eſſe Neæram iſtam. Non multò enim poſt quàm ex ædibus ablegarat Phraſtor Neæræ filiam, ægrotauit, peſſimeque habuit, & omnibus difficultatibus eſt conflictatus. Quia uerò cum cognatis ſuis ei uetus ſimultas erat & ira & odium, ſu-

Morbus Phraſtoris.

Mulier ægroti curatrix.

per'que ipſe liberis orbus: delinitus eſt in morbo, cura & obſequio, tum à Neæra, tum ab eius filia. Itabant enim ad eum cum ægrotaret, neminem'que haberet à quo in morbo curaretur, opportuna ei malo remedia ferentes, & reuiſentes. Neque uero ipſi ignoratis, quanti precÿ ſit in morbis mulier, aſſidua apud hominem ægrotantem. denique perſuaſum ei eſt, puerulum quem pepererat filia Neæræ iſtius, cum ablegata fuiſſet à Phraſtore prægnans, cognito, non Stephani eſſe filiam, ſed Neæræ, fucum'que ſibi factum ægrè ferens: rurſus adoptare, locóque habere filÿ, humano, nec abſurdo conſilio: quum & ipſe malè affectus eſſet, nec magnam uitæ ſpem haberet: & ne ſua hæreditate cognati potirentur, néue ipſe orbus interiret, cauere uellet. Adoptauit igitur puerum, & ad ſeſe recepit. Nam id quidem ſi ualuiſſet, nunquam facturum, magno ego & euidenti uobis argumento oſtendam. Cum primúm enim ab illa infirmitate ſurrexit Phraſtor, & recreatus eſt, ualetudinem'que confirmauit, ciuem uxorem, ut iubent leges, ducit, Satyri Melitenſis filiam naturalem, Dÿphili ſororem. Proinde nec uolentem eum recepiſſe puerum, ſed & morbo, & orbitate, & mulierum obſequÿs coactum, & cognatorum odio, ne ſua illi hæreditate potirentur, ſi quid ei accidiſſet: hæc uobis argumenta ſunto, eadem'que hæc quæ ſecuta ſunt, magis declarabunt. Nam cum puerum Phraſtor ad tribules introduceret in morbo, eum quem è Neæræ filia ſuſceperat, & ad Brytiadas, quorum & ipſe Phraſtor eſt gẽtilis: gnari opinor gentiles mulier ea quę'nam eſſet, quam Phraſtor primùm duxerat Neæræ filiam, & ſcientes repudium mulieris, eum'que morbo adductum ad puerum recipiendum: reÿciunt puerum, in'que ſuum album non inſcribunt. Cum uerò Phraſtor eis diem dixiſſet ob non inſcriptum ſuum filium, gentiles eum ad arbitrum prouocant, ut per integra ſacra iuraret, omnino putare ſe, eum ſuum eſſe filium è ciue muliere, & ſecũdum leges deſponſa ſuſceptum. Hac prouocatione gentilium apud arbitrum facta, deſeruit iuſiurandum Phraſtor, nec iurauit. Hęc uerè à me dici ut intelligatis, horum uobis teſtes, qui Brytiadarum interfuerunt, exhibebo.

Filius Phanonis à Phraſtore adoptatus.

Phanonis filius non inſcriptus.

TESTES. Timoſtratus Cephalenſis, Xantipppus Euriades, Eualbes Phalereus, Euphranor Ægilienſis, Necippus Cephalenſis: teſtantur & ſe & Phraſtorem Ægilienſem eſſe è cœtu gentilium, qui Brytiade nominentur: & poſtulante Phraſtore, ut ſuus filius in gentiles introduceretur, ſe, filium eum è Neæræ filia eſſe natum conſcios, prohibuiſſe Phraſtorem, ne filium introduceret. An'non igitur euidenter demonſtro uobis, ipſos etiam Neæræ coniunctiſſimos, in eam ut peregrinam, dixiſſe teſtimonium: tum Stephanum iſtum, qui eam nunc habet in matrimonio: tum Phraſtorem, qui filiam eius duxerat? Cum Stephanus filiam iſtius, à Phraſtore apud Sexuiros accuſatus, quòd, qui Athenienſis eſſet, peregrinæ ei filiam deſpondiſſet, defendere noluerit, ſed dotem condonarit, eam'que non receperit: & Phraſtor Neæræ iſtius filiam eiecerit, eam'que nuptam, poſtquam audierat eam non eſſe Stephani, dotem'que non reddiderit. ut autem poſtea & infirmitate ſua & orbitate, & odio domeſticorum commotus, adoptauit, & introduxit ad gentiles, puero à gentilibus reiecto, iuſiurandum ei deferentibus, iurare noluerit, religioni'que ſuam cupiditatem poſthabuerit, aliam'que poſtea duxerit ciuem, ut iubent leges? Hæ enim res ita euidentes, magno teſtimonio contra eos fuerunt, Neæram eſſe peregrinam. Sed conſiderate & ſordes Stephani iſtius, & improbitatem: ut ex ea quoque perſpiciatis, Neæram iſtam nõ eſſe ciuem: Epænetum Andrium, Neæræ iſtius ueterem amatorem, cui ea magno conſtiterat, & diuerti ad iſtos, cum Athenas ueniebat, ſolitum, propter Neæræ amicitiam: Stephanus iſte per inſidias in agrum tanquam ad rem diuinam accerſitum, apud iſtius filiam pro mœcho comprehendit, & terrore iniecto triginta ab eo minas extorquet: quarum ſponſoribus acceptis Ariſtomacho, qui Sexuir, erat & Nauſiphilo Nauſicini uiri prætorij filio, miſſum eum facit tanquam argentum ab eo te recepturus. Egreſſus Epænetus, & ſui iuris factus, de Stephano apud Sexuiros queritur, per iniuriam ſe ab eo in uincula coniectum, ex lege quæ iubet: Si quis aliquem per iniuriam pro adultero uinxerit, ut apud Sexuiros conquera-

Epænetus à Stephano pro adultero comprehenſis.

Sexuiros, ſe eſſe ab eo ꝑ iniuriam in uincula coniectum, & ſe factos ſequeſtres reconciliaſſe Epænetũ & Stephanum. Pactionẽ aũt eſſe eam ꝙ exhibeat Apollodorus.

PACTIO. His cõditionibus Stephanũ & Epænetũ ſequeſtres recõciliarunt: Eorũ quæ de carcere accidiſſent, memoriam abolendam: Epænetum aũt Phanoni, quᵐ ea ſæpe uſus eſſet, mille drachmas ad elocationẽ dare oportere. Stephanum autem Epæneto, quoties huc ueniſſet, & cum eà cõgredi uellet, Phanonem exhibere oportere. Eam igitur etſi nimis euidenter cognitum eſt eſſe peregrinam, & apud eam iſte adulterũ deprehendere auſus eſt: eò contumeliæ tamen Stephanus iſte & Neæra proceſſerunt, ut non contenti eſſent ipſam Neæram ciuem eſſe dicere, ſed ubi animaduerterant Theogeni Chotidæ ſortitò obueniſſe, ut rex eſſet ſacrificulus, homini ut nobili, ſic pauperi, & rerum imperito, ſeſe adiungit illi cum eſſet explorandus, ſubminiſtrata impenſarum parte magiſtratum ineunti Stephanus iſte, & fraude aggreſſus, & magiſtratum ab eo mercatus, aſſeſſor factus, uxorem ei mulierẽ dat Neæræ filiã & deſpondet Stephanus iſte pro ſua filia. Vſqꝫ adeò & leges, & uos contempſit. Ita ea mulier uobis arcana illa ſacra pro republica immolauit, & uidit, quæ eam ut peregrinam uidere nefas. & cũ talis eſſet, eò ingreſſa eſt, quò nemo alius Atheníenſium, in tanta ciuium multitudine, ingredi audet, præter regis uxorem: & expiauit mulieres ſacris miniſtrantes, & elocata eſt Baccho uxor, & patrio ritu pro republica rẽ diuinã fecit, in qua multa fiũt & ſacra & arcana. Quę uerò & audire nefas eſt, qui citra impietatem à qualibet adminiſtrari queant? tali muliere præſertim, talibusqꝫ rebus geſtis? Volo autem altius exorſus, uobis accuratius referre ſingula, ut uobis ultio maiori curæ ſit: utqꝫ ſciatis, uos non modò pro uobis ipſis, & legibus ſententiam laturos, ſed & deorum immortalium religionem uiolatam uindicaturos, & pœnas ſumpturos de conſceleratis. Olim dominatu reſpublica regebatur, & regnum eorũ erat quibuſqꝫ temporibus, qui prę cęteris eminebant, ꝑpterea ꝙ indigenę eſſent. Sacra autem rex

Phano deſponſa Theogeni regi ſacrificulo.

Digreſſio amplificandi & delectandi gratia de Regis *ſacrificuli origine.*

ſpondit uxorem pro ſua filia, ſacra feciſſe, & iuſiurandum detuliſſe miniſtris: & nec ipſis inſpicientibus ſacra hæc effari licere apud alios, cognouiſtis. Age uerò teſtimonium quoque uobis exhibeamus, ſecretò illud quidem factum, ſed rebus ipſis tamen id & perſpicuum & uerum eſſe demonſtrabo. Cum hæc ſacra fierent, & nouemuiri in uicum Martium legitimis diebus aſcenderent: ſtatim ſenatus Areopagiticus, qui in alijs quoque religionibus tuendis multum reipublicæ commodat, inquirit in iſtam Theogenis uxorem, quę nam eſſet, eam'que coarguit, & ſacrorum curam ſuſcipit, & Theogenem mulctat ita uti conſtitutum eſt, ſecretò tamen & cum modeſtia. Nec enim ea ſunt præditi authoritate, ut quenquam Athenienſium pro ſua libidine puniant. Factis autem uerbis, & ſenatu grauiter ferente, Theogenem'que puniente, qui talem uxorem duxiſſet, eam'que arcana pro republica ſacra facere permiſiſſet: precabatur Theogenes, ſupplicans & obteſtans, dicens neſciſſe ſe Neærę eſſe filiam, ſed deceptum à Stephano, pro germana eius duxiſſe filia, ex lege & propter imperitiam rerum ſuam'que ſimplicitatem iſtum aſſeſſorem ſibi aſciuiſſe, ut is magiſtratu fungeretur, tanquam beneuolum, propterea'que contraxiſſe cum eo affinitatem. Me uerò, inquit, non mentiri, magno & illuſtri uobis argumento probabo. Mulierem enim eijciam domo, quoniam non Stephani, ſed Neæræ eſt filia. Quod ubi fecero, tum uerbis meis adhibete fidem, cum dico me deceptum: Sin minus fecero, tum uerò me punite, ut improbum, & in deos impium. Pollicito igitur hæc Theogene, & ſupplicante, partim miſertus eius ſenatus Areopagiticus propter ingenij ſimplicitatem, partim etiam quòd à Stephano deceptum eſſe reuera putaret, moram interpoſuit. Vt uerò à uico Martio deſcendit Theogenes, ſtatim & mulierem iſtius Neæræ filiam domo expellit, & Stephanum iſtum à quo deceptus fuerat, concilio mouet: & ſic Areopagitæ Theogenem miſſum fecerunt, eíque iraſci deſtiterunt, ueniam'que

Theogenes propter uxorem meretricem mulctatus.

Phano à Theogene repudiata.

decepto conceſſerunt. Et ut hæc à me uerè dici conſtet, horum uobis teſtem ipſum Theogenem uoco, & teſtari cogam. Voca mihi Theogenem Erchienſem. TESTIMONIVM. Theogenes Erchienſis teſtatur, ſe regem agentem duxiſſe Phanonem pro Stephani filia. Cum uerò ſe deceptum eſſe animaduertiſſet, & mulierem eieciſſe ac repudiaſſe, & Stephanum ab aſſeſſu repuliſſe, nec paſſum ut ſibi diutius aſsideret. Age cape mihi legem hiſce de rebus latam: & lege: ut ſciatis, non decuiſſe tantum eam abſtinere ſacris his, quæ talis eſſet, talia'que patraſſet, & nec uidere, nec immolare, nec facere quicquam pro patrio urbis ritu: ſed cæteris etiam ſacris Athenarum omnibus. Cum qua enim muliere deprehēſus eſt adulter, ei in nullum templū populare licet ingredi. Cum in ea & peregrinis mulieribus, & ancillis liberum aditum præbuerint leges, tum ſpectandi, tū ſupplicandi gratia: ſolis iſtis mulieribus interdicunt leges ingreſſu publicorum fanorum, cum quibus adulter fuerit deprehenſus. Sin ingreſſæ fuerint contemptis legibus, impunè quouis mulctari licere modo, uitæ modo parcatur: & mulctandi eas poteſtatē lex cuiuis obuio dedit. Hac autem de cauſa, eis, etſi cæteris omnibus iniurijs exagitentur, morte excepta, negauit ultionem, ne fana polluantur, aut religio uioletur: ſatis magno terrore mulieribus iniecto, ad colendam modeſtiam, & flagitia uitanda: eas'que docens, domum, ſicut æquū eſt, cuſtodire: quod ſi quid tale in ſe admiſerint, ſimul & ædibus mariti, et publicis urbis fanis ſint eijciendæ. & hæc ita ſe habere, ipſa lege audita cognoſcetis. Age cape legem. LEX. ADVLTERII. Poſtquam autem adulterum deprehenderit, ei qui deprehendit, porrò in matrimonio habere mulierem eam ne liceat. Quam ſi retinuerit, ignominioſus eſto. Neque mulieri liceat ingredi in fana publica, cū qua fuerit adulter deprehenſus. Sin ingreſſa fuerit, impunè patiatur quicquid patitur, præter mortem. Exhibebo autem uobis Athenienſes, etiā populi Athenienſis teſtimoniū, quantæ curæ hæc ſacra habeat, quāta ea diligentia & ſtudio cōplectatur. Populus enim Atheniēſis, cuius ſumma eſt in rebus

Adulteris mulieribus fanis interdictum.

Alia digreſſio: quanta res ſit, ciuitatis Athenienſis ius.

ad rempublicam pertinẽtibus omnibus autoritas,cuiq́ facere quod uoluerit licet:ita præclarum et ſplendidum donum eſſe cenſuit Athenienſem fieri, ut ipſe ſibi leges præſcripſerit,quibus legibus faciẽdus ſit, ſi quem donatum ciuitate uelint: q̃ nunc proculcatæ ſunt ab iſto Stephano,& ijs qui ſic matrimonia contraxerunt. Tamen auditis eis,iuuabimini:& cognoſcetis, eos pulcherrima & ſplendidiſsima dona, de republica benè meritis tribui ſolita,contaminaſſe.Primùm enim lata hæc populo lex eſt,ne quem facere liceat Athenienſem,niſi qui propter ſtrenuam Athenienſi populo nauatam operam & fortitudinem, fieri ciuis mereatur. Deinde ſi perſuaſum populo fuerit,ut det id munus, ratam cooptationem eſſe haud ſinit,niſi concione ſequenti uiri amplius ſex mille Athenienſes,occultis ſuffragijs comprobarint. Senatores autẽ iubet ea lex proponere capſulas, & calculos dare accedenti populo, priuſquam hoſpites ingrediantur,& * prœmia tollantur, ut unuſquiſq; ſui iuris adhuc, ſecum ipſe deliberet,quem ciuem ſit facturus:an eo munere ſit dignus is qui accepturus ſit? Poſt hæc uiolatarum legum actionem cuiuis Athenienſium in eum dedit:licet'que ingreſſo in iudicium, reuincere, nõ dignum eſſe eum munere illo, ſed contra leges Athenienſem factum. Et iam nonnullis uſuuenit,ut dato munere per populum,flagitãntium uerbis deceptum,falſę rogationis actione apud iudices propoſita,is qui munus accepiſſet, conuinceretur munere indignus eſſe,eoq́ ſententia iudicum ſpoliaretur. Ac multos & ueteres commemorare operoſum fuerit. Sed quæ omnes meminiſtis, & Pytholam Theſſalum, & Apollonidem Olynthium ciuitate à populo donatos,eadem iudices ſpoliarunt. Nam hæc non ita olim facta ſunt,ut à uobis ignorentur. His ita firmis & præclaris legibus cum reſpublica firmata ſit, per quas fieri Athenienſem oporteat: alia poſt has omnes lex ſummę autoritatis eſt ſancita. Tantæ curę populo fuit & ipſe ſibi,& dij immortales, ut ſacra pro republica religioſe fierent. Nam quoſcunque populus Athenienſis ciues fecerit,eos lex apertè uetat in collegium no

Ceremoniæ in donanda ciuitate.

τὰ γέῤῥα ἀναιρεῖν

Pytholas. Apollonides.

tatis depugnarant, & nauale ad Salamina prælium coniunctis uiribus commiſerant, Apollini in Barbaricæ uictoriæ monimentum dedicarunt:

Græcorum ductor, Medos qui perdidit hoſtes,
Pauſanias, Phœbo dedicat hoc ſpolium.

Perinde ac ſi ipſius eſſet id facinus & donarium, non commune ſociorum. Iratis autem Græcis, Platæenſes Lacedæmonios apud Amphictyonas accuſant nomine ſociorum, & mille talentis mulctari petunt: eos'que coegerunt, eraſis uerſiculis, inſcribere urbes quæ rebus geſtis interfuerant. Quare uel in primis odia Lacedæmoniorum ſuſceperunt, regiæ'que familiæ. ac in præſentia non reperiebant Lacedæmonij, quo pacto eos ulciſcerentur. Annis autem poſt circiter quinquaginta, Archidamus Zeuxidami F. Lacedæmoniorum rex, tempore pacis, eorum urbe potiri inſtituit. id'que per Thebanum Eurymachum, Leontiadæ F. Bœotiorum principem eſt conatus: quum noctu portas Nauclides, & alij quidam corrupti largitionibus, aperuiſſent. Platæenſes, cognito intra mœnia eſſe Thebanos, & ſuam urbem tempore pacis ex improuiſo captam: & ipſi ad arma concurrunt, & aciem inſtruunt. Vbi diluxit, & non multos eſſe Thebanos uident, ſed primores eorum ingreſſos (ingens enim delata noctu pluuia, prohibuerat eos ne omnes intrarent: qua fluuius Aſopus auctus exundabat, nec tranſiri facile poterat, noctu præſertim) ut igitur inquam Platæenſes in urbe ſua Thebanos uiderunt, nec adeſſe omnes cognouerunt, aggrediuntur, commiſſoque prælio ſuperant, & cædunt priuſquam cæteri opem ferre poſſent: & ſtatim miſſo ad nos nuncio, ſignificant rem geſtam, ſuam'que uictoriam: & auxilium petunt, ſi Thebani agrum ipſorum uaſtarent. * Athenienſes, re cognita, celeriter auxilia Platæas mittunt. Quod cum uidiſſent Thebani, Athenienſes opem tuliſſe Platæenſibus, domum redierunt.

Platæa à Thebanis occupata.

** Videtur mendoſus hic locus.*

Vt igitur Thebani fruſtrati ſunt conatu ſuo, & Platæenſes, quos hoſtium in prælio uiuos ceperant, occiderunt: irati Lecedæmonij, iam ſine ullo prætextu Platęas oppugnatum eunt, Peloponnenſibus omnibus, præter Argiuos, mandato, ut binas partes copiarum è ſingulis urbibus mitterent: Bœotis uerò cæteris uniuerſis, & Locrenſibus, & Phocenſibus, & Malienſibus, & Oetæis, & Ænianibus, denunciato, ut omnes in armis adeſſent Sic eorum murum ingenti exercitu circumſedentes, ſciſcitabātur, num urbē dedere uellent, regionem aūt tenere, & frui ſuis opibus, ac ſocietatem Athenienſium deſerere? Quod detrectantibns Platæenſibus, & reſpondentibus, ſe ſine autoritate Athenienſium nihil facturos: obſederunt eos decennium, duplicique muro circundederunt, nec intentatum quicquam reliquerunt. Cum uerò feſsi eſſent malis Platæenſes, & omnium rerum penuria premerentur, deſperata ſalute, ſortitione inter ſe facta, alij remanſerunt, & obſidionem tolerarunt: alij expectata nocte & pluuia & uento, egreſsi urbe, & hoſtium munitione ſuperata, decepto exercitu, iugulatis cuſtodibus, huc perueniunt, miſerabili habitu & inexpectato. Reliqui, ui capta urbe, omnes interfecti ſunt puberes, pueri & mulieres ſub haſta uenditi, qui Lacedæmoniorum aggreſsione non animaduerſa, clàm Athenas non aufugerant. Qui igitur ſuam beneuolentiam ita euidenter erga rempublicam oſtenderunt, & amicitiæ populi ſua oĩa & liberos et uxores poſt habuerunt: rurſum conſiderate, quo pacto eos in ciuitatem receperitis. E decretis enim ueſtris, euidens omnib. erit ea ratio, & me uera dicere cognoſcetis. Age cape decretum hoc, & lege eis.

Obſidio & excidium Platæarum.

Exules Platæenſes quo pacto in ciuitatē recepti.

DECRETVM DE PLATAEENSIBVS. Hippocrates cenſuit: Platæenſes eſſe Athenienſes ab hac die, honoratos ut alios Atheniēſes: & ius habere eos, quorum Athenienſes ius habent, omnium & ſacrorum, & religionum. Præterquam ſi quòd ſacrificium aut feſtum eſt gētilitiū, exceptis itē Nouemuiris: eorum tñ liberis & hæc pateāt. Platæēſes aūt in curias & trib⁹ diſtribuantˀ. Qui poſtq̃ diſtributi fuerint poſt hac ne ulli Platæenſium li-

ceat fieri Athenienſem,niſi id ius populi beneficio conſequatur. Videtis ne Athenienſes, quàm præclarè & iuſtè orator ille pro populo Athenienſi ſcripſerit & cenſuerit, Platæenſes beneficium conſecutos,primùm in iudicio explorandos uiritim an quiſq; ſit Platæenſis & populi amicus,ut ne eo prætextu multi in ciuitatem recipiantur. Deinde eos qui probati fuerint, lapideæ pilæ inſcribi, & in arce ſtatui iuxta Mineruã, iubet, ut beneficium id etiam poſteris permaneat,probariq́; poſſit,quis cui cognatus ſit, & poſtea non licere ſinit Athenienſem fieri eum, qui nunc non factus,& in iudicio non probatus fuerit: ut ne multi ſe Platæenſes eſſe dictitantes, fraude in ciuitatem irreperent. Deinde legem etiam ſanciuit erga eos in decreto ſtatim,tum quantum ad rempublicam,tum quantum ad deos attinet:ne cuiquam eorum in ſortitione Nouemuirorum,aut ullius ſacrificij locus detur. Horum uerò liberis,ſi è muliere ciue ſuſcepti ſint,& legitimè deſponſa,licere. Iniquiſſimum igitur fuerit erga uicinos,& extra controuerſiam optimè omnium Græcorum de hac republica meritos,ita diligenter & accuratè ſingula diffinire, quibus conditionibus hoc beneficio fruantur: eam uerò quæ palàm & exquiſitè uniuerſam Græciam proſtituto corpore peruagata eſt, ita flagitioſe ac petulanter inſultantem ciuitati, & ſacra deoſq́; uiolantem, impunitam dimiſiſſe? quam neque parentes ciuem reliquerunt,neq; populus ciuitate donauit? Vbi enim corpore quæſtum non fecit? quò propter quotidianam mercedem non uentitauit? Nónne Peloponneſum totam, Theſſaliam item & Magneſiam, Symum Lariſſæum & Euridamantem Midiæ filium: nónne Chium,& maximam Ioniæ partem,Sotadẽ Cretenſem ſecuta peragrauit? elocata mercede à Nicareta, dum illius eſſet. Eam uerò quæ alienæ poteſtati ſubijcitur,& precium numerantem comitatur, quid facere putatis? Non omnibus eorum quibus familiaris eſt, obſequi uoluptatibus? Talem igitur, & eam, quæ ut conſtat inter omnes,orbem terrarum propter infamem quæſtum peruagata eſt, ciuem eſſe decernetis? Quod igitur,interrogati,præclarum uos edidiſſe facinus

Concitat indices ad pœnas de Neæra ſumendas.

reſpondebitis? quod uos ſuſcepiſſe dedecus? quam uiolaſſe religionem negabitis? Priuſquam enim accuſaretur adducta in iudicium, omneſq; audiſſent, & quæ ſit, & quæ impiè fecerit ipſi imputari ſcelera ſua potuiſſent, negligentia ciuitatis: ueſtrumq; alij ignoraſſent, alij re audita uerbis indignati eſſent, re ipſa autem de ea nemine accuſante, aut pronunciante pro tribunali, ſtatuere nihil potuiſſent. Poſtquam autem & noſtis omnes, & penes uos habetis, & eius puniendæ poteſtas datur: iam ueſtra erit illa in deos impietas, niſi eam puniueritis. Quid uerò ueſtrûm quiſque reuerſus ad uxores, aut filias, aut matres dicetis, iſta abſoluta? Si uos rogarint, ubi fueritis, uoſq; reſponderitis, ius dixiſſe: cui, rogabunt ſtatim. Neæræ nimirum, dicetis. Quamobrem? quod & peregrina ciui nupſit contra legem, & filiam adulteram elocauit Theogeni regem agenti, quę arcana pro republica ſacra fecerit, & Baccho uxor data fuerit: cæteraq;, cõmemorantes eius accuſationem: quàm bene & memoriter, & accuratè fuerit de ſingulis accuſata. Quibus illæ auditis, quærent, Quid igitur feciſtis? Vos uerò dicetis, abſoluimus. Iam igitur matronæ pudiciſſimæ uobis iraſcentur, quod æquè ſecum iſtam republica & ſacris dignati ſitis. Quæ autem amentes ſunt, palàm oſtendent ſe facturas quicquid libeat, tanquam impunitate à uobis & legibus propoſita. Nam ſi negligetis, & ſuſq; deq; feretis, uidebimini & ipſi mores iſtius mulieris probare. Quare longè præſtitiſſet, non fieri hoc iudicium, quàm eo facto iſtam abſolui. Omnino enim iam ſcortis licentia dabitur, nubendi quibus uolent, ſuoſq; liberos eius eſſe dicendi, qui in mentem eis uenerit: ac tum leges ueſtræ futuræ ſunt irritæ, tum blanditiæ ſcortorum obtinere poterunt quicquid libebit. Quare & ciuium noſtrarum habete rationem, ut ne pauperum filiæ nuptum collocari nequeant. Nunc enim tametſi aliqua paupercula eſt, dotem ei ſatis magnam confert lex, ſi mediocrem duntaxat à natura formam acceperit. Proculcata autem à uobis hac lege, & muliere iſta abſoluta, irrita facta: omnino iam ſcortorum quęſtus ad ciuium filias deuoluetur, quæ propter inopiam non poterunt elocari: atque inge-

Mulierũ metu extimulat iudices.

ἐπιδείκνυνται ποιεῖν.

Scorta mulctanda propter pauperũ filias.

ſuarum mulierum dignitas ad meretrices, cũ permiſſum eis fuerit ſuſcipere liberos pro ſua libidine, & feſtis & ſacris & honoribus ex æquo frui ciuitatis. Quare ſinguli putate uos ferre ſuffragia alius pro uxore, alius pro filia, alius pro matre, alius pro republica & legibus & ſacris, ne illæ eodem haberi loco cũ meretrice iſta uideantur: ne'ue in magna & pręclara modeſtia, & cura, à parentibus & cognatis educatę & elocatę ſecundum leges: eâdem conditione ſint qua iſta, quæ multis & impudicis modis ſæpe cũ multis eodem die rem habuit, ut unicuiq; fuit lubitum. Exiſtimabitis autem, neq; me qui dicam, Apollodorum, neq; qui ſe defendent, quiq; illis patrocinabuntur, ciues eſſe. Sed leges & Neærã iſtam de facinoribus inter ſe diſceptare: cũ in accuſatione uerſamini, leges ipſas auditis, per quas reſpublica eſt incolumis, & ſecundũ quas uos pronunciaturos iuraſtis, quid iubeant, quid illa uiolarit: ubi autem ad defenſionem peruentum erit, memores legum, accuſationis & probationis eorum quę dicta ſunt, ſolaq; eius facie uiſa, cogitate dũtaxat an Neæra talia perpetrarit. Illud autẽ, Athenienſes, recordatione dignum eſt, uos Archiam, cũ pontificem ageret, conuictum in iudicio impietatis, ut qui non patrio ritu ſacra feciſſet, puniuiſſe. Qui & de aliĳs rebus eſt accuſatus, & * Sinopę meretrici uictimam adducenti, ad aram Eleuſiniam mactaſſe ferebatur: cũ non moris eſſet eo die mactare uictimas, neq; illius mulieris eſſet ſacrificium, ſed ſacrificulæ. Quàm igitur iniquum fuerit, eum & ex genere Eumolpidarum, & claris ortũ natalibus, & ciuem huius ciuitatis, propterea ꝙ legum quippiam neglexiſſe uidebatur, dediſſe pœnas, neq; ei uel cognatorũ uel amicorũ deprecationem profuiſſe, neq; tum ſua, tum maiorum ſuorum merita in rempublicã, neq; ſacerdotĳ reuerentiam, quo minus deliquiſſe uiſus, mulctaretur: Neæram autem iſtam, quæ & eundem deum uiolarit, & leges: nec ipſam, nec eius filiam puniri à uobis? Equidem ualde miror, quid ad uos dicturi ſint in defenſione apud uos. Vtrum ciuem eſſe Neæram iſtam, & legibus iſtius matremfamiliâs? Sed teſtatum eſt, & meretricem eſſe, & ancillam fuiſſe Nica-

Archiæ pœna.

* *Diuinandũ hic fuit ob codicem corruptum & mutilum.*

Stephano & Neæræ nullã reliquã eſſe accuſationẽ.

retæ. At non eſſe uxorem ſuam, ſed pro concubina habere domi? Sed iſtius mulieris liberi, & ad curiales introducti à Stephano, & filia uiro Athenienſi elocata, manifeſtè oſtendunt, eam pro uxore haberi. Non autem uera eſſe crimina eis obiecta, & teſtificationes: nec ipſum Stephanum arbitror, nec alium eius nomine quenquam negaturum, aut oſtenſurum, Neæram iſtam ciuem eſſe.

Refutatio. Liberos Neæræ eſſe, non alterius uxoris.

Audio autem tale quippiam eum loco defenſionis allaturum: habere ſe eam non uxoris, ſed concubinæ loco: nec liberos eſſe iſtius, ſed ex alia muliere ciue, quã prius duxerit, cognata ſua ſuſceptos. Aduerſus igitur orationis iſtius impudentiam, & commentum defenſionis, & eos qui dicere teſtimonium parati ſunt, prouocatione æqua & accurata cum eo contendi, per quam uos ſimplicem ueritatem cognoſceretis, ut traderet ancillas quæ tum apud Neæram aſſiduæ fuerunt, cum Megaris ad Stephanum uenit, Thrattam & Cocalinam, & quas poſtea in eius matrimonio comparauit, Xennidem & Droſidem, quæ ſatis ſciunt: & Proxenum defunctum, & Ariſtonem ſuperſtitem, & Antidoridem curſorem, & Phanonem cui Strybelæ nomen eſt, quæ Theogeni Regi ſacrificulo nupſerat, Neæræ eſſe liberos. Quod ſi è quæſtionibus conſtabit, Stephanum iſtum ciuem duxiſſe uxorem, & liberos iſtos ex alia muliere ciue ſuſcepiſſe, non è Neæra: uelle me ab hac actione deſiſtere, & non uenire in iudicium. Nam habere in matrimonio hoc eſt, ſi quis liberos ſuſcipit, & cùm ad curiales, tum ad municipes introducit filios & filias pro ſuis nuptum elocat. Meretrices enim cauſa uoluptatis alimus: concubinas propter quotidiana miniſteria, & curationem corporis: uxores propter ingenuos liberos ſuſcipiendos, & fidelem rei familiaris adminiſtrationem & cuſtodiam. Proinde ſi prius mulierem ciuem duxerat, & ex illa iſti liberi ſunt, non Neæræ: id ei certiſſimo licuit oſtendere teſtimonio, traditis ancillis iſtis. Vt autem hanc illi conditionem me tuliſſe conſtet, & teſtimonium & ipſa uobis denunciatio legetur. Recita teſtimonium, deinde denunciationem. TESTIMONIVM.

Meretrix.
Concubina.
Vxor.

Hippocrates Hippocratis F. Probaliſius, Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis, Diophanes Diophanis F. Alopœcenſis, Diomenes Archelai F. Cydathenæenſis, Dinias Phormidæ F. Cydanthides, Lyſimachus Lyſippi F. Ægilienſis: teſtãtur, ſe adfuiſſe in foro, cũ Apollodorus Stephano conditionem ferret, ac peteret ut ad quæſtionem daret ancillas: earum rerum cauſa, quarum de Neæra Stephanum accuſabat: ſed Stephanum noluiſſe ancillas tradere: denunciationem autem eam eſſe, quam exhibebat Apollodorus. Age recita ipſas conditiones quas Stephano tuli. DENVNCIATIO. Has conditiones tulit Apollodorus Stephano earum rerum cauſa, propter quas actiònem aduerſus eum inſtituerat: uidelicet, Neæram peregrinam eſſe, & ciui nupſiſſe, paratus accipere ancillas Neæræ, quas illa Megaris ſecum adduxit, Thrattam & Cocalinam, & quas deinceps apud Stephanum comparauit, Xennidem & Droſidem, quæ rem ſatis cognitam haberent de Neæræ liberis, eos non Stephani eſſe, Proxenum defunctum, & Ariſtonem ſuperſtitem, & Antidoridem curſorem, & Phanonem: ad quæſtionem. Quę ſi faterentur, é Stephano & Neęra eſſe eos liberos, uendendam Neæram, ut iubeant leges, & liberos prò peregrinis habendos. Sin eos non ex iſta, ſed ex alia muliere ciue eſſe dicerent, deſiſtere uoluit ab actione contra Neæram. Et ſi quid calamitatis in tormentis muliercul is accidiſſet, penſare damnum. Has ego conditiones, Iudices, quum Stephano tulerim, repudiauit. Proinde iam ipſe Stephanus ſuapte ſententia Neęram iſtam eorum criminum, quorum eſt à me accuſata, condemnauit. & me uera dixiſſe apud uos, & teſtimonia uera exhibuiſſe, ſe uerò quæ dixerit omnia mentiri, & à ſeipſo cõuinci uanitatis confitetur, poſtquam ancillas à me poſtulatas, ad quęſtionem dare noluit. Ego uerò, iudices, & deorum, quos iſti uiolarunt, & meopte nomine pœnas exigens: iſtos in iudicium uocaui, ueſtræque autoritati ſubieci. Decet autem uos quoque exiſtimare, non clam fore deos, in quos iſti impij fuerunt, quid ueſtrûm *Peroratio.*

unuſquiſque decernat, & ita pronunciare ut iuſtitia flagitat, ac ulciſci dijs maximè factam contumeliam, deinde uobis etiam ipſis. Quæ ſi feceritis, omnes uos hanc cauſam, qua ego Neęram peregrinam ciui nuptam accuſaui, pręclarè & iuſtè diiudicaſſe exiſtimabunt.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Eubulidem.

SCribitur lex apud Athenienſes, ut inquiſitio fiat in eos omnes, qui ſint in album ciuitatis inſcripti, ciues ne germani ſint, an non: & ut ij qui non & patre & matre ciue nati ſint, deleantur: utq́; municipes de omnibus ſententiam ferant, & qui improbati fuerint, & ſententiam municipum ratam habuerint, deleti ſint, & inter inquilinos cenſeantur. Iјs uerò qui uellent, liceat appellare ad iudicium. Qui ſi etiam in iudicio conuincantur, uendendos: ſin abſoluantur, ciues eſſe. Ex hac lege, Alimuſio populo iudicante, improbatur Euxius quidem. Is, cum ſe Eubulidis inimici factione oppreſſum eſſe diceret, appellauit iudices, & oſtendit ſe & patre & matre ciue eſſe natum. Quod ſi mater mea, inquit, mercenarias operas fecit, ex inopia id fecit. Pater autem peregrinis locutus eſt, quòd & captus & uenditus fuit. Neque uerò calamitates exprobrandæ, ſed genera exquirenda ſunt.

DEMOSTHENIS APPELLATIO CONTRA EVBVLIDEM.

Inſinuatio: Se quo maiore in periculo ſit, eo maiore indigere beneuolentia.

QVVM Eubulides multa falſo nobis obiecerit, & conuicia neque uera, ne que iuſta fecerit: operam dabo, ut uera & iuſta dicendo, Iudices, oſtendam, & ius eſſe nobis ciuitatis, & indignè ab iſto me tractatum eſſe. Oro autem uos omnes, Iudices, obſecro et obteſtor, ut & magnitudine cauſę huius conſiderata, & ignominia, cum qua, qui cōdemnantur, etiam pereunt, me quoque tacitè audiatis: maximè, ſi fieri poteſt, maiore cum beneuolentia quàm iſtum (par enim eſt, ut in periculo conſtitutis melius cupiatis)

ſin minus, certè cum pari. Fit autem, Iudices, cum uos in-tueor, & ius ciuitatis habere me conſidero, ut ſecuro animo ſim, & magnam ſpem uictoriæ concipiam: ſed tempora, & ciuitatis in condemnando iracundiam formidem. Nam cum ex omnibus municipijs iurè multi ſint expulſi: eadem eſt de nobis etiam, quos factiones oppreſſere, opinio: & propter illorum cōdemnationem, in maiore, quàm pro ſe quiſque, periculo uerſamur. Quare fieri neq; aliter, quin magno in metu ſimus. Quę quanquam ita ſunt, ea tamen quæ in his ipſis ęqua ſunt, primum uobis dicam. Ego ijs qui peregrinitatis conuincuntur, ſuccēſendum eſſe exiſtimo: qui cum uobis neq; perſuaſerint, neq; exorarint, clā & ui, ſacris & republica ueſtra ſunt uſi. Sed calamitoſis hominibus, ſéque ciues eſſe oſtendentibus opem ſalutem'que ferendam: & cogitandum, cum inſontibus nobis miſerrimé actum iri, ſi cum ueſtra quibuſdam autoritate pœnę meritò infligantur, nos unà inter eos cenſeamur, & propter inuidiam ipſius rei, nos iniuriam patiamur. Equidem putabam, Iudices, decere Eubulidem, & omnes eos qui nunc in abrogando iure ciuitatis accuſationes factitant: ea quæ comperta haberent dicere, neque ullum rumorem in tale iudicium afferre. Id enim uſque adeò iniuſtum eſſe olim etiam leges ſtatuerunt, ut audita teſtificari leges ſinant ne in leuibus quidem cauſis: meritò. Cum enim aliqui iam, qui ſe rem uidiſſe affirmarent, mendaces ſint deprehenſi: num illi habenda fides eſt, qui ea dicit quæ nec ipſe nouit? Enimuero, cum ferendum non ſit, ut quiſquam etiamſi obnoxium ſeſe conſtituerit, per ea noceat, quæ ſe audiſſe dicit: qui conuenit, ut ei uos fidem habeatis, qui nullo ſuo periculo nos criminatur? Poſtquam igitur iſte legū gnarus, id'que magis quàm conueniebat, iniuſtè atque ſuperbè accuſauit: neceſſe mihi eſt de ijs primum dicere iniurijs & contumelijs, quibus apud municipes ſum affectus. Peto autem à uobis Athenienſes, ne municipū ſententiam pro argumento putetis, me ab hac republica eſſe alienum. Nam ſi municipes omnem æquitatem perſpicere poſſe putaſſetis, appellationem ueſtri non dediſ-

Propter odiū improborum, plecti ſolēt & inſontes.

παραδιαιτολη̃

Accuſatoris temeritas.

Præiudicium popularium.

ſetis. Nunc ex æmulatione, ex inimicitijs, alijs itẽ de cauſis, tale quid euenturum exiſtimantes: affectis iniuria ueſtrum uelut aſylum aperuiſtis, quo laudabili inſtituto Athenienſes, homines innocentes omnes conſeruaſtis.

Narratio. Primum igitur uobis exponam, quo pacto apud populares ſententia lata ſit. Nam quæ ad rem faciunt omnia dicere, id ego eſſe puto, ſi quis oſtendat, quę factionibus oppreſſus, contra decretum ſit perpeſſus. Eubulides iſte, ut ueſtrũ multi norunt, impietatis accuſata ſorore Lacedęmonij, quintam ſuffragiorum partem non tulit. Quod igitur in ea cauſa & uere, & iſti aduerſum dixi teſtimonium: mecum exercet inimicitias, méque oppugnat.

Origo inimicitiarum inter Euxitheũ & Eubulidem.

Inſidiæ Eubulidis. Qui cum & ſenator eſſet, & tum iuſiurandum, tum album, ex quo populares intrò uocabat, in ſua poteſtate haberet, quid facit? Primum cum municipes conueniſſent, concionibus habendis & decretis ſcribendis, diem contriuit. Id uerò non forte fortuna factum eſt, ſed circunſcribendi mei cauſa, ut quàm tardiſſimè de me pronunciaretur: idq́ue perfecit. & municipes, qui iuraueramus, tres & ſeptuaginta fuimus. Cœpimus autem ferre ſuffragia admodum ſerò. Proinde accidit, cum nomen meum citaret, ut iam tenebræ eſſent. Etenim peruentum iam erat ad ſexageſimum, & uocatus ſum, poſtremus omnium inter eos qui illo die ſunt uocati, natu grandioribus inter municipes iam in agros digreſſis. cum enim municipium noſtrum quinque et triginta ſtadia diſtet ab urbe, & ibi plurimi habitent: plerique abierant, & reliqui erãt non plures triginta. In quibus erant omnes ij quos iſte ſubornarat. Vt autem nomen meum citatum fuit, exiliens iſte, ſtatim in me multa maledicta congerebat, & magna uoce, ut nunc etiam, teſte ſuarum criminationũ nullo producto, neque ex municipibus, neque ex reliquis ciuibus, hortabatur populares, ut me improbarent.

Reiectio Euxithei per factionem Eubulidis. Poſtulante autem me, ut in poſterum diem differret, propter & tempus, & ſolitudinem meam, & caſum ex improuiſo oblatum: ut & ipſi crimina quàm multa uellet, adijcere liceret, & teſtes, ſi quos haberet, producere: & mihi poteſtas daretur cauſæ dicendæ apud omnes municipes

nicipes & cognatos meos teſtes ꝓducendi, & pollicente quicqd illi decreuiſſent, id me ratũ habiturũ: iſte, quæ ego offerebã, negligebat oĩa, ſtatimq́; calculũ ijs dabat q aderãt ex municipibus, neq; mihi defendẽdi poteſtate facta, neq; ulla certa inquiſitione habita. Iſtius aũt gregales & coniurati exilientes, ſuffragia ferebant. Et cũ tenebræ eſſent, illorũ ſinguli ab iſto binos & ternos calculos acceptos in uaſculũ conjecerũt. argumento eſt, ꝙ qui ſuffragia tulere, plures triginta non fuerunt, calculi aũt numerati ſunt amplius ſexaginta, ut nos oẽs obſtupeſceremus. Et hæc ueré à me dici, & neq; lata eſſe ſuffragia pręſentib. omnib. & plures fuiſſe calculos q̃ ſuffragatores, teſtes uobis producam. Accidit aũt, ut mihi de his amicorũ aliorum'ue Athenienſium teſtis nemo adfuerit, tum ꝑ diei tempus, tum quòd neminem aduocarã: ſed ijs ipſis qui me læſerunt, teſtibus utar. Quæ igitur inficias ire non poterunt, ea ſcripſi illis. Recita. TESTIMONIVM. Quòd ſi, Iudices, Alimuſij illo die ſuffragia de omnib. municipibus tuliſſent, conſentaneum fuiſſet eos uſq; in noctẽ ſuffragia ferre, ut re confecta, ueſtrũq́; decretum executi abirent. Cum autem amplius uiginti reliqui eſſent è municipibus, de quibus poſtridie ſuffragia ferenda erant, & nihilominus neceſſe eſſet municipes conuenire, qd fuiſſet incommodi Eubulide, differre in diem poſterum, & de me primo popularibus dare ſuffragium? Propterea, Iudices, quòd Eubulides non ignorabat, ſi mihi cauſę dicendę poteſtates fieret, & mihi populares oẽs præſtò eſſent, & calculus iuſtè daretur, ſuos gregales nihil eſſe ualituros. Vnde autem iſta conſpiratio ſit orta, cum de genere meo dixero, tum ſi uoletis exponam. Nunc autem quid iuſtum eſſe exiſtimo, & quid facere ſum paratus, Iudices? Oſtendã uobis me eſſe Athenieſem: & à patre & à matre: & huius rei teſtes, quos ueraces eſſe dicetis, uobis exibebo, & cõuicia criminaq́; refutabo: & à uobis, his auditis, petam, ſi uobis ciuis & factionibus oppreſſus uidebor, ut me ſeruetis: ſin minus, ut id agatis, ꝙ uobis pium eſſe uideatur. Perſtrinxerũt patrem meũ peregrinatis, & captũ eũ, ſub Decelicũ bel-

Propoſitio: Se eſſe Athenienſem.

Pater Euxithei captus ab hoſtibus, & uenditus.

lum ab hoſtibus, & Leucadem uenditũ, cum in Leandrum hiſtrionẽ incidiſſet, ad ſuos lõgè pòſt eſſe reuerſum incolumem, prętererunt: ſed quaſi nobis propter illa infortunia pereundũ ſit, peregrinitatis eũ accuſarunt. Ego uerò per hęc ipſa potiſsimum oſtendam, eum Athenienſem fuiſſe, ac primũ de eius & captiuitate & redẽptione teſtes uobis producã. Deinde eũ reuerſum à patruis facultatum partẽ accepiſſe. poſtea, nec in municipibus, nec in curialibus, nec alibi uſquam ob ſermonis peregrinitatem, ut peregrinum ab ullo eſſe accuſatum. Age cape teſtimonia. TESTIMONIA. De captiuitate qdem & incolumi reditu in urbem, audiſtis. Eum autẽ ueſtrũ fuiſſe ciuem (rei enim ueritas ita ſe habet) teſtes uoco ex cognatis patris mei qui ſunt ſuperſtites. Primũ autẽ Thucritidem mihi uoca, & Chariſiadem. horũ.n. pater Chariſius, frater fuit aui mei Thucritidæ, & Lyſaretę nutricis meæ, & patruus patris mei: ſororem enim duxerat auus meus non uterinam. Deinde Niciadem. nam eius quoq; pater Lyſanias, frater fuit Thucritidæ & Lyſaretæ: & patris mei patruus. Pòſt, Nicoſtratũ. nã eius quoque pater Niciades, nepos ex fratre fuit aui mei & nutricis, & conſobrinus patri meo. Age uoca mihi hos oẽs: tu uerò ſiſte aquam. TESTES. Qui igitur à uiris patri meo cognati fuerunt, eos audiuiſtis, & teſtificãtes et deierantes, patrẽ meum neceſſariũ eis & cognatũ fuiſſe, quorum utiq; nemo * productis ijs q falſi teſtimonij ei conſcij eſſent, exitiũ ſibi imprecatus peierabit. Age cape & illorum qui patri à mulieribus cognati ſunt, teſtimonia. TESTIMONIA. Qui igit̃ è cognatis mei patris, tã à uiris q̃ à mulieribus ſuperſtites ſunt, eos teſtificãtes audiuiſtis, eũ utrinq; fuiſſe Athenięſem, & meritò ius habuiſſe ciuitatis. Age uoca mihi & Curiales, & deinde * gentiles. TESTES. Cape & municipũ teſtimonia, & cognatorũ de Curialib⁹ eos elegiſſe me curiæ principẽ. TESTIMONIA. Quæ igit̃ & cognati et curiales & municipes, et gẽtiles, quorũ id officiũ eſt, teſtificati ſunt, audiſtis. Vnde uobis ſcire licet, ciuis'ne an pegrinus fuerit is, cuius ea cõditio fuit. Si.n. ad unũ hominẽ atq; alte-

παραστησάμενος τοῖς συνειδομένοις.

τοὺς γεννήτας

rum confugeremus,ſuſpecti eſſe poſſemus,eos eſſe ſubornatos. Sed cũ apud oẽs eos,apud quos et ueſtrũ unuſquiſq; probatus fuit,& pater dũ uixit, & ego qui nunc uerba facio,apud Curiales,cognatos,municipes,gentiles:fieri ne ullo modo poteſt, ut ij oẽs mendaces et ſubornati ſint? Quod ſi locuples fuiſſet pater,atq; his pecunia data pſuaſiſſet, ut ſe cognatos eius eſſe dicerent:nõ abſurda ſuſpicio fuiſſet, eũ nõ eſſe ciuẽ. Sin ſimul & pauper fuit, & eos exhibuit ſimul & cognatos, & de ſuo ei impertiẽtes:an nõ euidens eſt,eũ reuera cognatũ eis fuiſſe?neq; ẽn.profectò,ſi nemini coniunctus fuiſſet, iſti adiecta pecunia eũ in familiã recepiſſent: ſed fuit, ut & ipſa res probauit,et teſtes uobis affirmarũt.ꝑterea magiſtratus ẽt ſortitus eſt: & approbatus,eos geſsit. Cape teſtimonium. TESTIMONIVM. Quis uerò ueſtrũ exiſtimet,permiſſuros fuiſſe municipes, ut ille pegrinus et nõ ciuis,apud ipſos magiſtratu fungeret,ac nõ fuiſſe accuſaturos?neq; uerò quiſq; eum uel accuſauit,uel criminatus eſt. Quin neceſſariò ẽt ſuffragia tulerũt municipes ſacris iuratis, cũ eis album municipij periſſet, Antiphilo patre Eubulidæ tribuno plebis, & quoſdã è municipio repulerunt:de illo autẽ neq; dixit, neq; cõqueſtus ullus eſt tale quicquã. Atqui oĩbus hominibus uitę finis mors eſt: & q uiuentes de genere accuſant, eorũ filios æquum eſt ad reddendã rationem perpetuò eſſe paratos. Quibus aũt in rebus nemo uiuẽtẽ ipſum criminatus fuit, de ijs an non iniquũ eſt, liberos exagitari à quouis? Quod ſi de his nulla facta fuit inquiſitio,demus id latuiſſe:ſin facta eſt, & ſuffragia tulerũt, & nemo unquã quicquã eſt conqueſtus, nónne æquum eſt me propter illum Athenienſem eſſe,antequã ei de genere facta fuit cõtrouerſia? Hæc uere à me dici ut conſtet,horũ etiam uoca teſtes. TESTES. Præterea cum ei liberi quaterni eſſent nati, uterini mei fratres, & mortui:ſepelijt eos in patrijs monimentis,quæ quotquot è familia ſunt, participant: neq; iſtorum quiſquam unquam uetuit aut prohibuit, neque eum in ius uocauit. Quis uerò eſt, qui à familia alienos in patrijs ſepeliri monimentis patiatur? Vt autem

Mater Eomi... ... *... ...*

Pater Euxithei magiſtratu functus.

Præſcriptio.

Sepulturæ ius.

& hæc uerè à me dici conſtet, cape teſtimonium. TESTIMONIUM. De patre igitur, fuiſſe eum Athenienſem, hæc habeo quæ dicam, & teſtes produxi eos, quos iſti ipſi ciues eſſe pronunciarunt, teſtificantes, eũ ſuũ fuiſſe conſobrinũ. Conſtat aũt eum tot & tot annos hic uixiſſe, & nunquã uſquã, ut hoſpitẽ eſſe deprehenſum: ſed ad hos cognatos ſuos cõfugiſſe, qui eũ & receperũt, & facultates ei impertierunt, ut ſuorũ uni. Iis porrò temporibus natus fuit, ut etiamſi ex altera duntaxat parte fuiſſet ciuis, ciuẽ eum haberi conueniret: cum natus ante Euclidem fuerit. De matre aũt mea (nam & hanc exagitarunt) dicam, & orationis meæ teſtes citabo. Atqui non modò contra decreta, forenſem quæſtum nobis obiecit Eubulides, ſed etiam contra leges, quæ conuicij crimine teneri iubent eum, qui quæſtũ in foro ulli ciuiũ ſeu uiro, ſeu mulieri exprobrarit. Nos uerò fatemur nos & faſcias uendere, & uictitare non uti uolumus. Quod ſi tibi argumento eſt, nos non eſſe ciues: ego tibi huius omnino cõtrarium probabo, non licere peregrino in foro quęſtum facere. Age cape primùm ac lege mihi Solonis legem. LEX. Cape etiam Ariſtophõtis legem. Is.n.eam adeò rectè & populariter eſſe latam cenſuit, ut ſenatuſconſulto renouandam eſſe decreuerit. LEX. Decet igitũ uos tueri leges, neq; eos qui quæſtum faciunt pro peregrinis ducere, ſed calumniatores pro improbis. Eſt.n. Eubulide, alia quoq; lex de ignauia, cui cũ ipſe obnoxius ſis, nos qui opus facimus, exagitas. Verũ nunc uſq; adeò infœlices ſumus, ut iſti liceat extra cauſam conuiciari, atq; omnia facere, ne meum mihi ius tribuatur. me autẽ fortaſſe obiurgabitis, ſi dixero quemadmodũ iſte in urbe circumiens rem facit, idq; meritò. Quorſum enim attinet, uobis ea narrare quæ ipſi noſtis? Conſiderate igitur. Quod nos in foro quæſtum facimus, id in primis argumento eſſe puto, iſtum falſa nobis impingere crimina. Quam.n. faſciarum uenditricem fuiſſe dicit, & manifeſtam omnibus, de ea par fuit utiq; teſtificari multos, qui ipſi eam nouiſſent, non qui nihil præter auditum referrent. Nam peregrina excutienda fuerunt uectigalia in fo

Mater Euxithei.

Quæſtus in foro.

Recriminatio Eubulidis.

ro,& hunc peregrinorum tributum pependerit inquirẽdum: et cuias fuerit oſtendendum. Sin ancilla, in primis emptor: ſin minus, uenditor producendus fuit in eam teſtificans: aut ſaltem alius quiſpiam, qui probaret eã uel ſeruitutem ſeruiſſe, uel eſſe manumiſſam. Nunc horũ nihil oſtendit, ſed crimen obiecit, ut mihi uidetur, nullius momenti. Id enim eſt calumniatoris ingenium: criminari omnia, probare nihil. Deinde illud etiam in matrẽ dixit, eam nutricem fuiſſe. Nos uerò, cum noſtra urbs cladem accepiſſet, & omnes rebus aduerſis conflictarentur, non inficiamur hoc eſſe factum: quo pacto autem, & quibus de cauſis mammam prębuerit, ego perſpicuè uobis oſtendam. Neq; uerò quiſquam ueſtrũ Athenienſes, iniquo animo accipiat: etiã nunc ciues mulieres multas inuenietis, quæ nutricum fungantur officijs. Quod ſi diuites eſſemus, neq; tænias uenderemus, neque deniq; inopes eſſemus. Sed quid iſta cum genere conſortij habent? equidem nihil opinor. Ne uerò, Iudices, pauperes aſpernemini. ſatis.n. eis eſt in ipſa paupertate mali: neq; eos etiam, qui quæritare uictum, & uiuere ſine cuiuſquã iniuria inſtituunt. Sed audita re, ubi uobis matris cognatos oſtendero tales, quales ingenuorum hoium eſſe decet, ſi in eam talia crimina coniecerit, eiurantes & teſtificantes, ſe ſcire eam eſſe ciuem, quos uos putatis eſſe fide dignos, eam nobis ferte ſententiam, quam poſtulat æquitas. Mihi auus fuit, Athenienſes, matris pater, Damoſtratus Melitenſis. ei naſcuntur quatuor liberi è priore quã habuit uxore, filia & filius, cui nomen fuit Amytheon: è poſteriore Chæreſtrata, mater mea, & Timocrates. His porrò liberi naſcuntur, Amytheoni Damoſtratus, aui nomen referens, & Calliſtatus et Dexitheus. ac Dexitheus quidem ex eorũ numero eſt qui in Sicilia & militarunt, & obierunt, & ſepultus eſt in publicis monimẽtis, & hæc teſtes confirmabunt. Soror autem eius quæ Alæenſi Diodoro nupta fuit, filium peperit Cteſibium. is Abydi obijt, cum Thraſybulo militans. Ex his uiuit Damoſtratus Amytheonis filius, matris meæ fratris filius. Chæreſtratæ auię meę ſororem ducit Apollodorus

Nutricẽ eſſe.

Pauperibus non inſultandum.

Series materni generis.

Plothenſis.ex his naſcitur Olympichus: ex Olympicho Apollodorus,is uiuit.Proinde uoca mihi eos. TESTES. Hos igitur audiuiſtis teſtificantes,& deierantes. Voca bo etiam uterinum fratrem, & utriuſque cognatum, & filios eius. Nam Timocrati matris meæ fratri germano & uterino,naſcitur Euxitheus: Euxitheo tres filij,qui omnes uiuunt. Voca mihi ex eis qui domi ſunt. TESTES. Cape etiam teſtimonia Curialium & cognatorum matris & municipum, & quorum eadem monumenta ſunt. TESTIMONIA. Genus igitur maternum tale demonſtro uobis, & eam oſtendo à uiris & à mulieribus eſſe ciuem. Matri autem meæ naſcitur,Iudices,primũ è Protomacho, cui eã Timocrates frater uterinus & germanus deſponderat, filia. Deinde è patre meo,ego. Quo autem pacto patri meo nupſerit, uobis eſt cognoſcendũ. Nam & quæ de Clinia criminatur, & de nutricio matris miniſterio illa etiam ego uobis omnia perſpicuè narrabo. Protomachus pauper erat: cum autem pupilla locuples ad eum hæreditate ueniſſet, elocaturus matrem meam, Thucrito,patri meo, familiari ſuo perſuadet,ut eam ducat. Sic deſpondetur patri meo mater mea per Timocratem Melitenſem, præſentibus utriſque patruis eius, & alijs teſtibus: & horum qui ſuperſtites ſunt,nobis teſtimonium dicent. His factis,aliquanto pòſt patre militante peregrè ductu & auſpicijs Thraſybuli:ipſa inopia conflictans, coacta eſt Cliniam Clidici filium lactare.quo facto; quod ad id periculum attinet,in quo nunc ego uerſor,male mihi conſuluit, fateor equidẽ. Nam ab ea lactatione omnia quæ in nos congeruntur maledicta,oriuntur:ſed tamen illius tẽporis inopiæ,& neceſſaria ſanè fecit, & congruentia. Conſtat igitur patrem meum non primum duxiſſe matrem meam,ſed Protomachum,& liberos procreaſſe, & filiã elocaſſe:qui etſi mortuus eſt,ipſis tamen factis teſtatur, eam & * urbanam,& ciuem fuiſſe. Hæc me uere dicere ut appareat, primùm mihi uoca Protomachi filios. Deinde eos qui ſponſalibus patris interfuerunt,& è curialibus cognatos,quibus nuptiale munus contulit pro

Nuptiæ patris

Lactatio Cliniæ.

ἀστὴν καὶ πολῖτιν.

matre pater. Poſt Eunicum Cholargenſem, qui ſororem meam accepit à Protomacho. Deinde filium ſororis. uoca hos. TESTES. An non igitur indigniſſimè omnium hominum ageretur mecum, Athenienſes, cum tot cognati ſint, hiq; & teſtificentur, & deierent, ſe mihi cognatos eſſe, & horum nemo in ius uocetur, quaſi ciues non ſint, ſi me * pronunciarint eſſe peregrinum? Age cape mihi & Cliniæ, & cognatorum eius teſtimonium, qui norunt haud dubiè, quænam mater mea fuerit, quæ mammam illi præbuit. Neque enim id ab eis iuriſiurandi religio poſtulat, ut quæ nos hodie dicimus, ea teſtificentur: ſed ut ea quæ omni tempore comperta habuerunt, eam & ipſorum nutricem, & noſtram fuiſſe matrem exiſtimatam. Tametſi enim humile quiddam eſt nutricis uocabulum, ueritatem tamen non detrecto. Non enim ſi pauperes fuimus, cuiquam iniuriam fecimus, ſed ſi ciues non fuimus. neque in præſenti iudicio uel uita, uel pecunia noſtra agitur, ſed genus. Multas humiles & ſeruiles operas ingenuos homines paupertas facere cogit, ob quas miſerationem potius quàm internecionem merentur. Vt enim ego audio, multę & nutrices, & mercenariæ, & uindemitrices factæ ſunt, propter reipublicæ illorum temporum calamitates, ciues mulieres. Multæ autem ex pauperibus nunc locupletatæ ſunt. Sed de his ſtatim. nunc teſtes uoca. TESTES. Me igitur & à matre eſſe ciuem, & à patre, partim ex dictis teſtium modò cognouiſtis: partim ex ijs quæ prius de patre dicta ſunt. Reſtat igitur, ut de meipſo apud uos dicam. Quod igitur ſimpliciſſimum eſt, & iuſtiſſimum, cum ex utriſque parentibus ſim ciuis, & hæreditatem, & genus conſecutus, me eſſe ciuem affirmo: ſed tamen omnia quæ conueniunt, à me eſſe præſtita, probabo, teſtibus productis, ut introductus ſim ad Curiales, ut in municipium ſim adſcriptus, ut ab iſtis ipſis delectus ſim, ut inter nobiliſſimos de ſacerdotio Herculis ſortirer, ut magiſtratus geſſerim approbatus. Age uoca mihi eos. TESTES. Quàm autem abſurdum fuerit, Iudices, ſi ita mihi obueniſſet ſacerdotium, ut delectus fueram, oportuiſſe me pro iſtis

* ψηφίσαιντο

Paupertatis incommoda

Euxitheus ſe ciuem eſſe demonſtrat uarijs argumentis.

Sacerdotium Herculis. ſacrificare, & iſtos unà ſacrificare mecum: nunc autem eoſdem iſtos non permittere, ut ego unà cũ eis ſacra faciam? Conſtat igitur, Athenienſes, me per omne reliquũ tempus, apud omnes eos qui me nunc accuſant, ciuẽ eſſe habitum. Neque enim peregrinum & inquilinũ, ut nunc ait Eubulides, uel magiſtratus gerere, uel ſacerdotium ſortiri, ſecum delectum ſiuiſſet. Nam & ipſe fuit è ſortientibus & delectis. Neque etiam cum uetus mihi inimicus eſſet, in hoc uſque tempus diſtuliſſet, quod an unquam futurum eſſet, nemo præſciuit, ſi quid de me tale compertum habuiſſet: ſed non compertum habuit. Quapropter per tempus omne reliquum, cum & municipium, & ſortitionem mecum communem haberet, nihil horum perſpexit. Poſtquam autem ciuitas uniuerſa in eos qui ſe petulanter in municipia ingeſſerant, iracundè cõcitata fuit: tum inſidias mihi comparauit. Fuiſſet autem illud quidem tempus hominis ueritate freti. at id, quod nunc adeſt, inimici, & de induſtria calumniantis. Ego autem, Athenienſes (neque, per deos oro, quiſquam mihi obturbet, neque id quod dicturus ſum, ægrè ferat) me Athenienſem eſſe duco, ut ueſtrûm quilibet ſeſe: & eam eſſe mihi matrem ab initio puto, quam apud uos oſtendo, neque alterius ſum: hanc autem mihi uendico, patrem eodem modo. At ſi in ijs, in quos inquiritur, eos quorum ſunt, occultantibus, eorum autem eſſe ſeſe, quorum non ſunt, ſimulantibus, æquum eſt apud uos pro ſigno haberi eſſe eos peregrinos: de me contrarium utiq; ſentiendum erit, ciuem eſſe me. Neq; enim peregrinum & peregrinã parentes meos inſcripſiſſem, & frui ciuitate inſtituiſſem: ſed ſi quid tale mihi conſcius eſſem, quæritaſſem, quorũ me filium eſſe dicerem. ſed nihil eram conſcius. Quapropter eos parentes, qui mihi ſunt, ut æquum eſt, retinens, ciuis eſſe ſtudeo. Iam pupillus relictus ſum, & me dicunt eſſe locupletem: & teſtium quoſdã propter emolumenta teſtificari, ſe mihi cognatos eſſe. Ita ſimul probra paupertatis & generis obſcuritatem obijciunt, ſimul propter diuitias omnia mercari me dicunt. Proinde utrum eis credendum eſt? Licuiſſet nimirum eis, ſi peregrinus aut no-

Euxitheus etiã ab aduerſarijs pro ciue habitus.

Parentes ſuos ſe profiteri.

Teſtes à ſe nõ eſſe cõductos.

thus ego eſſem, omnium mearum opum capere hæreditatẽ. Ita'ne hi paucula accipere, & falſi teſtimonij actionem, & periculum expectare, & peierare malunt, quàm tenere omnia, eaq́ ſecurè, neque ullis ſediris & deuotionibus obſtringere? Non ita res habet nimirum, ſed cognati cum ſint, uni ſuorum, ut rectum eſt, opitulantur. Neque hęc nunc tantum impulſu meo faciunt: ſed dum puerulus etiamnum fui, me ſtatim ad Curiales duxerunt, in ædem Apollinis patrij duxerunt, in reliqua item templa. Neque uerò ego dum puer fui, eis perſuaſi, ut illa facerẽt ſcilicet, argento dato. ſed & pater dum uixit, legitimo iureiurando dato Curialibus, me ciuem introduxit, ex ciue deſpõſa ſibi natũ ſciens, & hæc teſtes affirmarunt. Poſtea ego ſum peregrinus? Vbi tributum inquilinorum pependi, aut ullus meorum unquam? quando ad alios municipes acceſſi, & quum eis, ut me reciperent, perſuadere non potuiſſem, huc me inſcripſi? Vbi? quibus rationibus? quibus illos qui germani ciues non ſunt, uti conſtat? Nuſquam. quomodo tandem? in eo municipio, in quo auus, patris mei pater, in quo pater meus uerſatus, & me uerſatum eſſe cõſtat. & quo pacto nunc uobis euidentius quiſquã probet, ius ſibi eſſe ciuitatis? Cogitet enim unuſquiſq; ueſtrũ, Athenienſes, de ſuis cognatis, quo'nam alio modo poſſet eos oſtendere teſtificantes, quàm quo modo mihi teſtificati ſunt, iurãtes ſe olim ab initio eoſdẽ eſſe. Quas ob res ego me ipſo fretus, ad uos confugi, quo uideam, Athenienſes, iudiciorũ maiorem eſſe autoritatẽ non modò quàm Alimuſiorũ qui me eiecerunt, ſed etiam quàm ſenatus & populi: nec iniuria. Quicquid enim ſpectetur, ſententiæ ueſtrę iuſtiſſimæ ſunt. Cogitate illud etiã uos qui è magnis municipijs eſtis, nulla re priuare quenquã, nec accuſatione, nec defenſione. ac multa bona uobis eueniant, qui ea re rectè uſi eſtis, qui ijs etiam qui morã petierunt, parãdi ſe facultatem non ademiſtis. Quare & calumniatores, & eos qui propter ſimultatem alijs inſidiantur, conuincitis. Ac uos quidem laudandi eſtis, Athenienſes. Qui autem re bona & iuſta malè ſunt abuſi, uituperandi. In nullo autem municipio, quàm in noſtro, crudelius eſſe actum

Iudiciorum laus.

Alimuſiorum iniquitas.

reperietis. In eo enim fratrum uterinorum & germanorum alios eiecerunt, alios non: & homines natu grādes, inopes, quorum filios retinuerunt: harum etiam rerum, ſi uultis, teſtimonia uobis exhibebo. Quodq; omniū grauiſſimum eſt, factioſi id fecerunt. Neq; per deos oro uos, in malam partem quiſquam ueſtrùm accipiat, ſi eos qui me læſerunt, improbos eſſe oſtendero. Eorum enim uobis improbitate demonſtrāda, ipſam calamitatem, quā accepi, narraturus mihi uideor. Iſti, cum quidam homines peregrini, ciues fieri uellēt, Anaximenes & Nicoſtratus cōmuniter quinas quiſq; drachmas inter ſe diſtribuerunt. hoc ſcire ſe neq; Eubulides, neq; gregales eius eiurare audebunt, & nunc eos non eiecerunt. Quid autem eos priuatim non facturos putatis, qui publicè hæc facere non dubitarunt? Multos, Athenienſes, Eubulidea factio & perdidit, & conſeruauit, argenti gratia. Nā prius etiam (ad rem faciet quod dicam, Athenienſes) cum tribunus plebis eſſet Eubulidæ pater, ut dixi, Antiphilus, cōmentum excogitat, ut à quibuſdam argentum auferret, & ait, ſe cōmune album perdidiſſe. Quare perſuaſit Alimuſiis, ut inter ſeſe ſuffragia ferrent, & accuſatos decē municipes eiecit: & hoc ſeniores omnes norunt. multum certè abſuit, ut aliquos relinquerent, qui Athenienſes non eſſent, cum germanos etiam ciues per factionem eijcerent, quos iudiciū recepit. cumq; patri meo tunc inimicus eſſet, non modò eum non accuſauit, ſed ne ſuffragium quidem tulit, quin eſſet Athenienſis. Vnde id conſtatq; omnibus ſuffragijs ciuis eſt habitus. Et qd opus eſt de patribus dicere? cum ipſe Eubulides, cum ego inſcriberer, & municipes iurati iuſtè omnes ſuffragia de me ferrent, neq; accuſarit, neq; contrarium ſuffragium tulerit. Nam hic iterum omnes me municipem eſſe iudicarunt. Quod ſi mentiri me dicūt, in mea aqua, quiſquis uoluerit, teſtificetur horū contraria. Si igitur, Athenienſes, iſtorū id argumentum firmiſſimum eſſe uidebitur, q; municipes me iam eiecerunt: ego quater prius ſanctè, & ſine conſpiratione decreuiſſe eos oſtendā, cum decreuerunt & me & patrem eſſe municipes ſuos. Primū, cum pater

Auaritia Eubulidæ factionis.

Euxitheus quater ciuis iudicatus.

probatus fuit: deinde, cum ego: poſt, in prima diſquiſitio ne, cum iſti album occultaſſent: poſtremò, cum inter nobiliſſimos me delegerunt ad ſortitionem Herculani ſacerdotij. Atq; hæc omnia teſtimonijs cõprobata ſunt. Sin tribunatus mihi referendus, propter quem mihi quidã iraſcebantur, in quo inimicitias ſuſcepi exigendo à multis conductiones lucoꝝ, & alia quæ reipublicæ ſubtraxerant: ego quidem uos audire uelim, ſed ea fortaſſe nihil ad rem facere exiſtimabitis. Nam illud argumentũ conſpirationis eoꝝ proferre poſſum, quod è iureiurando deleuerunt illud: Sententiam feram animo æquiſſimo, & nec gratiæ, nec odij cauſa: (nam id quoq; deprehenſum eſt) & quod arma per ſacrilegium abſtulerant (dicetur enim) quæ ego Mineruæ conſecraram: & decretum exculpſerunt, quod mihi municipes decreuerant. Coniurarunt iſti contra me, à quibus q̃ publicè debebantur, redegi: eóq; uenerũt ĩpudẽtiæ, ut paſſim dicerẽt, ea me facere cauſa defenſionis. Quis uerò me ueſtrũ tantæ condemnet inſaniæ, Iudices, ut propter tantilla rei probandæ argumenta, facinus morte uindicandum auderem? & quæ mihi honorifica eſſent, ea abolerem: & quod omnium eſt grauiſſimum, non dicent utiq; me aliquos subornaſſe. Cum primũ enim mihi calamitas acciderat, ſtatim iſtoꝝ quidam, tanquã exul iam eſſem, & perijſſem, domunculam in agro noctu inuaſerunt, atq; inſtrumentũ & ſupellectilem auferre ſunt conati. Vſq; adeò & uos & leges contempſerunt. ac ſi uultis, huius rei conſcios citabimus. Etſi autem multa haberem quę iſti perpetrarunt & ementiti ſunt, cõmemoranda, libenterq; uobis exponerem: ea tamen cum præter rem eſſe putetis, omittam. Illa autem recordamini, & ſpectate quantis argumentis fretus ad uos acceſſerim. Vt enim uos in Sexuiros inquiritis, ad eundem ego modum apud uos in me inquiram. Heus homo quis tibi pater fuit? mihi? Thucritus. Nunquid aliqui ſe cognatos eius eſſe teſtificantur? omnino. Primũ conſobrini quatuor, deinde ſobrinus: poſt, qui cõſobrinas eius duxerunt. Curiales item, nec non Apollinis patrij, Iouis Hercei gentiles. Deinde ij quibus monu

Tribunatus Euxithei.

Cõſpirationis argumenta.

Peroratio κατὰ οἰκαλγισμόν.

menta ſunt eadem. Deinde municipes eum ſæpe & probatum eſſe & magiſtratus geſſiſſe, ſuis ſuffragijs oſtenderunt. De patre igitur, quid uobis æquius aut ſincerius afferre potuiſſem? uocabo autē uobis cognatos, ſi uultis. De matre porrò audite: Mater mihi eſt Nicareta, filia Demoſtrati Melitenſis. Eius cognati qui teſtimonium dicunt? Primùm patruelis filij duo, deinde cōſobrini matris. Poſt Protomachi filij, eius qui matrē meam prior habuit. Deinde qui ſororem meam ex Protomacho duxit, Eunicus Cholargenſis. Poſt filius ſororis. quin et Curiones cognati matris & municipes idem ſunt teſtificati. Quid igitur requiritis amplius? Nam & ex præſcripto legum contraxiſſe matrimonium patrem, & nuptiale munus obtuliſſe Curialibus, teſtes confirmarūt. Ad hæc autem me ipſum quoq; oſtēdi participaſſe res omnes quæ decent ingenuos. Quapropter undiq; iure & conuenienter, dato pro nobis ſuffragio, religioſe pronunciabitis. Iam ēt, Iudices, Sexuiros interrogatis, an parentib. benefaciant: ego uerò á patres pupillus ſum relictus. Matrem autem obſecro uos & obteſtor, ut in patrijs ſepelire monimentis liceat, neq; me prohibete, neq; extorrem agite, neq; cognatis ſpoliate, quorum tanta multitudo eſt: ne deniq; me perdite. Potius enim quàm eos deſeram, ſi ab eis conſeruari non potero, meipſum interficiam, ut ſaltē ab eis in patria ſepeliar.

TOMI SECVNDI FINIS.

Digitized by Google

TOMVS ORATIONVM DEMOSTHENIS TERTIVS,

Qui continet orationes forenſes priuatorum contra-ctuum triginta, conuerſus è Græco ſermone in Latinum, [redacted]

1 Oratio de tutela in Aphobum,prior.
2 Oratio in Aphobum,poſterior.
3 Oratio in Aphobum,de falſo teſtimonio.
4 Oratio aduerſus Onetorem,unde ui,prior.
5 Oratio aduerſus Onetorem,unde ui,poſterior.

EXCEPTIONES.

6 Exceptio aduerſus Zenothemin.1.
7 Exceptio aduerſus Apaturium.2.
8 Oratio aduerſus Phormionẽ,de mutua pecunia.3.
9 Aduerſus Lacriti exceptionem,oratio.4.
10 Exceptio pro Phormione.5.
11 In Stephanum teſtem oratio prior.6.
12 In Stephanum teſtem oratio poſterior.7.
13 Exceptio aduerſus Pantænetum.8.
14 Exceptio aduerſus Nauſimachũ & Xenopithẽ.9.
15 Aduerſus Bœotum,de nomine.
16 Aduerſus Bœotum,de dote.
17 Aduerſus Spudiam,de dote.
18 Aduerſus Phænippum,de permutatione facultatũ.
19 Aduerſus Macartatum,de Hagniæ hæreditate.
20 Aduerſus Leocharem,de hæreditate.
21 In Euergum & Mneſibulum teſtes.
22 In Olympiodorum,dati damni.
23 Aduerſus Timotheum,de ære alieno.
24 Aduerſus Polyclem,de naualis p̃fecturę ſumptibus.
25 De corona præfecturæ naualis.
26 Aduerſus Callippum.
27 Aduerſus Nicoſtratum, de deſcriptione mancipiorum Arethuſij.
28 In Cononem,de inflictis uerberibus.
29 Aduerſum Calliclem,de prædio.
30 In Dionyſodorum,dati damni.

ARGVMENTVM ORATIONIS in Aphobum, de tutela.

DEmoſthenes Pæanienſis, Demoſthenis oratoris pater, decedēs duobus liberis ſuperſtitibus, Demoſthene & filia: tutores inſtituit tū liberis, tū pecuniæ, duos cognatos, Aphobū & Demophontē, & unum à puero amicū Therippidē. Ac Therippidæ legat uſumfructū 70. minarū, tantiſper dum Demoſthenes togā uirilē ſumeret. Demophonti filiā deſpondet, ac mandat, ut duo talēta dotis nomine accipiat. Aphobū, minis 80. datis, ſuā uxorem, liberū matrē, Cleobulam, Gylonis filiam ducere, atq; ædibus etiā, & omni earum inſtrumento ac ſupellectile, uſq; ad uirilem Demoſthenis ætatē, uti iubet. Hi legatas ſibi pecunias ſtatim accipiunt, ſed neq; Aphobus defuncti uxorem, nec Demophon filiam ducit. Cum autem rem quatuordecim talentū tractaſſent, ut orator oſtendit, & 30. talenta pro emolumentis ſoluere ac reddere deberēt: pauca omnino Demoſtheni iam adulto tradiderunt. Quapropter aduerſus Aphobū, tutelæ nomine, actionem decem talentū inſtituit, quod is pro tertia geſtæ tutelæ parte, tertiā pecuniæ partē deberet, q̄ omnia orator tum è ſorte, tum ex emolumētis Aphobū debere colligit: & quaſdā eius obiectiones refutat.

E PLVTARCO.

Quum primùm Demoſthenes adoleuit, actionem in tutores inſtituit, & ſcribere aduerſus eos, effugia multa q̄ritantes, & iterandi iudicij rationem comminiſcentes, orationes cœpit. Sic aſsiduitate ſtudij (ut Thucydides loquitur) exercitatus, quanquam non ſine periculo, nec per ignauiam, tandem uictoriam eſt adeptus: tamen uix perexiguam patrimonij partem recuperare potuit: ſed ad dicendi audaciam conſuetudine ſatis confirmatus, guſtataq; forenſium certaminum & oratoriæ facultatis dulcedine ac gloria, prodire in medium & rempub. capeſſere inſtituit: & quemadmodum Orchomenium Laomedontem ferunt, cū ad corrigendum ſplenis quoddam uitium, longioribus curſibus iuſſu medicorū uteretur, eum ſibi habitum exercitatione illa comparaſſe, ut in curriculis de coronis certaret, atq; in ſummum curſorem euaderet: ſic & Demoſtheni uſu uenit, ut cum ad res ſuæ familiaris detrimēta ſarcienda in forum ueniſſet, eáq; re dicendi facultatem & uim adeptus eſſet, in ciuilibus tanquam coronarijs certaminibus princeps ciuium pro tribunali decertantium haberetur.

EX LIBANIO.

Sumpta uirili toga, ſtatim actionem aduerſus tutores inſtituit, à quibus ſuæ opes malè eſſent adminiſtratæ. ac uicit quidem eos, non tamē omnia quæ amiſerat recuperare potuit. Actiones in tutores, ſunt qui Iſæi eſſe dicant, non Demoſthenis, quem ea ætate tales orationes ſcribere potuiſſe, non ueriſimile ſit. Fuit enim decem & octo annorum, cum eos accuſauit. Videri etiā, ex illis Iſæi lineamenta elucere. Alij ſcriptas à Demoſthene, ab Iſæo emēdatas putant. Minimè uerò mirum eſt, Demoſthenē, ea quoq; ætate, tales orationes cōſcribere potuiſſe. Nā ſecuta deinceps eius excellē. hoc quoq; fide dignū efficit. Cū aūt adhuc recēs ab illis ſub præceptore exercitationibus eſſet, ſtylum illius in multis imitatus eſt.

DEMOSTHENIS IN APHOBVM ORATIO PRIMA.

SI uoluiſſet Aphobus, Iudices, ea facere quæ iuſta ſunt, aut de noſtris controuerſis, familiares ſumere arbitros: care re his in foro litigandi moleſtijs potuiſſemus, Fuiſſet enim ſatis, ſtare decretis illorum, ut nulla nobis eſſet cum eo cõtentio. Quum uerò eorum quibus res noſtræ percognitę ſunt, ſententiam & cognitionem omnino detrectarit, & ad uos, qui de noſtris negocijs comperti nihil habetis, acceſſerit: neceſſe eſt facere periculum, an ueſtra ope ius noſtrum ab eo conſequi poſsimus. Equidem ſcio, Iudices, quàm difficile ſit in certamen deſcendere, ac dimicare de fortunis omnibus, cum uiris & dicendi peritis, & omnibus copijs inſtructis, mihi homini propter ætatem, rerum prorſus imperito. Quanquam autem longè ſum iſtis inferior, ſpem tamen optimam habeo, me & à uobis quæ æqua ſunt impetraturum, & oratione mea tãtum aſſecuturum, ut rem omnem uti geſta eſt, planè intelligatis, nec ullã partem negocij, de quo ferenda erunt ſuffragia, ignoretis. Proinde rogo uos, Iudices, ut me benigne audiatis: &, ſi affectus iniurijs uidebor, in meo iure adiuuetis. Dicam autem quàm potero breuiſsimè, atque inde narrare auſpicabor, unde uos negocium facillimè percipietis. Demoſthenes pater meus, Iudices, rem familiarem talentum circiter quatuordecim, me ſeptennem, ſororem quinquennem reliquit: matrémque noſtram, quę minas quinquaginta nomine dotis in eius ædes intulerat. Moriturus, inito de nobis conſilio, hæc omnia Aphobi iſtius, & Demophontis F. Demonis, ſuorum, huius ex fratre, illius ex ſorore, nepotum fidei commiſit: tertium his adiunxit Therippidem Pæanienſem, non quidem cognatione aliqua, ſed amicitia iam inde à puero ſibi coniunctum. Huic, ne cupiditate pecuniæ illectus, meum aliquid peius adminiſtraret, uſumfructum ſeptuaginta minarum ex patrimonio meo

Se aduerſarij pertinacia coactum, iudicio experiri.

Querela de imbecillitate ſua.

Spes de ſeipſ & iudicibus.

Narratio.

Opes.

Hæredes.

Tutores.

Therippidæ uſusfructus 70 minarum conceſſus.

Demophonti ſoror, Aphobo mater Demoſthenis legata.

Demoſtheni à tutoribus tantum 70 minæ reddita.

Magnum Demoſthenis patrimoniũ eſſe relictum.

A censu.

Enumeratio patrimonij Demoſthenis.

tantiſper conceſſit, dum ego ad uirilem ætatẽ perueniſſem: Demophonti ſororẽ meam, & duo talenta ſtatim habenda dedit: iſti ipſi, matrẽ cũ dote octoginta minarum, & ædes, unà cũ uſu inſtrumenti & ſupellectilis: ratus, eos etiam tanto me diligentius curaturos, quanto eos mihi, accedẽte hac neceſſitudine, coniunctiores reddidiſſet. Iſti igitur portionibus hiſce de patrimonio ad ſe receptis, & reliquis opibus in decenni cura & tutela noſtri tractatis: nos cæteris omnibus fraudarunt, ædes duntaxat, & mancipia quatuordecim, & argẽti minas triginta, quę uniuerſa collecta in unũ, ſeptuaginta minas ad ſummũ conficiunt, nobis tradiderunt. Caput igitur iniuriarum, quàm fieri breuiſſimè potuit, expoſitum, hoc eſt Iudices. Pecuniæ autẽ tantũ fuiſſe relictũ, ipſi mihi locupletes teſtes fuerunt. Nam in claſſem pro me, de uicenis quinis minis, drachmas quingentas contulerunt, tantũdem quantum Timotheus Cononis filius, & pecunioſiſſimi ciues conferebant. Sigillatim autẽ etiam uobis explicandũ eſt, q̃ fructuoſa fuerint, q̃ non fuerint: & quanti quæque fuerint. His enim cognitis, liquido intelligetis, nullos unquã tutores, quàm noſtra bona iſtos, uel impudentius, uel manifeſtius diripuiſſe rem pupillorum. Ac primũ eos pro me hoc tributũ in claſſem æſtimatione ſua contuliſſe, teſtes producam. Deinde me à patre non pauperem, aut rem ſeptuaginta minarum, ſed tantã poſſidentem, ut exactione indicta, nec ipſi occultare publicè propter magnitudinẽ potuerint, relictum eſſe. Cape hoc teſtimonium, ac recita. TESTIMONIVM. Quãta ſumma fuerit, hinc etiam apparet, quindecim nẽpe talentũ, quum cenſus nomine tria talenta conferre uoluerint. ſed hoc, audita re familiari, certius cognoſcetis. Pater meus, Iudices, duas officinas reliquit, opificiũ utramque nõ parui: gladiorum fabros triginta, quorum duo uel tres, quinis, aut etiam ſenis, reliqui nõ minoris certè quàm ternis ſinguli minis æſtimari poterant. ab his reditum annuũ accipiebat XXX minas immunes. Lectorum fabros uiginti numero, ob quadraginta minas oppigneratos, qui XII minas immunes ei afferebant. argenti ad unum talentum, drachmę fœnore mutuò dati; cuius uſura quotãnis ſeptẽ

minas ſuperabat. Et hæc ſunt, quæ, ipſorum etiam confeſſione, fructuoſa reliquerit. quorum ſors quatuor talēta & quinquies mille drachmas: reditus, quinquagenas minas ſingulis annis explet. præter hæc ebur & ferrū unde fabricabant, & ligneam materiam ad lectos, precij circiter octoginta minarū. Gallam præterea & æs ſeptuaginta minis empta. pterea domū trium millium drachmarum. Supellectilia porrò, calices, aurea uaſa, ueſtes, mundū matris, uniuerſa precij decies mille drachmarū: argenti domi repoſiti, octoginta minas. & hæc domi reliquit omnia. Iam Xutho ſeptuaginta minas pecuniæ naualis elocarat, quadringentas & bis mille drachmas ad Paſionis, ad Pyladæ menſam ſexcentas dederat Demomeli. Demônis filio mille ſexcentas. ducenæ porrò & trecenæ drachmæ datæ mutuò, ſimul talentū ferè conficiunt. Hę pecuniæ octo talentū & triginta minarū ſummā excedunt. ſed uniuerſa hæc ad quatuordecim facere talenta, ratione inita reperietis. Tantum igitur mihi patrimonium relictum fuit Iudices. Quantū uerò furto ſit inde ſublatū, & quantū uel ſeorſim ſinguli ceperint, uel cōmuniter omnes defraudarint: dati nobis ad hanc cauſam agendā tēporis anguſtijs excludor, quo minùs nunc enumerē, ſed neceſſe eſt ut ſingula ſeparatim diſtribuā. Proinde quæ mea Demophon & Therippides habeāt, tunc dicendi locus dabitur, cū eos in iudicium adducemus. Quæ uerò iſtum illi habere cōtendunt, & ego accepiſſe ſcio: de his, iam apud uos uerba faciam: ac primū oſtendā, eum dotem, octoginta minas habere. & ſic deinceps reliqua probabo quàm breuiſſimè potero. Iſte ſtatim poſt patris obitū ex teſtamento eius, ingreſſus, ędes habitare cœpit: & quod auri mater habebat, & relicta pocula accepit, quæ ad quinquaginta minas ualuerunt. deinde precium mancipiorum quæ uendebātur, & à Therippide & Demophonte accepit, donec dos octoginta minarum cōpleretur. Quæ cū haberet, Corcyrā nauigaturus triremi præfectus, in tabulas retulit Therippidæ datas, ea ſe habere, ac dotem exegiſſe confeſſus eſt. Harum rerū teſtes ſunt, primū Demophon & Therippides, contutores eius: deinde ipſum eſſe confeſſum ea ſe

Quibus rebus ſit ab Aphobo fraudatus.

habere, tum Demochares Leuconenſis amitæ meæ maritus, tum alij complures teſtificati ſunt. Nã cum hic alimenta matri non præberet, quamuis dotem haberet: neque domũ foris locare uellet, ſed ut ſuo & cæterorũ tutorum arbitrio permitteretur, poſtularet: hiſce de rebus uerba fecit Demochares. quibus ipſe auditis, neq; ſe habere inficias ibat, neq; grauiter ferebat quaſi non accepiſſet: ſed confitebatur, ac neſcio quid ſe cũ matre habere cõtrouerſiæ de aureis ornamentis dicebat: qua expedita, ſe & de alimentis, & cæteris de rebus eã rationem initurũ pollicebatur, ut mihi cumulatè ſatisfieret. Atqui ſi conſtat eũ apud Democharẽ hæc eſſe confeſſum, & apud reliquos qui tũ aderant, & à Demophonte atque Therippide precia mancipiorũ, cauſa cõplendæ dotis accepiſſe, & dotẽ ſe habere in collegarũ tabulas retuliſſe, & quum primũ pater obijt, in ædibus habitaſſe: nõne ab omni parte res in confeſſo eſt, palamq; deprehendit, eum dotẽ octoginta minas accepiſſe, & id nunc factum nimis impudenter pernegare. Vt aũt me uera dicere appareat, cape teſtimonia, & lege. TESTIMONIA. Do- *1. Dotis tria talenta.* tem igitur in hunc modũ acceptam tenuit. Quum uerò matrem meã non duxerit, lege iubetur debere dotẽ cũ uſura nouem obolorum: ego uerò drachmæ tm̃ ponam. Sors igitur, & duodecim annorum uſuræ, tria omnino talenta conficiunt. & hæc ſic eum probo accepiſſe, & ſe habere, coram tot teſtibus eſſe confeſſum. Iam alias habet triginta minas, accepto officinæ reditu, quo me om- *2. Reditus officinæ 30 minæ* nium impudentiſsimè fraudare eſt aggreſſus. Mihi uerò pater tricenas minas reditũ de omnibus reliquit. Quum autem tutores mancipiorũ partem dimidiam uendiderint, ipſa utiq; exigit ratio, ut minæ mihi quindenæ numerentur. At Therippides, q ſeptennium curã ſeruitiorum habuit, undenas quotannis minas acceptas retulit, me ſingulis annis in ratione referenda quaternis minis defraudato. Iſte uerò, in cuius cura duos primos annos fuere, ne teruncium quidem exhibuit. Nunc.n. ceſſaſſe ait offi- *Refutatio cauillationum Aphobi.* cinam, nunc ſe harum rerum curam ipſum non ſuſcepiſſe, ſed procuratorem, libertum noſtrum Milyam, admiuiſtraſſe omnia: ab eo lucrũ eſſe repoſcendum. Quod ſi

nunc quoq; tales cauſas afferet, mendacij facile conuincetur. Nã ſi ceſſaſſe officinam dixerit, ipſe rationes retulit de ſumptibus, non q facti ſint in alimoniã mancipiorum, ſed in eorũ opera, ebur ad artificiũ & gladiorum capulos, & ad alia conficienda, tanquã opus fecerint opifices. Deinde in rationibus perſcribit, ſe tribus Therippidæ mancipijs, quæ in officina mea fuerint, mercedẽ numeraſſe. Atqui ſi nihil operis factũ eſt, neq; illi mercedẽ numerari, neq; mihi ſumptus eos expenſos ferri decuit. Sin opus eſſe factũ ait, ſed uendi nihil potuiſſe: par utiq; eſt, ut opera ſe mihi reddidiſſe probet: & qbus præſentibus id fecerit, teſtes exhibeat At ſi neutrũ horũ fecit, qui fieri poteſt ut duorũ annorũ ex officina reditus, triginta minas non habeat, quũ opus eſſe factũ omnino cõſtet? Quod ſi horũ utrumq; negabit, & Milyã hæc omnia diſpenſaſſe afferet: eſt uerò illi habenda fides, affirmanti ſe amplius quingentis drachmis expẽdiſſe: illũ, ſi quid lucri ſit factum, id haberet? Mihi quidem contrarium uidetur: illum expendiſſe, iſtum, quæſtum exegiſſe, ſi qua modò coniectura capienda eſt è cæteris eius factis & impudentia. Cape hæc teſtimonia, & recita. TESTIMONIA. Has igitur triginta minas ex officina, earumq; uſuram, octo iam annos habet, quæ ſi duntaxat in ſingulas drachmas cõputetur, aliæ tamen triginta minæ inuenientur. & hæc ſeorſim ſolus accepit, quæ coniuncta cũ dote & ſorte, quatuor omnino talenta conficiunt. Nũc ea uobis ſigillatim exponam, quæ communiter cum reliquis tutoribus diripuit, & quorũ quædam prorſus ne relicta quidem fuiſſe cõtendit. Ac primũ quod ad lectorum fabros attinet, quos reliquit pater, iſti occultare ſtudent, ob quadraginta minas pignori oppoſitos, qui numero uiginti ſunt: uobis planũ faciã, me his per ſummã impudentiam & manifeſtè fraudari ab eis. Nã hos domi eſſe nr̃æ relictos, oẽs confitent̃, et duodenas patri minas quotannis acceſsiſſe haud negãt. Ipſi uerò me annis iã undecim nihil ex eis fructus habuiſſe dñt uel minimi. Sũptuũ uerò ſummã, q in eos facti ſint, iſte ꝓpemodũ mille drachmas cõputat: eò ĩpudẽtię uenit. Ipſos aũt homines, quos tãti conſtituiſſe dicũt, nuſquã mihi tradide-

Non ceſſaſſe officinam.

Vendita eſſe opera.

Aphobum precia accepiſſe.

Commentũm tutorum. runt,ſed cõmentum omnium audaciſſimũ adferunt: eũ qui meo patri ſeruitia pignori dederit, mortaliũ nequiſſimum extitiſſe, & cũ ſæpe ſoluiſſe fidem, tum ære alieno fuiſſe oppreſſum, neque paucos ex eius creditoribus teſtes citarunt contra eũ. Sed quis ille ſit, qui mancipia acceperit, aut quomodo ex ædibus abierint, aut ab aliquo abducta eſſe, aut à quo, uicti iudicio, ea amiſerint, *Refutatio cõmenti.* dicere nequeunt. Enimuero ſi quã probabilem cauſam haberent, nõ contra illius improbitatem teſtes citarent, quæ nihil ad nos attinet: ſed his potius niterentur, q ſeruos abalienaſſent, eoſq́ ꝓducerent. Sic utiq; officio ſun gerentur. Nunc per ſummã iniquitatẽ, confitentes mancipia eſſe relicta, ijſq́ ad ſe receptis, & uſufructu illorum hominũ per decennium percepto: funditus totã officinã ex oculis tollunt. Hæc ut à me uerè dici conſtet, cape teſtimonia, ac recita. TESTIMONIA. Mœriadem autẽ non fuiſſe inopem, neq; à patre hunc contractum ſtultè eſſe factum, euidenti ſigno cognoſcetis. Nã Aphobus, officina, ut ex teſtibus audiuiſtis, ad ſeſe translata, quũ officij eſſet, ut ſi quis alius in eam quicquã conferre uellet, ipſe tutorio nomine prohiberet: pro his mancipijs Mœriadę quingentas drachmas ipſe fœnerauit, quas ab eo ſe ut rectũ æquumq́ fuerit, fatetur recepiſſe. Nũquid igitur iniquius fieri poteſt, q̃ nos nec lucri ex eis habuiſſe quicquã, & ipſa pignora nobis, qui priores fœnerauimus, perijſſe? Iſti uerò qui pecuniam in noſtra pignora contulit, idq́ tanto tempore pòſt fecit, tam uſuram q̃ ſortem è noſtris eſſe reſtitutam, nec ullam ibi inopiam obſtitiſſe? Vt autẽ uera me dicere appareat, cape teſtimonium, ac recita. TESTIMONIVM. Iam cõſiderate quãtum argenti à lectorum fabris ſuffurentur: quadraginta minas ipſam ſortem, quæſtum per operas decennio factum, duo talenta: nam duodecim minarũ reditũ ex eis quotãnis habuerunt. Num paruũ quiddam, atque ex re obſcura, unde furtũ facere ſit expeditũ? ac nõ potius ita *4. Ebur et ferrum, talentũ.* palàm tria fermè talenta ſurripuerunt? Quæ quia cõmuniter ſunt direpta, trientem ab iſto mihi reſtitui par eſt. Iam de ebore, ferroq; relicto, Iudices, idem ferè machinati ſunt. nam hęc quoq; non proferunt. Quî autẽ fieri po-

teſt, ut is qui tot & lectorum & gladiorum fabros poſſedit, non etiam ferrũ & ebur reliquerit? omnino certè eſt neceſſe & hæc adfuiſſe. nam ſine materia quid operis facere potuiſſent? Eum igitur qui amplius quinquaginta mã cipia poſſedit, & duobus opificijs præfuit, quorum altera officina ultra binas minas ſingulis menſibus in ebur, gladiorum fabrica, non minus quàm tantundem unà cũ ferro inſumpſit: horum nihil reliquiſſe dicunt, eò uenerunt impudentiæ. Sed eos non credibilia dicere, uel ex his ipſis facilè perſpicitur. Tantam autẽ eum copiam reliquiſſe, ut nõ modò eius opificibus abundè ad opus faciendũ ſuppeteret, ſed etiam ad quibuſuis uendendũ, hinc apparet, quòd & ipſe uiuens uendidit, & patre iam defuncto, Demophon & iſte ex ædibus ijs qui uellent uendiderunt. Quã multa igitur fuiſſe relicta, conſentaneum eſt, quũ ea conſtet non modò tantis officinis ſuffeciſſe, ſed & à tutoribus ſeorſim eſſe diuendita? Num paucula, an uerò longè plura quàm quę in accuſatione perſcripta ſunt? Cape hęc teſtimonia, & his recita. TESTIMONIA. Huius igitur eboris plus eſt quàm talentum, quod nec ipſum, nec lucrum inde factum mihi oſtendunt, ſed & hoc totum penitus ſupprimunt. Ad hæc, Iudices, ex rationibus quas referunt, de illis quæ ipſi ſe accepiſſe confitentur, uobis oſtendam, eos tres plus quàm octo talenta quæ mea ſunt, habere: ſed Aphobum ſeorſim tria talenta, & mille drachmas accepiſſe, etiamſi ponam plura * ſine his eſſe inſumpta quàm ſunt, & ea quæ ex his reddiderunt, detrahã: ut ſciatis non mediocris eſſe impudentiæ facta illorum. Nam de meo ſe accepiſſe fatentur, iſte quidem octo & centũ minas, præter ea quæ ego eum habere nunc oſtendam: Therippides duo talenta: Demophon, ſeptem & octoginta minas. Hæc ſunt quinque talenta, & minę quindecim. Hoc igitur quod non ſimul uniuerſum acceptum eſt, minæ ferè ſunt ſeptuaginta ſeptem, reditus de mancipijs. Quod uerò iſti ſtatim acceperunt, parum abeſt à quatuor talentis. quibus ſi uſura decennij, ſingulis ſaltẽ drachmis computata, addita fuerit, inuenietis octo fieri talenta cum ſorte, & mille drachmas. Alimonia porrò à ſeptuagintaſeptem minis eſt computanda, quæ ex offi-

5. Tria talenta et mille drachmæ.

χωρὶς τούτων

cinis redeunt. Nam Therippides ſeptenas minas quotannis in eas dabat, & nos accepiſſe hoc fatemur. Proinde cũ iſti nobis ſeptuaginta minas in officinã ad illos alendos inſumpſerint, id quod supereſt ſeptingentas drachmas eis appono, & iſti plus poſui. Id uerò quod mihi, ſumpta uirili toga, tradiderunt, & quantum reip. tributi nomine pependerunt, id eſt ab octo talentis, & ab eo quod eſt appoſitum, auferendũ. Reddiderunt igitur iſte & Therippides minas unã & triginta, tributi nomine minas ſe expendiſſe duodeuiginti ratiocinantur. Ego uerò etiã hic aucto numero faciam triginta minas, ut in hoc nihil habeant quod contradicant. Itaque ſi ab octo talentis talentũ auferatur, ſeptem ſunt reliqua, eaq́ ex his quæ accepiſſe ipſi ſe confitentur, quæq́ iſtos habere neceſſe eſt. Hoc igitur, etiãſi reliquis omnibus fraudarent, ſe habere negantes, reddere conueniebat: ſiquidem haud inficias eunt, illa de meo ſeſe accepiſſe. Nunc uerò quid faciunt? Vſuram pecuniæ nullam proferunt, ſortemq́ omnem unà cũ ſeptuaginta ſeptem minis expenſam mihi ferunt. Quin Demophon nos inſuper debere inſcripſit. Nónne iſta eſt magna & inſignis impudentia? an quicquã ad immenſas ſordes & rapacitatẽ iſtã addi queat? Quid tandem graue ac indignũ uidebitur, ſi iſta tam imenſa & imania, grauia & indigna nõ uidebũtur? Iſte igitur pro ſeſe minas centũ & octo ſe accepiſſe cõfitetur, quas & ipſas habet, & decennij uſuram, quæ tria maximè talenta & mille drachmas conficiunt. Hæc me uerè dicere, & in tutelæ rationibus unũquemq́ tantum emolumenti ſe accepiſſe confitentẽ, uniuerſum expẽſum mihi ferre uti conſtet: accipe teſtimonia, & recita. TESTIMONIA. Arbitror igitur, Iudices, quod ad hęc attinet, uos ſatis intellexiſſe, tũ quòd multa furentur, tũ quibus malis artibus quiſq; utatur, atq; hęc cognouiſſetis accuratius, ſi mihi teſtamentũ a patre relictũ iſti reddere uoluiſſent. Nã in illo perſcripta fuerunt, ut mea mater affirmat, omnia quæ pater reliquit, & unde legata iſtis accipienda, & quanti domus eſſet elocanda. Nunc me tabulas repoſcẽte, relictas eſſe fatentur illi quidẽ, ſed eas non proferunt. Faciunt aũt hoc, tũ quia quantę opes ſint re-

Exclamatio.

Tabulæ teſtamenti etſi abolitæ ſint, tamẽ e legatis, relicti patrimonij amplitudinem poſſe intelligi.

lictæ, quas ipſi diripuerunt, palàm facere nolunt: tum ne habere legata uideantur, quod alioquin ipſa re facilè cõuincerentur. Cape teſtimonia quomodo reſponderint, ac recita. TESTIMONIA. Hic teſtamentũ eſſe factum ait, & duo talẽta Demophonti, & octoginta minas iſti eſſe datas teſtatur: ſed ſeptuaginta minas, quas Therippides acceperit, ut & ſummã relictę hæreditatis, & quo pacto domus elocãda ſit, adſcriptũ eſſe negat. Nec. n. ei expedit hæc etiam cõfiteri. Age cape & iſtius teſtimonium. TESTIMONIA. Hic ipſum quidẽ teſtamentum eſſe factũ aſſerit, ut argentũ de ęre & galla redactũ Therippidæ redderetur, quod is negat: & duo talẽta Demophonti. de his uerò q̃ ſibi data ſint, ſcriptũ quidẽ eſſe ait, ſe uerò cõſenſiſſe negat, ut ne accepiſſe uideatur. Quantũ aũt opũ relictũ fuerit, iſte in uniuerſum nõ declarat; neq; etiam domus elocationẽ. Nam ne ei quidẽ expedit hæc quoq; cõfiteri. Nihilominus tamẽ amplitudo hæreditatis eſt euidens, quanquã iſti rem familiarẽ diſſimulant, ex teſtamento, quo tantã ſibi pecuniam legatã eſſe, inuicẽ confirmant. Qui enim de quatuor talentis, & ter mille drachmis, tria talenta & bis mille drachmas dotẽ alteris dedit, alteri ſeptuaginta minarũ uſumfructũ: nemini profectò obſcurũ eſt, eum non de paruis opibus, ſed de ijs quas mihi reliquit duplo maioribus, illa detraxiſſe. Nec. n. utiq; me filiũ pauperẽ uoluit relinquere: iſtos uerò qui antè diuites fuerunt, magis etiam collocupletare uoluit. Sed propter opum mihi relictarũ affluentiam, tũ Therippidę tantũ argenti, tum Demophonti duo talenta (quanquã is meam ſororẽ nondũ ducturus eſſet) fruẽda dedit, quo alterutrũ cõſequeretur, ut uel donationibus deliniti meliore fide tutelam gererent: uel, ſi tantis affecti beneficijs in hunc modũ contra nos delinquerẽt, à uobis ſine ulla uenia punirentur. At iſte qui & ipſe ad dotem ancillas etiam accepit, & in ædibus habitat, poſtquã harum ei rerum ratio reddenda eſt, ſuum ſe negocium agere ait, & adeò ſordidè auarus eſt, ut etiam præceptores meos, & mercede fraudare non dubitarit, & quædam tributa, quæ ipſe nõ numerauit, mihi tamen expenſa ferat. Age cape & hęc teſtimonia, & recita his:

TESTIMONIA. Quónam igitur pacto manifeſtius demonſtrari queat, eum diripuiſſe omnia, nec à paruis abſtinuiſſe, quàm re in hunc modum, tot teſtibus & argumentis, demonſtrata? quùm & ipſe dotem ſe accepiſſe confiteatur, & habere, literis tutoribus datis, ſit teſtatus? & officinæ uſumfructum ceperit, nullos tamen reditus proferat? & è cæteris alia uēdiderit precio non reddito, alia ad ſe recepta diſsimularit? ac mancipia uendiderit, cæteraq; ad eum modum adminiſtrarit quem ad modū nec inimiciſsimi adminiſtrarent? Ego certè haud ſcio, an hæc euidentius à nemine demonſtrari ullo modo queant. At uerò apud arbitrum dicere auſus eſt, ſe de his pecunijs & multum æris alieni diſſoluiſſe pro me Demophonti & Therippidæ contutoribus ſuis, & illos de meo accepiſſe multa, quum tamen probare neutrum queat. Neq; enim me à patre alieno ære obſtrictum eſſe relictum, in literis oſtendit: neque illos, quibus ſe diſſoluiſſe ait, teſtes exhibuit: neque etiam numerum pecuniæ tantum, quantum eum accepiſſe conſtat, in tutores conferre poteſt, ſed magna pecunia minorem. Interrogatus autem per arbitrum cùm de his ſingulis, tum utrum rem ſuam familiarem ex uſufructu auxiſſet, an uerò ipſa prædia & ſortem abſumpſiſſet: item, utrum ipſe in hunc modum curatus à tutoribus, his uerbis ſibi ſatisfieri pateretur, an uerò ſortem unà cū uſuris efflagitaturus eſſet: ad hæc nihil reſpondit, ſed ſpondebat, ſe oſtenſurum patrimonium meum eſſe decem talentum: quibus ſi quid abeſſet, id ſeſe expleturum. Me porrò iubente ut ea oſtēderet, non oſtendit, neque ſe contutoribus tradidiſſe demonſtrauit (neq; enim arbiter eum damnaſſet) ſed * tale teſtimonium protulit, de quo dicere aliquid inſtituet. Proinde ſi nunc quoque me patrimonium acceptum ab aliquo habere dixerit, interrogate eum, & de ſingulis exhibere teſtes iubete. Sin id me habere dixerit hunc in modum, ut computet quæ ab utroque tutore debentur: duplo eum dicere pauciora conſtabit, & ea me habere nihilo magis probabit. Ego enim quemadmodum iſtū tam habere multa probaui, ſic illorum etiam utrumq; non pauciora his habere oſtendam. Quare non hoc ei

Tergiuerſationes Aphobi apud arbitrū.

ψευδῆ, id eſt, falſum, fortaſſe pro τοιαύτην legendum.

dicendum eſt, ſed uel ſe, uel contutores mea mihi reſti- tuiſſe. ſin hoc non oſtenderit, debet'ne iſta ſponſio apud uos habere locum, quũ me nihilo plus habere mea pro- bet? Multis aũt apud arbitrum dubitationibus cũ ęitua ret de hiſce omnibus, & in ſingulis, ſicut nunc apud uos, conuinceretur: mentiri cõfidentiſsimè auſus eſt: quatuor talenta mihi patrẽ defoſſa reliquiſſe, eaq; matris arbitra tui permiſiſſe. Id uerò dixit, ut, ſi eadẽ ſe etiã nunc dictu- rum expectarem, ea calumnia refutanda moram facerẽ, quum poſtulet neceſsitas ut de alijs eum rebus accuſem apud uos: ſin, tanquam non dicenda pręterirem, nunc ea ipſe commemoraret, ut diues eſſe creditus, minus uos ad miſericordiã commouerẽ: & is qui hoc ſibi affirman dum eſſe duxerat, nullum teſtimoniũ proferebat, ſed nu dis ſuis uerbis fidem haberi poſtulabat. Quod ſi quis eum interroget, quem in uſum tantam meam pecuniam expenderit, æs alienum pro me ſe diſſoluiſſe ait, atq; ibi me facere pauperem conatur: rurſus ubi libitũ eſt, diui- tem, ſi dijs placet, ut cui pater tantũ pecuniæ domi reli- querit. At uerò non poſſe fieri, ut iſte uerè hæc dicat, im- mò non fieri potuiſſe, ut quicquam iſtorum fieret, mul- tis argumentis facilè intelligitur. Nã ſi pater meus iſtis diffiſus fuiſſet, perſpicuum eſt, eum nec reliqua eis fuiſſe commiſſurum: nec, ſi ſic iſta reliquiſſet, id illis indicatu- rum. Eſſet enim ingentis inſaniæ, occulta indicare illis, quibus nec manifeſta crediturus eſſet. Sin illis fidem ha- bebat, haud utiq; maximam diuitiarũ partẽ illis in ma- nus tradidiſſet: hæc uerò illorũ poteſtati non commiſiſ- ſet, neq; matri meæ hæc cuſtodienda dediſſet, atque iliã ipſam uni è tutoribus matrimonio copulaſſet. Nec.n. conſentaneum eſt, pecuniam per meã matrem uelle con ſeruatam, atque unum ex his cui fidem non haberet, tum ipſius tum pecuniæ dominum conſtituere. Deinde ſi qd horum uerum fuiſſet, num putatis eum illam à patre da tam non accepturum, qui dote, octoginta minis, iam ac ceptis, tanquam eam ducturus, Philonidæ Melitenſis filiam duxit. quòd ſi talenta quatuor intra domeſticos parietes fuiſſent, quæ ut ipſe aſſerit, hæc in poteſtate haberet: an non eum fuiſſe accurſurum creditis, ut illis

Mendacium Aphobi de quatuor talẽtis defoſsis.

Δίλημμα.

unà cum ipſa potiretur? qui enim manifeſtas quoq; opes, quas ueſtrum etiam pleriq; relictas eſſe conſcij fuerunt, cum contutoribus adeò flagitioſe diripuit: illis quæ conſcientiam ac teſtimonium ueſtrum fugerent, cum arripere liceret, abſtinuiſſet? Quis uerò credat? Non ita eſt, Iudices, non ita eſt: ſed quicquid pecuniæ reliquit pater, id iſtis dedit uniuerſum. iſte uerò commentum hoc idcirco finxit, ut minus à uobis miſericordiæ conſequar. Multa equidem haberem alia de quibus iſtum accuſarem. ſed ubi unum quiddam ſummatim de omnibus dixero, oẽs eius defenſiones euertã. Licuiſſet iſti, moleſtijs & negocijs hiſce carêre omnibus, ſi domum ita uti hæ leges iubent, elocaſſet. Cape leges, ac recita. LEGES. Harum legum autoritate Antidoro de tribus talentis, & ter mille drachmis, intra ſexennium ex elocatione ſex talenta, & plus eo ſunt tradita. Et hæc quidam ueſtrûm uiderũt. Nam Theogenes Probaliſius, qui domum eius conduxerat, in foro pecuniam hanc annumerauit. At mihi de quatuordecim talentis, annis undecim, ſi & temporis & elocationis illius ratio habeatur, triplo plus emolumenti nomine, debuiſſet accedere. Hoc uerò cur non fecerit, ipſum interrogate. Nam ſi dicet præſtitiſſe domum non elocari, oſtendat, non duplicatum aut triplicatum eſſe meum patrimonium, ſed ipſam dũtaxat ſortem integrã mihi eſſe reſtitutam. ſin de talentis quatuordecim, mihi nec ſeptuaginta minas reddiderunt, & ipſe me inſuper ſibi debere in tabulas retulit: eſt'ne accipienda ulla iſtorum excuſatio? minimè gentium. Itaq; quum mihi tantũ patrimonium relictum fuerit, quantum principió audiuiſtis, & quum eius tertia pars, quinquaginta minas reditum ferat, quamuis liceret iſtis, quorum cupiditas infinita eſt atq; inſatiabilis, ſi elocare domum uoluiſſent, ex iſtis reditibus (nulla re mota, aut mutata) tũ nos alere, tum publica obire munera, & quæ ex eis accederent, ea ſaltem ad cumulum adijcere: opes autem reliquas, quæ his duplo ſunt maiores, ita diſtribuere, ne eſſent ignauæ, ſed quæſtuoſæ, ut & ipſi, ſiquidẽ cupiditate pecuniæ urgebantur, mediocria inde accepiſſent, mihiq; cum ſorte ex reditibus rem familiarem auxiſſent: horum nihil fece-

Domus nõ elocata.

Negligentes, infidi, & rapaces tutores.

Impudentia tutorum.

runt, ſed optimis mancipijs inter ſe diuenditis, reliquis è medio ſublatis, meos etiam ueteres reditus deſtruxerũt, ſibimet ipſis non mediocres de meo compararunt. Iam cum cætera etiam omnia turpiter adeò ceperint, cõmuniter ambigunt plus dimidia pecuniæ parte mihi ne relictum quidem eſſe: ſed tanquam quinq; talentûm duntaxat ſint opes, ſic rationes de illis retulerunt. Ita reditus ex eis nullos oſtendunt, neq; ſortem manifeſte demonſtrant, ſed ipſa prędia tam impudenter abſumpta eſſe dictitant. Neq; huius eos audaciæ pudet. Enimuero quid mihi accidiſſet, ſi ſub eorum tutela fuiſſem diutius, id ne dicere quidem poterunt. Nam quum decem annis prętęritis, ab alijs tam pauca receperim, iſti etiam debere ſim inſcriptus: an non indignari debeo? Omnino clarum eſt, me ſi anniculus relictus, ſub iſtorum tutela ſexenniũ adhuc fuiſſem, nec iſta exigua ab eis fuiſſe recepturũ. Nam ſi ſuperiora rectè conſumpta ſunt, nihil ex his quæ recepi, ſextum in annũ ſuffeciſſet: ſed me uel aluiſſent de ſuo, uel fame intereuntem neglexiſſent. An uerò grauiter ferendum non eſt, aliorum familias uel unius uel binum talentũ relictas, elocatione duplicatas eſſe, & triplicatas, ut iam munera publica ſint obeunda: meam uerò triremẽ inſtruere, & magna tributa pendere ſolitã, iam propter iſtorum impudentiam nec minima poſſe ſuſtinere? Quod tandem ſcelus dici poteſt, quod intentatum iſti reliquerunt? qui ſe teſtamentum clam abolituros ſperarint, & ſuam rem familiarem uſufructu noſtræ ſtabilierint, & de ſua de meo patrimonia collocupletarint: meę autem familiæ, tanquam ſummis à nobis affecti iniurijs, ſortem totam ſuſtulerint? Vos ſi quem in uos delinquentem condemnatis, ne ei quidem omnes opes adimitis, ſed uel uxoris uel liberum miſerti, partem aliquam illis relinquitis. At iſti tanto ſunt uobis crudeliores, ut etiã donis à nobis acceptis, quò tutelã bona fide gererent, tantis nos contumelijs affecerint: nec erubuerint, nec timuerint quicquam, nec miſerti ſint ſororis meæ, ſi duobus ei talentis à meo patre legatis, nullam ſe dignam conditionem conſequeretur, ſed tanquam inimiciſſimi aliq, nõ amici & cognati relicti eſſent, neq; neceſsitudi-

Amplificatio & inuectiua in tutores.

παθοποιία

nis habuerint rationem. ſed ego miſerrimus omnium, utraque de re ſum dubius. Nam publicè urgeor, ut tributum conferam: idq́ iurè. pater enim opes eam ad rem ſatis mihi magnas reliquit, ſed pecuniam relictam iſti omnem acceperunt: & nunc, dum mea recuperare ſtudeo, in ſummum diſcrimen adducor. Nam ſi iſte abſolutus fuerit, (quod abſit) centum minas mulctæ nomine debebo. Sin iſtum damnaueritis, lite æſtimata: nõ de ſua: ſed de mea pecunia litis ęſtimationem ſoluet: mea uerò dignitas agitur in hoc iudicio. Proinde non tantũ patrimonio ſpoliabor, ſed etiam honoribus, niſi uos mei nunc miſertum fuerit. Quare oro uos Iudices, & ſupplico & obteſtor, ut legum & iuriſiurandi memores, quo obligati ius dicitis, ad noſtrum ius conſequendum nos adiuuetis, nè ue plus iſtius q̃ noſtras apud uos preces ualere patiamini. Æquum aũt eſt, ut non ſceleratorum hominum, ſed contra omne ius humanitatis afflictorũ miſereamini: nec eorum, q tam crudeliter aliena ꝑ fraudem detinent, ſed noſtri, q longo iam tempore noſtro patrimonio caremus, atq; inſuper ab iſtis affecti contumelijs, nunc de dignitate ac fama periclitamur. Alta utiq; parens noſter ſuſpiria duceret, ſi intelligeret me ſuum filium in diſcrimen coniectum eius mulctæ ſoluendæ, quæ ꝑ dotes & donationes à ſeſe iſtis datas, exigeret: cum iam alij ciues non cognatorum modò, ſed ẽt amicorum inopum filias de ſuo elocarint: Aphobũ nec q̃ accepit dotem, uelle reſtituere, idq́ anno decimo.

Petitio. (margin)

ARGVMENTVM.

Hæc oratio ſecundo loco dicta eſt, & quorundam quæ prius etiam dicta ſunt, repetitionem continet.

DEMOSTHENIS IN APHOBVM ORATIO *ſecunda*, [redacted]

Querela de aduerſarij improbitate. (margin)

CVm Aphobus apud uos & multa & magna mendacia dixerit: primum id refellere conabor, quod inter eius dicta moleſtiſsimè tuli. Dixit enim, auũ meũ fuiſſe ærarium, proptereaq́ noluiſſe patrem, ut ſua domus mercede locaretur, ut ne in periculum deueniret, Ac prætextu quidem hoc utitur:

utitur. ſed eum ærarium obiiſſe, nullo prorſus teſtimonio probauit, eaq; de re dicere diſtulit, extremũ iudicij diem aucupatus: atq; ipſum teſtimonium ad poſteriorẽ orationẽ reſeruauit, fore ſperans, ut p eam rem calumniandi ſibi daretur occaſio. Quod ſi teſtimoniũ illud legerit, diligenter animaduertite. Inuenietis.n. dictum eſſe à teſtibus, eũ non eſſe, ſed fuiſſe ærarium. Illud igit, quo aduerſarius præcipuè nitit, in primis refutare conabor: idq; de quo inter nos oĩs eſt controuerſia. Quod ſi tum licuiſſet, neq; temporis anguſtijs p inſidias ea re excluſi eſſemus: teſtibus planum feciſſemus pecuniã ſolutam, & reipub. per ipſum ab omni parte ſatis eſſe factum. Nunc magnis argumentis oſtendemus, eum neq; debuiſſe quicq̃, nec illum periculum fuiſſe nobis, ſi patrimonio palàm fruemur. Primùm, Demochares q amitam meã, Gylonis filiam in matrimonio habet, ſuas opes non occultat, ſed & ædilitate fungitur, & triremes ab bellum inſtruit, & eliqua munia publica obit, neq; harum rerum quicquã pertimeſcit, Deinde ipſe pater tum reliquas opes, tum quatuor talenta cum tribus millibus drachmarũ palàm habuit, quæ iſti & in teſtamento fuiſſe perſcripta, & ſe accepiſſe, mutuis ipſi teſtimonijs ſeſe conuicerunt. Quin ipſe etiam Aphobus cum reliquis tutoribus quantæ opes relictæ eſſent, publicè profeſſus eſt, & me claſsis ducem conſtituit, cum non paruus cenſus ageretur: ſed tantus, ut de quinis & uicenis minis, quingenę drachmæ penderentur. At ſi qd iſtorum uerum fuiſſet, horum nihil feciſſet, ſed hæc oĩa cauiſſet. Iam uerò conſtat & Democharem, & parentem, & iſtos ipſos omnia ſine ullius periculi metu palàm habuiſſe. Faciunt autem omnium abſurdiſsimè, qui dicant uetuiſſe patrem, ne domus locaret: & tabulas tñ, unde rei ueritas certò cognoſci poſſet, nuſquam proferant: ac putent, ſublato tanto teſtimonio, ſe tam facilè fidem apud uos inuenturos. Aduocandi quidem mox poſt obitum patris teſtes fuiſſent conplures, à quibus conſignari teſtamentum iuberent: ut ſi qd fortè controuerſiæ oriretur, ad illud ſcriptum recurri, & omnium rerum ueritas planè inueniri poſſet. Nunc alia quædam conſignanda cenſuerunt, in qbus multa de relictus

Propoſitio: Auum Demoſthenis Gylonem non fuiſſe ærarium.

Confirmatio à ſignis. Demochares.

Pater Demoſthenis.

Acta tutorum

Teſtamẽtum malitioſè à tutoribus è medio ſublatum.

opibus inſcripta non fuerunt, nuda duntaxat commentaria: ipſum uerò teſtamentum, in quod pater & ea cõmentaria retulerat, & reliquam pecuniam omnem, quæ fidei eorum mandabatur, & per quod non elocatæ domus omni crimine liberarentur: id demum neq; conſignarunt, neq; protulerunt. Eſt uerò eis credendum, quicquid de hiſce dixerint? Ego uerò quid iſthuc ſit, non intelligo: non ſinebat locare domum, neq; palàm proferre pecuniam pater? Vtrum'ne mihi, an uerò ciuitati? Imò cõſtat uos reipub. illam protuliſſe, mihi uerò penitus abſcondiſſe, ac ne eam quidem declaraſſe, de cuius æſtimatione tributa pependiſtis. Agite, oſtẽdite iſtæ copiæ quę fuerint, atq; ubi, & quo præſente mihi ſint traditę? Nam duo quidẽ talenta & octoginta minas, de quatuor talẽtis & tribus drachmarum millibus accepiſtis. Proinde neq; iſtas mea cauſa reipub. contuliſtis, cum illis temporibus ueſtræ eſſent. Atq; ex ædibus & quatuordecim mãcipijs ac triginta minis quę mihi tradidiſtis, non fieri poteſt, ut tantum tributum ſit numeratum, quantũ uos in claſſem cõtuliſtis: ſed omnino neceſſe eſt, uti relicta quę ſunt, his longe maiora, ipſi omnia teneatis. Et tamen cũ à uobis ea direpta eſſe palàm conuincamini, talia comminiſci audetis? atque aliàs culpam alius in alium reijcitis: rurſus accepiſſe uos, ueſtris teſtimonijs alius alium coarguitis: cum uos accepiſſe multa negetis, magnorum ſumptuũ rationes retuliſtis: cum tutelam communiter geſſeritis oẽs, nunc peculiaria ſinguli effugia quæritatis: cum teſtamentum aboleueritis, è quo totius negocij ueritas cognoſci potuiſſet, nunquàm ueſtrę orationes inter ſeſe conueniunt. Proinde teſtimonia profer, atque ea ordine his lege omnia, ut eorum etiam, quæ teſtimonijs probata fuerint, memores, accuratius de toto negocio decernant. TESTIMONIA. Tantum iſti mea cauſa tributi nomine conferendum cenſuerunt, quantum, ſi meum patrimonium quindecim talentum fuiſſet: mihi uerùm ipſi tres, ne ſeptuaginta quidem minarum patrimonium reſtituerunt. Lege ſequentia. TESTIMONIA. Dotem, quam eum contutores accepiſſe teſtantur, & alij, apud quos habere ſe cõfeſſus eſt, eã nec ipſam

Teſtimonia de relicto & per Tutores ſpoliato patrimonio.

nec alimoniã reddidit. Cape cętere, & lege. TESTIMONIA. Officina biennium adminiſtrata, Therippidæ reddidit preciũ locationis: mihi uerò, cum acceperit duorũ annorum reditum, triginta minas: neque has, neque uſuram reddidit. Cape aliud, & lege. TESTIMONIVM. His mancipijs iſte ad ſe receptis, & reliquis, quæ nobis unà cum hiſce oppignorata fuerunt, tantum in ea expenſum retulit. Inde uerò acceptũ, nihil omnino, quin ipſos etiam homines ſubduxit, qui duodecim minas ímunes quotãnis afferebãt. Dic aliud. TESTIMONIVM. Hoc ebur & ferrum cum uendiderit, ne relictum quidem eſſe dixit, ſed & horum precio me defraudat, talẽto circiter. Recita hæc. TESTIMONIA. Hæc tria talenta & mille drachmas, præter cætera, tenet, ſortis quinqne talẽta, quę iſte accepit: unà uerò cum uſuris, ſi quis ad drachmã tãtum computet, amplius decem talenta habet. Dic reliqua. TESTIMONIA. Hæc iſti perſcripta eſſe ĩ teſtamẽti tabulis, ſeq́; accepiſſe, teſtimonijs in ſe mutuo dictis, probãt. At iſte ſe accerſitum à patre eſſe ait, & ingreſſum in ædes, nõ acceſsiſſe ad eum, à quo uocatus eſſet, neq; horum quicquam habuiſſe ratum, ſed audiuiſſe Demophontem recitãtem tabulas, & Therippidem affirmãtem, eum ita fieri mandaſſe: cum tamen prius introierit ipſe, & patri ſe facturũ receperit omnia, quæ cõſignata literis reliquit. Pater enim, Iudices, ingraueſcẽte morbo, cum animaduerteret, ſe nõ euaſurum, conuocatis trib⁹ iſtis, & fratre Demone accubare iuſſo, corpora noſtra in manus illis dedit, depoſitum nominãs, & ſororem Demophonti, & duo talẽta dotis nomine ſtatim legauit, eamq́; uxorem illi deſpõdit: me uerò apud omnes communiter unà cum pecunia depoſuit, & mãdauit, ut & domum locarẽt, & patrimoni conſeruandi adiutores eſſent: legãs ſimul & Therippidæ octoginta illas minas, & iſti tum matrem meam deſpondẽs, octoginta minis additis, tum me in eius genua imponẽs. Quorum iſte omnium hominum ſceleratiſsimus, nulli⁹ rationem reddidit, quanquàm his cõditionibus, meis opibus potius: ſed poſtquam pecunia omni cum cõtutoribus me fraudauit, nũc miſericordiam ueſtram implorabit, qui

Teſtamẽtum à patre Demoſthenis factũ.

Querimonia de improbitate & inſidijs Aphobi.

Subornatus, qui facultates cum Demoſthene permutaret.

nec ſeptuaginta minas æquantia tertius ipſe reſtituit. Deinde his ipſis etiam idem inſidias tetēdit. Cum enim has actiones cōtra eos inſtituiſſem, effecerunt ut de permutatione facultatum dies mihi diceretur: ut ſiquidem permutaſſem, mihi nō liceret ius meum ab eis perſequi, quòd lites etiam permutantis fierent: ſin nihil horum feciſſem, ut de retenui munera publica ſuſtinens penitus conficerer. Atq; in ea re operam nauauit illis Thraſylochus Anagyraſius. Ego uerò nulla habita earum rerum ratione, permutaui quidem: ſed illud excepi, ut mihi iudicium impetrare liceret. Quod cum negaretur, & tempus inſtaret, ne priuarer actionibus, obij munus, oppigneratis ædibus & tota re mea familiari, uolens actiones in iſtos apud ueſtram fidem deponere. An non igitur iam inde ab initio inſignibus iniurijs ſum affectus? An non inſignibus etiam damnis, dum ius meum poſtulo, ab eis afficior? Quis uerò ueſtrùm non & iſti iurè inuideret, & noſtri miſereretur, uidens iſti ad acceptum à ſuis parentibus patrimonium amplius quàm decem talentorum, meas opes quæ tantæ fuerunt acceſsiſſe: nos uerò non modò paternis bonis excidiſſe, ſed his etiam quę nunc tradita ſunt, propter iſtorum improbitatē eſſe ſpoliatos? Quò uerò nos recipiemus, ſi uos hiſce de rebus aliter quàm pro expectatione noſtra ſententiam feretis? Ad eáne quæ creditoribus oppignerauimus? ſed creditorū ea ſunt. ad cæteras reliquias? eœ uerò iſtius fient, ſi mulctam ſoluere cogemur. Nolite Iudices, nolite nos in tanta mala conijcere: neq; matrem & me et ſororem, qui ſumus indignis accepti modis, negligite, quos pater non ea ſpe reliquit, ſed alteram tanquam Demophonti, dote duorum talentorum data, nupturam: alteram, iſti hominum omnium crudeliſsimo, minis octoginta datis, elocandam: me uerò uobis ſucceſſorem eorum munerum futurum, quæ ipſe hactenus obijſſet. Suebuenite igitur nobis, ſubuenite, tum iuſtitiæ, tum ueſtra ipſorum cauſa, tum propter nos, patremq́; defunctum. Conſeruate me, miſeremini mei, poſtquam iſti cognati, noſtri miſerti non ſunt. Ad ueſtram fidem confugimus, obſecro, obteſtor per liberos, per uxores, per quicquid uo-

παρθοποιία. qua ſibi & ſuis cōmiſerationem, aduerſarijs inuidiā & odium concitat.

Obteſtatio iudicum.

bis bonorum eſt,ſic illis fruamini,ne negligite me: neq; facite ut mater, etiam reliqua ſpe ſuſtentandæ uitæ fruſtrata,ſe quid indignum patiatur, quæ nunc fore putat, ut me apud uos ius meum adeptum excipiat, & ſororem elocet. Si uerò uos aliquid ſecus(quod abſit)decreueritis: quid illi animi fore cenſetis, cum me uiderit non paternis modò bonis ſpoliatum, ſed inſuper etiam capite diminutum? De ſorore uerò nec ſperare auſit, eam ullam ſe dignam conditionem ob ſecuturam inopiam aſſecuturam. Non æquum eſt iudices, uel mihi ius à uobis negari, uel iſtum tantas opes per iniuriam obtinere. Tametſi enim nondum mei periculum feceritis, qualis ſim erga uos futurus: ſperandum tamen eſt, me non fore patre deteriorem. iſtius uerò animum ſic perſpexiſtis, ut compertum uobis ſit, eum amplis opibus ſuſceptis, adeò ſuum ſtudium erga uos & liberalitatem nunquam declaraſſe: ut aliena etiam patrimonia ad ſe fraude attraxiſſe ſit oſtenſum. Hæc igitur conſiderantes, cæteraq; recordati, ſicut iuſtitia poſtulat, ita decernite. Eſt autem uobis fides abundè facta, teſtibus argumentis, coniecturis, iſtorum uerbis qui mea ſe accepiſſe uniuerſa confitentur, ea uero expenſa mihi ferunt, cum nihil expenderint, ſed ipſi omnia detineant. Hæc igitur conſideranda uobis ſunt, & aliqua noſtri habenda ratio. Intelligitis enim me, patrimonio per uos recuperato, ex officio, & gratitudinis ergo, reipub. munera libenter obiturum: quàm meas mihi facultates iuſtè reſtitueritis. Iſte autem, ſi quę mea ſunt, ei poſsidenda tradideritis, nihil horum eſt facturus. Nec enim putare debetis, fore ut quicquam de ſuis opibus in rempub. collatum uelit, quas accepiſſe ſe iuit inficias: ſed potius occultare ſtudebit, ut iurè abſolutus eſſe uideatur.

Mater.

Demoſth.

Soror.

Sordes Aphobi exagitat, et ſe fore liberalem in rem pu. pollicetur.

Petitio.

ἀνακεφαλαίωσις.

Repetit liberalitatem ſuā & Aphobi ſordes.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS Aphobum de falſo teſtimonio.

Accuſatus malè adminiſtratæ tutelæ Aphobus, ad quæſtionē à Demoſthene poſtulabat Milyam, quem ſciret non deditum iri. Nā Demoſthenes, quod diceret, non ſeruum, ſed liberum eſſe Mylum, à patre morituro manumiſſum: eum non dedebat. Ad id probandum, cùm alia attulerat, tum etiam Stephani teſtimonium, qui apud iudices affirmaſſe

ſet, coràm arbitris confeſſum eſſe Aphobum, Milyam eſſe liberũ. Damnatus autem malè geſtæ tutelæ Aphobus, falſi teſtimonij Stephanum accuſat. quem Demoſthenes hac oratione defendit, & uerum dixiſſe teſtimonium ait: atq; inſuper oſtendit, Aphobo id teſtimonium nihil nocuiſſe, ſed eum propter alios teſtes eſſe damnatum: contra quos cum nullam actionem inſtituerit, ſatis apparere ſontem eſſe Aphobum.

DEMOSTHENIS IN APHOBVM FALSI TESTIMONII ORATIO.

Perſtringit aduerſariũ, et ſe cauſæ bonitate fretum eſſe oſtendit.

NIſi prius aduerſus Aphobum in iudicio contẽdiſſem, Iudices, multoq; maiora & callidiora eius mẽdacia, facilè à me refutata eſſe ſcirem, propter iniuriarũ perſpicuitatem: mirificè pertimeſcerẽ, ut etiam nunc oſtendere poſſem quibus'nam rationibus, uobis undiq; fucũ facturus eſſet. Nunc, dijs bene iuuantibus, ſi modò æquis & benignis animis nos audietis, in ſpe optima ſum, uos non minus q̃ priores Iudices, iſtius impudentiam eſſe cognituros. Quæ ſi quid eloquentiæ aut calliditatis poſtularent: equidem ſubdubitaſſem, adoleſcentiæ meæ conſideratione deterritus. Nunc, ſimpliciter docenda & commemoranda ſunt iſtius in nos cõmiſſa facinora. quibus expoſitis, uobis omnibus perſpicuum fore opinor, uter tandẽ noſtrũ ſit improbus. Equidem non ignoro eum actionẽ hanc inſtituiſſe, non quòd ſe probaturum confideret, ab ullo ſe falſo eſſe teſtimonio læſum, ſed q̃a putat, ob mulctæ magnitudinem, qua damnatus eſt, ſe & mihi conflaturum inuidiam, & ſibi ipſi miſericordiam impetraturum: proptereaq; actã cauſam nũc defendet, de qua tũc nihil æqui dicere potuit. Ego uerò Iudices, ſiquidẽ rem iudicatam ſolui ab eo exegiſſem, aut nullas æquas conditiones admittere uoluiſſem: ne ſic quidẽ deliquiſſem, ut qui ea ab eo poſtularẽ quæ ueſtris ſententijs decreta eſſent, ſed dici tamen potuiſſet, iſtũ hominem cognatũ, inhumanius & acerbius fortunis eſſe euerſum. Nunc cõtrà fit. nam iſte cum cõtutoribus, omni patrimonio me fraudauit: & quamuis apud uos palã conuictus, tñ nihil æqui à ſe impetrari ſinit, ſed diſtracta re familiari, ædi-

Conſilium accuſatoris.

Improbitas Aphobi, iudicatum non ſoluentis.

bus * Aphobo,fundo Onetori traditis, effecit, ut cum illis,litibus & moleſtijs conflictarer:ipſe uerò inſtrumento & ſupellectile ex ędibus ablata, mancipijs abductis, torculari comminuto, foribus reuulſis, ac tantum non ipſa domo incenſa, Megara profectus, inquilinum ibi agit. Quamobrem multo æquius eſt,ut eũ propter hæc facinora odio proſequamini, quàm ut me ullius inhumanitatis condemnetis. Ac de iſtius ſordibus atq; improbitate poſt ap[redacted]mihi prolixius dicendum uidetur, quanquam nunc quoq; ſummam quandã audiuiſtis: teſtimonia uero de quibus ſuffragia feretis,uera eſſe,iam uos docere conabor.Peto autem,Iudices, rem æquã & iuſtam,ut pari beneuolentia utrumque noſtrũ audiatis, id'que non minus uobis etiã proderit. Nam quo certius rem cognoueritis, eo iuſtius & ſanctius pronunciabitis. Oſtendam autem, iſtum non modò confeſſum eſſe, de Milyæ libertate,ſed idem ipſo facto declaraſſe, præterea'que certiſsimas quæſtionum probationes recuſaſſe: neque uoluiſſe,ut ueritas per eas oſtenderetur:ſed tergiuerſatum,& falſis teſtibus productis,eloquentia ſua rei ueritatem ſuffuratum: tantis & tam euidentibus argumentis, ut uobis omnibus perſpicuum futurum ſit, noſtram orationem eſſe uerã, iſtum nihil ſani dixiſſe. Inde autẽ auſpicabor, unde & uobis aſſequi facilimè & mihi cauſam omnem exponere celerrimè licebit. Ego Iudices,Demoni,Demophonti,Therippidę & iſti,male adminiſtratæ tutelæ,iudiciũ dictaui,omni patrimonio ſpoliatus. Actione autẽ prima contra iſtum inſtituta, iudicibus palã oſtendi, quemadmodũ uobis etiã oſtendam, omnem rem nobis relictã iſtum cum illis ſurripuiſſe nobis,non productis ullis falſis teſtibus. Cuius rei hoc maximum argumentum eſt, quòd dicta teſtium quãplurima quum de ſcripto recitata omnia ſint, quorum alij, meũ aliquid iſti datum:alij, ſe præſentibus eum accepiſſe:alij, ſe ab iſto emiſſe, eiq; tradidiſſe precium affirmarent:nullum falſitatis arguit, aut accuſare auſus eſt: ſed hoc ſolum arripuit, in quo nec unius drachmæ fieri mentionem poſsit oſtendere. Atqui æſtimationem pecunię, qua fraudatus ſum, non ex hoc collegi & computaui

ἀφόβῳ uidetur aliud nomen legendũ

Propoſitio: Milyam ipſius Aphobi confeſſione eſſe liberum.

Narratio.

tantam(nec enim argentum continet)ſed ex illis ſingula ratiocinatus ſum,quibus iſte nullum crimen impegit. Quibus rebus etiam factum eſt,ut qui tum rem cognouerant,non ſolum eum condemnarint,ſed litem etiã tanti æſtimarint, quantum in actione perſcriptum fuerat. Quamobrem igitur illa teſtimonia præterijt, hoc arripuit? ego id quoq; docebo. Videbat, quæcunque teſtimonia pecuniam eum habere arguebant, ſe eam habere tanto magis conuictum iri, quanto prolixius ſingula uerbis agitarentur. id quod actione contra teſtes inſtituta,futurum erat. Quod enim tunc exigua totius noſtri temporis parte, inter cætera accuſaueramus, id tum toto tempore ſolum per ſeſe explicaturi eramus. * Quod ſi reſponſum improbaſſet,putabat,quemadmodum tũ confeſſus eſſet, ſic ſe denuó negaturum : hoc ueró penes ſe fore. Propterea igitur hoc perſequitur, quod eſſe uerũ teſtimonium euidenter uobis omnibus probabo, non coniecturis,neque ratiunculis, præſentis temporis cauſa cõfictis:ſed eo quod uobis omnibus,ut ego arbitror, iuſtum uidebitur,idq; audite,& iudicate. Ego, Iudices, haud ignarus de teſtimonio in tabella ſcripto mihi certamen eſſe, deq́ eo ſententiam uos laturos ſciens : nihil anteuertendum eſſe duxi,niſi ut iſtum prouocarem atq; arguerem. Et quid facio? ad quæſtionem ei puerum dare literatum uolui, qui adfuerat cum hæc iſte confiteretur,& teſtimoniũ ſcripſerat, nihil á nobis mala fide pérque fraudem agere iuſſus,neq; aliud ſcribere,aliud omittere eorum quæ iſte hiſce de rebus dixerat, ſed ſimpliciter omnia uera, & quæ ab iſto dicta eſſent,annotare.

Qui ueró melius potuit,q̃ torquendo puero,mendacia noſtra refutare? ſed omnium optimè ſciebat teſtimoniũ eſſe uerum, & ideo quæſtionem fugiebat. Neque ueró unus atque alter huius rei conſcij fuerint, neq; ſub ala, ut dicitur,prouocatio facta eſt,ſed in medio foro,multis præſentibus. Ac uoca mihi horum teſtes. TESTES. Eſt autem iſte adeó callidus, & uſq; adeó quid æquum ſit, intelligere ſe de induſtria diſsimulat, ut quanquam falſi teſtimonij actionem inſtituit, de quo uos iurati pronunciabitis:tamẽ eius teſtimonij ueritatẽ, q̃d ſua potiſsi

Cur Aphobus Stephani teſtimonium potiſsimum exagitet?

ἀποκρίσει fortaſſe ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ: q͛d ſi hoc teſtimonium accuſaſſet. Alia propoſitio: Teſtimonium Stephani eſſe uerũ.

Puer ad quæſtionẽ datus, ab Aphobo nõ acceptus.

mũ refert, explorare quæſtione ſubterfugerit: ac falſò di cat, ſe illum propter alia depopoſciſſe. Quid uerò abſur dius, quod eum, cũ quiritetur iniquè ſecum eſſe actũ, qui ho minem liberum depoſcens, ut ego uobis perſpicuè oſtẽdam, non acceperit: teſtes non in iqua pati putare, cum eum, quem ſeruum eſſe cõſtabat, me de dictis teſtimoniĳs dedente, accipere ipſe recuſarit? Nec illud cauſari po teſt, quibuſdam de rebus quas ipſe cupit, perſpicuam & fide dignam eſſe quæſtionem, de quibuſdam uerò obſcurã & fallacem. Præterea, Iudices, frater iſtius Æſius, primus hoc pro teſtimonio dixit, qui nunc adiutor eius, it inficias: ſed tum unà cum aliĳs aſſeruit, quòd neque peierare, neque mox è ueſtigio à iudicibus condemnari uolebat: quem, ſi falſo teſtimonio niti placuiſſet, haud utique in teſtes retuliſſem, cum uiderem eum Aphobo eſſe intima familiaritate coniunctiſſimum: nec ignorarem, aduocatum illi futurum, prætereaque meum eſſe aduerſarium. Nec enim cum ulla ratione conſentit, inimicum ſuũ, & aduerſariĳ fratrem, ad teſtimonium falſum dicendum inſcribere. Cum autem harum rerum teſtes multi ſint, non minora nobis etiam argumenta ſuppetunt. Ac primùm, niſi ea uerè affirmaſſet, non nunc demum negaret, ſed tum ſtatim feciſſet, cum in iudicio teſtimonium legeretur: ubi magis inficiatio, quàm nunc, ei profuiſſet. Deinde non conquieſſet, ſed actionem iniuriarum contra me inſtituiſſet, ſi eum falſò dicti in fratrem falſi teſtimoniĳ reum feciſſem: quo iudicio & de pecunia homines, & de honore periclitantur. Iam ſi rem explorare ſtuduiſſet, puerum qui teſtimonia ſcripſerat, à me poſtulaſſet, ut eo non tradito, uanitatis & iniuſtitię con uincerer. Nunc tantum abfuit, ut tale quicquam fecerit, ut nec tradente me, poſtquam iſte inficias iuit, accipere uoluerit. Adeò non minus in his etiam quæſtiones formidant. Hæc à me uerè dici, atque eũ, dicto inter reliquos teſtes teſtimonio, nõ negaſſe hęc, in hoc prętorio aſtantẽ, cũ teſtimonium legeretur, & me dedente puerũ torquẽdum iſtis, accipere noluiſſe: ſingulatim etiã uobis teſtes producã. Accerſe mihi eos. TESTES. Quod autẽ, Iudices, omnium eorum quæ diximus, euidentiſſimũ ſignum eſſe

Aeſius frater Aphobi teſtis Demoſthenis.

Aeſium uera contra Aphobum teſtificatum eſſe.

puto, hæc iſtum reſpondiſſe, referam. Cũ hominẽ, hæc cõfeſſus q̃ à teſtibus dicta ſunt, à me poſtularet, atq; ego illũ in eo quoq; fraudis uellẽ conuincere, quid facio? prouoco eum ad dicendũ in Demônem teſtimoniũ, qui patruus eius eſt, & ſocius iniuriarũ: atq; his in ſcripta relatis, ea dicere iubeo, contra q̃ nunc actionẽ falſi teſtimonij inſtituit. Is uerò primũ impudenter negabat: ſed iubẽte arbitro uel dicere, uel eiurare, ægerrimè teſtimonium dixit. Atqui ſi homo ille ſeruus fuit, nec iſte liberum eſſe prius confeſſus eſt: quid ei accidit, ut teſtimoniũ diceret potius, q̃ eiuraret quò negocio liberaretur? ſed & propter hæc puerũ dedere uolui teſtimonij ſcriptorẽ, qui & ſuas literas agniturus erat, & ſatis meminerat, iſtum dixiſſe teſtimonium. Et hęc uolui, non penuria teſtium qui adfuerant (erant enim in promptu) uerũ ne eos mendacij criminaretur, atque ut eorum fides quęſtionibus cõprobaretur. Quî uerò decet propter iſtum damnari teſtes, qui ſoli omnium qui unquã in forũ uenerunt, ipſum accuſatorem earũ rerũ ſibi extitiſſe teſtem oſtendunt? Ac ut me uera dicere conſtet, cape prouocationẽ ac teſtimonium. PROVOCATIO. TESTIMONIVM. Tanta igitur iura iſte auerſatus, & tot ſignis conuictus, ſe calumniatorem agere, ſuis teſtibus habere fidem uos poſtulat: meos uerò calumniatur, & uera dixiſſe negat. Diſputabo autẽ, etiamſi ueri ſimilitudo ſpectetur, qd' nã de eis ſentiri conueniat. Neminem ueſtrûm negare ſcio, quin qui falſum teſtimonium dicunt, aut ob inopiam largitionibus corrupti, aut propter ſodalitatem, aut etiam odium aduerſariorum à tali facinore non abhorreant. Sed propter harum rerum nullam pro me dicere teſtimonium potuerunt. neq; enim ſodalitates intercedunt (id enim quî fieret, cum nec in ijſdem ſtudijs uerſati, & eorum quidam non modò mei, ſed ne inter ſe quidem æquales ſint) nec iſti ſunt inimici: nam & hoc conſtat. Vnus enim frater eius eſt, & aduocatus: Stephanus familiaris eius & tribulis: Philippus, nec amicus nec inimicus. Quare nec hoc crimen iurè quiſquam eis impegerit. Neque etiam paupertate adductos eſſe quiſquam dixerit, cum tantas opes habeant omnes, ut & munera uo-

Demoſthenis teſtes ueraces eſſe, ſignis probat.

Inopia, ſodalitas, odium.

bis alacriter obeant, & pareant, ſi quid mandatum eis fuerit. Præterea nec ignoti uobis, nec in deteriorē partē cogniti ſunt, ſed pro moderatis hominibus habentur. At qui ſi nec inopes, nec iſtius inimici, nec amici mei ſunt, quî conuenit ſuſpicari, falſum eos dixiſſe teſtimonium? Ego quidem non uideo. Quę quanquam iſte ſciebat, & omnium optimè norat, eos uera dixiſſe: tamen calumniatur, ac nō modò ſe hæc dixiſſe negat, quæ ab eo dicta eſſe, quo pacto magis oſtendi queat? ſed etiam hominē omnino eſſe ſeruū affirmat. Volo autem pauca dūtaxat dicere, ad hoc quoq; mendacium eius refutādum. Ego, Iudices, etiam propter hæc ad quęſtionē ei dedere ancillas uolui, quæ patre moriente eum fuiſſe manumiſſum meminerunt. Præterea mea mater fidem facere uoluit, à patre morituro, hominē hunc emiſſum eſſe manu, atque apud nos haberi pro libero: & ni ita eſſet, me & ſororē productos, quos unicos liberos habet, propter quos uidua uitam trāſegit, deuouere. Neq; uerò quiſquā putet, eam in noſtra capita hæc unquā iurare uoluiſſe, niſi ſe id liquidò facturam intelligeret. Vt autē conſtet, me uera dicere, noſq; hæc facere fuiſſe paratos: uoca harum rerū teſtes. TESTES. Cum igitur nos tot iuſtas rationes afferre queamus, & ad argumenta maxima probādi teſtimonij confugere uoluerimus: iſte his omnibus detrectatis, ſe factū iudicium calūniando, & meum teſtem accuſando, perſuaſurum uobis eſſe putat, ut eum condemnetis, re profectò omnium & iniquiſſima & ſceleratiſſima cōpoſita. Nam ipſe falſos teſtes inſtituit hiſce de rebus, cōmunibus cum Onetore affine & Timocrate ſumptibus nos uerò eius rei ignari, & putantes, de ipſo teſtimonio fore iudicium: teſtibus de tutelæ pecunia nunc inſtructi non ſumus. Quanquā autem iſte ſic, ut expoſui, ueteratoriè egit: tamen me oſtenſurum facile confido, eū iuſtiſſimè condemnatū eſſe: non eo q; Milyam torqueri uetuerim, neq; q; liberū eum eſſe ſit confeſſus, idq; hi teſtes affirmarint: ſed quòd conuictus eſt multa mihi furripuiſſe, nec elocaſſe domū, iuſſu legum, & uti pater meus in teſtamento perſcripſerat: ut ego uobis clarè oſtendam. Nam hæc, leges dico, & magnitudinē direptæ ab

Ancillæ ad quæſtionem datæ, ab Aphobo nō acceptæ.

κατὰ τῶν παίδων πίστιν ἐπιθῆναι παραστησάμενον.

Aphobū iure eſſe cōdemnatum.

hiſce pecuniæ, palàm uidere erat omnibus: Milyam uerò quis eſſet, nemo norat: & hæc ita ſe habere, ex accuſatione intelligetis. Ego, Iudices, iſti iudicium tutelæ dictaui, non una ſumma compoſita, quemadmodum feciſſet aliquis calumniandi ſtudioſus: ſed ſingula nominatim perſcripſi, & unde acceperit, & quantum, & à quo: nec uſquam aſcripſi Milyam, ut ullius harũ rerum cõſcium. Eſt autem accuſationis hoc initium: De his accuſat Demoſthenes Aphobum: habet meam pecuniam Aphobus tutorio nomine: octoginta minas, dotem matris, ex teſtamento patris acceptã. Hæc prima pecunia eſt, qua me fraudatum queror. Teſtes uerò quid dixerunt? Affirmant ſe fuiſſe apud Notharchum arbitrum, cũ Aphobus à patre meo Demoſthene manu miſſum eſſe Milyam confiteretur. Cogitate igitur cum animis ueſtris, num quis aut orator, aut ſophiſta, aut præſtigiator tam admirabilis & eloquens extitiſſe uideatur, ut hoc teſtimonio probaret, Aphobum habere dotẽ meæ matris? Et quid obſecro in mentem ei uenit, ut diceret atq; confiteretur, liberũ eſſe Milyam? Eo'ne magis dotẽ habeo? Nihilo certè magis propter hoc quidem, ut apparet. Vnde uerò hoc oſtenſum eſt? Primum eius contutor Therippides pro teſtimonio dixit, ſe illi dotem numeraſſe: deinde auunculus Demon, & alij qui adfuerunt, affirmarunt, iſtum eſſe profeſſum, ſe, ut qui dotẽ haberet, uictũ matri curaturũ. Neque hos accuſauit, quos uera dixiſſe ſciret. Præterea mater me & ſororem producere, & in meum ſororiſq; iurare capita uoluit, iſtum è teſtamento patris dotem accepiſſe. Eas octoginta minas utrum habere eum dicemus, an non? Vtrum propter hunc teſtem eſt damnatus, an propter illos? Ego quidẽ propter ueritatem opinor. Harum igitur uſumfructum, cum decennium perceperit, ac ne iudicio quidem damnatus, eas reſtituere ſuſtinuerit: tamen iniquè ſecum eſſe actum, ſeq; propter hoſce teſtes condemnatum queritur: quanquã horum nullus eum habere hanc, teſtificatus eſt. Iam de elocatione & lectorum fabris, & ferro, & relicto nobis ebore, & dote ſororis, quam iſte per præuaricationem condonauit, ut & ipſe tantũ de meo haberet, quantum

Actio tutelæ Aphobo dicta per Demoſthenem.

Teſtimonium de Milya nihil ad tutelæ actionem atti

uellet:audite & conſiderate, q̃ iure ſit damnatus, quãq; non neceſſe fuerit, propter ea Milyam torquere. Nã de his quæ prçuaricatus es, lex eſt, quç uerbis apertis iubet, te çquè teneri, ac ſi ipſe teneres. Quid igitur legi rei eſt cũ quæſtionibus? Quod autẽ ad locationem attinet, cum et ſocij Xuthi fueritis, & pecuniam partiri ſitis, & tabulas ſuſtuleritis, et arbitratu ueſtro geſſeritis omnia, et ſcripta perdideritis, ut Demon cõtra uos teſtatus eſt: etiam his facere fucum ſtudetis. De lectorũ fabris autẽ ſi correpta pecunia, & magno priuatim lucro facto, meis ad uſurã datis, quibus tu alios etiam prohibere debebas, eos deinde ſuſtuliſti è medio: quid tibi facturi ſunt teſtes? Neq; enim hi teſtati ſunt, fateri te, uſuras de meis accepiſſe, & mãcipia ad te recepiſſe: ſed tu in rationibus ſcripſiſti iſta, eaq; teſtes confirmarunt. De ebore porrò & ferro, dico ego famulos omnes ſcire, uendidiſſe iſtum, eiq; & tum & nunc quemcunq; uellet, ad quæſtionem dare uolui. Quod ſi me eum qui ſciret, dare noluiſſe, eos qui neſcirent, uoluiſſe dicet tradere: multo magis eos illi accipiendos fuiſſe apparebit. Nam ſi illi, quos ut conſcios ego tradebam, eum horum nihil habere dixiſſent, omni iam utique crimine liberatus eſſet. Verùm non ita eſt, ſed clarè conuictus fuiſſet, ſe & uendidiſſe, & precium recepiſſe: eaq; de cauſa præteritis ijs quos conſtabat eſſe ſeruos, liberum torquere ui ſtudebat, quem nec tradere fas erat: non rei comperiendæ ſtudioſus, ſed id quærens, ut eo non accepto prætextus ſibi aliquis relinqueret. De his igitur omnibus, ac primũ de dote, deinde de ijs quæ mala fide adminiſtrauit, poſt de cæteris ut certi ſitis: & leges uobis & teſtimonia recitabuntur. LEGES TESTIMONIA. Neq; uerò ex his ſolum cognoſcetis, nullam ei factã iniuriam, eo q; hominem ad quæſtiones nõ dederim, ſed ipſa etiam re cõſiderata. Ponamus ſanè Milyam in rota torqueri, & quid ab eo dici optarit potiſsimum, ſpectemus: nónne hoc, ſe non eſſe conſcium, an ullam habuerit iſte pecuniã? Eſto, dicat. proptereáne nullã habet? multũ certè abeſt. Eos.n. ego teſtes adduxi, qui rem & ſciunt, & interfuerunt. Argumentũ autem & probatio eſt, non ſi quis iſtum aliquid habere neſciat (tales

Etiamſi torqatur Milyas, id Aphobo nihil profuturum.

enim eſſe multi queant) ſed ſi quis ſciat. Cum uerò tot teſtes in te dixerint teſtimoniũ: quod'nam teſtimoniũ accuſaris, oſtende. oſtendere non potes. An non igitur ipſe te mendacij arguis, dum iniuria te affectũ, & iniquo circũuentum eſſe iudicio clamitas, quòd hominem non acceperis: qui eos qui teſtati ſunt, habere te, & accepiſſe eà, de quibus tanquam non relictis Milyam poſtulabas: falſi teſtimonij reos non feceris? quos longè honeſtius fuiſſet, ſi læſus eſſes, perſequi. Sed læſus à nemine, calumniatorẽ agis. Ac multis modis tua perſpicitur improbitas: in primis autem, ſi de teſtamento aliquid referatur. Cum enim, ô Iudices, pater omnia relicta, teſtamento inſcripſerit, & domum elocari iuſſerit: id non reddidit, ne ego multitudinem facultatum ſtatim deprehenderem: ea uerò poſſidere ſe fatetur, quæ ita manifeſta ſunt, ut negari minimè poſſint. Hæc autem fuere quæ perſcripta in tabulis eſſe diceret: Demophonti accipienda duo talenta ſtatim, ſororẽ ducendam ubi adoleuiſſet, idque decennio poſt futurum erat: iſti octoginta minas & matrẽ meam, & ædes inhabitãdas. Therippidæ ſeptuaginta minarum uſumfructũ percipiendum, dum ego uir factus eſſem. Cætera uerò, quæ mihi præter hæc relicta ſunt, & domus elocationem è tabulis deleuit, quòd ſibi ea oſtendi apud uos, expedire nõ putaret. Cum igitur ipſe fateretur, patrem noſtrum morientẽ, tantum argenti horum cuique legaſſe, iudices ex hiſce confeſſionibus coniecturam cœperunt de magnitudine pecuniæ. Qui enim de ſuis facultatibus quatuor talẽta & ter mille drachmas doti ac dono dediſſet, eum apparebat non de paruis opibus, ſed duplo maioribus, & amplius, quàm quas mihi reliquiſſet, decidiſſe. Nec.n. probabile uidebatur, eum uoluiſſe me filiũ ad egeſtatem redigi, & iſtos iam antea diuites, locupletiores etiam effici ſtuduiſſe: ſed propter eorum quæ mihi relinquebantur copiam, & Therippidæ ſeptuaginta minas, & Demophonti duo talenta, quanquam ſororem meam nõdum ducturo, fruenda dediſſe. Eam igitur pecuniam nuſquam eum mihi reddidiſſe apparebat, nec etiã paulo minorem: ſed aliam eſſe inſumptam, aliam non acceptã, aliam ignotam ſibi, aliam habere alium: aliam domi repoſitam dicebat: aliã quid-

Teſtamẽtum ab Aphobo ſuppreſſum exagitat.

Iudicũ ſententiã approbat.

uis potius ꝗ ubi reddidiſſet, dicere poterat. De pecunia aũt domi relicta, palàm uobis oſtendam eum mentiri. hanc enim rationem attulit, poſtq; pecuniam eſſe magnam indicarat: neq; tamen oſtendere poterat ſe reddidiſſe, ut, quod perſpicuum eſt, nos ea repetere non deceret, quæ domi repoſita haberemus. Quòd ſi pater diffiſus fuiſſet iſtis, non utiq; cætera illis cõmiſiſſet, neq; illa ſic relicta eis narraſſet. Vnde igitur ſcirent? Sin fidem habuiſſet, haud utiq; maximã opum partem in manus eis tradidiſſet, reliquas eorũ poteſtate exemiſſet: neq; cum eas matri meæ ſeruandas dediſſet, ipſam hanc uni tutorũ uxorem deſpõdiſſet. Nulla enim afferri ratio poteſt, cur pecuniã ꝑ illã tueri ſtuduerit, & eorũ unius ꝗbus diffideret, poteſtati tum ipſam tum pecuniam deditam uoluerit. Præterea ſi quid iſtorũ uerum eſſet, non putatis eum acceptur ũ fuiſſe matrem à patre datam, qui cum dotem eius, octoginta minas, ut eam ducturus teneret: Philonidæ Melitenſis filiam duxit, auaritiæ ſordibus impulſus, ut ad eas quas à nobis habebat, octoginta minas, totidẽ ab illo acciperet. Quod ſi quatuor talenta domi fuiſſent, eaq;, ut iſte ait, illa habuiſſet: nõne eum accurſurũ etiam putatis, ut illis unà cum ipſa potiretur? aut cum manifeſtas opes, quas & ueſtrùm complures ſciebant eſſe relictas, unà cum cæteris tutoribus. adeò flagitioſe diripuerit. ab ĳs, quarũ uos teſtes non eſſetis, poteſtate nanciſcẽdi data, fuiſſe temperaturum? Quis uerò credat? Non ita eſt, Iudices, non ita eſt: ſed pecunia quam reliquit pater, illa die defoſſa eſt, qua in iſtorũ manus peruênit. Iſte aũt cum dicere nequeat, ubi quicq; reddiderit, ut ego diues uidear, neq; ullam à uobis miſericordiam impetrẽ, hiſce uerbis utitur. Quãq; aũt multa habeo quę ĩ iſto accuſem, non tamen ſpacium datur, cum teſtis agatur dignitas, iniurias mihi factas cõmemorandi: ſed prouocationem uobis legam, qua audita, teſtificationis ueritatẽ cognoſcetis, & eum aſſerere nũc à ſe Milyam poſci propter omnia, cum eum initiò propter triginta minas duntaxat popoſcerit, atq; inſuper eum hoc teſtimonio nihil lædi. Ego, ut iſtum omnibus modis conuincerem, & dolos eius & calliditates uobis aperirẽ, percontabar eum,

Refutatio cõmenti de pecunia domi relicta Demoſthenis.

Prouocatio de Milya.

quantus eſſet pecuniȩ numerus, propter quã Milyam ut conſciũ poſtularet. Is uerò mentitus, propter omnia inquit. De hoc igitur, inquam ego, tradã tibi eum qui exẽpla habet, quemadmodũ tu me ꝓuocaris. Cum aũt anteà me datum eſſet iuſiurandũ, te cõfeſſum eſſe, hominẽ eſſe liberꝝ, teq; in Demonẽ dixiſſe teſtimoniũ, ſi in filiæ tuæ caput iuraueris, contraria horꝝ eſſe uera: remitto tibi omnia, propter quæ te quæſtionẽ poſtulaſſe conſtabit, cum primũ puer torqueretur. & tantum tibi de eorꝝ æſtimatione quorꝝ damnatus es, detraho, quantũ id eſt ob quod Milyam poſtulaſti, ut tibi teſtes fraudi ne ſint. Hæc cum ei præſentibus multis denunciaſſem, facturꝝ ſeſe negauit. Cũ ipſe igitũ hoc ius ſibi dicere recuſarit, qui conuenit, ut uos iurati ab iſto adducamini, ut teſtes condemnetis, & non eum potius omnium hominũ eſſe impudentiſsimum exiſtimetis? Ac me uera loqui uti cõſtet, uoca harꝝ rerꝝ teſtes. TESTES. Neq; uerò cũ ego hæc promptè offerrem, teſtes aliter animati erant. ſed & hi adductis liberis confirmare quæ dixerant, iurando in illorꝝ capita, uoluerũt. At iſte nec his, neq; illis, neq; mihi deferre iuſiurandum uoluit, ſed ſumma rerꝝ in callidè cõfictis uerbis & teſtibus non uera teſtari ſolitis collocata, ſpem concepit, ſe uobis facile daturꝝ eſſe uerba. Cape igitur, ac lege eis hoc quoq; teſtimonium. TESTIMONIVM. Qua ratione quiſquam apertius oſtendat, & nobis fieri calũniam, & eum tum uero teſtimonio, tum iuſto iudicio conuictum, & damnatum: ꝗ; ſi hoc modo oſtendat eum noluiſſe puerum teſtimonij ſcriptorẽ, ſubijcere quæſtioni, ut cognoſceret de ipſis teſtificationibus: Æſium fratrem eius ea teſtificatum eſſe, quȩ dicit eſſe falſa: iſtum ipſum eadem teſtificatũ mihi, quæ alios teſtes in Demonem, ſuum auunculum & contutorem: noluiſſe eum ancillas de eo, an homo liber eẽt, torquere: matrem fidem his de rebus noſtro periculo firmare uoluiſſe: iſtũ reliquorꝝ ſeruorꝝ nullum admittere uoluiſſe, qui omnia melius ſcirent ꝗ; Milyas: nulli teſtium qui eum habere pecuniam aſſeruerant, falſi teſtimonij diem dixiſſe, nec teſtamentum reddidiſſe, nec domum elocaſſe: cum leges iubeant firmare fidem, atq; ego & teſtes iuſiurandũ antè daremus,

Congeries argumẽtorum, quibus conuictus ſit Aphobus.

tè daremus, remiſſam ei eſſe pecuniam, propter quã Milyam poſtulaſſet, ipſum id ſibi non eſſe faciendum cenſuiſſe? Ego mediusfidius hoc oſtendere non poſſum accuratius, quàm ad hunc modum. Quanquam autem & ita manifeſtè in teſtes mentitur, & è rebus ipſis nihil dãni facit, & iuſto eſt iudicio damnatus: tamen impudenter tergiuerſatur. Quod niſi prius & eius amici & arbitri eum iniuſtè facere pronunciaſſent, atque ipſe his uerbis uteretur: minus eſſet mirandum. Nunc poſtquã mihi perſuaſit, ut Archeneo & Dracontidæ & Stephano huic, quem nunc falſi teſtimonij reum fecit, rem permitterem: eos quidem miſſos fecit, ubi ex eis audierat, ſi cũ iureiurando arbitrentur, ſe eum tutelæ damnaturos, & ad ſortitò datum arbitrium abijt: cumq́; nullum crimen diluere poſſet, arbitri eſt ſententia damnatus. Iudices autem ad quos confugerat, cauſa cognita, non aliter quã & eius amici & arbiter ſtatuerunt, & mulctam decem talentis æſtimarunt. Non mehercule quòd liberum eſſe Milyam dixiſſet, hoc enim nihil ad cauſam attinebat: ſed quòd re quindecim talentũ mihi relicta, nec domũ elocarat, & re familiari decennium cum collegis tractata, pro me, dum puer eſſem, apud collegium trierarchorum ſe quinque minas collaturum profeſſus, quantum Timotheus Cononis filius, & alij maximos cenſus poſſidentes, conferebant: atque ipſe tanta pecunia tamdiu adminiſtrata, pro qua ipſe tantũ tributum eſſe pendendum cenſuerat, mihi pro ſua portione nec uiginti minis æſtimanda reddiderat, una'que cũ contutoribus & ſorte ipſa & uſura fraudarat. Subducta igitur, Iudices, totius pecuniæ uſura, non ea quanti domus locari ſolent, ſed quæ minima eſt, repererunt me ab eis amplius triginta talentis fraudari: propterea'que iſtum decem talentis condemnarunt.

Aphobus prius etiã ab amicis & arbitris dãnatus, quàm in iudicium ueniſſet

ARGVMENTVM ORATIONIS IN Onetòrem unde ui.

Aphobus Demoſthene actionem tutelæ contra eum inſtituente, duxit Onetoris ſororem ſibi à priore marito Timocrate, qui pupillam dotatam ducturus era, deſponſam. Poſt Onetor, iam reo facto Aphobo tutelæ nomine, ut Orator demonſtrat, commentus ſororem feciſſe diuortiũ.

eam ad ſe abduxit. Damnato iam Aphobo in bona eius & fundos inuadentem Oratorem, expellit Onetor, & ſororis eſſe fundos, ob dotē pignori oppoſitos, ait. Eam ob rem Demoſthenes unde ui cum eo agit, tanquam deprædijs Aphobi dudum, nunc uerò ſuis factis deiectus: dicens, non dotem, ſed mulierem duntaxat, Aphobum accepiſſe: quòd Onetor, cū Aphobum eiusq; rem familiarē periclitari uideret, dotem ei numerare noluiſſet. Nunc igitur cōmenticium, inquit, eſt diuortium: fundus autē in meā fraudem, pp ea q̃ non accepit Aphobus, pignori oppoſitus eſſe dicitur. Nomen ἐξούλης Atticū eſt. ἐξίλλειν. n. uocabāt extrudere atq; exppellere ui.

DEMOSTHENIS IN ONETOREM VNDE VI, ORATIO PRIOR.

Querela de iniquitate Aphobi et Onetoris, & neceſſitate iure agendi.

ET ſi, Iudices, non parum laboraui, ut neque ea quæ cum Aphobo mihi fuit, cōtentio incideret, neq; hæc quę nunc eſt aduerſus Onetorem iſtum, affinē eius, propoſitis utriq; multis & æquis cōditionibus: nihil ęqui tamē impetrare potui, ſed iſtum illo multo aſperiorem reperi, & pœna multo digniorem. Nam cum putarem, illum debere inter amicos mecum tranſigere controuerſiam, neq; apud uos experiri: eum adducere non potui. Iſtum autem cum iuberem, ipſum ſibi fieri iudicem, ut ne apud uos periclitaretur: ita ſum contemptus, ut non modò reſponſum mihi dare dedignaretur, ſed etiam è fundo quem poſſedit Aphobus, cum à me iudicio damnaretur, contumelioſe omnino eiecerit. Poſtquā igitur meis me ſpoliat, & tum affine fretus, tum opibus ſuis atque artificijs, ad uos ingreſſus eſt: hoc nobis eſt reliquum, uti ueſtro auxilio ius ab eo noſtrum conſequi ſtudeamus. Equidem ſcio, Iudices, contra uerborum apparatus & teſtes non uera teſtificaturos, eſſe mihi certamen: ſed tamen bonitate cauſæ, me tanto ſuperiorem eo fore confido, ut etſi quis ueſtrùm hactenus eum eſſe improbum non exiſtimauit, tamen uel ex eius in me factis cognituri ſitis, eum hactenus ſummam ſuam improbitatem & iniuſtitiam celaſſe. Demonſtrabo enim eum dotem non modò non numeraſſe, ob quam nunc fundum illum

Propoſitio cū accuſatione iniuriarum aduerſarij.

pignori oppoſitum eſſe dicit, ſed ab initio fortunis meis inſidiari. præterea que mulierem, cuius nomine me è fundo eiecit, non diſceſsiſſe à marito: ſed eum in fraudem meam, Aphobi cauſam agere, & hæc iudicia ſubire, adeò magnis ſignis & euidentibus argumentis, ut uos omnes certò cognituri ſitis, iuré conuenienter que eum hoc à me iudicio accuſari. Dabo autem operam, ut inde capiã narrandi exordium, unde uos negocium facilimè percipietis. Fortunas meas, Iudices, à tutoribus malè adminiſtrari, neque iſtũ, neque multos alios Athenienſium latuit: ſed ſtatim palã fuit, iniuriã mihi fieri. Adeò multæ tractationes & diſputationes cũ apud prętorem, tum apud cæteros iudices fiebant de rebus meis. Nam & de magnitudine relicti mihi patrimonij conſtabat: & tutores non elocare domũ, ut ipſi pecunia fruerẽtur, non obſcurũ erat. Quare quicunque illa norant, non dubitabant quin cum ita fieret, cum primũ uirilem togã ſumpſiſſem, pœnas eſſem de eis ſumpturus. Inter quos & Timocrates & Onetor in ea ſententia perpetuò fuerunt. Quod ita eſſe, maximo illud argumento eſt, ꝙ iſte ſororem Aphobo dare uoluit non modò ſuopte, ſed & meo non paruo patrimonio potitum uidens. dotẽ autẽ munerare pertimuit, tanquam tutorum opes pupillis ueluti oppignoratas eſſe iudicaret. ac ſororẽ quidẽ dedit, ſed dotem uſura quinque obolorũ ſe ei debiturũ pepigit Timocrates, is in cuius matrimonio mulier prius fuerat. Poſtquã autem me accuſante, tutelæ iudicio condemnatus fuit Aphobus, nec quæ iuſta erant ulla ex parte pręſtare uoluit: dirimere controuerſiam Onetor inter nos non inſtituit. ſed cũ dotem non numeraſſet, ſed in ſua poteſtate haberet, ſic tamen, quaſi diuortiũ feciſſet ſoror, atq; ipſe datã dotem recuperare non poſſet, ſibi prædiũ illud oppigneratum eſſe dictitans, ex eo me exigere non dubitauit. Vſq; adeò & me & uos, & receptas leges cõtempſit. Ac quæ facta ſint, propter quæ reus eſt, & de quibus ſententiã laturi eſtis Iudices, hæc ſunt. Exhibebo autẽ teſtes, primũ ipſum Timocratẽ, pepigiſſe eũ, ſe debiturum dotem, & uſurã dotis numeraſſe Aphobo ex pactis & conuentis. Deinde ipſum Aphobum confeciſſe

Narratio.

Opinio de tutoribus Demoſthenis.

Aphobo data Onetoris ſoror ſine dote.

Demoſthenes ab Aphobo fundo deiectus.

Confirmatio. *In fraudẽ Demoſthenis omnia eſſe facta.* *Non probabile eſſe, eos affini debere noluiſſe.* *Ne poſtea quidem numeratum eſſe argẽtum.* *ἀλλ' ἐπὶ τῷ διὰ ταχέων ἀπολῦσαι τ' ἀργύριον ἤ...χον.*

tabulas, de uſura à Timocrate accipienda. Cape teſtimonia. TESTIMONIA. Iam primũ omniũ conſtat, non numeratam eſſe dotẽ, nec eam in ſua poteſtate habuiſſe Aphobum. Ipſa autẽ res declarat ſatis propter ea quę dixi, eos debere maluiſſe dotem, ꝙ immiſcere in rem familiarem Aphobi ſic periclitaturam. Nã nec inopiam prętexere poſſunt, quo minus ſtatim dederint: cum & Timocrati res ſit amplius decem talentoꝝ, & Onetori plus quã triginta. Quare non propter hoc non ſtatim numerarunt. Neqꝫ uerò ẽt poſſeſsiones eis erant, pecunia præſens non erat: neque mulier uidua uiuebat, ut iſta facere properarent, dotẽ non ſimul numerantes. Nã & argenti non parum hi aliis ad uſurã dant, et mulierem matremfamilias adhuc, necdũ à Timocrate dimiſſam, elocarunt. Quare ne is quidẽ prætextus eorum iurè ab ullo admittetur. Iam illud etiam, Iudices, omnes confiteamini, in tali contractu quemuis malle alteri debere potius, ꝙ affini dotẽ prorſus non reddere. Niſi enim diſſoluerit, fit debitor, de quo incertum eſt, utrũ bona fide redditurus ſit, nec ne: ſin unà cũ muliere dotem numerari omnem, fit neceſſarius & affinis. Nam ubi quæ decuit omnia pręſtitit, omni ſuſpicione liberatur. Proinde cum ita ſe res habeat, & iſtos nihil omnino eorũ quæ dixi, debere coegerit, ac ipſi ne uoluerint quidẽ: alia cauſa cur non reddiderint, dici nulla poteſt: ſed hanc eſſe cauſam neceſſe eſt, propter quã reddere dotem non auſi fuerunt. Ego igitur extra controuerſiam hæc ita probo. Reddidiſſe autẽ ne poſtea quidem, ipſa rerũ geſtarũ ſerie me facile oſtenſurum confido: ut uobis perſpicuũ fiat, etſi non his de cauſis dotẽ retinuiſſent, * ſed argentũ diſſoluere celeriter uoluiſſent, nunquam fuiſſe redditur
os, neqꝫ à ſe amiſſuros. Tanta in eo negocio mora ſunt impediti. Bienniũ.n. interceſsit interim, dũ & mulier materfamilias fuit, & iſti eã diſceſsiſſe dixerunt. Nã cum Polyzelo prætore menſe Maio nupſiſſet, diuortiũ ſcriptũ eſt prætore Timocrate, menſe decẽbri. Ego uerò ſtatim poſt nuptias, ſumpta uirili toga, accuſaui, & rationes popoſci: & oibus fortunis fraudatus, iudiciũ adeptus ſum eodẽ ꝑtore. Tempus autẽ hoc, debitũ quidẽ admittit ex pacto, ſed ſolutio credi

nonpoteſt. Nã qui principio ꝓpea debere uoluit, & dare uſurã, ut ne dos unà cũ reliquis bonis periclitaretur: is quo pacto reddidit illi iã accuſato, qui ſi prius credidiſſet, tũ recipere ſtuduiſſet? Cui hoc perſuadebitur, Iudices? Nupſiſſe aũt mulierem eo quo dixi tempore: & interea temporis interceſsiſſe controuerſiã inter nos, & tum me poſtea iudiciũ eſſe adeptũ, tum iſtos diuortiũ ad prætorem retuliſſe, uti conſtet, ſingulatim hæc teſtimonia recita. TESTIMONIA. Huic igitur in prætura ſucceſsit Cephiſodorus: ſub hoc accuſaui, ſumpta uirili toga: iudiciũ uerò adeptus ſum, ſub Timocrate. Cape hoc teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Lege ẽt hoc teſtimonium. TESTIMONIVM. Conſtat igitur è dictis teſtiũ, eos dotẽ non dediſſe, ſed ad conſeruandas Aphobi opes hæc agere audere. Qui.n. tantopere ſe & debuiſſe, & reddidiſſe, & nõ recepiſſe, & uxorẽ diſceſsiſſe, & prædiũ ſibi oppigneratũ eſſe aſſerunt: an non perſpicuè declarant rẽ ſua autoritate geſtã, eo conſilio, ut ijs q̃ uos mihi adiudicaſſetis, me defraudarent? Iam illud ẽt ex ipſius iſtius & Timocratis & Aphobi reſponſis, non potuiſſe dotem reddi, uos edocere conabor. Ego iudices q̃ſiui ex eorũ ſingulis, multis teſtibus pręſentibus, ex Onetore & Timocrate, qui nã eſſent teſtes, in quorũ præſentia dotẽ reddidiſſent: ex ipſo Aphobo, q adfuiſſent cũ accepiſſet: ibi oẽs uno ore mihi reſponderũt, nullũ adfuiſſe teſtẽ, ſed tantũ ab eis quoq; tẽpore auferre ſolitũ Aphobũ, quantum exegiſſet. At cui ueſtrũ hoc fit ueriſimile, cũ dos talentũ eſſet, abſq; teſtibus Onetorẽ & Timocratẽ Aphobo tm̃ argenti reddidiſſe: cui nõ modò ad iſtũ modũ, ſi q̃d forte ſoluiſſet, ſed multis ẽt teſtibus p̃ſentibus nemo temerè fidẽ habuiſſet: ut ſi qua cõtrouerſia incidiſſet, facile p uos recuperaret. Neq;.n. quiſq; in tali cõtractu, nedũ aduerſus iſtũ tali ingenio nullos teſtes adhiberet, ſed neq; ſi cũ alio res eſſet. Imò his de cauſis & nuptias celebramus, & maximè neceſſarios inuitamus, q nõ leuis res agĩt, ſed uita ſororũ & filiarũ alienæ fidei cõmittitur: quæ ut in tuto collocent, ſumma cura ꝓuidemus. Conſentaneũ igĩt eſt, & iſtũ corã q̃bus ſe debere confeſſus eſt, & uſurã daturũ promiſsit: illis ipſis ẽt p̃ſentibus ſatiſ-

Reſponſis Onetoris & Aphobi probare contendit, dotem non eſſe redditam.

Cauſæ celebrandi nuptias.

factum Aphobo fuiſſe, ſi reuera dotem ei reddidiſſet. Nam re ad hunc modum geſta, omni moleſtia liberatus eſſet. Sin ſolus ſoli reddidiſſet, eos qui pactis & conuentis interfuerant, teſtes contra ſe tanquam debitorē reliquiſſet. Nunc igitur neceſſarijs ſuis, uiris quàm ipſi ſunt melioribus, perſuadere non potuerunt, ut dotem eſſe redditam pro teſtimonio dicerent. Sin alios teſtes adducerent genere non coniunctos, uos eis eſſe credituros non putabant. Sin uniuerſam ſimul dotem reddidiſſe ſeſe dicerent: ſi ſeruos qui pertuliſſent, ad quæſtionem poſtulatos, ſolutione non facta, dedere nollent, palàm fore impoſturam. Sin ipſi ſe ſolos ſoli illi dediſſe dicerent, fucum tegi poſſe ſperabant. Quare in hunc mentiri modum neceſſariò uoluerunt. Talibus technis & calliditatibus ſe homine ſimplices perhiberi poſtulant, ea'que opinione facilè uos à ſe poſſe decipi ſperant, cum nec minimis in contractibus eſſe negligentes, ſed quanta maxima fieri poteſt uti diligentia ſoleant. Cape teſtimonia coram quibus reſponderint, & recita his. TESTIMONIA. Agite ueró, Iudices, mulierem uobis etiam oſtendam ſimulare diuortium, cum re uera ſit Aphobi materfamilias. Exiſtimo enim, ubi hoc certò cognoueritis, uos & iſtis in cęteris minus credituros, & mihi affecto iniuria ad ius meum obtinendum fore adiutores. Partim autem teſtes adducam, partim magna ſigna & argumenta ſatis firma oſtendam. Ego, Iudices, poſtquam in album prætoris relatum fuerat, mulierem feciſſe diuortium, & Onetor dixerat, ſibi prædium illud ob dotem oppigneratum eſſe: cum uiderem Aphobum nihilominus tenere & colere agrum, & conſuetudinem matrimonij habere cum muliere: ſatis ſciebam uerba eſſe illa ad rem eludendam excogitata. Quæ ut uobis omnibus euidenter oſtenderem, profeſſus ſum, me conuicturum eſſe eum coram teſtibus, ſi ea ita ſe habere negaret: & ſeruum ad quæſtiones obtuli, qui planè ſciebat omnia: quem, quòd pecunia ad diem ſoluta non erat, ex Aphobi familia ceperam. Quæ cum ego poſtulaſſem, iſte quæſtiones de ſororis cum Aphobo conſuetudine detrectabat: illum uerò colere agrum, quia ma-

Mulierem nō feciſſe diuortium.

nifeſta res erat, negare non poterat, ſed fatebatur. Neq; uerò ex his ſolum cognitu facilimum erat, eum & in matrimonio habere mulierem, & prędiũ poſſediſſe adhuc, priuſquam iudicium factum eſſet: ſed ex illis etiam quæ iudicum ſententijs damnatus, fecit. Tanquam enim nõ ob dotem oppigneraſſet, ſed tanquam ex iudicato mea futura eſſent: ijs efferri quæ poterant abreptis, abijt, ut frugibus, ut inſtrumento omni ruſtico, exceptis doliolis. Quod uerò auferri nõ potuit, terrã, neceſſariò reliqt: ut iſti nunc de ipſo fundo controuerſiã facere liceat. At qui conuenit iſtum dicere prędiũ ſibi oppigneratũ, cum eũ qui oppigneraſſe dicitur, idẽ colere uideamus? atq; aſſerere, diuortium ſororem feciſſe, cũ ea ipſa de re quæſtiones palàm fugitarit? atq; eum, qui uxorẽ, ut iſte aſſerit, dimiſit, & fruges, & ruſticũ omne inſtrumentũ extuliſſe: cũ iſte eius quæ à marito diſceſsiſſe, cuius nomine prædiũ oppigneratũ eſſe dicitur, patronus & defenſor, nihil horũ omniũ iniquo animo tulerit, ſed acquieuerit? Nònne hæc euidentiſsima ſunt? non hæc manifeſta colluſio? Quis neget, niſi qui non diligenter omnia reputarit? Ac eum cõfeſſum eſſe, coluiſſe Aphobũ prędiũ illud priuſquam in ius à me uocaretur: de diuortio autem ſororis quæſtionem habere noluiſſe: uillam poſt iudicium nudatam eſſe inſtrumento, uaſis exceptis, uti conſtet, cape teſtimonia, & lege. TESTIMONIA. Etſi autem ego tot argumentis nitor, Onetor tamen uel in primis ipſe oſtendit, ſimulari diuortiũ. Quem.n. par erat, numerata dote, ut ipſe ait, moleſtè ferre, ſe pro argento controuerſum prædiũ recipere: is non ut aduerſarius, aut ut affectus iniuria, ſed ut coniunctiſsimus omnium, in iudicio contra me ab illo ſtetit: ac me, illo adiutore, fraudare patrimonio inſtituit, quantũ in ipſo quidem fuit, à quo nulla ei unquam orta fuerat iniuria: Aphobum autem, quẽ alienum à ſe iudicare debebat, ſi quid eorum quæ nunc dicũt, uerum eſſet, meis opibus adiectis collocupletare ſtuduit. Neque hic ſolum id fecit, ſed lata iam ſententia, conſcenſo prætorio ſupplex orabat, & obteſtabatur iudices cum fletu & ploratu, talento litem ut æſtimarent, atque ipſe ſponſorem eius ſe offerebat: & hæc mul-

Onetor Aphobi defenſor.

tis modis conſtant. Nam & qui tum in prætorio ius dicebant, & qui aliunde aderant, complures ea norunt: nihilominus tamen uobis etiam teſtes adducã. Cape hoc teſtimonium. TESTIMONIVM. Ad hæc, Iudices, magno indicio facilè cognoſcitur, mulierẽ re uera fuiſſe matremfamilias, ac ne hodie quidẽ feciſſe diuortium. Nam hæc ipſa mulier, antequã ad Aphobum ueniret, nec unũ diem uidua uixit: ſed tradente Timocrate, ad illum ſe cõtulit. Nunc uerò triennio toto alíj nupſit nemini ſcilicet. At eam tum ne uiri cõſuetudine careret, à marito ad maritum ſe contuliſſe: nunc (ſi re uera diſceſſerit) tam longum tempus uiduam uiuere uoluiſſe, quis credat? Cum & alíj nubere liceret, & frater tantas opes poſſideret, & ipſa ea eſſet ætate? A' fide ueritatis, Iudices, hæc abhorrent, fabulæq́ ſunt hæc, & mulier apertè materfamilias eſt, neq; rem obſcurè fert. Atq; adeò Paſiphontis uobis exhibebo teſtimonium, qui cũ eam ægrotantẽ curaret, aſſidentẽ ei uidit Aphobũ, hoc prætore, hoc iam iſti iudicio dictato. Age cape Paſiphontis teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Ego igitur, Iudices, ꝙ & poſt iudicium, iſtũ ſtatim recepiſſe ad ſe pecuniam ex ædibus Aphobi, & tum illius, tũ mea omnia in ſua poteſtate habere, & mulierem manere apud Aphobum, ſciebam: tres ancillas ab eo poſtulaui, quæ & matremfamilias eſſe mulierem, & pecuniam penes iſtos eſſe norant, ut nõ uerba modò, ſed quæſtiones etiam de re haberentur. Quæ cum ei ſic denũciaſſem, & qui aderant omnes, æquũ poſtulare me pronunciarent: ad hanc confugere probationem noluit: ſed perinde ac ſi talibus in negocíjs aliæ probationes eſſent quęſtionibus & teſtibus euidentiores, neq; teſtibus adductis de numerata dote, neq; ad quæſtiones datis ancillis, de ſororis matrimonio conſcíjs: me, qui hæc ab eo poſtulabã, ſuperbè omnino & cõtumelioſe à colloquio ſuo repulit. Quid iſto fieri poſſet homine iniquius? quis magis de induſtria ſe ignarũ eſſe æqui boniq́ ſimularet? Cape prouocationẽ, & recita. PROVOCATIO. Vos autem & priuatim, & publicè, quęſtionibus ſummã fidem habetis, & cũ ſerui & ingenui adſunt, & cõtrouerſia explicanda eſt: non utimini teſtimoníjs ingenuorũ, ſed ita

Libidinoſam mulierem nõ probabile eſſe diſceſſiſſe à marito.

Quæſtiones ancillarum negatæ.

Locus communis pro quæſtionibus.

rerum geſtarum ueritatē exquiritis, ut ſeruos torqueatis. Nec iniuria, Iudices. Nam aliquoties teſtium aliqui, falſa eſſe teſtificati deprehenſi ſunt. At ſerui nulli ſubiecti quæſtionibus, unquam in tormentis mendacij comperti ſunt. Iſte uerò tot iura aſpernatus, adeoq́ perſpicuis & magnis probationibus prætermiſsis: Aphobum teſtem adducendo, & Timocratem, hunc de data, illum de accepta dote, ſibi fidem haberi à uobis poſtulabit, rē cum iſtis abſq; teſtibus tranſactam fingens. Tantæ uos uecordiæ damnat. Eos igitur neq; uera, neq; uerisimilia dicturos, tum è prima eorum confeſsione de dote non reddita, tum ex affirmatione de eadem ſine teſtibus reddita: tum ex ipſo tempore, quod, in diſcrimen iam adducta re familiari, ſolutionem fieri non ſiuit, tum è cæteris rebus omnibus, ſatis à me oſtenſum eſſe exiſtimo.

Teſtibus Onetoris fidem nō eſſe adhibendam.

Peroratio, κατ' ἀνακεφαλαίωσιν.

ARGVMENTVM ADVERSVS ONETOREM, unde ui, ſecundæ Orationis.

PRætermiſſa quædam ſuperiore oratione, hæc adijcit, ut ipſe ſignificat, atq; etiam quaſdam obiectiones diluit. De his autē orationibus antè diximus, dicere multos, eas ab Iſæo eſſe compoſitas, quòd huius Oratoris eſſe propter ætatem credere nequeant: alios, ut hoc non ſit, ab Iſæo ſaltem eſſe correctas, quòd illius orationibus ſimiles uideantur. Neq; uerò mirum eſt, eum imitatum eſſe magiſtrū: & cum nondum perfectionem eſſet adeptus, ad illius interea dicendi genus ſe contuliſſe.

DEMOSTHENIS IN ONETOREM ORATIO SECVNDA, [redacted]

[redacted]

*

QVod in priore oratione argumentū prę terij, nullo eorum quæ diximus, minus, non datam eſſe dotem ab iſtis Aphobo: eo primū expoſito, mox etiam mēdacia iſtius dicta apud uos, refutare aggrediar. Iſte, Iudices, primum poſtquā de bonis Aphobi controuerſiam mouere inſtituit, nō talentū ſe dotē, ut nunc, ſed octoginta minas dediſſe dixit: eaſq; ita diſtribuit, ut ædes duobus millib⁹ drachmarū,

De ordine orationis.

Onetorem in ſumma dotis ſibi nō conſtare.

prædiũ talento ſibi oppigneratũ eſſe diceret: ei non hoc ſolum, ſed illas etiã conſeruaturus. Iam autẽ, me iudicio cũ illo conflictante, cũ uideret, ut uos in nimis impudẽter iniurios animati ſitis: conſilium inĳt, & iniquè mecũ agi uiſum iri exiſtimauit, ſi tanta pecunia ſpoliatus ab Aphobo, mea detinente, nihil recipere poſſem, atq; à ſe manifeſtè prohiberer. Quid igitur facit? pignoris indices ab ædibus aufert, & talentũ duntaxat dotem eſſe dicit, quanti prædium æſtimatũ ſit. Atqui perſpicuũ eſt, ſi ædibus indices ritè appoſuit & uerè, itidẽ & in prædio eſſe factũ: ſin ſtatim mala & iniuſta cogitans, illis falsò appoſuit, conſentaneum eſt, neque hos eſſe ueros. Neq; hęc è meis quæ attuli uerbis æſtimanda modò ſunt, ſed etiam è factis iſtius, cum ea facere à nemine mortalium cogeretur. Nam ipſe indices ſuſtulit, req; ipſa declarauit, ſe mẽtiri. Atq; hæc à me uerè dici ut appareat, & eũ nunc prædiũ ob talentũ eſſe oppigneratũ aſſerere, & cũ prius ædibus ut duobus drachmarum millibus oppigneratis, indices appoſuiſſet, nunc rurſus eoſdẽ facto iudicio ſuſtuliſſe: teſtes rei gnaros uobis adducã. Cape teſtimoniũ. Conſtat igitur, cum uiginti minis ædes oppigneratas indicaſſe, prędium talento: & quaſi octoginta minas dediſſet, controuerſiam fuiſſe facturũ. Quod igitur mendacioꝝ eius manifeſtius indicium requiritis, q̃ ꝙ eum nunc aliud q̃ initio dixiſſe conſtat? Mihi quidem hoc nullum uidetur inueniri poſſe euidentius. Cõſiderate igitur hominis impudentiam, qui apud uos dicere auſus fuit, ſe, quanto id ſit pluris q̃ talenti, eo me non fraudare, idq; cum ipſius æſtimatione non ſit pluris? Quid enim tibi uoluiſti, cum antè uiginti minis ędes oppigneratas eſſe indicares, dum octoginta minas petebas, ſi prędium pręcĳ maioris fuit? ac non in eo potius etiam illa duo millia drachmarũ collocaſti? An uerò cum tibi uiſum fuerit, omnes Aphobi opes tueri, tunc prædium talenti duntaxat erit, & ædes duobus drachmarum millibus æſtimatas adiunges, & dos octoginta minæ erunt, & utriſq; potiri uoles: cõtrà, ubi tibi iſtuc non expediet, ædes, quòd ego eas habeo, talenti erunt: id uerò quod de prædio supereſt, non minoris erit quàm duorum talentũm, ut ego damnum iſti

Indices pignoris ab ædibus ipſum Onetorẽ ſuſtuliſſe.

Exagitat uanitatem Onetoris.

dare, non affici ab eo iniuria uidear? Vides ut te dediſſe dotem ſimules, ac te dediſſe nulla prorſus ratione appareat? Res.n.ueræ, nullaq; fraude concinnatæ, ſimpliciter, ut initiò geſtæ ſunt, ita manent: tu uerò cõtrarium feciſſe conuinceris, ad nos in illorũ gratiam circũſcribendos. Iã ex his, quale iuſiurandum, ſi quis deferret, iuraret, uidere eſt operæprecium. Qui.n.octoginta minas dixit dotem eſſe, ſi quis tum ei largitus eſſet, ut dato iureiurando ſe uera loqui, eas auferret, quid nam facturus fuit? non ne cõſtat eũ fuiſſe promiſſurũ? Quid.n.dicet, cur ſe tum iuratu rum fuiſſe neget, cũ nunc tam iniqua poſtulet? Peieraturum igitur fuiſſe, ſe ipſe arguit, qui nunc nõ octoginta minas, ſed talentũ ſe dediſſe dicat. Quî magis igitur eum, ſi coniecturis agendum eſt, aliquis in illis, q̃ in his peieraturum exiſtimet? Aut quid de eo iuré ſentiri poteſt, qui ipſe ſe periurij facile manifeſtum facit? At fortaſſe nõ ſic ab eo adminiſtrata ſunt hæc, nec undique cõmenta eius patent? Imò & Aphobi talento litem æſtimauit, & ipſe id ſe nobis redditurum ſpopondit. Sed conſiderate, hoc eſſe teſtimonio, nõ modò mulierem eſſe Aphobi matrẽ familias, & iſtum ei bene cupere, ſed etiam dotis non numeratæ: Quis enim hominum ita ſtultus eſt, qui tanta pecunia data, pòſt, prædio controuerſo pro pignore accepto: præter ea damna quæ prius fecerit, pro iniuriarũ autore tanquam pro bene merito ſe iudicatum etiam ſoluturum ſpondeat? Nemo opinor. nulla enim hoc ratio ſinit, qui ipſe ſibi talentum recuperare nequeat, eum alteri cuipiam ſe ſatis eſſe facturum polliceri, atq; adeò ſpondere? Quin & iſti ipſi declarant, Onetorem dotem non dediſſe: ſed propter magnas opes, quæ meæ ſunt, Aphobo eſſe coniunctũ, & pignus hoc cepiſſe, ut hæredẽ eum meorum cum ſua ſorore efficeret. Et nunc effugia quæritat, & prætexit ſe prius cepiſſe pignus, q̃ ille iudicum ſententia damnaretur. * Non prius certè q̃ apud te nunc, ſi quidem uera dicis. Conſtat enim, te iniuriæ illum damnantem, ea feciſſe: deinde ridiculum etiam eſt iſtud dicere. Quaſi uerò uos ignoretis, omnes iſtiuſmodi iniuriarum ſtudioſos, meditari quid dicturi ſint. Nemo autem unquam damnatus ſit, qui uel taceret, uel ſe deliquiſſe

Onetorem nec à periurio abhorrere.

Cauillationis de tempore refutatio.

* προτερόν γε ἢ παρὰ σοὶ νῦν.

Nemo ſe fatetur eſſe iniurium.

confiteretur: ſed unuſquiſq; nimirum, cum nihil ueri dicere deprehenditur, tum denicq; cognoſcitur quo ſit ingenio: id quod iſti etiam accidere apparet. Agè uerò quì æquum eſt, * ſi pluris eſt, minoris: ſin minoris eſt pluris, æſtimari? aut quì æquum eſt, ſorore tua ne hodie quidem alij nupta, nec ab Aphobo deſerta, neq; dote per iſtũ numerata, qui in hiſce rebus nec quæſtiones, nec ullũ aliud ius accidit: ut affirmes te iudicibus appoſitis declaraſſe, tuum eſſe prædium? Ego uerò æquum eſſe minimè arbitror. Res enim ipſa & ueritas ſpectanda eſt, non de induſtria quæſita effugia, & cõmenticiæ cauſæ, quibus uos utimini. Deinde quod grauiſſimum eſt, ſi maximè dediſſetis dotem, quã non dediſtis: qs eam autor eſſet? nónne uos, quoniã mea dediſſetis. Nónne totos decem annos antè mea ille acceperat, propter quæ damnatus fuit, q̃ affinitatem tecum contraheret? an te omnia recuperare decebat: me, qui et iudicio uiceram, & pupillus circũuentus eram, & uera dote ſpoliatus (quem ſolũ omnium ſine mulctę periculo accuſare decuerat) ad talia perpetienda cogi, ne teruncio quidem recepto: qui paratus eſſem oia facere, ſi uos officio fungi ex ulla parte uoluiſſetis.

Margin: ἀντὶ μὲν τοῦ πλείονος τιμᾶσθαι ... ἐλάττονος ... ἐλάττονος.

Margin: Res ipſa ſpectanda.

Margin: Tpe qui prior eſt, potior quoque patiatur.

DEMOSTHENIS EXCEPTIONES.

ARGVMENTVM EXCEPTIONIS aduerſus Zenothemidem.

MVtuatus à Demòne quodam Demoſthenis cognato, mercator quidam nomine Protus pecuniam, ea frumẽtum emit Syracuſis, quod Athenas uexit in naui, cuius dominus fuit Hegeſtratus. Hegeſtratus autem & Zenothemis, aduerſus quem hæc exceptio ſcribitur, genere Maſſilię̃ſes, Syracuſis tale facinus moliti ſunt, ut Orator aſſerit. Mutuati ſunt pecuniam, ac eam naui non impoſuerunt, ſed clàm Maſſiliam miſerunt: eo conſilio, ut creditores defraudarent. Cum enim in contractu ſcriptum eſſet, ſi quid naui accidiſſet, non repetendam eſſe ab his pecuniam: de naui perdenda deliberarunt. Noctu igitur in nauigatione deſcendit Hegeſtratus, & nauigij fundamentum perforat. Deprehenſus, & uectores fugiens, in mare delapſus ſtatim perit. Zenothemis ſocius, ut orator ait, Hegeſtrati, uix Athenas perducta naue incolumi, controuerſiam de frumento mouet, affirmans, frumentum Hegeſtrati eſſe, illum uerò à ſe pecuniã eſſe mutuatũ. Cum uerò uterq; contenderet, & Protus & Demon, utriq;

mercatoriam diem dixit. cumq; Protum abſentem damnaſſet, nolentem, ut ait Demonſthenes, & cum aduerſario colludentem: etiam Demonem ſecundo loco in iudicium adducit. Is uerò exceptione utens, ei actionem conuenire negat: lege nitens, quæ mercatoribus actionem det de contractibus qui uel Athenas aliunde, uel Athenis aliò referantur. Zenothemidi uerò ſecum quicquam eſſe commercij negat. Ac de exceptione quidem agitur. Oratio uerò ita inſtituta eſt, tanquam cõtrouerſia rectà in forum deducta ſit. Explicatur enim, Zenothemidis non eſſe frumentum, ſed Proti, cui Demon pecuniã mutuam crediderit. Non enim uideri uult ſolo uerbo legis niti, tanquam æquitati cauſæ diffidens: ſed oſtendit, ſe etiam rectum iudicium non pertimeſcere, ſed ex ſuperuacaneo exceptione, quam lex largiatur, uti.

DEMOSTHENIS EXCEPTIO ADVERSVS ZENOTHEMIDEM.

POſteaq̃, Iudices, exceptione ſum uſus, non conuenire aduerſario actionem. de legibus primùm dicam, ſecũdùm quas exceptionem oppoſui. Leges iubent, Iudices, actiones dari nauicularijs, & mercatoribus, in ijs contractibus, qui uel Athenas aliunde, uel Athenis aliò referantur, de quibus extent tabulæ. Quòd ſi quis præter hæc litem intendat, non dandam illi eſſe actionem. Zenothemidi autem iſti nihil fuiſſe mecum negotij, nullas literas: ipſe etiam in accuſatione confitetur. ſed ſe nauiculario Hegeſtrato mutuaſſe: nos, poſt eius in pelago interitum, pro uectura non ſoluiſſe dicit. hæc accuſatio eſt. Vos autem ex eadẽ oratione tum actionem ei non eſſe dandam cognoſcetis, tum uniuerſas iſtius hominis inſidias & improbitatẽ cognoſcetis. Vos igitur, Iudices, oratos omnes uolo, ſi qđ unquam negotium attentè audiſtis, ut & hanc cauſam attentè audiatis, Audietis enim hominis audaciã & improbitatem haud uulgarem: ſi modo ego hominis facinora, uobis, uti ſpero, exponere potuero. Zenothemis iſte, miniſter Hegeſtrati nauicularij, quem & ipſe in accuſatione ſcripſit in pelago perijſſe (ſed qũo perierit, non adſcripſit, ego uerò dicam) tale ſcelus cum illo excogita

Leges exceptionis.

Captat attentionem.

Narratio inſignis ſceleris.

uit.Pecuniam & iſte & ille Syracuſis mutuati ſunt:ac il le quidem ad eos qui iſti mutuum dabant, ſi quis rogabat,dicebat,iſti multum in naui eſſe frumenti:iſte ad eos qui illi,merces atq; onus nauis illius eſſe propriũ. Cum aũt alter nauicularius,alter uector eſſet: non mirum fuit eſſe credita,quæ alter de altero affirmabat. Pecuniã aũt acceptam, domum Maſſiliam miſerunt, neq; quicq; in nauim intulerunt. Sed quia tabulæ, id quod omnes ſolent,continebant, ſi nauis manſiſſet incolumis, pecuniã eſſe reddendam:in fraudem creditorũ,nauem ſubmergere ſtatuerunt. Hegeſtratus igitur, cum à terra bidui aut tridui iter nauem abduxiſſet, noctu * in carinã deſcendit,et fundum nauis perforat. Iſte uerò ut totius rei ignarus,ſuprà cum cæteris uectoribus uerſabatur. Orto ſtrepitu,qui in naui erant, ſenſere in carina mali quippiã geri,atq; opitulaturi deſcendũt. Deprehenſus Hegeſtratus,ut ſe pœnas daturũ putat, fugit, fugatuſq; ſe in mare iacit: & lembũ propter noctem nõ adeptus, ſuffocatur. Ille igitur ſic,uti merebatũ,malus malè perijt, ſuis ipſe inſidijs,quas in alios inſtruxerat,captus atq; oppreſſus. Iſte uerò ſocius eius & adiutor, primũ ſtatim, in nauigio in ipſo facinore,tanq; ignarus, ſed & ipſe etiam perterritus, rectori proræ & nautis ſuadebat,ut in lembũ deſcenderent,naui q; celerrimè relicta: quaſi nulla eſſet ſperanda ſalus,& nauis ſtatim ſubmergenda, ut quod cogitarãt, id conficeretur,nauiq; perdita æs alienũ fraudarẽt. Quo conſilio fruſtratus, & noſtrate quodã uectore aduerſato,& nautis magnas mercedes, ſi nauem conſeruaſſent, pollicito, perducta in Cephaleniam naue deorũ ope immortalium in primis,deinde uirtute nautarũ:rurſus cum Maſſilienſibus,Hegeſtrati ciuibus agebat,ne nauigium Athenas perueheretur:& ſe & merces eẽ illinc, & tum nauiculariũ,tum creditores eſſe Maſſilienſes. Quòd ubi & ipſum non ſucceſſit,& Cephaleniorũ magiſtratus ꝓnunciauerunt,nauem Athenas,unde ſoluiſſet,perducendam: quẽ nemo omniũ huc uenire auſurũ putaret, poſt tales inſidias taliaq; facinora, Atheniẽſes,is tam inſigni eſt impudentia & audacia,ut non modò uenerit, ſed & noſtro frumento ſibi uendicato nos inſup in ius uocarit.

κοίλην ναῦν *cauã nauem.*

Hegeſtratus nauem perforatus in mari perit.

ἐπιφώνημα.

Zenothemidis impudentia.

Quæ cauſa eſt igitur? aut qua re fretus, & uenit, & in ius uocauit? Ego uobis dicam, Iudices, inuitus, Iouem optimũ max. teſtor, & omnes deos, ſed coactus. Sunt officinæ hominũ in Piræeo improborũ, qui conſpirarũt: quos neq; uos ignorabitis, ſi uideatis. Horũ unum poſtq̃ iſte id agebat, ne huc perueheretur nauis, inito conſilio legatum deligimus, nõ omnino quidem ignotũ illum, ſed talem eſſe ignari: in quo, propè dixerim, æquè magnã cladem accepimus, atq; in eo, cum primũ in hominum improborũ cõmercium incidimus. Is miſſus à nobis eſt, Ariſtophon nomine, qui & Miccalionis negocia inſtruxit. Ea igitur eum omnia audiuimus præuaricatũ, et iſti pollicitatum eſſe, ac deniq; is dux & autor eſt omniũ. Quę iſte auidè amplexus eſt. Poſtq̃.n. nauis interitu fruſtratus, creditoribus pecuniã reddere non poteſt (qui enim poſſet, quã nunq̃ impoſuit?) noſtra ſibi uendicat, & Hegeſtrato ſe pro eo frumento fœneraſſe dicit, quod ille à nobis cum huc nauigaret, emerit. At creditores ſtatim initiò decepti uidentes ſibi pro pecunia improbũ debitorem eſſe reliquũ, cũ ſua ſe ab iſtis recuperaturos ne ſperandum quidem eſſe animaduertãt, ſed, deceptis uobis, ſe de noſtris fortunis ea recepturos non deſperent: quẽ in nos iſta mentiri ſciũt, ab eo ſtare ſui cõmodi cauſa coguntur. Res igitur de qua ſuffragia feretis, in ſumma ita geſta eſt. Volo aũt teſtibus eorũ quæ dico, ad uos adductis in primis, mox & reliqua dicere. Recita ergo mihi teſtimonia. TESTIMONIA. Vt igitur peruenit huc nauigium, cum Cephalenij, quanq̃ iſto aduerſante, pro nunciaſſent, ut eò unde ſoluiſſet, reduceretur: nauem qui in eam mutuarant, hic ſtatim tenebant: frumentum aũt is qui emerat, is nimirum qui pecuniam nobis debebat. Poſt hæc uenit iſte, legatũ à nobis miſſum Ariſtophontem adducens, & de frumẽto litem mouit, ſe mutuò dediſſe Hegeſtrato dicens. Quid ais homo, inquit Protus (nam id nomen erat frumentatori, qui nobis pecuniam debebat) Tun' Hegeſtrato pecuniam mutuaſti, cũ quo decepiſti cæteros, ut mutuã ſumeretis? qui quidem tibi ſæpe dicebat, perituram illis pecuniam qui credidiſſent? Tu igitur illa audiens, ipſe ei crediſiſſes? Affirmabat ho

Ariſtophon ſycophanta corruptus à Zenothemide.

Aduocati Zenothemidis.

Zenothemis frumentũ ſibi uendicat.

mo impudẽs. Proinde ut maximè uera dicas, ſubijcit eorum quidã qui aderant, tuus te ſocius & ciuis Hegeſtratus, ut apparet, circumuẽnit: proptereaq́ʒ ſeipſum dãnauit capitis & perijt. Quin iſtũ etiã, inquit aſtantium quidam, ad omnia illi fuiſſe adiutorẽ, ſignũ uobis dicã: antequã nauẽ perforare cœpiſſent, mulctã * ſtatuunt corã uectoribus, iſte & Hegeſtratus, ſcriptis tabulis. Quòd ſi bona fide dederas, quamobrẽ ante maleficiũ caueri tibi uolebas? Sin diffidebas, cur non in terra ius tuũ ut cęteri pſequebare? Quid multa dicã? nihil his uerbis proficiebamus: ſed frumentũ iſte ſibi uendicabat. Educebat eũ Protus, & Proti ſocius Phertatus. Iſte uerò educi ſe nolebat, ſeq́ʒ ab ullo eductum iri palàm negabat, niſi ego eduxiſſem. Poſt hęc Protus eum & nos ad magiſtratũ Syracuſanũ prouocabamus, ijs cõditionibus, ſi Protũ emiſſe frumentũ, & uectigalia illi eſſe inſcripta, & precium illũ numeraſſe conſtaret: ut iſte improbitatis ſuę pœnas daret: ſin minus, ut & controuerſum frumentũ reciperet, & talentum inſuper acciperet, noſq́ʒ ei frumento cederemus. Hæc offerente & pollicente illo & nobis, nihil proficiebamus. Sed ea dabatur optio, ut aut iſtum educeremus, aut noſtras merces, conſeruatas, pręſentes, amitteremus. Nam Protus teſtificabatur ſe educere, firmare fidẽ, redire uelle in Siciliam. Quod cũ ipſe uellet, ſi nos iſti frumentum concederemus, id ſibi curæ nõ fore. Atqʒ hæc à me uerè dici, neqʒ eum niſi à me educi uelle aſſeruiſſe, nec quę ei offerrentur de reditu in Siciliã accepiſſe, & in nauigio tabulas confeciſſe, ut conſtet, recita teſtimonia. TESTIMONIA. Quum igitur nec educi uellet à Proto, neqʒ ad ius adipiſcendum redire in Siciliam, & omnium Hegeſtrati ſcelerum fuiſſe præſcius uideretur: reliquũ erat nobis, qui hic contractum feceramus, & frumentum ab eo qui legitimè illic emerat, receperamus, iſtum educere. Quid enim aliud faceremus? Neqʒ enim hoc quiſquam è noſtra ſocietate putabat, uos ei frumentũ adiudicaturos, quod ipſe relinquendũ ſuadeat nautis, ut periret naui demerſa: quod uel maximum ſignũ eſt, id nihil ad eũ attinere. Quis enim ſuum frumentum deſerendum ſuaderet ijs, qui id conſeruaturi eſſent? Quis non nauigaſ-

Margin notes: τίθενται πρόστιμα τῶν συμπλεόντων. — *Prouocatio ad magiſtratum Syracuſanũ.* — *Zenothemis eductus à Demóne.* — *Signũm mendacij.*

ſet

ſet accepta conditione in Siciliã, ubi res liquidò probari poterat? Atq nec ita de uobis exiſtimare poterã, fore ut pronũciaretis iſti de his rebus dandã eſſe actionẽ, quæ ne huc peruehérent, ipſe multis modis ſtuduiſſet phibere: primũ ſuadendo nautis, ut eas relinquerent: deinde in Cephalenia laborãdo, ne nauis huc ueheretur. Quid enim fieri turpius aut iniquius queat, q̃ cum Cephalenij pronunciarint, ut Athenienſiũ merces incolumes eſſent, nauim huc peruehendã: uos q ſitis Athenienſes, ea quæ ciuiũ ſunt, ijs qui ſubmergere nos conati ſunt, tradere? & quæ iſte, ne huc peruehérent, auertere oĩno ſtuduit, de ijs dare iſti actionẽ? Abſit o Iupiter & dij. Agè recita mihi qd exceperim. EXCEPTIO. Recita etiam legem. LEX. Me igitũ ſecundũ leges exceptionẽ de non dãda actione aduerſario, oppoſuiſſe, ſatis opinor eſt oſtenſũ. Artem aũt audietis ſapientis illius, inſtructoris horum omniũ Ariſtophõtis. Vt enim in cauſa nihil ſibi prorſus eſſe pręſidij reliquũ uidebant, legatis ad Protum miſsis, homini perſuadent ut præuaricetur, ſibiq́ cauſam tradat, quod quidẽ ſtatim etiam ab initio egerunt, ut nos nunc cognouimus, ſed perſuadere non potuerũt. Protus enim dum frumentum huc aductum putabat lucro ſibi fore, id retinebat, & præoptabat potius tum ipſe lucrari, tum id præſtare nobis quod æquum eſſet: q̃ conſpiratione cum iſtis inita, aut eos in lucri portionem admittere, aut facere nobis iniuriam. Vt uerò cum huc perueniſſet, & hoc negocio occuparetur, laxata annona eſt: ſtatim mutauit conſilium, & ſimul (dicetur enim apud uos Athenienſes, ueritas) nos creditores cũ urgebamus infeſtis atque iniquis animis, quòd & iactura frumenti in nos redundabat, & eum nobis iſtum calumniatorem pecuniæ loco attulíſse querebamur. his de cauſis, cum etiam natura nimirum homo eſset non bonus, ad iſtos ſe cõfert, neque cauet quo minus deſerto uadimonio cõdemnetur, tum ab iſto uocatus in iudicium, cum nondum conſpiraſsẽt. Nam ſi Protũ omiſiſset, ſtatim animaduerſum eſset, eum nobis facere calumniã. damnaſiſe aũt corã illo nõ paſsus eſset * ut aut pactis & conuẽtis illi ſtarẽt, aut deſerti uadimonij actionẽ i eos retor-

Non danda Zenothemidi actio.

Protus à Zenothemide corruptus praeuaricatur.

ἵν' ἐὰν μὴ ἀν… τῶ …σι… ὁμολογήσωσιν.

ἀ δὲ μὴ, τὴν ἔς ημον ἀντιλάχη.
ἀποδίωξιν. obiectionis.

quereret. ſed quorſum hæc? Nã ea ſi fecit quæ iſte in accuſatione ſcribit, non damnandus modò, ſed interficiẽdus etiam iure fuit Protus, mea quidem opinione. Nam ſi in malis & tempeſtate tantũ uini hauſerat, ut inſano ſimilis uideretur: quod ſupplicium non merebatur, ſiue tabulas ſurripuerat, ſiue clã aperuerat? Sed uos hęc inter uos, quo pacto ſe habeant, tranſigetis. meæ autem cauſæ nihil inde admiſce, ſiue te uerbis, ſiue factis læſit Protus. Datur tibi actio nimirũ. nemo noſtrũ prohibet, aut nũc etiam recuſat. neq; utrum illũ calumniatus ſis, curamus mediusfidius: ſed é medio exceſsit homo, propter uos nimirũ, ut & teſtificationes noſtras desereret, & nunc uos quicquid erit libitũ, in eũ dicatis. Niſi.n. propter uos ab eo deſertũ eſſet uadimoniũ, ſimul eum & citaſſes, & apud Polemarchũ ſponſione obligaſſes. Quòd ſi uades tibi dediſſet, aut manere cogeretur, aut tu à quibus tibi ſatisfieret, haberes: ſin non dediſſet, in domicilium plebis iret. Nunc cõmunicato negotio, & ipſe quicquid te obſtrepente nobis deceſsit, ſe redditurum eſſe nobis non putat: & tu illum accuſando, noſtris te mercibus potiturum. Cuius rei argumentum hoc euidens eſt. Ego eũ citabo, tu nec ſponſione obligaſti, neq; nunc citabis. Præterea ſpes etiã alia eis eſt ueſtri circumueniendi et fallendi. criminabuntur Demoſthenẽ, eoq́; me fretũ dicent, eduxiſſe iſtum: exiſtimantes, quia & Orator ille ſit, & celebris, probabile ſe crimen afferre. Mihi, Athenienſes, genere coniunctus eſt Demoſthenes, atq; per omnes uobis adiuro deos, me uera dicturũ. Sed cum ad eum acceſſiſſem, & ut mihi adeſſet, opemq́; ferret, ſi quid poſſet, poſtularẽ. Ego, Demon, inquit, faciam ut tu iuſſeris. nec enim aliud me decuerit. Sed tamen & tui & mei eſt tibi habenda ratio. Mihi uſuuenit, ex quo de rebus publicis dicere cœpi, ut ad nullã unq̃ priuatã cauſam acceſſerim, ſed in ipſa ẽt adminiſtratione reipub. talia declinarim.

Demoſthenes negat ſe cauſas priuatus agere.

ARGVMENTVM EXCEPTIONIS aduerſus Apaturium.

Is qui iudicium detrectat, cum priuatim commercia cũ Apaturio quadam haberet, ea ſuſtulit & tranſegit. Nunc uerò propter Parmenonẽ

accuſatur, & de pecunia appellatur. Nam Parmeno ciuis fuerat mercatoris Apaturij, Byzantius: ſed à iudicibus actus in exiliũm, & principiò amicitia uſus Apaturij, orto diſsidio poſtea in iudicium uenit, atq; Apaturio & uerborum & dati damni diem dixit. Atq; is rurſus Parmenonem uiciſsim accuſauit. Apaturius igitur Ariſtocli arbitro rem permiſſam eſſe dicit, qui Parmenonẽ damnarit. Quãobrem eum nunc inuadit, qui exceptione iudicium deprecatur, atq; eum pro Parmenone ſpopondiſſe aſſerit. Hic uerò nihil eorum fatetur, ſed negotium tribus primũ arbitris eſſe cõmiſſum ait, nõ uni Ariſtocli. Deinde ſponſorẽ Parmenonis in pactis Archippum eſſe ſcriptum, atq; illa pacta calliditate Apaturij eſſe abolita, qui Ariſtocli perſuaſerit ea aſſeruanti, ne afferret in medium, ſed diceret puerum tabulas dormientẽ amiſiſſe. Alia pterea pacta non eſſe ſcripta, neq; rem ad arbitrum delatã, cum primum arbitrium tabularum amiſsione fuerit abolitum, nec de altero inter eos poſtea conuenerit. Ariſtoclẽ contrà omnia iura, qui iã non eſſet arbiter, cõtra Parmenonẽ tuliſſe ſententiã, idq; cum ob magnã cladem peregrè abeſſet Parmeno, et ne arbitraretur metuiſſet. His igitur firmamentis reus nititur, & exceptione iudicium deprecatur: aſſerens ſe ijs q̃ cũ Apaturio fuerint, negocijs liberatũ, poſtea nihil cũ eo cõmercij habuiſſe. In talibus aũt reb. nõ dari legibus actionẽ.

DEMOSTHENIS EXCEPTIO ADVERSVS APATVRIVM.

Mercatoribus, Athenienſes, & nauiculariĳs iubet lex actionem dari apud ſexuiros, ſi qua iniuria in mercatu afficiãtur, ſiue hinc aliò nauigantes, ſiue aliunde huc: et ſontibus uincula mulctã ſtatuit, tantiſper dum iudicatum ſoluant, ut ne quis temerè ullum mercatorem circunueniat. Qui uerò contractuũ irritorum rei fiant, ĳs exceptionis confugiũ largitur lex, ne eis calumnia intendatur, ſed ut ipſis mercatoribus & nauiculariĳs, qui re uera læduntur, experiri liceat. Ac multi iam actione mercatoria poſtulati, exceptione ex lege hac oppoſita, & ingreſsi ad uos conuicere accuſatores, & iniquè eos accuſare, & per ſpeciem faciendæ mercaturæ calumniari. Vos igitur eum, qui his artibus inſtructus inſidias fecit, mihi que negotium faceſsit, progreſſu orationis cognoſcetis. Quum autem

Lex mercatoria.

Apaturius falſò me accuſet, & quicquid cũ eo rei mihi fuit, omne ſit tranſactũ & ſublatum, neq; aliud mihi cũ eo commerciũ intercedat, uel nauticum uel terreſtre: exceptionem oppoſui, non licere ei agere, his legibus. LEGES. Ac Apaturiũ contra has leges diem mihi dixiſſe, & falſò me accuſaſſe: id ego uobis multifariã oſtendam.

Narratio. Ego, Iudices, qui longo iã tempore ex mercatura quæſtum facio: aliquouſq; ipſe mari me committebã. Non-*Fœneratio. nauialis.* dum autem ſeptimus annus abiјt, cũ nauigatione omiſſa, mediocres opes quas habeo, nautis credendo, rem facere conor. Quòd uerò & uaria acceſsi loca, & frequens in mercatu uerſor, plurimis eorũ qui mare nauigant, no-*Notitia.* tus ſum: Byzantijs autẽ iſtis ualde etiam familiariter utor, ut ibi diutius cõmoratus. Cum autẽ ita ſe res meæ, ut dico, haberent, huc profectus eſt ab hinc trienniũ, iſte cũ ciue ſuo Parmenone, & mentionem de argento fece-*Apaturius.* runt. Debebat. n. iſte pro naue ſua quadraginta minas, & à creditoribus per iniuriã urgebatur, ita ut & nauem eius pignerarentur, quod ad diẽ non ſoluiſſet. Æſtuanti autẽ ei, & pecuniam non habenti, ſe minas decẽ pollice-*Parmeno.* tur daturum Parmeno. iſte uerò me orat, ut ſibi triginta minas ſuppeditem: conquerens ſe à creditoribus, qui nauem appeterent, in mercatu traductũ, ut ſe eò loci redacto, ne pecuniã reddere poſſet, ipſi naue potirentur. Ac mihi quidẽ præſens pecunia non erat: ſed Heraclidæ mẽſario, quo utebar, perſuaſi, ut ei mutuaret, atq; ipſe pro eo ſpopõdi. Triginta minis iã numeratis, alienatus erat *xxx minæ mutuo datæ Apaturio.* ab iſto Parmeno. Sed quia minas iſti decẽ promiſerat, harumq; tres dederat, ob hoc quod modò diximus argentum, reliquũ etiam dare cogebatur. Ac ipſe hac de cauſa facere tabulas nolebat, me uerò ita eas conficere iubebat, ut ſibi optimè caueret. Ego acceptis ſeptẽ à Parmenone minis, & iſto tres illas quas ab illo acceperat antea, corã confeſſo, emo nauem ab eo, & mãcipia, donec decẽ minas redderet, quas per me acceperat, & triginta quarũ me ſponſorẽ menſario conſtituerat. Ac ut me uera dicere appareat, audite teſtimonia. TESTIMONIA.

Apaturij dolus. Ad hunc modũ creditores abſoluit iſte Apaturius. Non multo aũt poſt, menſa euerſa, & Heraclide initio latitã-

te:iſte per inſidias Athenis ablegare mancipia, & portu nauē educere inſtituit. Vnde prima cū eo mihi cōtrouerſia incidit. Animaduerſa.n.re, Parmeno & mācipia quæ abducebantur arripit, & nauē eum commouere portu prohibet, & mihi accerſito rem narrat. Qua ego audita, & iſtū qui talia moliretur, hominē ſummè nefarium eſſe duxi: & uiā quæſiui, qua & ego menſaria ſponſione liberarer, & hoſpes ea quæ per me iſti mutuarat, non amitteret. Conſtitutis ergo nauis cuſtodibus, menſæ ſponſoribus negotiū expoſui, pignusq́ tradidi, ac decē minas hoſpitē habere in naue dixi. Hisq́ factis, mancipia ſponſione obſtrinxi: ut ſi quid deeſſet, per ea cōpleretur. Ita ego deprehenſis iſtius iniurijs, mihi & hoſpiti conſului. At iſte perinde ac ſi acciperet, non faceret iniuriā, me incuſabat: rogitans an non mihi ſatis eſſet, ſpōſione ad mēſarium exolui, niſi & pro Parmenonis argento, nauē & mancipia ſponſione obſtringerem? & propter hominē exulem ſuas ſuſciperem inimicitias? Ego uerò cū qui mihi crediſſet, eo minus me deſerturū aſſerebam, ꝙ & exuli & calamitoſo fieret per eum iniuria. Poſtquā autē nihil prætermiſi, & omnes iſtius inimicitias & odia prouocaui: uix redegi argentum, naue quadraginta minis uēdita, quanti erat oppignerata. Redditis igitur triginta minis ad menſam, & decē minis Parmenoni, corā multis teſtibus: & tabulas ſuſtulimus, ſecundū quas credita erat pecunia: & mutua cōmercia renunciauimus, & inuicem miſſos fecimus: ita uti neq; iſti mecū, neq; mihi cū iſto negocij quicquā eſſet. Ac ut uera me dicere intelligatis, audite teſtimonia. TESTIMONIA. Iam poſt hæc mihi nihil cum iſto rei uel magnæ uel paruæ fuit. At Parmeno iſtum accuſabat, tum uerberū, quibus ab eo dum mancipia quæ ablegabantur, corriperet, affectus eſſet: tum impeditæ ab eo inſtitutę in Siciliā nauigationis. Inſtante autem iudicio, defert Parmeno iuſiurandū iſti de quibuſdam criminibus: id iſte accipit, pactus inſuper etiam pecuniam, niſi iuſiurandum illud dediſſet. Ac ut me uera dicere conſtet, cape mihi teſtimonium. TESTIMONIUM. Accepto igitur iureiurando, haud ignatus, multos ſibi ſi peieraſſet, fore conſcios, ad iuſiurandū præ-

Cautio rei.

Tranſactio.

Parmenonis & Apaturij controuerſia.

ſtò non fuit; ſed tanquam iudicio ſoluturus iuſiurãdum, Parmenoni diem dicit. Inſtante autem eis iudicio, adducti ab ijs qui aderant, ad compromiſſum ueniunt, & pactione conſcripta unum arbitrum Phocritũ ciuem ſuum communiter deligunt, cui unum uterq; attribuit, iſte Ariſtoclem Oeenſem, Parmeno me. itaq; inter ſe paciſcuntur: quæ nos tres de cõmuni ſententia conſtituiſſemus, ea ſe rata habituros: ſin minus, quæ duo decreuiſſent, ea neceſſariò fore ſeruanda. Hac pactione facta, ſponſores harũ rerum inter ſe dederunt, iſte illi Ariſtoclem, Parmeno iſti Archippũ Myrrhinuſium. Ac pactione primũ apud Phocritũ: deinde cum Phocritus eam alij cuidã tradi iuſsiſſet, apud Ariſtoclẽ deponunt. Ac ut uera me dicere conſtet, audite teſtimonia. TESTIMONIA. Depoſitã igitur fuiſſe pactionẽ apud Ariſtoclẽ, negotiúmque Phocrito, & Ariſtocli, & mihi fuiſſe commiſſum, rei gnari apud uos teſtati ſunt. Rogo aũt uos, Iudices, ut q̃ poſt acciderunt, ex me audiatis. Inde.n. mihi calumniã ab iſto fieri Apaturio, ꝑſpicuè cognoſcetis. Vbi animaduertit, me & Phocritũ conſentire, & ſeà nobis damnatum iri uidit: abolendæ cõmiſsionis cupidus, perdere tabulas cum eo per quem aſſeruabantur, inſtituit: & contendere cœpit, arbitrũ ſibi eſſe Ariſtoclem: Phocritũ autem & me non aliud habere autoritatis, niſi negocij unà transigendi. Verba hæc ægrè ferens Parmeno, poſtulabat ut Ariſtocles tabulas proferret: non procul eſſe quærendum argumentũ dictitans, ſi qua fraus in tabulis cõmiſſa eſſet, quas ſeruus ſuus ſcripſiſſet. Aſſenſus Ariſtocles ſe prolaturũ pactionem, in conſpectũ nec hodie protulit, ſed ad dictam diem in Vulcani templum progreſſus, prætexebat, puerum dum ſe is expectaret, amiſiſſe tabulas dormientem. Autor autẽ & adiutor iſtius commenti eſt ille è Piræeo medicus Eryxias, Ariſtocli familiaris: qui idem, ꝙ inimicus mihi eſt, in hoc diſcrimen me adduxit. Ac finxiſſe Ariſtoclem amiſſas eſſe tabulas, è teſtimonijs audietis. TESTIMONIA. Iam igitur abolita erat cõmiſsio, pactione abolita, et arbitris repudiatis. Aliã igiẽ ſcribere pactionem cum inſtituerent, de ea diſſenſerunt: ꝙ iſte ad Ariſtoclem, Parmeno ad tres illos,

Cõpromiſſum

Pactio.

Tergiuerſatio Apaturij.

Ariſtocles tabulas ſupprimit.

Ariſtoclis impudentia.

quibus initiò commiſſa eſſet, rem deferri uolebat. Pactione igitur. Alia non ſcripta, primaq; abolita, eò impudentiæ ꝓceſſit is qui tabulas aboleuerat, ut ipſe unus ſe pro arbitrio ꝓnunciaturꝶ affirmaret. Parmeno aũt teſtibus aduocatis, interdixit Ariſtocli, ne contra pactionem ſine coarbitris contra ſe ferret ſniam: ac quibus præſentibus uetuerit, audite teſtimonium. TESTIMONIVM. Poſt hæc igitur Parmenonem acerba clades oppreſſit, Iudices. cum enim, ut patria pulſus, Ophrinĳ habitaret: illo terremotu qui accidit in Cherroneſo, collapſis ædibus & uxor eius & liberi perierunt. Qua ipſe calamitate audita, naue conſcenſa hinc abĳt. Ariſtocles aũt cum homĩo, teſtibus adhibitis, uetuiſſet, ne contra ſe abſq; coarbitris pronunciaret: homine ꝓpter calamitatẽ hinc profectò, abſentem condemnauit. Ac ego quidem & Phocritus in eadem pactione ſcripti, quoniam iſte cõtendebat, non eſſe ſibi nos arbitros, abſtinuimus arbitrio. at ille cum non modò non cõceſſum, ſed interdictum etiam ei eſſet, nihilominus ſentẽtiam tulit. id quod neq; ueſtrũ, neq; reliquorꝶ Athenienſium facere quiſquam ſuſtineret. Quæ igitur in abolitione tabularꝶ & in ſententia arbitrĳ Apaturius & arbiter ille deſignarũt, is cui facta eſt iniuria, ſi quando redierit incolumis, ulciſcetur. Poſtquã autem eò proceſſit impudentiæ Apaturius, ut & me in ius uocet & criminetur: me quanti damnaretur Parmeno, ſoluturꝶ recepiſſe, & me ſponſorem in tabulis inſcriptum eſſe aiat: ita uti decet tale refutare crimen, primùm uobis adducam teſtes, non me pro Parmenone ſpopondiſſe, ſed Archippum Myrrhinuſium: poſt etiam argumentis me defendam, Iudices. Iam primum oĩum ipſum mihi tempus, ementitum eſſe crimẽ, teſtatur. Cõmiſſio enim ab iſto et Parmenone, anno abhinc tertio facta eſt, et cognitio Ariſtoclis. At ſortitiones iudiciorꝶ mercatoribus mẽſtruæ ſunt, à Sextili uſq; ad Martium, ut ius ſuũ ſtatim adepti, nauigent. Quod ſi ego re uera ſponſor fui Parmenonis, cur primùm non ſtatim facta cognitione ſponſum exigebat? nec enim ſcilicet hoc dicere poteſt, ſe ꝓpter amicitiam noſtram, moleſtũ eſſe mihi noluiſſe. Ego. n. mille drachmas Parmenonis odioſe ab eo ex-

Clades Parmenonis & abſentis dãnatio.

Reũs ſe pro Parmenone ſpopondiſſe negat.

1 Tempũs.

egeram: & cum nauem protraheret, clã ſe ſubducturus, & debito menſario fraudaturus: à me ꝓhibitus fuerat. Proinde ſi ego pro Parmenone fidem meam obſtrinxiſſem, non tertio anno demum, ſed tũ ſtatim me de ſponſione appellaſſet. At abundabat opibus, credo, ut ei etiã poſt, me conuenire liceret? tũ uerò nauigando erat occupatus? imò propter inopiã & bonis ſuis ceſſerat, & nauẽ uendiderat. Ac ut maximè impedimenti aliquid ei obiectum ſit, quo minus tum ſtatim in ius me uocaret: quam obrem anno ſuperiore hic uerſatus, nedũ in ius uocare, ſed nec appellare me auſus fuit? Atqui cõueniebat, ſi & Parmeno iudicio uictus ei debebat, & ego ſpoponderam: eũ ad me, teſtibus adhibitis accedere, ſponſumq́ poſtulare, ſi non ab hinc tertio, ſuperiore ſaltẽ anno: ac ſi præſtitiſſem, auferre: ſin minus, iudicio experiri. In talibus. n. cauſis, omnes poſtulare prius, quã in foro contendere conſueuerunt. Nemo autẽ eſt q teſtaturus ſit, ſe adfuiſſe, cum iſte uel ſuperiori anno, uel tertio abhinc, aut diem mihi dixerit, aut ullũ apud me uerbum fecerit, his de rebus de quibus nunc litigat. Fuiſſe autẽ eũ hic anno præterito, cum iudicia exercerentur, recitato teſtimonio cognoſcetis. TESTIMONIVM. Age legem etiã, quæ ſponſiones annuas eſſe iubet, mihi recita. Neq; uerò ea lege nitor, ut ſi ſpoponderim, pœnas dare me non oporteat: ſed eam ipſam legem, non ſpopondiſſe me, teſtimonio mihi eſſe affirmo. Nam ſponſionis egiſſet mecũ, tempore hac lege præfinito. LEX. Sit igitur hoc etiam uobis argumento, mentiri Apaturium. Nam ſi ei pro Parmenone ſpopondiſſem, non fieri potuiſſet, ut iſtius inimicitias propter illum ſuſciperem, prouidens ne amitteret ea quæ per me iſti mutuarat: ipſe uerò me propter illum apud iſtũ ſponſione obligatũ neglexiſſem. Quid. n. ſpei habere poterã, iſtum mihi parſurum, quem ipſe coegerã illi ſatisfacere? à quo menſariam ſponſionem odioſè exegerã, quid ab eo meipſum paſſurum arbitrarer? Quin illud etiam conſiderare, Athenienſes, eſt operæpretium: ſi ſpopondiſſem, me nunquam fuiſſe iturum inficias. Multo enim confitenti mihi, & ad pactionem eunti, ex qua cõmiſsio facta fuit, firmior eſſet defenſio. Tribus enim

2 *Lex ſponſionum.*

3 *Inimicitiæ cũ Apaturio.*

4 *Nulla cauſa negandæ ſponſionis.*

arbitris rem fuiſſe permiſſam, teſtatũ uobis eſt. Cũ uerò à tribus lata ſententia non ſit, quid neganda ſponſione mihi uoluiſſem? cognitione enim ſecundũ pactionẽ non facta, nec ego iam ſponſione tenebar. Quare nequaquã, Iudices, prætermiſſa uera defenſione, ſi ſpopondiſſem, ad inficiandum ueniſſem. At uerò illud etiam teſtatũ uobis eſt, pactione ab iſtis abolita, aliam iſtum & Parmenonem conſcribere uoluiſſe: quaſi irrita eſſent ea, q̃ prius inter eos conuenerant. Atqui cum de futura cognitione aliam pactionẽ cõſcribere uoluerint, priore perdita: quo pacto alia pactione nõ ſcripta, uel arbitriũ fieri, uel ſponſio potuit? De hoc ipſo enim orta controuerſia, tabulas alias non fecerunt, iſto unũ, illo tres arbitros poſtulante. Poſtquã aũt prima pactio, qua me ſponſorem eſſe factũ ait, perijt, alia uerò ſcripta nõ eſt: quo iure mecum agere poteſt, contra quẽ nequit proferre pactionem? At interdixiſſe Parmenonẽ Ariſtocli, ne contra ſe abſq; coarbitris pronunciaret, teſtatũ uobis eſt. Quod ſi conſtat eundem hominẽ & pactionẽ aboleſſe, ex qua arbitrium fieri conueniebat, & ſine arbitris cæteris ſe tuliſſe ſententiã ipſe fatetur: quî conuenit, ut illi fide habita me perdatis? Illud enim conſiderate, Athenienſes, ſi non me nunc, ſed Parmenonem accuſaret Apaturius iſte, minas uiginti poſtulans, Ariſtoclis cognitione fretus: Parmeno autẽ præſens defenderet apud uos, teſteſq; adduceret: tum, non ſoli ſe Ariſtocli, ſed cum duobus alijs rem cõmiſiſſe: tum interdixiſſe, ne ſe abſente pronunciaret: tum uxore ſibi & liberis terræmotu oppreſſis, ſeq; ad tantã calamitatem domũ profecto, eum qui pactionẽ aboleſſet, contra abſentem tanquam deſerto uadimonio ſententiam tuliſſe: eſt'ne ueſtrûm quiſquã, qui Parmenone in hanc ſententiam ſe defendente, tanta iniquitate factũ arbitrium, ratum eſſe debere decerneret? Non modò certè controuerſis omnibus, ſed tametſi extaret pactio, ſi cõſtaret delatum eſſe ad Ariſtoclem arbitrium, ſi nõ uetuiſſet Parmeno cõtra ſe pronunciare: & eueniſſet tamen, ut ante arbitri ſententiã, talis homini calamitas obijceretur: quis ita inhumanus eſt aduerſarius, aut arbiter, q nõ uſq; ad eius reditũ diſtuliſſet? Quòd ſi Parmeno ratione reddita, ab

5. Prima pactione abolita, nulla alia facta.

Fictio, quomodo ſe Parmeno defendere poſſet.

6. Reo nihil cũ Apaturio.

omni parte æquiora dicere uideretur, quàm iſte: quo iure me damnabitis, cui cũ iſto homine rei prorſus nihil eſt? Me igitur exceptionẽ rectè oppoſuiſſe, Apaturium autẽ falſò me accuſaſſe, contraq́ leges iudicium eſſe adeptum: id uobis, Iudices, multis argumentis probatũ eſſe confido. & quod præcipuũ eſt, quicquã ſibi mecum eſſe cõmercij, Apaturius nec dicere inſtituet. Sin per mendacium dicet, me in pactione Parmenonta ſponſorẽ eſſe inſcriptũ: pactionem ab eo requirite, & hîc ei occurrite: omnes homines cũ tabulas inter ſe conficiunt, propterea obſignatas apud eos deponere quibus fidem habeant, ut ſi qua diſſenſio extiterit inter eos, ad tabulas reuerſi, controuerſiarũ explicationẽ inde petant. Si quis autẽ tabulis abolitis, eludere ueritatẽ uerbis ſtuduerit, quid illi fidei eſt habendum? At fortaſſe id quod eſt omnino factu facilimũ iniuriarũ & calumniarũ ſtudioſis, teſtimonium aliquis ei in me dicet? eum autẽ ego ſi poſtularo, unde probabit ſe teſtari uerum? è pactione? id igitur ne differat, ſed mox proferat qui habet. Sin eam tum periſſe dicet, unde ego falſo teſtimonio circumuentus, argumenta petam? Nam ſi apud me depoſitæ eſſent tabulæ, Apaturio criminari licuiſſet, me propter ſponſionem, pactionẽ aboleuiſſe. ſin apud Ariſtoclem: quamobrem, ſi abſque ſuo cõſenſu pactio perijt, me accuſat, cum ei qui accepit illam, & nõ exhibet, diem non dicat? & eum contra me teſtem producit, qui tabulas aboleuit: cui eum iraſci conueniebat, niſi cõmunicatis operis fallaciam iſtam cõmenti eſſent? Ego cauſam meam egi, ut potui. Vos igitur ſecundum leges æqua quæ ſunt decernite.

Tabularum utilitas.

Teſtibus Apaturij non eſſe fidem habendam.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS Phormionis exceptionem.

Phormio mercator in Boſporum nauigaturus, minas à Chryſippo uiginti mutuatur. Quo cum ueniſſet, res ita comparatas offendit, ut quas uehebat merces, non eſſent uendibiles. Quare nauiculario Lampide Athenas redituro, eumq; imponere naui, ea quæ Chryſippea pecunia comparaſſet, iubente (ſic enim tabulæ continebant) neq; ſarcinã ullam, nec argentum impoſuit, ſed ad Lampidem dixit, præſtare in præſentia ſe ea nõ poſſe, ſed paulo poſt alia naui cum pecunia abiturum. Lãpidis ergo

nauis in altum prouecta perit, & Lãpis cum paucis lembo euadit: Athenasq; reuerſus Chryſippo felicitatẽ Phormionis prædicat, qui & in Boſporo remanſiſſet, & nihil naui impoſuiſſet. Poſt, Phormio Athenas peruectus, cum argentum ab eo repoſceretur, primũ, ut ait Chryſippus, et debere ſe fatetur, & redditurum pollicetur. Deinde quicquã debere negat, ut qui Lampidi dediſſet, quòd tabulæ iubeant, ſi quid in mari accideret naui, Phormionem liberatum eſſe ære alieno. Diem illi Chryſippus dicit: is exceptionem opponit. & Lampis apud arbitrum teſtatur, ſe pecuniam à Phormione in Boſporo recepiſſe, & unà cum cæteris in naufragio perdidiſſe. Prius autẽ contrarium dixerat apud Chryſippum: Phormionẽ nihil in nauem poſuiſſe. Quorum cum Lampis coargueretur, ſe tum non apud ſe fuiſſe dicit, cum ad Chryſippum illa diceret. His arbiter auditis, nulla ſententia lata, negotium in iudicium remittit. Ac cauſa nomẽ illa quidẽ habet exceptionis, re uera autẽ recto iudicio agitur. Id quod etiã Orator ſatis innuit in principio, nõ omnino eſſe exceptionẽ, cum dicit: ſe feciſſe omnia ſecundum pacta & conuenta, reddidiſſe Lampidi pecuniam, id quod tabulæ iubeant, æs alienum tali euentu remittentes. Hæc enim eius ſunt qui recto iudicio contendit, & obiecta crimina diluit: nõ autem illius qui totam controuerſiam tollit, agendiq; poteſtatẽ negat. Exceptionem prætereà, inquit, largitur lex de his qui prorſus Athenis non fiunt, neq; Athenas referendi ſunt, contractibus. Idem autem & in hac oratione obſeruatum eſt, quod & in oratione contra Neæram, quòd non ab una perſona eſt habita: ſed illic utriuſq; diſcrimen apparet, hic eadem confuſæ ſunt. Mihi uerò ſecundus hic ordin uidetur: Cum igitur è nobis Athenienſes ſæpè audiuiſſet Theodorus, atque exiſtimaret, Lampidem falſum eſſe teſtẽ. apparet autem ſocios eſſe eos, qui cum Phormione litigant.

DEMOSTHENIS ADVERSVS PHORMIONEM DE MVTVO DATA PECVNIA

oratio, [redacted]

REm æquam præcabimur à uobis Iudices, ut nos cum beneuolentia audiatis, alternis dicentes: eam ob cauſam, q̃ & literarũ omnino rudes ſumus, & cũ longo iam tẽpore mercatũ ueſtrũ frequentemus, & cũ multis contrahamus, nunquam in ueſtrum iudicium uenimus, uel ipſi accuſantes, uel ab aliјs accuſati. Ac neq; nunc, Athenienſes, credite *Captat beneuolentiam.*

nobis, ſi putaremus fracta naui periſſe pecuniam, quam Phormioni mutauimus, unquã ei diem dixiſſemus. Non ita nos impudentes ſumus, aut iacturæ inſolentes. Cum uerò multi noſtrã ignauiam reprehenderent, & mercatores in primis, cũ Phormione illic uerſati, qui eum ſciebãt non unà cũ cæteris pecuniam amiſiſſe in naui: nõ cõmittendũ eſſe putabamus, ut ab iſto iniuriam fieri nobis pateremur. Ac de exceptione quidẽ, non multis eſt opus.

Diuiſio, quid cõueniat, quid ſit poſitum in controuerſia.

Nam aduerſarij nõ omnino negant, contractũ in ueſtro mercatu eſſe factũ, ſed nihil ſecũ rei nobis amplius eſſe dicunt: ꝙ nihil extra ea quæ tabulis contineantur, fecerint. Leges autẽ è quarum præſcripto uos Iudices ſedetis, nõ ita loquuntur, ſed de contractibus Athenis omnino nõ factis, nec in Athenienſium mercatũ referendis, ꝑſcribere omnino permiſerunt. Si quis autẽ factum eſſe fateatur, ſeq́ꝫ feciſſe quæ conuenerint omnia, contendat: recta intentionis depulſione ſe defendere iubent reum, nõ criminari accuſatorem.

Propoſitio.

Ego uerò ſpero me ipſa re oſtenſurum, dandam eſſe nobis actionem. Conſiderate Athenienſes, quid iſti ipſi fateantur, quid negent. Sic enim rem optimè intelligetis.

Confeſſio aduerſariorum.

Fatentur ſe & mutuatos pecuniam, & feciſſe pactũ de mutuo, ſed reddidiſſe aurũ Lampidi, famulo Dionis, in Boſporo aiunt. Nos uerò non id oſtendemus, non reddidiſſe eum, ſed ne licuiſſe quidem reddere. Neceſſe autẽ eſt uobis pauca quæ ab initio acta ſunt, narrari.

Narratio.

ἀμφοτερόπλουν ἐπὶ ἑτέρᾳ ὑποθήκῃ.

Mutuatio.

Ego Athenienſes Phormioni iſti mutuaui minas uiginti * ultrò citroq́ꝫ in pontum, alio accepto pignore, & ſyngrapham apud Cittum argentarium depoſui. Cũ autẽ ſyngrapha imponi naui onera precij quater mille drachmarũ iubeat, facinus audet omnium iniquiſſimũ:

Perfidia Phormionis.

ſtatim enim in Piræeo mutuatur inſuper, clàm nobis, à Theodoro Phœnice drachmas quater mille quingẽtas, à Lampide nauiculario mille drachmas. Cumq́ꝫ eum oporteret cõmercari Athenis onera minis centum quindecim, ſi præſtare creditoribus pacta in ſyngraphis uoluiſſet: nõ mercatus eſt amplius, ꝗ̃ quinquies mille quingentis drachmis cum cõmeatu, minaſq́ꝫ debet * ſeptuaginta quinq́ꝫ. Hoc initiũ fuit, Athenienſes, iniuriarũ. neq́ꝫ enim uel pignus præſtitit, uel pecuniam in nauem con-

ἑξήκοντα forταſſe legendũ, 65.

tulit: cum ſyngrapha cogat in eam cõferri. Cape ſyngrapham. SYNGRAPHA. Cape & portitorũ deſcriptionẽ, et teſtimonia. DESCRIPTIO TESTIMONIVM. Profectus in Boſporũ, & habẽs literas à me, quas ei dederam filio meo reddendas, illic hybernanti: & ſocium quendam per literas certiorem reddideram, tum de argento quod mutuaram, tum de pignore: ac mandaram, cum primùm eſſent merces expoſitæ, eas ut excuteret et exploraret: literas à me acceptas non reddidit, ne quicquam eorũ illi, q̃ ipſe ageret, reſciſcerẽt. Deprehẽſo aũt Boſpori calamitoſo ſtatu pp bellũ à *Pariſade cum Scytha geſtum: cumq́ onera q̃ uehebat, diſtrahi minimè poſſent: maximo animi æſtu conflictabatur, ignarus quò ſe uerteret. Nam creditores *eò uſq; dũtaxat mutuari urgebãt. Adeò ut nauiculario iubẽte, ut emptas mea pecunia merces ex ſyngrapha imponeret: is qui nunc ſe aurum reddidiſſe dicit, pecuniã imponere naui poſſe negaret, * cõſilio ſuo fruſtratum, rebuſq́ infectis: cumq́; ſoluere iuberet: ſe uerò poſtq; merces diſtraxiſſet, alia naue abiturũ diceret. Recita hoc teſtimonium. TESTIMONIVM. Poſt hæc, Athenienſes, iſto Boſpori relicto, Lampis prouectus in altũ, naufragium fecit non pcul à mercatu. Cõpleta.n. iam naui, ut audimus, ultrà q; oportebat, mille coria inſuper in tabulatum accepit. Vnde etiam cõtigit, ut nauis interiret. Ac ipſe quidẽ cum reliquis Dionis ſeruis, lembo euaſit. Corpora aũt præter cætera, ſupra trecenta perdidit. Cum aũt audito nauis interitu magnus eſſet in Boſporo luctus: felicitatẽ Phormionis iſtius prædicabant oẽs, qui nec ipſe conſcendiſſet, nec naui quicq; impoſuiſſet. idq; cùm ab alijs, tum ab iſthoc dictabat. Recita mihi hæc teſtimonia. TESTIMONIVM. Ipſe igitur Lampis, cum ſe reddidiſſe aurũ dicit (hoc quæſo diligenter attẽdite) me eũ aggreſſo, cum primũ è naufragio Athenas rediſſet, & hac de re interrogante: iſtũ neq; pecuniam ex ſyngrapha in nauem impoſuiſſe, neq; ſe aurum ab iſto tũ in Boſporo accepiſſe. Age, lege mihi eorum qui adfuerunt teſtimonium. TESTIMONIVM. Poſtq; igitur, Athenienſes, Phormio iſte alia naue redietat incolumis, accedo ad eũ, mutuũ repetens. atq; is ab

Marginalia:
πεντηκοστολόγων. quinquagesimas colligentium.
Boſpori acta.
Fortaſſe Βηρισάδος Beriſade
τὰ ἐπιβόπλοια
ἀσχεσ τον καὶ κοαι τὸν ἄνθρωπον.
Naufragium Lampadis.
Rumor.
Lampadis reſponſum.
Lampadis & Phormio,

com appellarẽ tur, ſilẽtium. initio nunq̃, Athenienſes, iſtam orationem attulit, qua nunc utitur, ſed ſemper ſe redditurũ promiſit. Poſtq̃ autem cum his qui nũc ei adſunt & patrocinantur, rem cõmunicarat, alius iam erat, & nõ idem. Vt aũt ſenſi me ab eo deludi, ad Lampidem accedo, Phormionẽ nihil æqui agere, nec mutuũ reddere, cõquerens: ſimulq́; rogo, ſciret'ne ubi eſſet, ut ꝓuocarem eum. Is uerò ſequi me iubet: ad tabernas unguentarias, eum depræhẽdimus: ego uiatoribus adductis, eum ꝓuoco. Ibi Lampis, Atheniẽſes, cum adeſſet me ꝓuocante, nuſquã dicere auſus eſt, ſe ab iſto recepiſſe aurũ, neq; quod factum oportuit. Chryſippe inſanis, inquit, qui iſtũ prouoces? mihi.n. aurum reddidit. Neq; uerò Lampis tantũ nihil eſt locutus, ſed nec iſte ipſe quicq̃ dicere uoluit, aſtante Lampide, cui nunc ſe reddidiſſe aurũ dicit. Atqui par erat eum dicere, Athenienſes: quid me prouocas bone uir? Reddidi aurum iſti qui aſtat, & ſimul confitentem id Lampidem exhibere. Nunc neuter eorũ quicq̃ dixit eo temporis articulo. Et me uera dicere uti conſtet, cape teſtimonium uiatorũ. TESTIMONIVM. Cape & accuſationem, qua eum anno ſuperiore detuli, quæ uel in primis argumento eſt, nunq̃ dixiſſe Phormionem, ſe aurum Lampidi reddidiſſe, ACCVSATIO. Hãc accuſationẽ ego inſtitui, Athenienſes, nulla alia refretus, q̃ nũcio Lampidis. Qui neq; merces eũ impoſuiſſe, nec aurũ numeraſſe dicebat. Nec enim putare debetis, me ita attonitũ eſſe, & prorſus inſanum, ut talem accuſationem ſcriberem, fatente Lampide, ſe aurum recepiſſe, à quo eſſem coarguendus? Illud etiam, Athenienſes, cõſiderate, iſtos ipſos anno ſuperiore, cum exceptionem opponerent, in ea exceptione ſcribere non fuiſſe auſos, ſe aurum Lampidi reddidiſſe. Recita mihi eam exceptionẽ. EXCEPTIO. Auditis, Athe-

Exceptio Phormionis. nienſes, nuſquam in exceptione ſcriptũ, Phormionẽ aurum Lampidi reddidiſſe: præſertim, cum id ego apertis uerbis in accuſatione, quã modò audiſtis, ſcripſiſſem, eũ nec merces in nauem impoſuiſſe, nec reddidiſſe aurum.

Cõpromiſſum Quis igitur uobis alius teſtis expectandus eſt, cum tantum teſtimoniũ ab iſtis ipſis habeatis? Cum uerò cauſa iam à iudicibus cognoſcenda eſſet, precabanẽ nos, ut ad

arbitrum aliquem ueniremus. Nos igit rem permiſimus Theodoto *municipi ex pacto. Tum uerò Lampis tutũ ſibi iam eſſe ratus teſtari apud arbitrũ quicqd libuiſſet, partitus meum aurũ cum Phormione iſto, prioribus ſuis uerbis contraria dixit. Nam alia res eſt, Athenienſes, in ueſtros uultus intuentem teſtari falſum, q̃ apud arbitrũ: apud uos.n. & indignatio uehemens & pœna propoſita eſt mentientibus. Apud arbitrum aũt ſecurè & impudenter teſtantur quicqd collibitũ fuerit. Me uerò iniquo animo ferente, Athenienſes, & inuehente in Lampidis audaciam, & apud arbitrũ idem proferẽte teſtimoniũ, qd & nunc apud uos profero, eorũ qui ab initio nobiſcũ ad eum acceſſerãt, cum ſe nec aurum ab iſto recepiſſe, neq; pecuniam eũ in nauem impoſuiſſe diceret: ibi Lãpis uiolenter conuictus falſi teſtimonij & improbitatis, ſe dixiſſe hæc ad iſtum fatebatur: ſed apud ſe non fuiſſe, cũ dixiſſet. Lege mihi teſtimoniũ. TESTIMONIVM. *Theodotus igitur, Athenienſes, ſæpe nobis auditis, & falſum teſtari Lampidem arbitratus: de re nihil ꝓnunciauit, ſed nos ad uos in iudiciũ remiſit. Nã & cõdemnare noluit, propterea q; Phormioni familiaris eſt, ut nos poſtea cognouimus: & abſoluere ueritus eſt, ne ipſe perierat. Agite, Iudices, ex ipſa re, apud uos cõſiderate, unde iſte aurũ reddere potuiſſet. Cum.n. hinc nauigaret, nec pecuniam in nauem impoſuerat, & pignus nõ habebat, ſed ad meã pecuniam plus erat mutuatus. In Boſporũ aũt eo tpe uenit, quo uendi merces non potuerunt: uixq; illis ſatisfecit, qui tantũ eouſq; ei mutuarant, & hic quidem mutuatus ei fuit bis mille drachmas ultrò citroq;, ut Athenis bis mille ſexcentas drachmas reciperet: Phormio aũt dicit, ſe Lampidi in Boſporo, centũ & uiginti ſtateres Cyzicenos reddidiſſe (hoc animaduertite) quas mutuatus ſit terreſtribus uſuris. fuiſſe aũt terreſtres uſuras tales, ut ſexta pars ſortis eſſet numeranda, et Cyzicenum ualuiſſe illic uiginti et octò drachmas Atticas. Cognoſcendũ igitur uobis eſt, quãtum ſe pecuniæ reddidiſſe dicat. Nã centũ uiginti ſtateres faciunt ter mille, trecentas & ſexaginta drachmas. Vſura autem illa terreſtris, de qua diximus, triginta minarũ & trium & ſexaginta drachmarũ,

ἰσοτελεῖ.

Lãpis falſum teſtimonium.

Mentiri apud iudicem et arbitrum.

Hæc pars orationis iam ab alio recitatur, ſi Libanio credimus.

Cauſa ab arbitro ad iudices remiſſa.

E circunſtantijs colligit, nõ potuiſſe Phormionẽ reddere pecuniam.

τόκοι ἐγγειοι.

quingentæ drachmæ & ſexaginta. Tota aũt ſumma fit tanta & tanta. Viuit'ne is homo, Iudices, aut unquã naſcetur, qui pro bis mille ſexcẽtis drachmis mallet triginta minas & trecẽtas drachmas ſoluere? * & uſuram, quĩgẽtas drachmas & ſexaginta mutuatus, quas Phormio ſe Lampidi reddidiſſe ait, ter mille nongẽtas uiginti? & cum ei liceret ultrò citroq́; creditũ. Athenis reddere argentum, in Boſporo redderet tredecim minis amplius? Itáne ijs qui illò uſq; mutuarant, uix ſortẽ reddidiſti, qui & nauigarãt tecũ, & aſſiduè te urgebãt: huic uerò nõ p̄ſenti, non modò ſortem et uſuras reddebas, ſed etiã mulctam ſyngraphæ inſcriptam dependebas, nulla cogente neceſſitate? illos non uerebaris, quibus ſyngraphæ in Boſporo mutui exactionem dabant: hunc curaſſe te dicis, quem ab ipſo lare, ut aiũt, ſtatim fallebas, non impoſitis mercibus in nauem, quod ſyngrapha iubebat, Athenis ſoluturus? & nunc in mercatum ueniens, ubi contractus factus eſt, nõ dubitas fraudare creditorẽ: in Boſporo aũt plura te præſtitiſſe dicis, q̃ ius poſtularit, ubi pœnas daturus non eras? Cum reliqui omnes qui ultrò mutuantur, è mercatibus ſoluentes, multos aduocent, teſtificantes, pecuniam periculo creditoris uehi: tu reum facis teſtem eum ipſum qui à te ſtat, & nec puerum noſtrum adhibuiſti in Boſporo agẽtem, neq; ſocium: neq; literas reddidiſti, quas ad eos dedimus, quibus cõtinebatur, ut quicq̃d ageres obſeruarent? Quid aũt, Athenienſes, non faceret is qui acceptas literas, non ita ut rectũ & æquũ eſt, reddidit? qui eius malitiam ex iſtis factis non cognoſcere non poteſtis? Atqui ô dij imortales, decebat utiq; tantum auri reddentẽ, & plusq̃ creditũ fuerat, celebre id in mercatu reddere, & omnes homines aduocare: in primis aũt puerum huius & ſocium. omnes.n. profectò noſtis, mutuari ſolere eos cum paucis teſtibus: cum reddunt, multos adhibere teſtes, ut boni uiri eſſe in pręſtandis pactis & cõuentis uideãtur. Tibi uerò qui & mutuũ & utraſq; uſuras redderes, argento ultrò tãtum uſus, & alias tredecim minas adijceres, nõ multi fuere teſtes adhibendi? quo facto nemo nauigantium maiore in admiratione fuiſſet. Tu autẽ nedum multos feciſti teſtes, ſed

Incredibile Phormionem plus p̄ſtitiſſe, quàm debuerit.

καὶ τόκον πεντακοσίας δραχμάς, καὶ ἑξήκοντα δανεισάμενος, ἅς φησιν ἀποδεδωκέναι Φορμίων Λαμπίδι, τρισχιλίας ἐννακοσίας εἴκοσιν

Literæ ſuppreſſæ.

Conſuetudo mutuandi.

tan quam

tanquam iniuriam faceres, ſic omnes homines latere ſtu duiſti. Quod ſi mihi, qui mutuò dederam, reddidiſſes, nihil opus fuiſſet teſtibus. Sublata. n. ſyngrapha te omni contractu liberaſſem. Nunc, haud mihi, ſed alteri pro me reddidiſti: nec Athenis, ſed Boſpori: & ſyngrapha tibi Athenis repoſita * nec aduerſus me, cum is cui aurũ red debas, mortalis eſſet, tantumq́ pelagus traiecturus, teſtem feciſti quenquã uel ſeruum uel ingenuum. At enim, ſyngrapha, inquit, me nauiculario iubebat aurũ reddere? Teſtes tamen aduocare te non prohibebat, nec literas reddere. Et cũ hi duas ſyngraphas tecum fecerint de contractu, ut qui tibi maximè diffiderẽt: tu uero ſolus ſoli te nauiculario aurum dediſſe dicis, gnarus Athenis cõtra te repoſitam ſyngraphã cum hoc factam? Dicit ſyngrapham iubere, naue perducta incolumi ſe debere pecuniam. Etiam in nauẽ imponere te merces iubet. Quod ni feceris, quinquies mille drachmas ſoluere. Tu uerò eã ſyngraphæ partem non amplecteris: ſed ea ſtatim uiolata, & rebus ab initio non impoſitis, unũ ſyngraphæ uerbum cauillaris, idq́ cum eam ipſe ſuſtuleris. Qui cum in Boſporo te merces impoſuiſſe non dicas, ſed aurũ nauiculario dediſſe: quid amplius de naui diſputas? neq́. n. fuiſti periculi particeps, cum nihil impoſueris. Ac primũ, Athenienſes, cauſam hanc arripuit, quaſi merces in nauẽ impoſuiſſet. Quia uerò id mendacium multifariam poſſe coargui præuidebat, tum inſcriptione portitorum in Boſporo, tum ab ĳs qui eodem tempore in mercatu fuerãt: mutata ſententia cum Lampide conſpirat, eiq́ ſe aurũ reddidiſſe dicit, eo ueluti uiatico fretus, quod ita fieri ſyngrapha iuberet: fore autẽ non putans, ut nobis argumenta ſuppeterent ad ea quæ ſoli ipſi inter ſe egiſſent, coarguenda. Ac Lampis, quæ dixit, priuſquã ab iſto corrumperetur alienata mente ſe dixiſſe: poſtquã autem meum aurum partitus eſt, tum apud ſe fuiſſe ait, & ſatis meminiſſe omnia. Quod ſi me unũ, Iudices, Lampis contempſiſſet, non mirarer. Nunc hoc multo atrociora deſignauit in oẽs. Facto. n. à Pariſade Boſpori præconio, ſi qs uellet Athenas in Atticũ mercatum uehere frumentũ, ut immunis frumentũ euheheret; Lampis tũ Boſpori agẽs, eue

[Margin: καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ ᾧ τὸ χρυσίον ἀπεδίδους]

[Margin: Lampidis perfidia.]

[Margin: Frumentum Acanthum uectum.]

ctionem frumenti & immunitatem accepit urbis nomi-
Amplificatio. ne, & nauem magnã frumento oneratam Acanthũ portauit, ibiq; uendidit, noſtra pecunia cum iſto communicata. Et hęc fecit, Iudices, cũ Athenis habitet, & hic uxorem & liberos habeat, & leges extremũ illi ſupplicium minitentur, qui Athenis habitans, alió quopiã frumentum uexerit, quàm in Atticũ mercatum, idq; eo tẽpore, quo qui in urbe habitatis, farinas in Odeo demenſas accipiebatis: qui in Piræeo, in nauali panes * ad obolos diſtribuebant, & in longa porticu farinas * binis modijs dimetiebantur & conculcabãtur. Et ut me uera dicere cõſtet, cape & teſtimoniũ & legem. TESTIMONIVM. LEX.

κατ' ὀβολόν. καθ' ἡμίεκτον.

Accuſator ſuã liberalitatem in rempublicã commemorat, ute a ratione oſtendat, ſe non rè accuſare Phormionem, non ex auaritia calũniari.

Phormio igitur iſto utens ſocio & teſte, nos pecunia fraudandos cenſet, qui perpetuo frumentum in ueſtrum mercatum ueximus: & cũ tres iam difficultates urbem oppreſſerint, quibus uos eos qui populi cõmodis conſulerent, probaretis: in nulla harum uobis defuimus: ſed cũ Alexander Thebas inuaderet, uobis talentũ largiti ſumus. Cum uero annona coarctata eſſet, & ad ſedecim drachmas peruenisſet: inuectis amplius decies mille tritici medimnis, dimenſi uobis ſumus uſitato precio ſingulos medimnos quinq; drachmis, & hæc omnes noſtis, cum in Pompeo uobis dimenſi ſumus. Iam anno ſuperiore ad coemendũ populo frumentũ, talẽtum uobis contulimus, ego & frater meus. Age lege mihi harũ rerũ teſtimonia. TESTIMONIA. Quód ſi uel his coniecturis utendũ eſt, non conſentaneum fuerit nos tantum pecuniæ largiri, ut apud uos gloria floreremus: Phormionẽ autẽ calumniari uoluiſſe, ut ne boni uiri quidem de cætero haberemur. Iure igitur nos iuuabitis, Iudices. oſtendimus.n. uobis, nec ab initio onera impoſuiſſe iſtum in nauem omnis pecuniæ, quam Athenis mutuatus fuerit: & de mercibus Boſpori uenditis, uix eos qui eó uſq; duntaxat mutuarant, abſoluiſſe, prætereaq; nec abundare nummis, nec ita eſſe uæcordẽ, ut pro bis mille & ſexcentis drachmis triginta minas & nouẽ reddat. Ad hæc qđ ſe reddidiſſe aurum Lampidi dicit, nec puero meo, nec ſocio tũ agente Boſpori, adhibito: Lampidem ipſum teſtatum eſſe mihi apparet, ſe nihil accepiſſe priuſquã ab

ἀνακεφαλαίωσις argumentorum.

Exceptionem nõ eſſe admittendam.

iſto corrũperetur. At ſi Phormio ſic ſingula demonſtraſſet, haud uideo qua ſe ratione melius tueri potuiſſet. Iam actionem dandam eſſe nobis, lex ipſa teſtatur, iubens actiones dare mercatorias contractuum qui Athenis facti, & in Atheniensſum mercatũ referendi ſint: nec Athenis ſolum, ſed eorum etiam qui propterea, ut nauigetur Athenas, fiant. Age cape leges. LEX. Ac Athenis contractum eſſe cum Phormione factũ, nec ipſi eunt inficias, ſed præſcriptionẽ adferunt, non conuenire nobis actionem. In quod uerò iudiciũ ueniamus Athenienſes, niſi in ueſtrũ, ubi contractus factus eſt? Iniquum.n. fuerit, ſi cauſa nauigationis Athenas ſuſcipiendæ, iniuria mihi fieret, licere mihi apud uos experiri cũ Phormione: poſtquam uerò cõtractus in ueſtro mercatu factus eſt, negare iſtos ſe in ueſtro iudicio cauſam dicturos eſſe? qui cum Theodotum arbitrũ ſumpſimus, faſsi ſunt, conuenire mihi aduerſus ſe actionem: nunc uerò contrarium dicunt eorum quę ipſi prius cõceſſerunt, quaſi oporteret ſe apud Theodotum municipẽ cauſam dicere ſine pręſcriptione: poſtquam uerò in Athenienſium forum ingredimur, non amplius nobis actio conueniret. Ego uerò, cum animo meo reputo, quidnam in exceptionem inſcripturus fuerit, ſi Theodotus de cauſa pronunciaſſet: cũ, poſtquam decreuit Theodotus in iudicium nobis eſſe ueniendũ, conuenire nobis actionẽ apud uos neget, ad quos ille nobis eſſe abeundũ pronunciauit? iniquiſsimè certè mecũ ageretur, cum leges contractuũ qui Athenis fiunt, actiones dari apud ſexuiros iubeant, ſi uos actionẽ negaretis, qui iuraueritis, uos ſecundum leges iudicaturos. Ac mutuaſſe nos pecuniã, & pactio, & iſte ipſe teſtis eſt. Redditionis autẽ nemo teſtis eſt præter Lampidẽ iniuriæ ſocium, & iſte ad illum ſocium redditionẽ refert. Ego uerò et ad Lampidem ipſum, & ad eos qui audierũt eũ negantem ſe recepiſſe aurum. Ac iſti quidem licet, meos teſtes accuſare, ſi eos uera loqui negat: ego uerò quid cum illius teſtibus agam, non habeo, qui ſe ſcire dicunt teſtatum eſſe Lampidem ſe recepiſſe aurum. Nam ſi teſtimonium Lampidis hic conſiſteret, ipſi fortaſsis æquum eſſe dicerent, ut in eum agerem. Nunc neq; id teſtimonium

Refutatio teſtimonij Lampidis.

habeo, & iſte ſe indemnem eſſe putat, nullo firmo pignore relicto eorum quæ uos decernere poſtulat. Quid uerò fieri queat abſurdius, quàm cum ipſe Phormio ſe mutuatum eſſe fateatur, ſed reddidiſſe dicat: id quod iſte ipſe confitetur, facere irritum, id uerò quod in controuerſia eſt, ratum eſſe decernere? & Lampis, quo iſte nititur, teſtimonium dicit, cum ab initio negarit ſe recepiſſe aurum: uos uerò decernentes eum recepiſſe, non futuri eſtis teſtes negocij? & ijs quæ uerè dixit, non utemini pro argumento? Quæ uerò commentus eſt, deinceps poſtquā corruptus eſt, ea credibiliora eſſe exiſtimabitis? Atqui multo iuſtius eſt Athenienſes, ex his quę ab initio dicta ſunt, coniecturam capere potius, quàm ex ijs quę poſtea concinnata fuerunt. Nam ea nō edoctus, ſed ueritatis ſtudio dicebat, hæc poſteriora per mendacium & ad ſuam utilitatem. Recordamini quæſo Athenienſes, nec ipſum Lampidem negaſſe quin dixerit, ſe aurum non recepiſſe, ſed dixiſſe confeſſum quidem, ſed idem, cum non apud ſe eſſet, dixiſſe. Abſurdum profectò erit, ſi eius teſtimonium, quatenus fraudatoribus commodo eſt, ut uerum audietur: quatenus uerò à fraudatis facit, fidē apud uos nullam inueniet. Nequaquam Iudices. Nam uos ijdem eſtis, qui eum qui è mercatu magnam inſuper pecuniam mutuatus fuerat, neque creditoribus pignora exhibuerat, capite condemnaſtis, delatum apud populum, eúmque ciuem ueſtrum & patris imperatorij filium. Putabatis enim ab eo genere hominum non ſolum eos qui in illos incidiſſent, ſed mercatum quoque ueſtrum lædi: Merito. Quæſtus enim mercatorum proficiſcitur non à mutuo accipientibus, ſed à mutuo dantibus: & neque nauis, nec nauicularius, neque uector prouehi poteſt, abſque mutuo dantium miniſterio. Legibus igitur multa & præclara eis adiumenta præſtò ſunt: quæ ueſtrum eſt tueri, & improborum petulantiā cohercere, ut mercatus uobis magno emolumento ſit. Quod fiet, ſi defendetis homines liberales, eoſque à talibus belluis lædi non patiemini. Ego dixi quæ potui, ſed etiam alium quendam ex amicis uocabo, ſi iuſſeritis.

Exemplum ſeueritatis iudicum.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERſus Lacriti exceptionem.

ANdrocles pecuniam mutuauit Artemoni Phaſelitæ genere, mercatori. Quo mortuo priuſquam argentum redderet, idem ab eius fratre Lacrito rhetore repoſcit: duabus rationibus nitens, quòd & præſente Lacrito, & ſpondente, pecuniam Artemoni mutuarit, & hæres ſit Artemonius Lacritus. Is uerò ſe cedere hereditate dicit, & actionem præſcriptione repellit, ſibi cum Androcle nihil eſſe rei dicens, nec ullam ſyngraphã. Imo etiam ſe ſpopondiſſe negat. Quòd ſi promiſiſſet, non ea ſe eſſe improbitate, ut ſolutionem detrectaret. Non rectè autem quidam orationẽ hanc non genuinam eſſe putarunt, obſcuris decepti argumentis. Nam dictionis genus remiſſum, non indecorũ eſt cauſis priuatis. Iouem autẽ regem pro ſubiectæ perſonæ conſuetudine ab eo eſſe nominatum, perſpicuum eſt. Præſcriptionem uerò infirmius refutauit, propter cauſæ imbecillitatẽ.

DEMOSTHENIS ADVERSVS LACRITI EXCEPTIONEM ORATIO.

*

NIhil noui agunt, Iudices, Phaſelitæ, ſed pro more ſuo. nã ad mutuò ſumendas in mercatu pecunias, ſunt omniũ exercitatiſsimi. Poſtquã uerò eas acceperũt, & ſyngrapham confecerunt nauticã: ſtatim obliuiſcuntur & ſyngrapharum & legum, & reddenda eſſe quæ acceperint, non meminerunt. Sin reddiderint, de ſuo ſe aliquid largitos eſſe putant: & cum reddendũ eſſet aliquid, pro eo ſophiſmata excogitant, & præſcriptiones, & prætextus, & omniũ mortalium ſunt improbiſsimi & iniuſtiſsimi. Cuius rei ſignũ illud eſt: cum multi & Græci & Barbari ueſtrum ad mercatũ ueniant, plures ſemper ſunt Phaſelitarum lites, quàm cæterorum omniũ. Hi igitur tales ſunt. Ego uerò Iudices, pecuniã mutuaui Artemoni iſtius fratri, ſecundũ leges mercatorias in Pontũ & rurſus Athenas. Quo defuncto, priuſquã mihi pecuniã redderet, Lacrito iſti dicã dixi, iiſdem legibus quibus contraxeram, cum illius frater ſit, & bona Artemonis omnia teneat, tum quæ is hic reliquit, tum quæ Phaſelide habuit, & hæres ſit opum

perſtringit Phaſelitarum improbitatẽ.

Narratio.

illius omnium. Neq; uerò iſte legem ullam proferre poteſt, quæ permittat habere fraternas opes, & ĳs ſuo arbitratu adminiſtratis, non ſoluere æs alienū, & nunc negare ſe eſſe hæredem, nec adire hæreditatem. Ac Lacriti iſtius talis eſt improbitas. Ego uerò uos oro, Iudices, ut me hac de re dicentē æquis animis audiatis: Quod ſi & nobis creditoribus, & uobis nihilominus ab eo fieri iniuriam oſtendero, iuuatote nos ut æquū eſt: Ego, Iudices, minimè noram iſtos homines: ſed Thraſymedes Diophanti filius Sphetĳ illius, & Melanopus frater eius, familiares mihi ſunt, ſummaq; neceſsitudine coniuncti. Hi me cum Lacrito iſto conuenerunt, undecunq; tandē ab iſto cogniti (neq; enim ſcio) precatiq; ſunt, ut pecuniam in Pontum iſtius fratri Artemoni & Apollodoro mutuarem, quo negociarentur: omnino ignarus, Iudices, etiam Thraſymedes improbitatis iſtorū: ſed putans bonos eſſe uiros, & non alios ꝗ quales ſe eſſe & ſimulabant, & dictitabant: atq; exiſtimās eos facturos eſſe omnia quæ pollicebatur, & recipiebat iſte Lacritus. Sed plurimum certè fallebatur, neq; quicquam norat, cū qualibus belluis potius ꝗ hominibus conflictaretur: & ego autore & Thraſymede, & fratre eius, & Lacrito iſto mihi recipiente, fratres ſuos facturos quę æqua eſſent omnia: mutuaui cū hoſpite quodam noſtro Caryſtio, triginta minas argenti. Syngrapham igitur, Iudices, à uobis audiri primū uelim, qua pecuniam mutuauimus, & teſtes qui mutuationi interfuerunt. Deinde & cætera demonſtrabimus, ꝗ perfidioſe iſti in mutua pecunia egerint. Recita ſyngrapham. Deinde teſtimonia. SYNGRAPHA.

Lacritus ſponſor.

Mutuarunt Androcles Sphettius, & Naucrates Caryſtius Artemoni & Apollodoro Phaſelitis, argenti ter mille drachmas Athenis Menden uſque, aut Scionen, & inde Boſporum. Quod ſi uoluerint, in ſiniſtra ora uſq; ad Boryſthenem, & rurſus Athenas, ducenis, uicenis quinis millenas: ſin poſt Arcturum ſoluerint, è Ponto templum Argonautarū petituri, trecētis eas ter mille drachmas, * uini amphoris Mendæis pignori datis ter mille, quod euehetur Mēda, aut Scione, in naui xx remorum, quæ eſt Hybleſii nauicularĳ. oppignerant autem id ui-

ἐπὶ οἴνῳ κεραμίοις

nũm,nõ debentes propterea cuiquã quicquam argenti, neq; ad id mutuabuntur: & euehent merces uini precio coemptas,rurſus Athenas,in eãdem naui omnes. Perdu ctis autem Athenas mercibus,reddent debitores credi toribus argentũ,quantũ debetur,ex ſyngrapha intra ui geſimum ex quo Athenas uenerint,diem,integrũ: exce pta iactura, ſi quã uectores de cõmuni decreto fecerint, & ſi quid hoſtibus pependerint. quod ad cætera attinet omnia,integrũ eſto: & exhibebunt pignus creditoribus liberũ & immune,donec ſortem cum uſuris reddiderint ex ſyngrapha. Niſi autẽ ad dictum diem ſoluerint,pigno ra creditoribus oppignerare & uendere tanti liceat,quã ti ſunt. Quod ſi quid argẽti reddendi creditoribus ex ſyn grapha defuerit,exigere liceat creditoribus ab Apollo doro & Artemone,& de omnibus eorum bonis tam ter reſtribus q̃ nauticis ubiq; gentium ubi ea fuerint,perin de ac ſi iudicio uicti,iudicatũ non ſoluiſſent,& alteri utri creditorum & utriſq;. Sin non onerarint,decemq́; dies * in naui in Helleſponto manſerint, atque exonerarint ubi Athenienſibus pignora capere nõ licet:etiam inde reuer ſi Athenas,uſuras reddant,anno ſuperiore tabulis inſcri ptas. Sin qd naui grauius acciderit,iŋ qua uehentur mer ces,pignora ſalua ſint: quæ ſuperfuerint,cõmunia ſunto creditoribus:& in his rebus nihil plus ualeat hac ſyngra pha. TESTES. Phormio Piræenſis,Cephiſodotus Bœo tius, Heliodorus Pitthenſis. Recita etiam teſtimonia. TESTIMONIA. Archenomides F. Archedamantis Anagyraſius,teſtatur tabulas apud ſe depoſuiſſe Andro clem Sphettium,Naucratẽ Caryſtium,Artemonẽ,Apol lodorũ,Phaſelitas, & ſyngraphã adhuc ſitam eſſe apud ſe. Age recita eorum etiam,qui interfuerunt,teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Theodotus municeps,Charin⁹ Epi charas Leuconẽſis,Phormio F. Cephiſophontis Piræen ſis,Cephiſodorus Bœotius,teſtantur ſe adfuiſſe, cũ mu tuaret Androcles Apollodoro & Artemoni argenti ter mille drachmas,ſcireq́; ſe eos tabulas apud Archenomi dem Anagyraſium depoſuiſſe. Ex hac ſyngrapha, Iudi ces,mutuaui pecuniam Artemoni iſtius fratri,iubẽte iſto & recipiente,omnia quæ æqua eſſent,mihi p̄ſtanda eſſe

* *ἐπὶ ναῦ, Bruciolus ἐπὶ ναυὶ, in cane.*

Lacritũm ſpopondiſſe p̄ fratrib. affirmat.

ex ſyngrapha qua mutuarã, iſto ſcriptore & obſignatore, cũ ſcripta eſſet. Nã fratres eius iuniores adhuc erant, admodũ adoleſcentuli. iſte uerò Lacritus Phaſelita, magna res, Iſocratis diſcipulus, is erat q adminiſtraret omnia, & me ſibi fidem habere iuberet. Se enim mihi pſtiturum æqua omnia, & Athenas rediturum fratrem ſuũ Artemonem & nauigaturum accepta illa pecunia. Ac tum quidem cum à nobis pecuniam auferre ſtuderet, & fratrem eſſe ſe profitebatur Artemonis, & ſocium, & uerba mirum in modum diſerta fundebat. Cum primũ autem argentum nactus eſt, id & partiti ſunt, & in quos libuit uſus diſtribuerunt: ſed ex nautica ſyngrapha qua pecuniam acceperant, neq; paruũ neq; magnũ quicquã præſtiterunt, ut res ipſa indicauit. Iſte uerò Lacritus eorum omnium interpres fuit. Singulatim autẽ oſtendam, nihil eorum quę ſyngraphæ inſcripta ſunt, ritè eos præſtitiſſe. Primùm enim ſcriptum eſt, mutuari eum à nobis ad uini cados ter mille, triginta minas, quaſi pignus haberent aliarũ triginta minarũ, ut iuſtum uini precium ad argẽti talentũ redigeretur cũ impenſis, quæ ad uini curationem requirebãtur. eæ uerò ter mille amphoræ uehendæ erant in Pontum nauigio uiginti remorũ, quæ Hybleſij nauicularij eſſet. Hæc Iudices in ſyngrapha, quã uos audiuiſtis, ſcripta ſunt. At iſti pro ter mille amphoris, nec quingentas in nauem impoſuerunt: & cũ uinũ decuiſſet emptũ, quantum conuenerat, ipſi pecunia ſuo arbitratu ſunt uſi, ter mille amphoras neq; uoluerunt, neq; cogitarunt imponere in nauem ex ſyngrapha, & ut me uera dicere cõſtet, cape teſtimonium eorũ, qui eâdem naui cũ eis uecti ſunt. TESTIMONIUM. Eraſicles teſtatur, ſe gubernaſſe nauem quę Hybleſij eſſet, & ſcire Apollodorum uehere uini Mendæi amphoras quadringentas quinquaginta, & non plures: alias uerò ſarcinas nullas uexiſſe in eo nauigio Apollodorũ in Pontũ. Hippias F. Athenippi Halicarnaſſeus teſtatur, ſe unà uectum in Hybleſij naue, perluſtraſſe nauem, & cognoſſe, Apollodorum Phaſelitam uehere in nauigio Menda in Pontum uini Mendæi amphoras quadringentas quinquaginta, onus prętereà nullum. Prẹter hos teſtatus eſt, eadem ſe audiſſe ex alijs, At-

Nihil præſtitum quod ſyngrapha iubeat.

chades F. Mneſonidæ Archarnenſis, Soſtratus F. Philippi Iſtiæus, Philciades Cteſij F. Hypetrẽſis, Dionyſius F. Democratidę Chollides. De uini igitur numero, quantum eos imponere in nauem oportuit, hæc egerunt: ſtatim ab eo ipſo quod primũ ſcriptũ fuit, auſpicati negligere & nõ præſtare ea quæ ſcripta ſunt. Poſt hæc in ſyngrapha continetur, oppignerare eos hæc libera, & nemini quicquã debentes, & ad ea mutuũ accepturos à nemine quicquã. Hæc apertis uerbis Iudices ſcripta ſunt. At iſti quid fecerunt? neglecta ſyngraphę ſcriptura, mutuantur à quodã adoleſcente per fraudem, quaſi nemini quicquã deberent: & cũ nobis iniuriam fecerunt, clàm ad noſtra mutuati: tum illum adoleſcentem creditorẽ deceperunt, ad merces nõ liberas mutuati. Talia ſunt iſtorꝶ facinora, ſed doli omnes ſunt Lacriti iſtius. Vt autem uera me dicere, & iſtum inſuper contra ſyngraphã mutuatũ eſſe conſtet, teſtimoniũ uobis recitabitur eius qui poſtea mutuauit. Recita teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Aratus Halicarnaſſeus teſtatur ſe mutuaſſe Apollodoro undecim argenti minas, ad merces quas in Hybleſi naue in Pontum ueheret, quaſq́; ibi pro his coemiſſet: neq; ſciſſe ſe, fuiſſe illum mutuatũ ab Androcle argentũ, alioqui ſe nõ mutuaturũ fuiſſe Apollodoro argentum. Fraudes igitur iſtorꝶ hominũ huiuſmodi ſunt. Scriptũ autẽ eſt poſt hęc ô Iudices, in ſyngrapha: poſtquã in Ponto quæ uehant, uendiderint, ut alias merces emant, nauemq́; onerent, eaq́; onera Athenas peruehant: & ubi Athenas peruenerint, ut intra uigeſimũ diem lectum nobis argentũ reddant. antequã autẽ reddiderint, in noſtra poteſtate eſſe merces omnes: eaſq́; imunes ab his præſtandas nobis, donec noſtrũ receperimus. Hæc ita accuratè in ſyngrapha ſcripta ſunt. At iſti, Iudices, hîc uel in primis inſolentiam ſuam & impudentiam oſtenderunt, neq; uel minimũ perſcripta in ſyngrapha curarunt, ſed ſyngraphã inanes eſſe nugas atq; ineptias putauerunt. Nã nec in Ponto emerunt quicquã, neq; in nauẽ contulerunt Athenas uehendum: & nos creditores, reuertentibus eis è Ponto, non habebamus quod prehenderemus, aut teneremus, tãtiſper dum noſtrã pecuniam recepiſſemus. Nihil enim

In Ponto non aliæ merces coemptæ.

Exaggeratio se non fraudatos, sed ſpoliatos eſſe.

prorſum in portum iſti noſtrũ inuexerunt:ſed nobis inuſitatũ quippiam accidit, Iudices. Qui enim in ueſtra hac urbe nihil peccauimus, nullo ab eis conuicti iudicio ſumus, noſtra pecunia ab iſtis Phaſelitis ſpoliati ſumus: q̃ſi uerò ius eſſet Phaſelitis ſpoliandi Athenienſes. Cũ enim quæ acceperunt, reddere nolint, quod aliud erit hiſce rebus nomen tribuendum, q̃ ui eos eripere aliena? Nã ego quidem audiui nunquam quicquã ſceleratius eo ſcelere, quod in nos iſti cõmiſerunt, idq; cõfitentes ſe pecuniam accepiſſe à nobis. Quibus enim de contractibus ambigitur, Iudices, hi iudicium poſtulant. Quos uerò utriq; cõtrahentium cõfitentur, & de quibus ſyngraphæ nauticæ extant: conſummatos eſſe omnes cenſent, & perſcripta in tabulis præſtari oportere. Iam eos ex ſyngrapha nihil omnino præſtitiſſe, ſed inde ab initio ſtatim auſpicatos, ſtruxiſſe fraudes, & nihil æqui boniq; cogitaſſe: tum à teſtibus, tum ipſi à ſeſe cõuincuntur adeò manifeſtè. Quod uerò grauiſſimũ eſt inter Lacriti facinora, uos audire decet. Is enim rebus omnibus præfuit: poſtquam hũc uenerant, ad mercatũ ueſtrũ non appellunt, ſed in furum portum ſe conijciunt, qui eſt extra ueſtri mercatus limites. eſtq; perinde nauem in furũ portu ſubducere, ac ſi quis ad Æginam, aut ad Megara appelleret. nam ex eo portu proficiſci licet quò lubitum, & quãdocunq; cõmodum fuerit. Ac nauigium ibi in ſtatione erat dies amplius quinque & uiginti: iſti uerò in ueſtro Digmate obambulabant. nos congreſſi alloquebamur, & iubebamus eos curare, ut pecuniam primo quoq; tempore reciperemus. aſſentiebantur iſti, & ſe in eo eſſe dicebant: nos eos accedebamus, & cũ alia ſpeculabamur, tum an aliquid è naui alicunde exponerent, & quinquageſimas ſoluerent. Poſteaquam autem iſti dies complures adfuerant, neq; nos quicquam inueniebamus uel expoſitũ, uel quinquageſimam ſolutam eorum nomine: ibi demum magis ſolutionem urgebamus. Cum autem nos eis inſtaremus, Lacritus iſte frater Artemonis reſpondet ſe non poſſe reddere: periſſe merces omnes. dicebatq; Lacritus, ſe de his iuſtam habere excuſationem. Ea uerba nos, Iudices, grauiter ferebamus, ſed indignatione noſtra nihil proſi-

Cauſæ huius perſpicuitas.

Nauis in Furũ portũ appulſa.

Lacriti tergiuerſatio de naufragio.

ſciebamus, iſtis omnino cõtemnentibus: nihilominus tamen percontabamur eos, quo pacto merces periſſent? Ibi Lacritus iſte reſpondebat, fractam eſſe nauem, dum Panticapæo Theudoſiam peteret. Fracta autem naui, periſſe fratribus ſuis merces, quas in naui habuiſſent. Habuiſſe autem in ea & ſalſamenta, & uinũ Coum, & alia quædam. Quæ omnia ſe dicebant illic coempta uecturos fuiſſe Athenas, niſi in naui perijſſent. Ac quæ dixerit, hæc fuerunt. Operæprecium autem eſt audire hominum iſtorum petulantiam & mendacia. Nam cũ naue quæ naufragium fecit, nihil erat eis cõmercij: ſed erat alius q Athenis mutuarat ad naulum in Pontum, & ad nauigiũ. Antipater nomen erat creditori, Cittieus genere, & uillum illud Coum octoginta uaſa uini fugientis, & ſalſamẽta homini cuidam agricolæ in naui uehebantur Panticapæo Theudoſiam, in uſum operarum ruſticarum. Quid igitur iſtas cauſas afferunt, quæ minimè huc pertinent? Age cape teſtimonium, primũ Apollonidæ, ut cõſtet Antipatrũ mutuaſſe ad nauem: deinde Eraſiclis Hippiæ F. octoginta duntaxat amphoras uectas eſſe in naui. TESTIMONIVM. Apollonides Halicarnaſſeus teſtatur, ſe ſcire, Antipatrum Cittieum genere, pecuniam mutuaſſe in Pontum ad nauem, quæ eſſet Hybleſij, & ad naulum in Pontum: ſe uerò cõmuniter poſſediſſe nauem cum Hybleſio, ſeruoſq; ſuos unà fuiſſe in naui: & cum periret nauis, adfuiſſe famulos ſuos, ſibiq; renunciaſſe, & nauem periſſe uacuam, Panticapæo Theudoſiam euntem. Eraſicles teſtatur ſe nauigaſſe cum Hybleſio, gubernante nauem, in Pontum. & cũ nauis Theudoſiam Panticapæo ueheretur, ſcire ſe nauem iſſe uacuã, & ipſius Apollodori nunc hoc iudicio rei, non fuiſſe uinum in naui, ſed tranſuectas eſſe Theudoſiano cuidam ciui Coas ſerias circiter octoginta. Hippias Athenippi F. Halicarnaſſeus teſtatur, ſe nauigaſſe cum Hybleſio, inſpectorem nauis. & cũ nauis Panticapæo Theudoſiam ueheretur, impoſuiſſe Apollodorum in nauem lanarum uas unum atque alterum, & ſalſamentorum uaſa undecim, aut duodecim, & caprinarũ pellium faſciculos duos aut tres, prætereaq; nihil. Præter hos teſtati ſunt ex alijs audiſſe ſe eadem, Euphiletus

Refutatio cauillationis de naufragio.

Damotimi F. Aphidnæus, Hippeus Timoxeni F. Thymœtades, Soſtratus Philippi F. Hiſtiæus, Archenomides Stratonis F. Thriaſius, Philtiades Cteſiclis F. Xypetæõ. Iſtorꝫ igitur hominũ tanta eſt impudentia. Vos autẽ cogitate, Iudices, ipſi cũ animis ueſtris, num quos unquam ſciatis, aut audieritis è Ponto uinum Athenas negociãdi cauſa importaſſe, præſertim Coum? Nam contrà potius in Pontum inuehitur è locis nobis finitimis, è Peparetho, & Co, & Thaſium, & Mendæum, & ex alijs quibuſdã oppidis omnis generis. E' Ponto autem alia quędã ſunt, quæ huc importentur. Cum uerò nos eos detineremus & inquireremus, nunquid pecuniæ Ponticæ euaſiſſet: reſpondit Lacritus iſte, centũ ſtateres Cyzicenos euaſiſſe: & id aurũ fratrem ſuũ mutuaſſe in Ponto nauiculario cuidam Phaſelitæ, ciui & familiari ſuo: neqꝫ potuiſſe recuperare, ſed ferè id quoqꝫ perijſſe: Hæc ſunt quæ Lacritus dixit. Syngrapha autem non ita loquitur, Iudices, ſed illic coemptas merces Athenas peruehere iubet, nõ mutuare iſtos cui uellent noſtram pecuniam, ſine noſtra autoritate: ſed nobis Athenas ſiſtere ſine omni controuerſia, donec nos tantũ pecuniæ receperimus, quantum mutuauimus. Age recita mihi ſyngraphã denuo. SYNGRAPHA. Mutuauit Androcles Sphettius, & Naucrates Caryſtius Artemoni & Apollodoro Phaſelitis argenti ter mille drachmas Athenis Menden uſqꝫ, aut Scionen, & inde Boſporum. Quod ſi uoluerint, in ſiniſtra ora uſqꝫ ad Boryſthenem, & rurſus Athenas, ducenis uicenis quinis millenas: ſin poſt Arcturum ſoluerint, è Ponto templum Argonautarũ petituri, trecentis eas ter mille drachmas, * uini amphoris Mendæis pignori datis ter mille, quod euehetur Menda, aut Scione, in naui XX remorũ, quę eſt Hybleſij nauicularij. oppignerant autem id uinũ, nõ debentes propterea cuiquã quicquam argenti, neqꝫ ad id mutuabuntur: & euehent merces uini precio coemptas, rurſus Athenas, in eâdem naui omnes. Perductis autem Athenas mercibus, reddent debitores creditoribus argentũ, quantũ debetur, ex ſyngrapha intra uigeſimum, ex quo Athenas uenerint, diem, integrum, excepta iactura, ſi quam uectores de communi decreto fecerint, & ſi

* οἴνου κεραμίοις. [margin note, partly legible: "...ὶ οἴνου κεραμίοις."]

quid hoſtibus pependerint: quod ad cætera attinet oĩa, integrum eſto, & exhibebunt pignus creditoribus liberum et immune, donec ſortem cum uſuris reddiderint ex ſyngrapha. Niſi aũt ad dictum diem ſoluerint, pignora creditoribus oppignerare & uendere tanti liceat, quanti ſunt. Qđ ſi quid argenti reddendi creditoribus ex ſyngrapha, defuerit, exiggere liceat creditoribus ab Apollodoro et Artemone, & de omnibus eoꝝ bonis tam terreſtribus ꝗ̃ nauticis ubiq; gentium ubi ea fuerint, perinde ac ſi iudicio uicti iudicatum non ſoluiſſent, & alteri utri creditoꝝ et utriſq;. Sin non onerarint, decemq́; dies * in naui in Helleſpõto manſerint, atq; exonerarint ubi Athenienſibus pignora capere non licet: etiam inde reuerſi Athenas, uſuras reddant, anno ſuperiore tabulis inſcriptas. Sin quid naui grauius acciderit, in qua uehentur merces, pignora ſalua ſint: quæ ſuperfuerint, communia ſunto creditoribus: & in his rebus nihil plus ualeat hac ſyngrapha, &c. Vtrum'ne, Iudices, iſtos ſyngrapha mutuare noſtra iubet, homini pręſertim, quem nos neq; nouimus neq; uidimus unꝗ̃: an coemptas merces Athenas uehere, & nobis in conſpectũ offerre, et exhibere ſine cõtrouerſia? Syngrapha.n. nihil his quæ ea continent, plus ualere ſinit, nec proferri uel legem, uel decretũ, uel quicꝗ̃ aliud in ſyngraphæ præiudiciũ. At iſti ab initio ſtatim ſyngrapham hanc nihil curarunt, ſed noſtra pecunia ſic uſi ſunt, quaſi fuiſſet ipſoꝝ ꝑpria. Adeò iſti ſunt malefici ſophiſtæ, & homines iniurij. Ego uerò, Iouem optimum max. teſtor, omneſq́; deos, nemini unꝗ̃ inuidi, aut maledixi, Iudices, ſi ſophiſta eſſe uult, et argentũ Iſocrati pendere. Inſaniam.n. ſi quid hoꝝ crucem. Sed tamen ita me Iupiter amet, non decere cenſeo, ut homines ſuperbi & ſapientiæ opinione tumidi, alienũ appetant, aut eripiãt, eloquentia freti. Hæc.n. ſunt improbi ſophiſtæ, & malè mulctandi. Lacritus aũt iſte, iudiciũ hoc ſubijt Iudices, nõ iure fretus, cũ ſatis ſciat ſua facinora de mutuo hoc; ſed ſe, pro eloquentia ſua in mala cauſa facilè orationem inuentuꝝ, & eò uos quò ipſe uoluerit, traductuꝝ opinatur. Hæc.n. pollicetur, & ſe eloquentem eſſe iactitat, & argentũ poſtulat, & diſcipulos colligit, his ipſis artibus

* ἐπὶ νηί, Bruciolus ἐπὶ κυνί, in cane.

In Sophiſtas.

Lacritum eloquentia fretũ ueniſſe in iudicium.

eos eruditurū ſe pollicens. Ac primùm fratres ſuos hoc doctrinæ genere inſtituit, quam uos ſentitis improbam eſſe & iniuſtam, ô iudices, ut in ueſtro mercatu pecuniā nauticam mutuent, eaq́; defraudent, nec reddant. Qui poſſint eſſe homines improbiores, uel magiſtro tali, uel talibus diſcipulis? Quoniā igitur diſertus eſt, & tum eloquētia fretus, tum mille drachmis quas magiſtro dedit: iubete eum docere uos, aut eos pecuniam nō accepiſſe à nobis, aut acceptā reddidiſſe, aut nauticas ſyngraphas ratas eſſe nō oportere, aut in aliū uſum cōuertendas eſſe pecunias, quā in eum ad quē ex ſyngrapha acceperūt? Horum quodcūq; uoluerit, perſuadeat uobis: tum egomet quoq; aſſentiar, ſapientiſſimū eſſe eum, ſi uobis fidem fecerit de contractibus mercatorijs iudicātibus. Sed ſatis ſcio non poſſe fieri, ut quicq; horū uel probet, uel perſuadeat. Sed his omiſſis agite per deos ô Iudices, ſi contrarium accidiſſet, & non iſtius frater defunctus, pecuniam mihi debuiſſet, ſed ego fratri eius talentū aut octoginta minas, aut plus minus'ue, num putatis Lacritū eadē uerba fuiſſe allaturū, quibus nunc abuſus eſt? aut dicturū, ſe non eſſe hæredem, & cedere fratris bonis: et non acerbiſſimè à me exacturū ſicut exegit ab alijs, ſi qs illi defuncto debuit, uel Phaſelide, uel alibi uſpiā? Quod ſi noſtrū aliquis ab iſto accuſatus, exceptionē opponere eſſet auſus, de non danda ei actione: ſatis ſcio fuiſſe eū indignaturū, & conqueſturū apud uos, dictitantem, iniquè ſecū agi, & uiolari leges, ſi quis ei non dandam actionem in contractu mercatorio pronunciaſſet. Tibi igitur Lacrite iuſtum iſtud eſſe uidetur, mihi uerò quamobrē non erit? An non uniuerſis nobis eædem leges ſcriptæ ſunt, & idē ius de mercatorijs actionibus? Quenquam'ne ita uæcordē eſſe, & oēs mortales uincere improbitate, ut perſuadere uobis inſtituat, ut decernatis, non dandā eſſe actionem in cauſa hac mercatoria, cum uos nūc mercatorias cauſas diſceptetis? Sed qd iubes ô Lacrite? non ſatis eſſe cenſes nos fraudari pecunia quā mutuauimus uobis? ſed à uobis in uincula conijci, mulcta inſuper irrogata, ni ſoluerimus? Quid iniquius? quid indignius? quid uobis turpius fieri queat Iudices, quā eos qui in ueſtro mercatu pe-

Nullam deſenſionē relinqui Lacrito.

Accūſator' petit idē ſibi tribui ius, qd' accuſator in ſimili cauſa tribuēdum ſibi cenſuiſſet.

Aequū eſſe accuſatori actionem dari ab his iudicibus.

cuniam nauticā mutuarint, eaq́ defraudentur, à debitoribus & fraudatoribus in carcerē abduci? Heccine ſunt Lacrite, quæ iſtis perſuadebis? ſed ubi ius adipiſcendū eſt Iudices, de mercatorijs contractibus? apud quē magiſtratū? aut quo tpe? apud undecimuiros? At hi graſſatores & fures & alios facinoroſos capitis reos, introducunt? An apud prætorem? At prætori orbarū & pupillorum & parentū cura mandata eſt. An, ita me amet Iupiter. apud regem? ſed non gymnaſiarchi ſumus, neq; reū quenquā facimus impietatis. An bellidux nos introducet? Siquidem agatur de patrocinio uel deſerto, uel non recepto. Proinde reſtant nobis duces. At triremiū pręfectos hi curant & introducunt in iudicium, mercatoriam uerò cām nullā introduxerint. Ego uerò mercator ſum, & tu frater es & hæres unius mercatoris, eius qui mercatorias à nobis pecunias accepit. In quo igitur cauſa hęc iudicio diſceptāda eſt (doce Lacrite, modò æqui aliqd, dicas & legibus conſentaneum. Sed nullius hominis tātum eſt ingenium, qui hiſce de rebus æqui aliquid poſſit dicere. Neq; uerò his ſolum ego iniurijs à Lacrito iſto afficior: ſed præter fraudationem pecuniæ etiam in extrema pericula ueniſſem, quantū in iſto quidē fuit, niſi mihi ſyngrapha ſuccurriſſet, teſtataq́; eſſet, me in pontū dediſſe pecuniam, et rurſus Athenas. Noſtis.n. profectò Iudices legem, q̄ ea ſeuera ſit ſi qs Athenienſium aliò quopiam quam Athenas, frumentū uexerit, aut pecuniā mutuarit in alium mercatū q̄ Athenienſiū: quæ pœnæ de his conſtitutę ſint, q̄ magnę & graues? Atq; adeò ipſam potius legem eis recita. LEX. Argētum aūt non liceat ulli Athenienſium aut inquilinorū Athenis degentium, *quorū hi domini ſunt, in nauem quæ frumentū Athenas uectura non ſit: & cætera quæ de ſingulis earū rerū ſcripta ſunt. Sin aliquis mutuarit eo nomine, & iudicari, & deſcribi licere argentū apud curatores, quemadmodū de naue & frumento dictū eſt, *pari ratione, & actio ei ne detur de argēto, qd' aliò quopiam elocarit q̄ Athenas, neq; magiſtratus ullus de eo referat. Ac lex qdem, Iudices, tam ſeuera eſt. At iſti omnium hominum impuriſſimi, cum in ſyngrapha apertè ſcriptum ſit, pecuniam

Iudicum genera apud Athenienſes.

οἱ ἕνδεκα.

ὁ ἄρχων.

ὁ βασιλεύς

ὁ πολέμαρχος.

οἱ ϛρατηγοί.

Accuſator ſe p. Lacritū in periculū ueniſſe grandis mulctæ queritur.

ὧν οὗτοι κύριοι

κατὰ ταῦτα.

Athenas reportandam: permiſerunt, pecuniam à nobis Athenis mutuo ſumptam in Chium uehi. Nam cũ Phaſelita nauicularius in Ponto à Chio quodam homine pecuniam mutuaretur, Chius autem ſe daturum negaret, niſi omnia ſibi quæ nauicularius ueheret, oppignerarentur, prioreſq; creditores in id conſentirent: conſenſerũt: ut noſtra Chio oppignerarentur, iſq; uniuerſis potiret. itaq; ſoluerunt è Ponto cum Phaſelita nauiculario, et cũ Chio creditore, et in furum portum appellunt, in noſtro autem mercatu non appulerunt. Et nunc, Iudices, Athenis mutuò datæ pecuniæ in Pontum, & rurſum è Ponto Athenas, in Chium ab iſtis deuectæ ſunt. Quod igit̃ orationis initio poſui, uobis etiam non minor q̃ nobis creditoribus fit iniuria. Conſiderate modò, Iudices, an non uiolemini, cum quis legibus ueſtris ſtudet eſſe ſuperior, & ſyngraphas nauticas irritas facit & abrogat, & à nobis acceptam pecuniam in Chium tranſmiſit: nõne talis homo uos etiam uiolat? Ac mihi quidem cũ iſtis res eſt (eis enim pecuniam dedi) ipſi uerò cum Phaſelita illo nauiculario agant, ciue ſuo, cui ſe crediſſe pecuniam dicunt abſq; noſtra autoritate contra ſyngrapham. Nos enim nihil omnino ſcimus quid ipſi egerint cũ ciue ſuo: ipſi quidem id ſciunt. Hæc eſſe ęqua putamus, uoſq; oramus Iudices ut opitulemini nobis iniuriam paſſis, & puniatis malarum artium & deceptionũ, qualibus iſti utũtur, ſtudioſos. Quod ſi hæc feceritis, & uobis ipſis utilia decernetis, & improbis hoĩbus oẽs cauillationes eripietis, quibus nunc aliqui contractus nauticos eludont.

Iterũ cauſam cum iudicibus communicat.

ἀνθολκή. *Phaſelitæ debitum ad hãc cauſam nihil attinere.*

Petitio.

Ab utili.

ARGVMENTVM EXCEPTIONIS pro Phormione.

PAſio menſarius moriens relictis duobus filijs ex Archippa ſuſceptis, Apollodoro & Paſicle. Phormionem ſeruum ſuum, qui prius tamen donatus libertate fuerat, tutorem filij natu minoris Paſiclis reliquit: eiq; matrem eorum concubinam ſuam, dicta dote uxorem dedit. Apollodorus igitur cum fratre patrimonium diuidit, menſa excepta & officina ſcutorum. Has enim Phormio à Paſione ad certum quoddam tempus conduxerat. atq; interim locationis ſemiſſem uterq; accipiebat, demum et has diuidunt;

diuidunt: de officina quidem ſcutorum Apollodoro, Paſicli autem menſa datur. Sed pòſt matre etiam defuncta, partitus & huius rem, Phormionem ut qui multa quæ ſua eſſent, teneret, accuſat Apollodorus. Cum igitur arbitrium ſibi ſumpſiſſent, ut Phormio ait, Apollodori cognati Nicias & Dinias, & Andromenes: perſuaſerunt Apollodoro, ut acceptis quinq; drachmarum millibus cum Phormione tranſigeret. At Apollodorus pòſt rurſus Phormioni diem dixit ἀφορμῆς. ἀφορμὴν autem Attici dicunt, quod nos ἐνθήκην, hoc eſt pecuniam ſeu ſortem menſæ. Phormio uerò præſcribit, & legem adducens, iubentem, quibus de rebus aliquis re tranſacta ſemel aliquem miſſum fecerit, non licere amplius iudicium adipiſci. Et tamen rectum etiam iudicium attingit Orator, oſtendens, menſam non habuiſſe pecuniam peculiarem Paſionis. Quod eò fecit, ut præſcripto plus ualeret, cum recta Apollodori actio infirma eſſe oſtenderetur.

B' PLVTARCHO.

Fertur etiam orationem in Timotheum imperatorem, qua uſus Apollodorus hominem eum æris alieni conuicit, ſcripſiſſe Apollodoro: quemadmodum & orationes in Phormionem, & Stephanum: ob quas non iniuria malè audit. Nam & Phormio ſcriptam à Demoſthene orationem in iudicium afferebat. In quo perinde faciebat, ac ſi ex eadem officina pugiones uenderet aduerſarijs, quibus ſe mutuò confoderent.

DEMOSTHENIS EXCEPTIO PRO PHORMIONE, [redacted]

IMperitiam dicendi & uiriũ imbecillitatem Phormionis, ipſi oẽs uidetis Athenienſes. Neceſſe autẽ habemus nos eius familiares, quorũ conſcij ſumus, quæq; hoc narrante ſæpe audiuimus, referre et exponere uobis, ut re cognita & rectè intellecta è nobis, quæ ęqua & religioſa fuerint, ea decernatis. Exceptionem autem oppoſuimus actioni, non eludendi, moræ ue interponendæ gratia, ſed ut hic, ubi oſtenderit, ſe nihil omnino deliquiſſe, moleſtia tandẽ per uos conſtanter liberetur. Nam quæ apud alios homines firma & rata ſunt extra ueſtram ſententiã, ea omnia Phormio præſtitit., & quanquam multa beneficia in Apollodorum iſtum contulit, omnia quę relicta iſti & commiſ

Aduocati ſuũ officium in defendẽdo Phormione commẽdant.

Cur oppoſita exceptio.

ſa ſibi fuerãt, ſoluit, riteqꝫ tradidit, & omnibus deinceps criminibus liberatus fuit: tamen ut uidetis poſtquã hũc iam ferre non poteſt Apollodorus, actione contra eum uiginti talentorum inſtituta, calumniatur. Dabo autem operam, ut ab initio omnia q̃ huic cum Paſione et Apollodoro negocia fuerunt, q̃ꝑ potero paucisſimis, exponã per quæ ſatis ſcio, & iſtius calumnia palàm fiet, & accuſatori non conuenire actionem, mox illis auditis cognoſcetis. Ac primùm uobis pactio recitabitur, qua Paſio huic menſam locauit, & officinam ſcutorum. Age cape pactionem & prouocationem, & teſtimonia hæc. PACTIO. PROVOCATIO. TESTIMONIA. Pactio igitur qua Paſio huic menſam & officinã ſcutorum, iam ſuum agenti negocium, locauit, hæc eſt, Athenienſes. Audiendum uerò uobis & cognoſcendũ eſt, quo pacto undecim talenta Paſio ad menſam debuerit. Neque enim propter inopiam debuit, ſed ex lucri cupiditate. Facultates enim Paſionis terreſtres omnino uiginti talentũ fuerunt, & præter eas argenti ſui mutuò dati amplius quinquaginta talenta. In his igitur quinquaginta talentis de menſæ depoſitis, undecim talenta quæſtuoſa erant. Hic igitur eo menſæ quæſtu conducto, cum depoſita acciperet, & uideret ſe nondum in ciuitatem à uobis aſcitum, non poſſe exigere ea quæ Paſio ad fundos & ædes mutuarat: ipſum Paſionem habere debitorẽ maluit eius pecuniæ, q̃ꝫ alios debitores quibus pecuniam credebat. Et ſic propter hæc inſcriptum eſt in locationem, undecim debere talenta Paſionẽ. id quod etiam è teſtibus audiuiſtis. Quemadmodum igitur locatio facta ſit, eũ ipſum qui ad menſam ſedet, teſtari audiuiſtis. Poſt hæc quum Paſio in morbũ incidiſſet, conſiderate quale teſtamentum fecerit. Cape teſtamenti exemplum, & prouocationem hanc, & teſtimonia hæc eorum, penes quos tabulæ ſitę ſunt. EXEMPLVM. teſtamenti. PROVOCATIO. TESTIMONIA. Cum igitur Paſio obijſſet, hoc teſtamento facto, Phormio hic uxorẽ eius ex teſtamento ducit: filiũ tuetur & curat. Sed iſto rapiente, ac de cõmunibus pecunijs multum eſſe conſumendũ putante, cũ animis ſuis reputantes tutores, ſi ija omnibus ex teſtamen-

Narratio de cõtractu Paſionis & Phormionis.

xi. talenta.

Diuiſio hereditatis.

to, quæcunq; iſte de communibus pecunijs inſumpſiſſet
* demptis, reliqua ex æquo diuidunda eſſent, nihil reliq
futurum: bona, quo puero conſuleretur, diuidere ſtatue-
runt: ac cæteras quidē facultates, ijs exceptis, quę hic cō
duxerat, partiuntur, eorumq; redituū ſemiſſem iſti red-
diderunt. Iam ad hoc uſq; tempus qui agere poteſt loca
tionis? non. n. nunc, ſed tum ſtatim quęri & grauiter fer-
re debuit. Neq; illud etiā dicere poteſt, poſteriora loca
tionis precia ſe non accepiſſe. Nequaquā. n. poſtquam
ad eum modum, cum togam uirilē ſumpſiſſet Paſicles,
hic locatione cederet, uos eū omni crimine liberaſſetis:
ſed tum è ueſtigio exegiſſetis, ſi quid præterea uobis de
buiſſet. Atq; ut hæc uere à me dici conſtet, & iſtum cum
fratre, puero etiamnū, diuiſiſſe hæreditatem, eosq; hunc
& locatione & omnibus alijs criminibus liberaſſe: cape
hoc teſtimonium. TESTIMONIVM. Statim igiť, A-
thenienſes, ut huic locationē remiſerant, diuidunt men-
ſam, & ſcutorū officinam: atq; optione data, officinam
menſæ præfert Apollodorus: quæ ſi quam priuatā pecu
niam & ſortem habuiſſet, cur illam q̄ hanc maluiſſet? ne
que enim prouentus erat amplior, ſed minor. Nam offi-
cina, talentum, menſa, cētum minas pendebat. neq; poſ-
ſeſsio iucundior, ſi menſa pecuniam priuatam habuiſſet:
ſed non habuit. Quapropter iſte prudenter officinā prę
tulit: nam ea poſſeſsio eſt extra periculū: at quæſtus mē
ſarius reditus habet p̄iculoſos de pecunijs alienis. Mul-
ta dici & oſtendi ſigna poſſunt, per quæ appareat ab
iſto per calumniam accuſari Phormionem: ſed hoc ego
maximè omnium argumento eſſe puto, hunc nullam pe
cuniam eo nomine accepiſſe, q̄ in locatione ſcriptū eſt,
debere inſuper Paſionē ad menſam, non dediſſe huic pe-
cuniam. Deinde q̄ iſtum nihil in partitione quæſtum eſ
ſe conſtat. Poſtremò, q̄ eum eadem hęc alijs locantem,
tantidem locaſſe liquet pecunia de ſuo etiā nulla condu
centi ſuppeditata. At ſi ab hoc pecunia ei à patre ſuppe
ditata fraudareť, ipſum * nūc cōueniebat aliunde uſpiam
cōparatā dediſſe. Hæc ut à me uere dici appareat, & po
ſtea Xenoni & Euphręo & Euphroni, & Calliſtrato lo-
caſſe, & ne his q̄dem de ſuo q̄cquā ſuppeditaſſe, ſed de-

ὅσα ἂν ἢ τοι ἐκ κοινῶν τῶν χρημάτων ἀνα λώσῃ τῖ τοις ἐξελόντας ἀντιμοιρεὶ τὰ λοιπὰ νέμειν.

Locatio menſe

Officina ab Apollodoro mi ſe prælata.

Signa non ac ceptæ.

ἀφορμῆς

αὐτὸν νῦν προσῆκεν ἄλλοθεν πορίσαντα δεδωκέναι.

I

poſita, & quæſtũ inde redeũtem eos conduxiſſe, & iſtũ officinã elegiſſe: cape mihi horũ teſtimonium. TESTIMONIVM. E' teſtibus igitur audiuiſtis, Athenięſes, eos & his locaſſe, neq; de ſuo quicquã eis ſuppeditaſſe, & liberos dimiſiſſe, quaſi magnis affecti ab eis eſſent beneficijs: neq; in ius uocaſſe uel illos tũ, uel hunc. Ac dum mater uixit, quæ omnia ſatis norat, nihil unquã de Phormione hoc quæſtus eſt Apollodorus. Vt autem illa obierat, trium milliũ drachmarũ actione inſtituta, ſupra illas bis mille, quas ipſa iſtius liberis dederat, & tuniculã quandam, & ancillam, calumniabatur. Ac ne ibi quidem eorũ quicquam, de quibus nunc accuſat, dixiſſe comperietur: ſed re & uxoris ſuæ patri, & affini ſuo, & Lyſino, & Andromeni permiſſa: cũ illi perſuaſiſſent Phormioni huic, ut dono daret iſti tria millia, & reliqua, * & amicũ habere iſtum, quã propterea inimicus eſſe mallet: acceptis in uniuerſum quinquies mille drachmis, cũ hunc omni crimine liberauerit, ſecundũ in Mineruæ ædem ingreſſus: rurſum, ut uidetis, litem mouet, omnibus querelis cõcinnatis, & criminibus ab omni ſuperiore tẽpore (quod eſt omnium maximum) quæ illi nunquam obiecerat. Vt igitur hæc à me uere dici conſtet, age cape cognitionem in arce factam, & teſtimonium eorum qui adfuerunt cum Apollodorus argentum accipiens, Phormionẽ omnibus criminibus liberaret. COGNITIO TESTIMONIVM.

Tranſactio Apollodori cum Phormione.

καὶ τὸ ἀργύριον.

Auditis cognitionem Iudices, à Dimia factã, cuius iſte filiam habet, & á Nicia, cui ſoror uxoris eius nupta eſt. His igitur acceptis, tranſactiſq; rebus omnibus, tanquã aut hi omnes mortui eſſent, aut uerum in lucem proferri non poſſet, actione tot talentũ inſtituta, in iudicium uenire audet. Ac quæ Phormioni cum Apollodoro negocia interceſſerunt, quæq; facta ſunt, ab initio audiuiſtis omnia, Athenienſes. Arbitror autem Apollodorum iſtũ, quòd æqui dicere nihil poſsit de actione ſua, allaturum eſſe ea, quæ & apud arbitrum dixit, matri ab hoc perſuaſum, ut tabulas aboleret. quibus perditis, non habere ſe quo pacto eam rem oporteat liquidò coargui. De his igitur & hoc crimine, uidete quæſo quantis argumentis

Refutatio. Tabulas à matre Apollodori nõ eſſe abolitas.

1 conuinci mendacij queat. Primùm, Athenienſes, quis nã

patrimonium diuideret, non acceptis tabulis, unde quã-tum relictum eſſet, cognoſceret? nemo ſanè omnium. At duodeuiginti anni ſunt, cum diuiſiſti: neq; oſtendere poteris unquam eſſe te conqueſtum de tabulis. Deinde, qđ non, cum Paſicles uir factus, geſtæ tutelæ rationes repo ſceret, ſi per ſe criminari matrem de abolitis tabulis non eſſet auſus, ei id indicaſſet, ut per eum res palã fieret? Denique qbus è tabulis iudicia dictabas? Iſte enim multis ciuium in ius uocatis, magnam pecuniam exegit, ſcribẽs in actionibus: damnum mihi dedit ille non reddendo argento, quod debere eum, pater mihi reliquit in tabulis. At ſi abolitæ fuerunt tabulæ, quibus è tabulis iudicia dictabas? Sed hæc à me uere dici, tum è facta diuiſione, tũ è teſtimonijs audiuiſtis. Actionũ autem illarum uobis teſtimonia recitabuntur. Cape teſtimonia. TESTIMONIA. In his igitur actionibus recepiſſe ſe paternas tabulas teſtatur. Neq; enim ſe calumniatorem egiſſe profecto, aut ea poſtulaſſe in iudicio quæ non deberentur, fatetur. Quanquam autem magna & multa indicia ſunt, è quibus appareat Phormionem hunc omni uacare culpa: illud tamen omnium eſſe maximum arbitror, q Paſicles iſtius Apollodori frater, cum neq; in ius uocauit, neque quicquã aliud ex ijs quæ iſte obijcit, queritur. Quis autem credat, eum non feciſſe iniuriam illi qui puer à patre eſſet relictus, & cuius facultates in ſua manu haberet tutor inſtitutus. Tibi autem qui uir relictus es, quatuor & uiginti annos natus, & ſi qua tibi facta fuiſſet iniuria, facile ulturo ſtatim, feciſſe? non uera ſunt hæc. Vt igitur hæc uerè dici ac nihil quæri Paſiclem conſtet, cape illius teſtimonium. TESTIMONIVM. Quæ igitur in neganda actione uobis conſideranda ſunt, ea de his q̃ diximus, in memoriam reuocate. Nos, Athenienſes, putatis rationibus, tranſactaq; locatione menſæ et officinæ, atq; interpoſito arbitrio, & re denuò tranſacta, nec permittentibus legibus, earũ rerũ quas ſemel tranſegeris, iudiciũ adipiſci: calũniante iſto, & cõtra leges litẽ intendente, pſcripſimus, non dandã ei eſſe actionẽ. Vt igit̃ ſciatis qua de re ſniam laturi ſitis: & lex hæc uobis leget̃, & deinde teſtimonia eoꝝ q adfuerũt, cũ locationis & cęte

Margin: I I (beside "Deinde, qđ"); I I I (beside "non, cum Paſicles")

Cum Paſicles frater nihil de Phormione cõqueratur, ne Apollodoro quidem eſſe querendum

Concluſio exceptionis κατ᾽ ἀντιπαράστασιν.

torum criminũ omnium Phormionẽ Apollodorus abſol
uerer. Cape teſtimonia hæc, & legem. TESTIMONIA.
LEX. Auditis edicere legẽ, tum cætera quorũ actio non
detur, tum eorũ quæ quis remiſerit aut tranſegerit: meri-
A' minoris tò. Nam ſi iuſtũ eſt, quibus de rebus ſemel iudiciũ factũ
fuerit, eas nõ licere denuè uocare in ius: multo iuſtius eſt,
de his q̃ deciſa ſunt, nõ dare actionem: quòd, qui apud uos
ſuccubuit, dicere fortaſſe queat, uos fuiſſe deceptos. Qui
uerò ſe ipſe palàm cõdemnauit, qui miſſum fecit, q tranſ-
egit: quid nam de ſemetipſo queri, aut quã cauſam affer-
re poſſit, cur iure denuo experiatur? nullam nimirũ. Quã
obrem legis huius qua definitur, quarũ rerũ experiri nõ
liceat, autor, prima hæc ſcripſit. Quæ quis remiſit, aut
Præſcriptio temporis. tranſegit: quæ utraque ab iſto facta ſunt. Nam & remiſit,
& tranſegit. Me aũt uera dicere, teſtimonijs probatũ eſt.
Age, cape & legẽ de præfinito tempore. LEX. Lex quidẽ
Athenienſes, ita perſpicuè finiuit tẽpus. Apollodorus aũt
iſte annis elapſis amplius uiginti, pluris à uobis æſtimari
uult calumniam ſuam quàm leges, ſecundũ quas iurati pro-
nunciatis. Decet autẽ uos, cũ omnibus parere legibus, tũ
huic in primis, quam Solon, mea quidem opinione, haud
aliam ob cauſam tulit, niſi ut ne uos deciperemini. Nam
& ſi cui facta eſſet iniuria, ſatis eſſe putauit quinquenniũ
ad exigendum, & mentientes, ipſo tempore euidentiſſi-
mè poſſe redargui. Simul etiam, poſtquam nõ poſſe fieri
uidit, ut & contrahentes & teſtes perpetuò uiuant, in eo
rum locum hanc legem ſuffecit, * ut his quos diximus
Refutatio: Phormioni nõ uitio dandas eſſe nuptias matris Apollodori. teſtis eſſet æquitatis. Miror equidẽ, Iudices, quæ nam ea
ſint quæ ad hæc reſpondere inſtituet Apollodorus? Nõ
enim id putat ſcilicet, uos qui eum nullis fraudatum pe-
cunijs uideatis, ægrè laturos, quòd matrem eius Phormio
duxerit uxorem: neque enim hoc ignorat, neque uel eum præ
terit, uel pleroſque ueſtrûm, Socratem menſarium illum à
dominis libertate donatum, ut iſtius patrem, dediſſe Sa-
tyro uxorem ſuam, qui ſeruitutẽ aliquando apud ipſum
ſeruiſſet. Alium Soclẽ, qui argentariam factitarit, dediſſe
uxorem ſuam Timodemo, q etiam nunc in uiuis eſt, &
eius aliquando ſeruus fuit. Neque uerò id homines huic quæ-
ſtui dediti, hic duntaxat faciunt, Athenienſes, ſed & in

Ægina dedit Strymodorus Hermæo ſeruo ſuo uxorem, eaq; defuncta, rurſus ei dedit filiam ſuam. Multi huius generis cõmemorari poſſent: meritò. Vobis enim, Athenienſes, qui natura ciues eſtis, nullas pecuniarum copias præferre generi honeſtum eſt. * ij autem qui ciuitate uel à nobis uel alijs quibuſdam primũ fortunæ beneficio ſunt donati, deinde & propter quæſtum argentariũ & ampliores poſſeſſiones, idem ius conſecuti ſunt, hæc cuſtodire debent. Quare Paſio pater tuus non primus, neq; ſolus, neq; uel in ſemetipſum cõtumelioſus, uel i uos filios: ſed nõ aliter ſuis rebus poſſe cõſuli proſpiciens, niſi hunc neceſſariò uobis coniunctũ redderet, ſuam ei uxorẽ, matrẽ ueſtrã deſpondit. Quòd ſi utilitatẽ ſpectes, eũ rectè ſibi pſpexiſſe deprehendes. Sin habita aut exiſtimationis aut nataliũ ratione, Phormionis affinitatẽ auerſaris: uide ne ridiculũ ſit ea te dicere. Si quis.n. te roget, quem nam patrẽ tuũ fuiſſe exiſtimes: bonũ uirũ, ſat ſcio, reſpõdebis. Verum igitur & moribus, & rebus oĩbus Paſioni ſimiliorem putas, téne an hunc? Ego quidẽ, ſatis ſcio, hunc. Qui igitur patri tuo ſimilior eſt, eum, ſi matrẽ tuã duxit, auerſaris? Atqui & dante & mandante pr̃e tuo acta eſſe hęc, non modò è teſtamento cernitur, Athenienſes, ſed & tu ipſe fuiſti teſtis. Cũ.n. maternas facultates in partes diuidi uelles, & Phormio hic ex uxore liberos ſuſcepiſſet: tũ fatebaris eam à patre legitimè traditam, & ratũ eſſe matrimonium. Nã ſi eam hic per iniuriam raptã habuiſſet, datam à nemine: liberi hęredes nõ fuiſſent. ad eos autem qui hæredes non eſſent, portio nulla rei familiaris pertineret. Et hæc uerè à me dici liquet, cum ſit oſtenſum, ab eo, quarta parte accepta, omni crimine Phormionẽ eſſe liberatum. Quia uerò nullam prorſus probabilem defenſionẽ habebat, impudentiſſimas afferre cauſas apud arbitrũ audebat: quas uos audiuiſſe in primis operæpreciũ fuerit: unam, omnino, non factum eſſe teſtamentum, ſed id totum adhuc nihil aliud eſſe quàm figmentum & cõmentum: alteram, ea ſe gratia ſuperiori tempore conceſſiſſe omnia, neque in ius uocaſſe, quòd Phormio magnũ pendere uectigal uoluerit, idq; ſe penſurum pollicitus fuerit: quod poſtquã non facit, iam tandem, ius meum

Locus in Græco mutil⁹: aut deprauatus.

Scõma in Apollodori ſuperbiam & mores.

Maternæ rei diuiſio.

Refutatio.

inquit, perſequor. Sed eũ hæc utraq;, ſi dicit, falſò dictu-
rum, & ſuis ipſius factis contraria, hinc æſtimate. Si teſta-
mentũ negabit, qua ratione prærogatiua ætatis ædes ex
teſtamento acceptas teneat, id eum rogatote. nec enim
illud dicet, ea teſtamenti eſſe rata, quibus, autore patre,
melior ſua ſit conditio, cætera irrita. Cũ uerò huius ſe pol
licitationibus deceptũ eſſe dicet, memineritis nos uobis
produxiſſe teſtes eos, qui quũ huic iamdiu nihil cum iſto
rei eſſet amplius, ab iſtis & menſam, & officinã condu-
xerunt. Atqui tum, cum eas illis locauit, iſta è ueſtigio di-
cta eſſe oportuit, propter quæ, re tum tranſacta, nunc ei
litem mouet. Ac ut me hæc uerè dicere cõſtet, & eũ præ-
rogatiua ætatis ædes ex teſtamento accepiſſe, & hunc
adeò non duxiſſe accuſandum, ut etiam laudarit, cape te
ſtimonium. TESTIMONIVM. Vt aũt ſciatis, Athenien
ſes, quanta pecunia & ex locationibus, & ex ære alieno
redacta, inopiam ſuã & totius patrimonij iacturã lamen
tetur, auſcultate paucis. Iſte æris alieni ſimul talenta uigin
ti redegit ex tabulis, quas pater eius reliquit, quorũ di-
midio plus habet. multis. n. partibus fratrẽ fraudat. E lo
cationibus autẽ octo annorũ, quibus Phormio menſam
habuit, octogenas minas, ſemiſſem totius locationis. &
hæc ſunt decẽ talenta, & quadraginta minæ. decẽnium
uerò pòſt, quo Xenoni & Euphræo & Euphroni & Cal
liſtrato locauit, quotãnis talentũ. Iam præter hæc è do-
mibus initio diſtributi patrimonij, quod ipſe curabat, re
ditus amplius triginta minas. Quòd ſi in ſummã redege-
ritis omnia, q̃ & è diuiſione & redacto ære alieno & ex
locationibus accepit, eum amplius quadraginta talenta
accepiſſe cõſtabit: exceptis ijs q̃ hic ei donauit, & mater
nis opibus, & illis quatuor talentis cũ dimidio & ſexcẽ-
tis drachmis, q̃ accepta de mẽſa nõ reddit. At hæc reſpu-
blica, inquiet, accepit, & iniquè mecũ actũ eſt, qui multa
in rempublicã contulerim? Imò q̃ reipublicæ pſtitiſti, ea
de cõmuni pecunia, tu & frater impendiſtis: q̃ uerò dein
ceps, tantũ abeſt ut duorũ talentũ, ut ne uiginti quidẽ mi
narũ reditũ æquent. Ne igitur Remp. criminare, nec q̃ tu
de patrimonio flagitioſè & malè perdidiſti, impenſa eſſe
dicito reipublicæ. Vt aũt ſciatis Athenienſes & multitu-

3. Factũ eſſe à Paſione teſtamentum.

2. Nõ deceptũ eſſe Apollodorum à Phormione.

3. Apollodorũ falsò queri de paupertate, acceptis amplius 40 talentis.

4. Apollodorũ luxu, non liberalitate in rẽpublicam minuiſſe patrimonium.

dinẽ pecuniarũ quas accepit, & munera q̃ obijt, ſingulatim uobis hic libellus legetur, & prouocatio hæc, & hęc teſtimonia. LIBELLVS. PROVOCATIO TESTIMONIA. Quanquã igitur tantã pecuniã accepit, & nomina multorũ talentũ adhuc habet, quorũ alia à uolentibus exigit, alia iudicio extorquet, q̃ extra menſæ locationẽ & cęteras opes à Paſione relictas ei debebant, quæq́ nunc iſti receperunt: & tantos ſumptus fecit, quãtos uos audiuiſtis, ne minima qdẽ redituũ parte, nedũ ſorte ipſa in publica munera impenſa: tamen gloriabitur, & inſtructiones triremium, & ędilitates iactabit. Ego uerò ea falſo dicturũ, oſtendi. Quæ ſi uera eſſent omnia, honeſtius tamẽ & iuſtius opinor fuerit, iſtum uobis de ſuo largiri, q̃ uos huius opes iſti tradere, ut ipſi paruis emolumẽtis ex oĩbus perceptis, hunc extrema inopia cõflictantẽ, iſtũ inſolenter ſe gerentẽ, & in ea q̃ ſolet profundentẽ uideatis. Iam de opibus poſſidere hunc eas à patre tuo acceptas, & de eo quod te rogaturũ dicebas, unde rem familiarẽ poſſideret Phormio: tibi ſoli minimè omniũ mortaliũ ea cauſa adducenda eſt. Neq; n. Paſio pater tuus eas, uel labore partas, uel à parente relictas poſſedit: ſed cũ ſuis dominis Antiſtheni & Archeſtrato argentariam factitantibus, induſtriam & probitatẽ ſuam probaſſet, fides ei eſt habita. Eſt autẽ in mercatu, & pecuniarium q̃ſtum facientibus hominibus, eundẽ induſtrium uideri & probũ eſſe, ingens miraculũ. Neq; igitur illi has uirtutes domini tradiderunt, ſed ipſe bonus natura fuit: neq; huic tuus pater. Nã, ſi quidẽ id penes ipſum fuiſſet, te potius, q̃ hunc, probũ reddidiſſet. Si uerò hoc neſcis, fidem occaſionẽ eſſe rei faciendæ omnium maximã, neſcis omnia. Sed his omiſſis, in multis & tuo patri, & tibi & ueſtris deniq; rebus utilis Phormio fuit: ſed tuã inſatiabilem cupiditatem, quis aut explere, aut tuis ſatisfacere moribus poſſit? Atq; adeò miror quî fiat, ut non tecũ reputes, eſſe Archeſtrato, qui tuũ olim patrẽ poſſedit, filium hic Antimachũ, alia fortuna q̃ eius dignitas poſtulabat, qui tibi nõ diem dicit, neq; indignũ eſſe clamitat, te multicia ferre, & aliã redemiſſe, aliã dediſſe meretricẽ, eaq; te facere cũ uxorẽ habeas, & tres pueros pediſſequos circũduce-

5. Phormionẽ ob induſtriam et probitatẽ à Paſione locupletatum.

Induſtria & pbitas in mercatore.

Natura boni, non ſtudio parentum.

Antimachus.

re, itaq; luxurioſè uiuere, ut etiam obuij quiq; ſentiant: ſe uerò ipſum magna egeſtate p̃mi, qua ne Phormionē q̃dē premi uidet. Quod ſi ea de cauſa tibi huius rē familiarē uendicas, q̄ ea tui patris olim fuerit: iſtuc illũ magis q̃ te decuerit. Nã tuus pater illius fuit. p̃inde & tu & hic illi⁹ eritis, iſta q̃dē ratione. Tu uerò in eã uenis amentiã, ut ea dicendi neceſſitatē ipſe nobis imponas, q̃ q̃ dicerent, pro hoſtibus habēdi erant: & tũ teipſum contumelia afficis, & parētes defunctos, tum ciuitati inſultas: & q̃ hom̃ humanitate p̃ri tuo liberaliter tributa ſunt: & poſtea Phormioni huic, ea cũ ornãda & ſolicitè cuſtodiēda eſſent, ut & his qui dederũt, & uobis q̃ accepiſtis, q̃ honeſtiſſima uiderent: in mediũ p̃fers, exagitas, tantũ nõ oſtētas, qua ſe exprobras, te hominē fecerint Athenienſem. Ita in eam inſaniã uenis (q̃d.n. dicã aliud?) ut nõ ſentias, nos nunc, dũ poſtulamus, ut ne fraudi Phormioni ſit, poſtq̃ manu miſſus eſt, ſi q̃n patris tui fuit, tuã cauſam agere: te uerò dũ eũ nunq̃ æquari tecũ pateris: temetipſum oppugnare? Quicq̃d.n. iuris in hũc tibi ſtatueris, illud ipſum cõtra te p̃ſtò ijs erit, q̃ patrē tuũ ab initio poſſederũt. Quod ut cõſtet, illũ etiã fuiſſe quorundã, ac deinde manumiſſum eodē modo, quo hic à uobis: cape hæc teſtimonia, ut appareat Paſionē fuiſſe Archeſtrati. TESTIMONIA. Itá ne eũ q̃ ab initio ueſtrã negociationē cõſeruauit, & multis ĩ rebus iſtius patri ſe utilē p̃buit, & tot in iſtũ ipſum beneficia cõtulit, quot uos audiuiſtis: eũ inquã tanta mulcta damnatũ p̃ iniuriã eſſe putat exterminandũ? neq; enim quicquã aliud facere poſſis. Nã ſi bona hæc acutè intuebens, inuenies quorũ ſint, niſi hi, q̃d abſit, decepti fuerint Vides Archilochũ Charidemi F? olim habuit agrũ. eundē nunc multi habent: poſſederat.n. eũ multo obſtrictus ære alieno. & Soſinomũ & Timodemũ, & cæteros mẽſarios: qui, cũ ſatisfaciendũ eſſet creditoribus, bonis oĩbus ceſſerunt. Tu uerò nihil omnino cõſiderandũ putas, ut pater tuus, uir te multo & melior & prudẽtior, rebus oĩbus conſultũ putarit: qui (proh deũ atq; hominũ fidē) tanto te præſtantiorē hunc eſſe iudicauit, & utiliorē tum tibi, tũ ſibi, tum negocijs ueſtris, ut, quamuis tu uir eſſes, hunc, nõ te, ſemiſſis tutorē fecerit, uxoremq; ei deſpon-

Apollodori opes eadem ratione poſſe ab Antimacho uẽdicari, qua Phormionis ab Apollodoro.

Paſionis & Apollodori par conditio.

Exprobrat Apollodoro ingratũ animũ.

derit, & uiuentem eũ honorarit: iurè Athenienſes. Nam reliqui menſarij nihil de locatione pendentes, ſed ipſi in rem ſuam quærentes, omnes perierunt. Hic uerò de locatione pendens bina talẽta & quadragenas minas, menſam uobis conſeruauit. quorũ ille beneficiorũ memor & gratus fuit: tu nullam rationem habes, ſed contra teſtamentũ & execrationes in eodem à patre inſcriptas, exagitas, inſectaris, calũniaris, ò uir optime: ſi te tamen ita nominari fas eſt. Non deſines? Tibi igitur, uera ſi dicis, tot acceptæ pecuniæ perierunt omnes, ut ais: at ſi modeſtus fuiſſes, nunc͂ eas conſumpſiſſes. Ego uerò, re ab omni parte cõſiderata, mediusfidius nihil uideo, cur iudices à te perſuaderi ſibi ſinant, ut hunc condemnent. Quid enim? an quòd recẽtibus adhuc iniurijs accuſas? at annis & temporibus præteritis criminaris. An quod interiecto tẽpore in ocio te cõtinuiſti? ſed quis ignorat quàm inquietus & turbulentus perpetuò fueris, non priuatis modò crimine intendendo his haud minora, ſed & publicè quoſdam calumniando, & in iudicium adducendo. Nónne Timomachum accuſabas? nónne Calippum, eum qui nunc eſt in Sicilia? non rurſus Menonem? nõ Autoclem? non Timotheum? non alios multos? Enimuero quæ ratio fuit, ut tu, q Apollodorus eſſes, publica delicta, quorum quota portio ad te attinebat? ulciſci prius uelles, quàm priuatas iniurias, de quibus nunc quereris, perſequi? præſertim, ſi tibi credendum ſit, tantas. Quid igitur illos accuſabas, hunc omittebas? non tibi fiebat opinor iniuria, ſed nunc calumniatorem agis. Equidem arbitror oĩum maximè ad rem facere, ut harũ rerum teſtes adducãtur. Eum enim qui perpetuò calumniaẽ, quid nunc facere exiſtimandum eſt? Atq͂ illud etiam mediusfidius ego ſanè Athenienſes exiſtimo, quęcunq͂ indicia ſunt morũ Phormionis & iuſtitiæ eius & humanitatis, ea etiam è re eſſe ut uobis exponantur. Nam qui eſſet in omnes iniquus, fortaſſis, ut iſti etiam iniuriã faceret, fieri potuiſſet. Qui uerò nemini ullam iniuriam fecit, in multos ultro beneficia contulit: is qua tandem probabili ratione impulſus, iſtum ſolũ ex omnibus uiolaret? His igitur teſtimonijs auditis, utriuſq͂ ingeniũ cognoſcetis. TESTIMONIA.

Criminatur Apollodorum ut calumniatorem.

Cõmendatio morũ Phormionis.

Noſti etiam illa in Apollodorꝝ de improbitate. TESTIMONIA. An uerò iſte huic ſimilis ſit, conſiderate. Recita TESTIMONIA. Age, lege etiam quę publicè hic in ciuitatem contulerit. TESTIMONIA. Phormio igitur, Iudices, tot & tantis in rempublicam multoſq; ueſtrũ collatis beneficijs, & nemine uel publicè uel priuatim læſo, nec iniurius in Apollodorꝝ iſtum: precatur, ſupplicat & poſtulat ſe cõſeruari, & nos eius familiares eadem precamur à uobis. Illud uerò uobis audiendũ eſt: lectum eſt, hunc tantam pecuniam ſuppeditaſſe uobis, quantam nec ipſe nec quiſquam alius poſſidet. Fides tamen Phormioni apud notos eſt, & tantæ & multo maioris pecuniæ, per quam & ipſe ſibi prodeſt, & uobis. Quæ ne proieceritis, neq; ab impuro iſto homine euerti patiamini, neq; fœdo exemplo ſancite, licere petulantibus hominibus & calumniatoribus opes eorꝝ qui rem faciunt, & moderatè uitam inſtituunt, à uobis impetrare. Videtis enim ipſi, et auditis è teſtibus, qualem ſe erga ſupplices præbeat: quorꝝ nihil augendæ pecuniæ ſtudio fecit, ſed humanitate, & animi facilitate. Non decet igiť, Athenienſes, talem uirum iſti prædæ eſſe, ac tum demũ eius miſereri, cum ea miſericordia ei nihil ꝓderit. Nunc miſeremini, dũ eius ſalus in ueſtra manu eſt. Neq;.n. ego ullum tempus eſſe uideo, quo quis ei cõmodius opituletur. Verba autem multa, quibus Apollodorus utetur, nugas eſſe & calumnias putatote. Iubete potius eũ uobis demonſtrare, aut non ita mandaſſe patrem eius: aut eſſe aliam quampiam locationem, pręter eam, quã nos oſtẽdimus: aut ſe non tranſegiſſe ſubducta ratione, omnia illa crimina, quæ cognouit affinis eius, iſto ipſo concedente: aut licere legibus res ita actas uocare in iudiciũ: aut tale aliquid oſtendere. Quæ cum non ſuppetent, ſi crimina & maledicta ingeret, & tergiuerſabitur, ne ei parueritis, neq; uos clamor eius & impudentia decipiat: ſed cauete, eaq; memineritis, quæ è nobis audiuiſtis. Quæ ſi feceritis & officio religioſorꝝ iudicum fungemini, & hunc iure conſeruabitis dignũ incolumitate, Iouem opt. max. teſtor & deos uniuerſos. Cape legẽ & teſtimonia hæc, eiſq; recita. LEX. TESTIMONIA. Neſcio plura dice

Supplicatio.

Peroratio κατ᾽ ἀνακεφαλαίωσιν.

re quorſum attineat. Puto enim uos nihil ignorare eorum quæ diximus. Exime aquam.

LECTORI.

Orationes has, quanquam Exceptiones non ſunt, ea de cauſa huc trãſtulimus, quòd Exceptio Phormionis his duabus ueluti confutatur. Apollodorus enim, cum ulciſci Phormionem, ſemel iudicio uictus, alia ratione haud poſſet: per ſpeciem coarguẽdi teſtis, & obiecta ſibi crimina diluit, & Phormionis facinora & mores inſectatur, ut hoc ſaltẽ haberet (ut eſt naturæ noſtræ peruerſitas uindictæ auida) calamitatis ſuæ ſolatium.

ARGVMENTVM PRIMAE ORATIONIS in Stephanum teſtem.

CVm Apollodorus Phormionẽ accuſaret, de menſæ pecunia, is q́; actioni exceptionem opponeret: Stephanus cum alijs, Phormioni teſtimonium dixit: Phormionem cõditionem tuliſſe Apollodoro, ſi negaret, exemplum eſſe teſtamenti paterni quod haberet Phormio: ſe exhibiturum teſtamentum ipſius Paſionis aperiendum, quod haberet & exhiberet Amphias: Apollodorum autem aperire noluiſſe. Id uerò fuiſſe exemplum teſtamenti Paſionis. Hoc teſtimonium dixit Stephanus cum ſuis. Cum autem Apollodorus contra Phormionem diceret, eum id teſtamentum confinxiſſe, totamq́; rem eſſe commentitiam, iudicio uictus Apollodorus, Stephanum de eo teſtimonio tanquam falſo, accuſat.

DEMOSTHENIS IN STEPHANVM TESTEM ORATIO PRIOR.

FALSO teſtimonio circumuentus, Iudices, & à Phormione iniurijs & cõtumelijs affectus, adſum, ope ueſtra pœnas ſumpturus de ĳs qui earum rerum cauſa mihi fuerunt. Rogo autem uos omnes, & oro & obteſtor: Primùm, ut me cum beneuolentia audiatis. Magnum.n. calamitoſis, qualis ego ſum, ſolatium eſt, queri poſſe iniurias: & à uobis impetrare, ut benignè audiant. Deinde ſi affectus iniuria uidebor, ut pro iure meo me iuuetis. Oſtẽdam autẽ uobis, Stephanum iſtum & falſa eſſe teſtatum, & id turpis lucelli cupiditate inductum feciſſe, & ipſum à ſeſe accuſari. Tanta eſt rei perſpicuitas. Dabo aũt operã, ut uobis

Captat beneuolentiam iudicum.

Propoſitio tripartita docilitati ſeruiens.

Attentio.

ꝙ potero paucissimis narrem, quicquid egi cum Phormione. Quibus auditis, & illius improbitatem, & iſtos falſa teſtificatos eſſe, cognoſcetis. Ego, Iudices, magna pecunia à patre mihi relicta, eamq́ Phormione habente, atq́ inſuper etiam ducta uxore matre mea, me abſente, publicè ueſtra cauſa triremi præfecto (quo aũt pacto, parum fortaſſe deceat filium de matre accuratè dicere) reuerſus poſtꝙ id animaduerti, et rem ut geſta erat, uidi: multum indignatus, & rem grauiter ferẽs, priuato eum accuſare iudicio non potui (iuſtitiam.n. eo tpe indictum erat, uoſq́ iudicia ꝓpter bellum differebatis) ſed actionem contumeliæ publicam apud Sexuiros ei intendo. Intercedente aũt mora, cum & actio eluderetur, & iudicia non exercerent: mater ex illo liberos ſuſcipit. & poſtea (dicetur.n. ad uos, Iudices, omnis ueritas) multa & blanda uerba fiebant à matre, & deprecationes ꝓ Phormione iſto. multa etiam & modeſta & humilia ab illo ipſo. Vt autem, Athenienſes, quò hæc paucis abſoluam, nihil eoꝝ quæ tum receperat, ſibi faciendum putabat, et pecuniĳs fraudare inſtituebat, quas menſæ habebat fortem: in ius eum uocare coactus ſum, cum primùm poteſtas data fuit. Iſte uerò intelligens omnia palàm forè, ac demonſtratum iri, ſe omniũ hominum in nos ſceleratiſſimum extitiſſe: id machinat̃ & inſtruit, ut Stephanus iſte falſo me teſtimonio opprimeret. Ac primũ actioni, qua reus agebatur, Phormio exceptionem opponebat, non conuenire mihi actionem aſſerens. Deinde teſtes, me ſecum trãſegiſſe, falſos producebat, & locationis cuiuſdã commentitiæ, & teſtamenti nunꝙ facti. cum uerò mihi priorem dicendi locum præripuiſſet, ꝓpterea ꝙ præſcriptio erat, neq́ recto iudicio congrediebat̃, eaq́ legiſſet, & cætera, ut ſibi expedire putabat, mentitus eſſet: ita cõmouit iudices, ut ne uocem quidem ullam noſtram audire ſuſtinerẽt. Damnatus igitur etiam ad mulctam ſoluendam, ac ne reſpõdendi quidem facultate impetrata, quemadmodũ haud ſcio an cum ullo mortalium unꝙ actum ſit, abĳ, grauiter, ô Iudices, & iniquo animo ferẽs. Sed re cum animo meo cogitata, inueni ĳs qui tum iudicarunt, omnino eſſe ignoſcendum. Ego.n. haud ſcio an

Narratio.

Nuptiæ Phormionis.

Accuſatio.

Defenſio et uictoria Phormionis.

Excuſatio iudicum.

quid aliud ꝓnunciare potuiſſem, & rerum actarum omnium ignarus, & dicta teſtium audiens: ſed eis ſuccenſendum eſſe, qui falſis teſtimonijs dicendis, harum rerum cauſa fuerũt. Ac de alijs quidem teſtibus cum eos accuſaro, tum dicam. De his aũt quæ Stephanus iſte teſtatus eſt, iam edocere uos conabor. Sed cape ipſum teſtimonium, & lege mihi, ut eo ipſo rem demonſtrem. Tu aũt aquam in bibe. TESTIMONIVM. Stephanus Meneclis F. Acharnenſis: Scytha Harmatei F. Cydathenæenſis: teſtatũ ſe adfuiſſe apud arbitrum Tiſiam Acharnenſem, cum Phormio prouocaret Apollodorum: omnino exemplum eſſe teſtamẽti Paſionis tabulas, quas coniecit Phormio in Echinum, & iuſſiſſe teſtamentum Paſionis aperiri, quod apud arbitrum exhibebat Amphias Cephiſophõtis affinis. Apollodorum aũt id aperire noluiſſe. Fuiſſe aũt exemplum teſtamenti Paſionis. Audiuiſtis teſtimonium, Iudices. Puto aũt uos, tametſi nõdum quicquam aliud ſentiatis, illud ipſum certè demirari, teſtimonij principiũ eſſe prouocationem: finem aũt, teſtamentum. Verùm ego oportere exiſtimo, poſtquam id quod teſtimonij ueluti caput eſt, mendacium eſſe demonſtrauero: tum demum de tabulis à me uerba fieri. Pro teſtimonio igitur dixerunt, obtuliſſe Phormionem teſtamentũ aperiendum, quod exhibuerit apud arbitrum Tiſiam, Amphias Cephiſophontis affinis: me uerò id aperire noluiſſe: & fuiſſe id teſtamẽtum de quo ipſi dixerint, exemplum illius. * Deinde teſtamentum ſcriptum eſt. Ego uerò de ijs cõditionibus à Phormione mihi latis, aut non latis, nõdum dico quicquam, neque de ueritate etiam aut falſitate teſtamenti, quod ijs de rebus ſtatim uos docebo: ſed illud, quod teſtati ſunt, me tabulas aperire noluiſſe, ſic conſiderate, quánam de cauſa quiſquam recuſat aperire tabulas? ut ne ſcilicet teſtamentum in conſpectũ iudicũ ueniret? quod niſi iſti cũ ꝓuocatione teſtamentũ coniũxiſſent, detrectatio mea aperiendi, rationis aliquid habuiſſet. Cum uerò iſti utrunque ſuo teſtimonio cõiungant: quid mihi lucri afferebat detrectatio? nihil utique. Imò contra potius Athenienſes, etſi minimè ꝓuocaſſent illi, & ſermone tantũ fuiſſent uſi, & obtuliſſet eis aliquis tabulas ut teſtamentũ: meum fuiſ-

Refutatio teſtimonij.

* ἔπ' ἡ διαθήκη γέγραπται.

Nullã fuiſſe cãm, cur aperire teſtamentũ noluerit Apollodorus.

ſet ꝓuocare, et eas aperire, ut ſi alia quædam quàm quæ iſti teſtarentur, inſcripta eſſent, teſtes è circunſtantibus multos facerem, eóq; argumento & cætera eos confinxiſſe, oſtenderem. Sin ea inſcripta fuiſſent: ab eo qui exhibuiſſet, poſtulaſſem, ut ipſe teſtaretur. qui ſi uoluiſſet, obnoxium eum habuiſſem: ſin detrectaſſet, rurſus id ſatis argumenti mihi fuiſſet, rem eſſe cõmentitiam. Quin etiam eo modo accidiſſet, ut mihi cum uno res eſſet: ut uerò iſti teſtantur, cum multis. Eſt'ne ueſtrũ aliquis qui hæc maluiſſet? equidem nullum eſſe opinor. Proinde nec de alio credere idem debetis. Etenim Athenienſes, quæ res per iracundiam fiunt, aut ꝓpter lucri alicuius perceptionem, aut animi impetu, aut æmulatione contentionis: eas res aliter geri ab aliĳs, prout ingenia & mores cuiuſq; ferũt, nihil prohibet. A quibus aũt rebus hæc omnia remota ſunt, & quum ratio utilitatis ſedato animo ducitur: qs ita uęcors eſt, ut omiſſis profuturis, ea deligeret quę cauſæ uictoriam læderent? Nam iſti, quæ nec credibilia nec probabilia ſunt, ea ſunt teſtificati de nobis. Neq; uerò ex eo ſolum, quod me tabulas aperire noluiſſe teſtes dixerunt, eorũ mendacium perſpicitur: ſed ex illo etiam, q̃ teſtimonio ſuo ꝓuocationem cũ teſtamento coniungunt. Arbitror. n. ſcire omnes uos, quæ res afferri ad uos nequeunt, earũ rerũ inuentas eſſe ꝓuocationes: ueluti quæſtiones haberi coràm uobis nefas eſt, eius rei neceſſe eſt eſſe ꝓuocationem. Item ſi quid extra noſtrã regionem factum eſt uſpiam, neceſſe eſt & eius eſſe rei ꝓuocationẽ, ut eò uel nauigetur, uel eatur, ubi facta eſt, aliarumq; ſimilium rerũ. Sed ubi res ipſas per ſeſe conſpectui ueſtro offerre licet, quid fuerit ſimplicius q̃ eas proferre in medium? Athenis obĳt pater meus: factum aũt arbitriũ eſt in uaria porticu: teſtati iſti ſunt, Amphiam exhibuiſſe tabulas apud arbitrum. Proinde ſi uerũ fuit, oportuit ipſas tabulas in Echinum eſſe coniectas, & eum qui eas exhiberet, teſtari, ut è ueritate & inſpectione ſignorũ, iudices rem cognoſcerent: ego, ſi quis mihi faceret iniuriam, eius ulciſcendi poteſtatem haberem. Nũc nemo unus totam cãm ſuſcepit, neq; planè teſtimonium dixit, ut aliqs qui uera uelit dicere: ſed qſq; partem, ut cautus nimirũ, propterea q;

Affectus uariãt, ratio perpetuò ſibi conſtat.

Abſurdè coniungi prouocationem cũ teſtamento.

Quid factum oportuiſſet.

Quid factum ſit.

ptereaq́; pœnas non daturus:alius,ſe habere tabulas q̃-bus inſcriptum ſit: TESTAMENTVM PASIONIS. alius,ſe miſſum ab eo, id attuliſſe:uerum'ne autem an falſum ſit,ignorare:alij prętextu prouocationis uſi,teſtamẽtum fuiſſe dixerunt:ut ſi maximé crederent Iudices, patris mei fuiſſe teſtamentum, egoq́; cauſæ actione excluſus eſſem,& uindicta iniuriarũ, iſti tamen falſum dixiſſe teſtimoniũ deprehenderentur, quãquam ipſi diuerſum ſperarunt. Vt autem intelligatis hæc à me uere dici,cape mihi Cephiſophontis teſtimonium. TESTIMONIVM Cephiſophon Cephalonis F.Aphidnæus teſtatur, ſibi relictas eſſe à patre tabulas,quibus inſcriptũ eſſet, PASIONIS TESTAMENTVM. Proinde ſimplex fuiſſet, Iudices, ut qui hæc dixit, adderet:eſſe autẽ eas tabulas, quas ipſe exhiberet: & * tabulas in Echinũ conijceret. Sed id quidẽ mendacium ira dignũ putauit,& nos de ſe pœnas ſumpturos arbitratus eſt: ſed dicere tabulas ſibi eſſe relictas,id uerò leue eſſe ac nihili. Illud ipſum eſt autem,q̃ ſignificet atq; arguat,eos oẽm rem cõfinxiſſe Nã ſi teſtamento inſcriptũ fuiſſet, PASIONIS & PHORMIONIS: aut,actio cũ Phormione, aut ſimile aliquid: iure id illi aſſeruaſſet. at ſi,ut affirmat, inſcriptum fuit, TESTAMENTVM PASIONIS, cur ego id non ſuſtulit cum quidẽ ſcirem me in iudiciũ eſſe uẽturum: cũ item ſcirem,ſiquidem tale fuit,cõmoditatibus meis fore contrarium? cum hæres eſſem et illius,ſiquidẽ mei patris fuiſſet,& reliqui patrimonij æquè. Quod igi t teſtamentum & Phormioni exhibitum,& Paſioni inſcriptum,& à nobis porrò relictũ eſt:ex eo patet & cõmentitium eſſe teſtamentum,& falſum Cephiſophontis teſtimoniũ. Sed omitto Cephiſophontem. Neq; enim nunc mihi quicq̃ cum eo rei eſt,neq; ille teſtatus eſt,de ijs quæ teſtamento continentur,quicquã. Quin illud etiã ſpectate Athenienſes,quanto argumento ſit teſtes iſtos dixiſſe falſum. Cum.n.is qui ſe teſtamentum habere ipſum affirmauit, dicere non auſus fuerit, exemplũ id quod Phormio exhiberet, eius eſſe q̃d ipſe aſſeruaret:iſti aũt dicere nequeãt, ſe ab initio interfuiſſe,uel apertas apud arbitrum uidiſſe tabulas:ſed & ipſi affirmarint, me apire noluiſſe: cũ eas

Cephiſophontei teſtimonij de teſtamenti inſcriptione refutatio.

* καὶ τὸ γραμματεῖον βαλεῖν. *uel,ſe conieciſſe tabulas in echinum.*

exemplũ eſſe illius teſtificati ſint, alioſ'ne, an uerò ſemet ipſos mẽdacĳ coarguerũt. Ad hæc Athenienſes, ſi qs teſtimoniũ uti ſcriptũ eſt, examinet: intelliget id in uniuerſum eos eſſe machinatos, ut quo iure quaq; iniuria pater meus id feciſſe teſtamentũ uideret. Cape uerò ipſum teſtimoniũ, & recita, ibiq; deſinito ubi te iuſſero, ut ex ipſo rẽ demõſtrẽ. TESTIMONIVM. Teſtant ſe adfuiſſe apud arbitrũ Tiſiam, cũ ꝓuocaret Phormio Apollodorũ: omnino affirmat exemplũ eſſe teſtamẽti Paſionis. Deſine. Cogitate, ſcriptũ eſſe teſtamẽti Paſionis. Atqui oportebat eos q uera dicere uellent, ſi maximè facta eſſet ꝓuocatio, ſicut facta nõ eſt, illo modo dicere. Recita teſtimoniũ ab initio rurſus. TESTIMONIVM. Teſtã tur ſe adfuiſſe apud arbitrũ Tiſiã. Teſtamur: qppe q adfuerimus. RECITA. Cum Phormio ꝓuocaret Apollodorũ, & hoc, ſi prouocaſſet, rectè dicerent. oĩno affirmat exemplũ fuiſſe teſtamẽti Paſionis. Deſine ibi. Nemo ꝑfectò iã teſtatus id eſſet, niſi qs etiã patri meo adfuiſſet teſtamentũ facienti, ſed ſtatim dixiſſet: qd uerò nos ſcimus, quod'nã ſit Paſionis teſtamentũ? & ſic ſcribẽdum cenſuiſſet, quemadmodũ in principio ꝓuocationis: Omnino affirmo ego exẽplũ eſſe teſtamẽti eius, qđ Phormio aſſerit Paſionẽ reliqſſe: non Paſionis. Hoc. n. fuit teſtari, eſſe teſtamentũ, quod iſtis fuit propoſitũ: illud, ſic affirmare Phormionẽ. Plurimũ aũt intereſt, et eſſe aliqd, & iſtũ dixiſſe. Vt autem ſciatis, quantas & q̃ multas ad res pertinuerit confictio teſtamenti, paucis auſcultate. Primũ id eò pertinebat Athenienſes, ut non pœnas daret corruptæ eius, quam nec me dicere decet: & uos, tametſi ego nõ dixero, ſcitis. Deinde ut obtineret eã pecuniam, q̃ patri meo apud matrẽ meã fuerat. poſtremò, ut reliqs noſtris bonis oĩbus potiret. Atq; hæc ita ſe habere, ẽt ipſo teſtamento audito cognoſcetis. Apparebit. n. non patris pro filĳs ſcribentis ſimile teſtamẽto, ſed ſerui corruptoris heriliũ facultatũ, idq;, ut ne pœnas det, proſpiciẽtis. Recita uero eis teſtamentũ, quod iſti ante citationẽ teſtati ſunt. Vos aũt cõſiderate qd dicã. TESTAMENTVM. Hęc Paſio Acharnẽſis teſtatus eſt: Do meã uxorẽ Archippã Phormioni, & dotẽ Archippę addo ta-

3 *Teſtes ſcire non potuiſſe, cuiuſmodi fuerit teſtamentum.*

Quid Phormio cõmentitio teſtamento perficere ſtuduerit.

1 *Impũnitas corruptelæ.*
2 *Pecunia materna.*
3 *Tota hereditas.*

lentum illud è Peparetho, itē talētum ex eodē loco: ædes centū minarum: ancillas & aurū, & cætera quę domi habet, ea uniuerſa Archippæ largior. Audiſtis Athenienſes, dotis magnitudinē: talentū è Peparetho, talentum eodē ex loco: ædes centū minarum, ancillas & aurū & cætera, inqt, quæcunq; ei domi ſunt, ei largior. hoc ſcripto nobis ē inquirendi eorum aliquid quę relicta ſunt, facultatem eripiens. Age uerò & locationē uobis oſtendam, ex qua iſte menſam à patre conduxerat. Nā & ex ea quanquam cōmenticia, uidebitis, commentum eſſe totū teſtamētum. Oſtendā autem eam locationem, quam iſte exhibuit, non aliā, in qua eſt adſcriptū: patrem undecim debere talēta iſti ad depoſita. Sunt aūt ea opinor huiuſmodi: domeſticam pecuniam, ut matri teſtamento legatam ſuæ poteſtati tradidit, ut modò audiuiſtis. Quæ uerò in menſa erat, quam oēs norant, quæq; celari nō poterat, oſtendendo patrē noſtrū inſuper obæratū eſſe: ut quęcūque habere conuinceret, ea ſe recepiſſe aſſereret. Vos autem eum, q genere ſermonis inſolentiore utitur, barbarum fortaſsis & hoīem uilem putatis. Eſt uerò barbarus odio in eos quos colere debebat: ſed maleficijs & corruptela negociorū, nemine eſt inferior. Age cape locationem, & lege, quā eodem modo per prouocationē iniecerunt. LOCATIO MENSAE. His conditionibus locauit Paſio menſam Phormioni: ut pro locatione menſæ Phormio filijs Paſionis bina talēta & quadragenas minas quotannis ſoluat, præter quotidianā adminiſtrationem. Ne uerò liceat ſeorſim argentanā facere Phormioni, niſi liberis Paſionis id perſuaſerit. Debet autem Paſio ad menſam undecim talēta ad depoſita. Quā igitur pactionē exhibuit, ex qua cōduxerit menſam, hæc eſt, Iudices. Auditis aūt in ea legi, iſtū locationis nomine pendere debere, pter quotidianā adminiſtrationē, bina talenta, & quadragenas minas quotānis. nō licere aūt ei argētariā ſeorſim facere, niſi nobis id pſuaſerit. Poſtremò uerò adſcriptū eſt, Debet aūt paſio undecim talēta i depoſita. Eſt uerò qſq̄ q ligni & loci, & tabellę tātā ſuſtineret locationē? Eſt uerò qſq̄, q ei p quē menſa tm̄ ęris alieni cōtraxiſſet, reliq̄ crederet? Si. n. tot pecunię defuerunt, iſto

Vel ex locatione apparere teſtamentum eſſe commenticium.

Scomma in Phormionem.

procuratore defuerunt. Scitis. n. omnes, etiam cum pater argentariam faceret, iſtum ſediſſe, & præfuiſſe mēſæ. Quare in piſtrino eum molere potius decuit, q̄ꝫ reliquis potiri. Sed omitto hæc & reliqua, quæ de undecim talē tis dicere poſſem, unde cognoſceret̄ patrē ea non debuiſſe, ſed iſtū ſurripuiſſe. ſed qua gratia legi, ut oſtenderē teſtamentum eſſe falſum, id uobis redigam in memoriā. Scriptum eſt ibidem, non licere Phormioni argentariā facere, niſi id nobis pſuaſerit. Hoc igitur ſcriptū indicat, teſtamentū penitus eſſe falſum. Quis. n. mortaliū, q̄ iſte faciendo argentariam quæſiturus erat, ea ut nobis filijs, non iſti tribuerentur, cauiſſet: proptereaq́ꝫ non licere iſti facere argētariā, ſcripſiſſet, ne à nobis ſe remoueret: quæ uerò ipſe parta intus reliquiſſet, ea ut iſte caperet, pręparaſſet? & quæſtū inuidiſſet, de quo ei aliqd impartiri, nulla turpitudo fuiſſet: uxorē autem dediſſet, quo relinquere nullū maius dedecus potuiſſet, poſtquā ueſtro beneficio fuit ornatus. Et tanquā ſeruus domino daret, non cōtrà dominus ſeruo, dotem adiecit, quantā nemo in urbe dediſſe reperietur. Enimuero cum iſto præclarè actum fuiſſet, ſi nuptias dominæ fuiſſet nactus. At patrem ne accepta quidē tanta pecunia, quantā eū iſti dediſſe ferunt, probabile fuit hæc fuiſſe acturū. ſed tamen quæ ſignis, q̄ temporibus, quæ rebus ipſis falſa eſſe deprehenduntur, ea Stephanus iſte teſtificari nō dubitauit: & poſtea obambulans dictitat teſtificatum eſſe Nicoclē, ſe geſsiſſe tutelam ex teſtamento. Paſiclē teſtificatū eſſe, ſe ſub tutela fuiſſe ex teſtamento. Ego uerò ijs ipſis argumentis oſtendi puto, neq́ꝫ illos uera, neq́ꝫ hos teſtificatos eſſe. Qui. n. ſe geſsiſſe tutelā ex teſtamento teſtatur: eū ſcire perſpicuum eſt, ex quali. Quid igit̄ uobis in mentē ueniebat, ut in prouocatione teſtimoniū diceretis de teſtamēto? cur non illos potius dicere ſinebatis? Nā ſi illi quæ in eo ſcripta fuerint, ſcire ſe negabūt: q uos ea ſcire poteſtis, quos ipſa negocia nuſq́ꝫ uel minima ex parte attigerūt? cur igitur alij teſtes alia dixerūt? Quod prius ēt dixi: partiti ſunt inter ſe ſcelera: atq́ꝫ ſe tutelā geſsiſse ex teſtamēto q dixit, nihil ſe grau e dixiſſe opinatus eſt, neq́ꝫ is q ſe ſub tutela fuiſſe dicit ex teſtamēto, auferēs uterq́ꝫ ſuo te

A minori: Si quæſtus negatus Phormioni, quanto magis uxor.

Partiti inter ſe mendacia teſtes.

ſtimonio ea q̃ ſunt ab iſto ſcripta in teſtamẽto: alius reliquiſſe ſibi patrẽ tabulas teſtamẽtũ inſcriptas, alius eius generis alia. Sed de teſtamẽto dicere teſtimoniũ, in quo eſt tantæ pecuniæ furtũ, uxoris corruptela, nuptię dominæ, res tanti flagitij tantiq; dedecoris: nemo uoluit, niſi iſti prouocationẽ cõmenti, de quibus æquum eſt totius technæ & maleficij ſumi pœnas. Ne autẽ, Athenienſes, ex ijs ſolũ quæ ego accuſo atq; arguo, falſa dixiſſe teſtẽ Stephanũ uobis conſtet, ſed & ex illius factis q eũ ſubornauit: q̃ ille fecerit, uolo uobis explicare. Quod uerò initio dixi orationis, oſtendã eos à ſemetipſis accuſari. Actioni meæ, in qua iſta teſtimonia dicta ſunt, exceptionẽ oppoſuit Phormio, de non dãda mihi actione, q; ego ſecũ controuerſiã tranſegiſſem. Id aũt ego mendaciũ eſſe ſcio, & coarguã, cum in eos teſtes egero q illa dixerũt. Iſte uerò hoc dicere non poteſt. Quod ſi uerã eſſe creditis tranſactionẽ, ſic iſte falſi teſtimonij uel maximè conuincetur, & cõmenticij teſtamenti fuiſſe teſtis. Quis.n. ita eſt amens, ut corã teſtibus tranſigat, quò rata ſibi ſit tranſactio: pactiones aũt & teſtamẽta & reliqua, de quibus tranſegit, obſignata contra ſe iacere ſinat? Proinde contraria eſt oĩbus dictis teſtiũ exceptio: contraria itẽ, quam uobis modò recitaui locationẽ, teſtamento illi: nihil deniq; actum eſt, quod uel ꝓbabile uel ſimplex, uel ipſum ſibi conſentaneũ ſit, ſed hoc pacto commenticia & conficta ea omnia eſſe reperiuntur. Verũ igitur eſſe teſtimonium, neq; iſtũ ipſum, neq; alium eius patronum oſtendere poſſe exiſtimo: ſed eũ talẽ quandam defenſionem eſſe meditatũ audio, ſe prouocationis eſſe reũ, non teſtimonij: & ad duo ſibi eſſe reſpondendũ, non ad oĩa capita accuſationis: primũ, an conditionẽ eam Phormio mihi tulerit, nec ne: Deinde, utrum eam ego non acceperim. Ea.n. ſe ſimpliciter pro teſtimonio affirmaſſe dicet: cætera illum in prouocatione poſuiſſe, q̃ uera'ne an falſa ſint, ſua nihil intereſſe. Aduerſus igit̃ eã orationem et impudentiã, optimum eſt paucis uos p̃moneri, ne decipiamini. Primũ igit̃, cum dicere inſtituerit, ſe non oĩum eſſe reum: cogitate, lege ꝑpea cautum eſſe, ut teſtimonium tabulis inſcriberetur, ne quicquã ſcriptis uel addi uel de-

Exceptione Phormionis dicta teſtium refutari.

Refutatio: Nõ prouocationis tãtum, ſed et teſtimonij reũ eſſe Stephanũ.

trahi poſſet. Tum igitur ea deleri iubere debuit, quæ ſe nunc dixiſſe negat:non nunc,poſtquã inſunt, impudenter mentiri. Deinde illud etiã perpendite:nunquid me arrepta tabella,quicquã adſcribere pateremini?non utiq;. Proinde nec iſti delere quicquã è ſcriptis,permittendum eſt.Quis.n.unquam falſi teſtimonij conuincetur, ſi & teſtabitur quę uolet,& quorũ libitum erit,rationẽ reddet? ſed non ita hæc uel diſtincta lege ſunt, uel audienda uobis,ſed illud ſimplex & rectũ eſt:quid ſcriptum eſt ę qd teſtatus es?hæc eſſe uera,oſtende. Nã litẽ ita cõteſtatus es:uera ſum teſtatus, teſtatus ea quæ ſunt in tabula ſcripta non:illud uel illud in tabula. Vt aũt hæc ita ſe habere conſtet,cape ipſam litis conteſtationẽ.Recita. CONTESTATIO LITIS. Apollodorus,Paſionis F. Acharnenſis:Stephanus, Meneclis F. Acharnẽſis:falſi teſtimonij mulcta talentum.Falſum in me teſtimoniũ dixit Stephanus, dicendis ijs quæ in tabula ſcripta ſunt. Verũ dixi teſtimoniũ,dicendis ijs q̃ in tabula ſcripta ſunt. Hæc ita ipſe reſcripſit,q̃ uos meminiſſe debetis:neq; plus habere fidei fraudulentis iſtius uerbis,quæ nunc afferet,q̃ legibus, & ijs quæ ipſe in litis conteſtatione poſuit. Audio porrò eos, de ijs ẽt rebus ob quas ab initio actionẽ inſtitui dicturos,& criminaturos,calumniã eam fuiſſe. Ego uerò quo pacto locationẽ concinnarit, ut ſortem menſæ obtineret, dixi,& recenſui uobis. De cæteris uerò nõ potuiſſem ſimul dicere, & iſtorũ conuincere teſtimonium. Neq; enim aquæ mihi ſatis eſt. Atq; adeò ne uos quidẽ de illis ipſis libenter audituros,inde ſcietis,ſi cogitabitis uobiſcũ,neq; nunc difficile eſſe, de qbus non accuſatus ſis,uerba facere, neq; falſis teſtimonijs recitatis abſolui. ſed neutrũ horum eſſe iuſtum quiſquã dixerit, ſed id qđ ego nunc poſtulo.idq; audite, et conſiderate. Ego peto, quæ mihi argumẽta eripuerunt, quo minus ad probãda crimina dici poſſent,ea nunc uti ne q̃rant:ſed qbus teſtimonijs eripuerunt,ea teſtimonia uti uera eſſe oſtendant. Quod ſi cũ cauſam ago, teſtimonia ut coarguã petẽt:ea uerò quũ pſequor, de criminib⁹ ab initio ꝓpoſitis dicere me iubebũt:neq; iuſta neq; uobis utilia dicẽt.Iuraſtis.n. uos ijs de reb⁹ ꝓnunciaturos, nõ quas reus poſtulet,ſed

Cauillationes aduerſariorũ extra cauſam,non eſſe audiendas.

1 De actione per calumniã ab Apollodoro inſtituta.

de ĳs q̄ in actione contineantur. Eam ueró neceſſe eſt accuſatoris oratione explicari, qua ego iſtū falſi teſtimonĳ reum feci. Ne igitur, hoc omiſſo, ea dicat, de q̄bus nō fit iudicium: neq; uos p̄mittite, ſi fortè iſte impudēter agere inſtituet. Arbitror aūt eū omni iuſta defenſione deſtitutū, etiā ad hoc uenturū, abſurdè me facere, exceptione uictū, q teſtamēti teſtes pſequar: q̄ illius tēporis iudices, magis propter trāſactionis, q̄ propter teſtamēti teſtes, Phormionē abſoluerint. Ego uerò, Athenienſes, ſcire oēs uos exiſtimo, ſolere uos rem geſtā nō minus ſpectare, q̄ propter eam factas exceptiones. De reb⁹ igitur ipſis iſti falſo in me teſtimonio dicto, mea de actione uerba infirma reddiderunt. Sed his omiſſis ineptū eſt, cū omnes p̄ teſtimonio mentiti ſint, quis eoꝝ maxime nocuerit, declarare: & non potius ſingulos ſe uera dixiſſe oſtendere. Neq;.n.ſi alium atrociora cōmiſiſſe oſtenderit, eū abſolui decet, ſed ſi ipſe uera ſe dixiſſe declararit. Propter qđ igitur Stephanus exitio inprimis dignus eſt, id ex me audite. Iniquū eſt, quemcunq; tandē opprimere falſo teſtimonio: ſed multo iniquius & grauius uindicādū, cognatos. Nō.n.ſcriptas tantūmodo leges talis homo, ſed ipſius etiā naturæ coniunctionē euertit: id quod iſtū feciſſe oſtēdetur. Eius enim mater, ſoceri mei ſoror eſt. Proinde uxor mea ei eſt cōſobrina: & liberi eius & mei, ſunt ſobrini. Nunquid putatis iſtū, ſi quid propter inopiam cōtra officiū facere cognatas ſuas uideret, id quod multi iam ſecerunt, dote data eas elocaturū, q ne eæ ad ipſas pertinētia recuperarēt, falſa teſtari uoluit: & pluris fecit Phormionis diuitias, q̄ cognationis neceſſitudinē? ſed ut hæc à me uerè dici cōſtet, cape Diniæ teſtimonium, & lege. Cita Diniam. TESTIMONIVM. Dinias Theomneſti F. Athmonenſis, teſtatur ſe filiam ſuam Apollodoro legitimam uxorem dediſſe: neq; unquam adfuiſſe, aut animaduertiſſe, Apollodoꝝ de omnibus controuerſĳs cū Phormione tranſegiſſe. Eſt' ne ſimilis iſti Dinias, Iudices, qui pro filia & filię liberis, & me genero, propter cognationem nec uera in iſtum teſtari uult? Sed nō ita Stephanus, qui nō dubitauit in nos mentiri p̄ teſtimonio, neq; ut neminem alium, at matrem ſuam erubuit, dum co-

2. Etiam exceptione uicto, licere accuſare teſtes.

Amplificatio iniuriæ Stephani ab affinitate.

Collatio Diniæ cum Stephano.

gnatos maternos in extremam coniiceret paupertatem. Quod autẽ facinus indigniſſimũ pertuli, & quod me in agenda cauſa uehementiſſimè cõmouit, Iudices, id uobis explicabo. Nã & iſtius improbitatẽ magis perſpicietis: & ego deploratis apud uos pleriſque iniurijs, mala mea ueluti ęquiore animo feram. Teſtimoniũ quod me habere putabã, & quo cauſa mea maximè nitebatur, ĩ echino nõ reperiebã. Tum igitur eo malo attonitus, nõ aliud habebam, q̃ ut putarẽ magiſtratũ mihi feciſſe iniuriam, & echinũ mouiſſe. nunc, ut poſtea cõperi apud ipſum arbitrum, Stephanũ iſtum id ſuſtuliſſe reperio: cũ ego, eiurandi cuiuſdã teſtimonij cauſa, ſurrexiſſem. & hęc à me uerè dici ut cõſtet, primũ uobis teſtabuntur hi, qui iſtis adfuerunt, quiq́; uiderũt. Neq́; n. eos eiuraturos eſſe puto. Sin ea fuerint impudẽtia ut facturi ſint, prouocatio uobis legetur, per quã & eorũ periurium palàm deprehendetis, & iſtum ſurripuiſſe teſtimoniuṁ æquè cognoſcetis. At quiſquis, Athenienſes, alienorũ furem appellari ſe nõ recuſauit: quo uobis facinore abſtinere uelle uidebitur? Recita teſtimoniũ, deinde prouocationẽ hanc. TESTIMONIVM. Teſtantur ſe amicos & familiares eſſe Phormionis, & adfuiſſe apud arbitrũ Tiſiam, cũ arbitrium in cauſa Apollodori cõtra Phormionẽ fieret, ſcireq́; ſe, Stephanum ſurripuiſſe id teſtimoniũ, quod eum ſurripuiſſe queritur Apollodorus. Aut teſtamini, aut eiurate. EIVRATIO. Non obſcurũ fuit, Iudices, eos hoc facturos, cupideq́; eiuraturos. Vt igitur è ueſtigio periurij conuincant, cape hoc teſtimoniũ, & prouocationẽ lege. TESTIMONIVM. PROVOCATIO. Teſtantur ſe adfuiſſe, cum Apollodorus Stephanũ prouocauit, ut puerum pediſſequũ ad quæſtionẽ daret de tabulæ ſubtractione, & paratum fuiſſe Apollodorũ ad conſcribendas q̃ſtionis cõditiones. Sed hęc poſtulante Apollodoro, noluiſſe Stephanum puerũ tradere: ſed reſpondiſſe, ſi quã ſibi ab ipſo factã iniuriam q̃reretur, experiri licere iudicio. Quis igitur in tali crimine, Iudices, cauſa fretus, quęſtionem non admiſiſſet? Proinde fugiendo quæſtionem, ſurripuiſſe conuincitur. Eum'ne falſi teſtimonij dicti moueri putatis infamia, qui non recuſauit, quo minus fur exiſtimaretur?

Teſtimonium Apollodoro à Stephano ſurreptum.

A' maiori.

Rogatus ab aliquo falſum teſtimonium,nõ dicet,qui iubēte nemine,ultrò fuit improbus? Quanquã igitur, Athenienſes,ho℞ ſcelerum omnium iurè pœnas daret : multo tamē iuſtius propter cætera ſupplicio à uobis afficeret. idq; uita eius quã uixit,inſpecta,cõſiderate. Iſte,cũ Ariſtolochus menſarius ſecũda fortuna uteretur,pari greſſu cũ illo incedebat,illi protſus obnoxius: & hoc multi ueſtrũ,qui hic adeſtis,norunt. Poſtquã autem ille perijt,& fortunis euerſus eſt, diſſipatis eius opibus nõ minima ex parte ab iſto, & iſtius generis hominibus : eius filio, cui multum negocij faceſſebatur,nunquã adfuit, aut opē tulit. Sed Apolexis & Solon,& quiuis alij potius ei præſtò ſunt. Phormionem rurſus aſpexit,& ei factus eſt familiaris,eo ex Athenienſibus omnibus delecto,& pro eo legatus Byzantiũ profectus eſt,cũ illi eius naues detinerent: & cauſam egit aduerſus Chalcedonios. me uerò palàm adeò falſo teſtimonio circumuenit. Qui igitur felicium aſſentator eſt, atq; eorundē, mutata fortuna, proditor: & cũ reliqui ciues multi & boni ſint,cum nemine uel ex æquo agit,talibus autē ultrò ſe ſubijcit,neq; an cognatũ aliquē iniuria ſit affecturus, neq; an apud alios dedecus & infamiam ſubiturus ſit illis factis cogitat,neq; niſi ut auaritiã expleat,quicquã penſi habet:nónne is odio ꝑſequendus eſt,ut totius humanę naturæ hoſtis? Ego quidē ęquũ id eſſe cēſeo. Ea igitur ita probroſa Athenienſes,eò ut munera publica detrectet,& ſuas facultates occultet, facere inſtituit, quo clãdeſtinos ꝑ menſam q̃ſtus faciat, & neq; ædilitia,neq; naualia munera obeat,neq; ullo in loco fungat̃ officio:idq; perfecit.quod ex eo cõſtat,ꝙ cũ tantas habeat opes,ut filiæ centum minas doti dederit: nullum ne minimũ quidē munus à uobis obire uiſus eſt. At quanto p̃clarius eſt, liberalitatē & ſtudium in rēpublicam ſuũ oſtendere,cum opus eſt:q̃ adulationibus & falſis teſtimonijs dicendis eſſe deditũ? Verũ Athenienſes in opulentia improbis multo grauius iraſcendũ eſt,q̃ in paupertate. his enim rerũ neceſſariarũ penuria nonnihil apud æquos æſtimatores ueniæ parit. Qui uerò, ut iſte, in re lauta ultrò ſunt improbi, nullã iuſtam excuſationē afferre poſſunt:ſed ſordibus & auaritia & petulantia,&

Digreſſio in uitam Stephani.

Paraſitus fortunatorũ infelicium deſertor.

Stephani ſordes in magnis opibus.

ſuis conſpirationibus plus tribuendo, q̃ legibus adducti uidebuntur. Vobis autẽ nihil horum prodeſt, ſed illud, ut inops affectus iniuria, pœnas de diuite poſſit ſumere. Id quod tũ fiet, ſi eos qui ex auaritia tam apertè ſunt impro bi, punieritis. Neq; uerò uultũ iſtius & inceſſum p̃ter pa rietes, ad ſeueritatẽ cõpoſitum, modeſtię quiſquã eſſe argumẽta, ſed potius inhumanitatis putare debet. Cui.n. nullæ res aduerſæ acciderũt, cui neceſſaria nõ deſunt, & tamẽ hoc habitu uitam agit: eũ ego perſpexiſſe & meditatũ eſſe ſecũ illud exiſtimo, ad ſimpliciter, &, ut natura fert, incedẽtes & hilares, accedere aliquẽ audere, & rogare & denũciare aliquid, nihil ueritũ: à fictis aũt & toruis uel primo cõgreſſu abhorrere. Ille igitur habitus nihil aliud eſt, q̃ tegumentũ morum: & ingenij feritatẽ & acerbitatẽ, ea re declarat. Argumẽto illud eſt, q in tanta multitudine Athenienſium, quũ res tibi ſint longè q̃ pro merito tuo ſecundiores: num ulli unquã quicq̃ largitus es? num ulli quicquã contuliſti? num ulli benefeciſti? neminẽ proferre poteris, ſed fœnerãdo, & alioꝝ clades & neceſſitates in tuis fortunis numerãdo, patruum Niciam paternis ædibus eieciſti: ſocrui tuæ ea unde uiuebat, eripuiſti: Archedemi filium, quantũ in te fuit, extorrẽ egiſti: nemo unquã tam acerbè uel iudicatũ nõ ſoluentẽ tractauit, ut tu eos q uſurã tibi debent. Quẽ igitur uideris oĩbus in rebus ita ferũ & impurũ, eũ uos in ipſo facinore & iniuria deprehenſum, nõ punietis? Indigna Athenienſes, & nõ ęqua facietis. Etiam Phormionis, q iſtum ſubornauit, facinora, odium & indignationẽ merentur, ſi præſertim eius impudentiam & ingratũ animũ ſpecteris. Arbitror enim ſcire omnes uos, cũ uenalis eſſet, ſi eũ à coquo aut aliquo alio opifice emi cõtigiſſet, eum domini artẽ edoctum, à bonis p̃ſentibus futurũ fuiſſe q̃ remotiſſimum. Poſtquã autẽ eum pater noſter, mẽſarius, emit, & literis erudijt, & artẽ docuit, eiuſq; fidei magnã pecuniam credidit: felix factus eſt, fortunã, qua ad nos uenit, occaſionem nactus omnis eius qua nunc fruitur, felicitatis. Proinde indignũ eſt, proh diuũ hominumq; fidẽ, & plus q̃ indignũ, eos qui è Barbaro Græcũ, è mancipio nobilem fecerunt, qui tot felicitatibus ornarunt, ab eo negligi, ex-

Inhumanitas Stephani.

Inſectatio Phormionis.

trema inopia cõflictantes,cũ rem habeat & diuitias:& ea eſſe impudentia,ut quá fortunã à nobis accepit,de ea impertiri nobis nõ audeat. At nõ dubitauit ducere dominam,& eã habere in matrimonio,quæ,cũ recens mancipium tum cũ emptus fuit,initiarat,nec dotẽ ſibi quinq; talenta ſcribere,excepta quã mater habuit,quaq́; iſte potitus eſt,magna pecunia. Quid enim eum putatis in teſtamentũ inſcripſiſſe? Et cætera q̃ habet,Archippæ lego:noſtras autẽ filias,q̃ domi propter egeſtatẽ cœlibes conſeneſcent,negligit. Quod ſi iſte pauper eſſet,nos uerò locupletes,& mihi,ut multa homini poſſunt,aliquid accidiſſet: iſtius filij meas filias ſibi dari poſtularent,ſeruo nati heriles. auunculi enim eis ſunt,propterea ꝙ matrem iſte meam duxit. Poſtquã autẽ nos inopes ſumus,nõ adiuuabit eas ut elocentur:ſed recenſet & cõputat,quantũ ego pecuniæ habeam. Nam quod omnium iniquiſſimũ eſt, eius qua nos fraudauit pecuniæ,nullam in hunc uſq; diẽ rationẽ reddere uoluit, ſed exceptiones opponit de non danda nobis actione. Quæ autẽ è patrimonij partitione accepi,ea cõputat. Ac in cęteros quidẽ ſeruos à dominis inquiri uideatis:at iſte contrà in dominũ ſeruus inquirit, ea re ſcilicet improbum & prodigũ eſſe me oſtenſurus. Ego uerò,Athenienſes,quod ad faciei naturã & celeritatem inceſſus,& magnitudinẽ uocis attinet: non in ijs me numero,qui naturã propiciam habuerunt. Quibus enim rebus,ſine mea utilitate quibuſdã ſum moleſtus,eę mihi ſæpenumero incõmodant. At ꝙ ad eos ſumptus omnes attinet,qui ad meipſum pertinent, multo ſrugalius iſto, & alijs eiuſdẽ generis, uiuere me cõſtabit. Quæ uerò in rempublicam & in uos cõferenda ſunt,q̃; ſplendidiſſimè poſſum,& ut uos cõſcij eſtis,adminiſtro. Neq; enim hoc ignoro,uobis qui ciues nati eſtis,ſatis eſſe obire munera, ut leges mandant. nobis autẽ adſcitis, & uelut adoptatis,ſic obeunda munera ſunt,ut uobis referre gratiam uideamur. Ne igitur ea exprobra,propter q̃ laudẽ mereor. Sed quem nã Phormio ciuium,ut tu,cõduxi ad libidinẽ? oſtendito. Quem ciuitate,quę tibi liberalitate populi cõtigit,& libertate ciuili,ſpoliaui,ut tu eũ quẽ probro affeciſti? Cuius uxorẽ ego corrupi,ut tu pręter alias multas,

Apollodorus cõmendat ſe.
Natura.
Frugalitas.
Liberalitas.
Flagitia Phormionis.
Libidines.

eam etiam cui monumentum iſte dijs inuiſus prope dominæ tumulũ, extruxit amplius duobus talentis inſumptis. neq; aiaduertit ædificiũ illud tam magnificũ, non ſe pulchri, ſed iniuriæ qua illa ꝑpter te, maritum affecerat, foré monimentũ. Et tamen iſtis facinoribus, & talibus petulantiæ tuæ teſtimonijs oſtentatis, alterius uitam exagitare audes? interdiu tu modeſtus es, noctu aũt ea deſignas, quæ capitalia ſunt. Improbus iſte, improbus eſt

Rapacitas.

Athenięſes, iam inde ex eo tempore, quo ad templũ Caſtoris & Pollucis uænijt, & iniurius. cuius rei hoc ſignũ eſt, ꝙ ſi iuſtus fuiſſet, pauper eſſet, adminiſtrata domini pecunia. Nunc, cum tam ingentem pecuniam poteſtate habuerit, ut tantum inde ſit ſuffuratus, quantum nũc poſſidet: ea non debere, ſed accepta ex patrimonio habere ſe exiſtimat. Age per deos immortales, ſi te ut forem arripuiſſem, in ipſo furto deprehenſum: facultatibus quas habes (ſi fieri poſſit) tibi impoſitis, atq; ita à te poſtulaſſem, ſi negares ea te ſurripuiſſe, eò referre unde accepiſſes: ad quem nam ea referres? Neq;.n. tuus tibi pater tradidit: nec reperiſti: neq; ijs alibi uſquam acceptis ad nos ueniſti. Barbarus.n. emptus es. Et tu, quem publicè interfectum oportebat propter facinora: corpore conſeruato, & ciuitate, noſtra pecunia tibi comparata, & eò dignitatis euectus, ut liberos, qui dominorũ tuorũ fratres eſſent, procreares, exceptionem oppoſuiſti, non conuenire nobis actionem in eam pecuniam, quam à te petere mus? tu nobis conuiciatus es? tu in patrem noſtrũ inquiſiuiſti quis fuerit? Quæ quis eſt, Athenienſes, qui æquo ferre animo potuiſſet? Ego.n. tametſi me uobis omnibus alijs ſubmiſſiore animo eſſe oportet, iſto tamen eſſe elatiore oportere cenſeo: & ſi iſtum nemini cedere oporteret, mihi tamen eum cedere oporteret. Simus enim ita ſanè nos, ut tu nos oratione tua fingis: ſeruitutem tute ſeruiſti. Fortaſſis aũt & hoc eorũ aliqs dixerit, fratrem meũ Paſiclem nihil de eo quæri in his ipſis rebus. Ego uerò, Athenienſes, & à Paſicle deprecatus ne ægrè ferat, & à uobis petita uenia, ſi eò ꝓceſſerim iracundiæ, ut ſeruorũ meorũ contumelijs irritatus, ea reticere nequeam, quæ hactenus etiam alijs dicentibus audire me diſſimulaui.

καθ' ὑπόθεσιν actio furti.

Apollodorus ſe Phormioni ꝓfert.

Refutatio.

Paſiclẽ non agnoſcit fratrẽ Apollodorus.

Eloquar,an taceam?Ego uterinum eſſe mihi fratrem Paſiclem exiſtimo:germanus an ſit,haud ſcio:atq; adeò uereor, ne Paſicles delictorum Phormionis in nos principiũ fuerit. Cum.n.ſeruo adſit, deſpecto fratre, & eos colat & ſuſpiciat,à quibus eum coli cõueniebat: quam ea res iuſtam habet ſuſpitionem?Aufer igitur è medio Paſiclē, & tuus ſanè filius potius q̃ dominus nominetur: meus aũt aduerſarius.hoc enim mauult,q̃ frater eſſe.Ego uerò eum ualere iubeo, & quos mihi pater tradidit adiutores & amicos,ad eos uenio,ad uos Iudices:et oro et ſupplico,& obteſtor,ne patiamini,ut ego & filiæ, propter inopiã meis ſeruis, & illius aſſentatoribus deriſui ſimus. Meus uobis pater mille clypeos dedit, & ſæpe uobis utilem operam nauauit: & quinq; triremibus ultrò donatis, & ſuis ſumptibus impletis, naualia munera obijt. Et hęc non eò cõmemoro,q; uos nobis debere gratiam exiſtimem.nos.n.debemus uobis:ſed ne per ignorantiã ueſtram,aliqd his indignum patiar.Quod ne uobis quidem honeſtum fuerit.Cum aũt multa mihi diceda eẽnt, de iniurijs & contumelijs quibus ſum oneratus,non ſatis æquæ mihi eſſe uideo. Vt igitur maximè uos omnes exiſtimem cognituros ſummas, qbus nos affecti ſumus, iniurias:dicam.Si ſecum unuſquiſq; ueſtrũ cogitet, quẽ domi famulũ reliquerit:ac deinde fingat,ſe ab eo talia eſſe paſſum, qualia nos ab iſto. Neq;.n.id ſpectandũ eſt, Syrus'ne an Manes, aut quiſq; tãdem ſit eorum quilibet, iſte aũt Phormio:ſed res eſt eadem,ſerui & iſti ſunt,ſeruus & iſte fuit, uos autem domini, dominus & ego fui. Quas igitur pœnas unuſquiſq; ueſtrùm ſumendas exiſtimaret,eas & mihi nunc ſumendas exiſtimate: & eũ qui me falſo teſtimonio ſpoliauit ad conſeruandas leges,& iuſiurandum,quo adacti ſedetis,ulciſcimini,& exemplũ in eo ſtatuite cæteris:recordãtes eorum omnium quæ è nobis audiuiſtis, & cauentes ſicubi uos ſeducere inſtituerint:ſingulatim eis occurrentes,ſi ſe non omnia teſtatos eſſe dixerint:cur igitur in tabella ſcriptum eſt?cur igitur tum non delebas? quæ igitur illa eſt apud prætores litis conteſtatio?Si alius ſe fuiſſe dixit ſub tutela ex teſtamẽto,alius geſſiſſe tutelam:alius habere teſtamentũ,quale?

Obteſtatio iudicum.

Munificentia Paſsionis.

Occupatio.

Peroratio.

Iudices fingere debere, id ſibi accidere, quod Apollodoro acciderit.

in quo quid ſcriptum eſt, hæc quæritote. Nam quæ iſti teſtati ſunt, ea nemo è cæteris ſuo teſtimonio confirmauit. Sin lamentabuntur, eum qui malum accepit, miſerabiliorem ijs qui pœnas daturi ſunt, putatote. Quæ ſi facietis, & me iuuabitis, & nimiam iſtorum aſſentationem cohercebitis, & ipſi ea quæ iuriſiurandi religio poſtulat, decernetis.

ARGVMENTVM ORATIONIS IN Stephanum teſtem ſecundæ.

IN hac oratione & quædam è ſuperioribus firmius muniuntur, & alia noua inſeruntur: ut, an & teſtamentum ſit contra leges factum.

DEMOSTHENIS IN STEPHANVM TESTEM ORATIO SECVNDA.

Defenſionem Stephani nihil ad rem facere

NOn defuturam eſſe Stephano iſti defenſionem, de teſtimonio, ac fore, ut uerbis uos circũduceret, ſe non omnia in tabella perſcripta dixiſſe, aſſerẽdo, uoſq́; decipiẽdo: & ipſe ferè ſuſpicabar, Iudices. Nam & uafer eſt: et qui Phormioni ſcriptas orationes & conſilia ſuggerant, multi ſunt: ſimul ẽt ꝓbabile, eſt eos qui metiri pro teſtimonio inſtituant, ẽt mendacioꝝ defenſionem ſtatim meditari. Illud autem, quod in tam prolixa oratione, nuſquã uobis teſtes produxit, ſe uſquam ipſum adfuiſſe patri meo id teſtamentum facienti, ut ſcire poſſet, exemplum eius teſtamenti id eẽ, quod pater meus fecerit, aut apertas uidiſſe tabulas, quas pater pro teſtamento reliquerit: hæc quæſo uos, ut unà mecum memoriæ mandetis. Verùm, quando teſtatus eſt, exemplum eſſe teſtamenti Paſionis ea quæ tabulis inſcripta fuerint, cum oſtendere non poſſit, uel teſtamentum feciſſe patrem noſtrũ, uel ſe interfuiſſe teſtamẽtum faciente patre, & uidiſſe: nónne apertè conuincitur falſi teſtimonij? Quòd ſi ꝓuocationem eſſe dicit, non teſtimonium: haud uera prædicat. Quicq̃d.n. in iudicium afferunt in mutua ꝓuocatione aduerſarij, ꝓ teſtimonium

Defenſionis meditatio ante facinus.

Cardo rei præteritus.

Id adfirmatũ, quod ſciri non potuit.

Refutatio: Nõ hic de ꝓuocatione agi, ſed de teſtimonio.

afferunt. Necꝫ enim uobis liquere poſſet, ueráne eẽnt an falſa, quæ utricꝫ dicerent: niſi quis etiã teſtes adhiberet. Ijs uerò adhibitis, illis credentes, ut qui reddendis rationibus obnoxij ſint: tum ex his quæ à reis, tum ex his quę à teſtibus dicuntur, ea ſtatuitis & decernitis, quæ uobis iuſta eſſe uideantur. Argumentis aũt oſtendam & teſtimonium eſſe, non prouocationẽ: et quemadmodũ oportuiſſet teſtificari, ſi facta fuiſſet ꝓuocatio, ſicut facta nõ eſt. Teſtantur ſe adfuiſſe apud arbitrũ Tiſiam, cũ prouocaret Phormio Apollodorũ, ut aperiret tabulas, quas exhibebat Amphias Cephiſophontis gener: Apollodorũ autem eas aperire noluiſſe: ſi ſic teſtificati eẽnt, uera eſſe teſtificati uiderentur, exemplum aũt eſſe teſtamenti Paſionis, ea quæ tabulis, quas Phormio exhibuerit, inſcripta fuerint, teſtari, cum nec adfuerint ei teſtamentum facienti, necꝫ ſciant an teſtamentũ fecerit: nónne uobis uidetur manifeſtæ eſſe impudentię? At ſi dicit, ſe Phormione affirmante, credere ea uera eſſe: eiuſdem uiri eſt & credere iſti ea affirmanti, & parére dicere iubenti teſtimonium. Leges aũt non ita loquuntur: ſed quæ norit aliqs, & quibus gerendis interfuerit, ea teſtari iubent, atcꝫ tabulis inſcribere, ut nec adimere liceat quicꝗ, nec addere iis quæ ſcripta fuerint. Rem uero è uiuente auditam, teſtari non ſinũt, ſed è defuncto. *De rebus igitur qbus intereſſe non potueris, & quæ peregrè geſtæ ſunt, dictum aliena fide teſtimoniũ, inſcribendum eſt tabulis: eadẽcꝫ actione & ipſum teſtimoniũ & aliena fide dictum teſtimoniũ in iudicium adducendũ eſt, ſimul, ut ſi in ſe receperit is qui dixit ipſe teſtimoniũ, ille obnoxius ſit falſi teſtimonii: Sin non in ſe receperit, ij qui aliena fide teſtimoniũ dixerunt. At Stephanus iſte, cum necꝫ ſciat an pater noſter teſtamentũ reliquerit, necꝫ unquã adhibitus fuerit, cum pater noſter teſtamentũ faceret, ſed è Phormione audierit: rem auditam eſt teſtatus, eamcꝫ falſam, cõtra legem. & hæc ut uera eſſe conſtet, ipſa uobis lex recitabitur. LEX. Rem auditam è mortuo teſtari liceat: teſtimonium aũt aliena fide dicere de re extra Atticam geſta, & cui intereſſe non potueris. oſtendam aũt uobis eũ etiam contra aliã legem eſſe teſtificatũ, ut ſciatis Phor-

Quomodo dicẽdum fuiſſet teſtimonium.

Non affirmet Phormio, eſſe uerum.

τῶν δὴ ἀδυνάτων. mutilus & corruptus uidetur locus, ut in Annotationibus oſtendimus.

mionem, ut qui magnam iniuriam defenſionem nonhaberet, prouocationis prætextu & ſpecie eſſe uſum: reipſa uerò ipſum ſibi dixiſſe teſtimonium, ſubornatis iſtis, per quos & iudices decepti ſunt, quaſi illi uera teſtificarent, & ego relicta à patre pecunia ſum ſpoliatus, nec pœnas de factis mihi iniuriis poſſum ſumere. Ipſum enim ſibi eſſe teſtem, leges ſinūt neminem, nec in publicis, nec in priuatis cauſis, nec in rōnibus referendis. At Phormio ipſe ſibi teſtis fuit, cum iſti dicāt, ſe ex illo audita teſtificatos eſſe hęc. ut aūt uos rem certò cognoſcatis, ipſam mihi legē recita. LEX. Aduerſarii neceſſariò alter alterius interrogatis reſpondeant, non aūt teſtificētur. Proinde cōſiderate legem hanc, quæ falſo teſtimonio obnoxios eſſe iubet: idq; ob illud ipſum, quod teſtificent contra legē. LEX. Eſto etiam obnoxius falſo teſtimonio is qui teſtificatus eſt, ob hoc ipſum ꝙ contra legem teſtificatur: & is qui eum producit, eodem modo. Iam & è tabulis intelligi poteſt, in quibus ſcriptum eſt teſtimoniū, eū hæc falſo eſſe teſtificatum. Nam & candidatę ſunt, & domi cōcinnatæ. Conuenit aūt iis qui res factas teſtificantur, cōfecta teſtimonia domo afferre. Eos uerò qui de prouocationibus teſtificantur, cum fortuitò aſtiterunt, ceratis inſcribere teſtimoniū, ut ſi qd adſcribere uel delere uoluerint, facilè poſſint. Proinde hæc omnia oſtendunt, eum falſa eſſe teſtificatū, & contra legem. Volo aūt uobis & hoc ipſum oſtendere, neq; ullum feciſſe teſtamentū patrem noſtrū, neq; leges id permittere. Si quis enim uos roget, quibus legibus nobis in ciuitate uiuendum ſit: receptis, ſatis ſcio, reſpondebitis. At leges uetant, legem ferre de uno uiro, niſi eadem feratur de uniuerſis Athenienſibus hæc igitur lex iiſdem uiuere legibus nos iubet, non aliis. Pater aūt obiit Dyſniceto prætore: Phormio Athenienſis factus eſt, Nicodemo prætore, decimo poſt anno ꝙ̄ pater noſter obiit. Quì igitur pater, ignorans eum fore Athenienſem: & uxorem ei ſuam dediſſet, & nobis contumelioſe inſultaſſet, & beneficium à uobis acceptum contempſiſſet, & leges etiam deſpexiſſet? Vtrū uerò honeſtius ei fuiſſet, uiuenti hæc facere, ſi uoluiſſet: an defuncto teſtamentum relinquere, cuius poteſtatem non habebat?

Phormio ipſe ſibi teſtis.

Candidatæ tabulæ, falſi teſtimonij ſignū

Paſionē nec feciſſe teſtamentum, nec teſtamenti factionem habuiſſe

bebat? Sed ipſis legibus auditis, cognoſcetis eũ conden
di teſtamenti ius non habuiſſe. LEX. * Quicunq; non ὅσοι μὴ ἐπεποί-
adſciti fuerant, ut neq; renunciari eis, nec lege in eos agi ηντο ὥστε μήτε
liceret, cũ Solon magiſtratũ iniret, eis ſua legare ſuo arbi ἀπειπεῖν
tratu liceat: niſi liberos genuinos mares habuerint: niſi μήτ' ἐπιδικά-
qs fuerit furore percitus, aut ſenectute, aut ueneficio, aut σασθαι.
morbo p̃peditus, aut à muliere impulſus, aut earũ rerum
aliqua, q̃ legibus interdictæ ſunt, aut neceſsitate, aut uin
culis circũuentus. Legem audiuiſtis, quæ teſtamẽta con
dere non ſinit, ſi liberi ſint germani. Iſti uerò cum dicant
hæc teſtatũ eſſe patrẽ: ſe interfuiſſe oſtendere nõ poſſunt.
Eſt & illud conſiderare operæprecium, eos q non aſciti
fuerint, ſed germani ſint nati, illis largiri legẽ, ſi orbi ſint,
ut ſua legent. At pater noſter à populo aſtitus fuit in ciui
tatem. Quare ne ea quidẽ ratione licuit ei teſtamentum
condere, pręſertim de muliere: cũ id neq; liceret legibus,
& liberi eſſent. Cõſiderate porrò, quare, nec ſi qs orbus Teſtamẽtum
eſt, cõdendi teſtamenti poteſtatẽ habeat: Si, inquit, deli quod Paſionis
ret, aut ægrotet, aut uenenũ biberit, aut mulieri obſecu- eſſe dicatur,
tus, aut ſenio, aut furore, aut aliqua neceſsitate ſit circũ- nõ uideri ſani
uentus, ei poteſtatẽ leges negant. Conſiderate aũt an ſa- hominis.
ni hominis id teſtamentũ uideatur, quod iſti patrẽ feciſ- Locatio.
ſe aſſerunt. Neq; uerò id ad aliud exemplũ conferetis, q̃ Matrimoniũ.
ad locationẽ: an uobis conſentaneũ eſſe uideat, cui artis Impoſtura ip-
unà nobiſcũ exercendæ poteſtatẽ negarit: ei uxorem ſuã ſa ſe prodit.
uti dederit, et ſociũ ſuorũ liberorum eſſe paſſus ſit? Neq;
miremini, ſi eos cætera callidè cõmentos, quæ in locatio
ne ſunt, hoc fefellit. Fortaſsis.n.in aliud nihil intenti fue-
runt, niſi ut pecunia nos fradarent, & patrẽ ut obæratũ
inſcriberent. Deinde me nõ ita fore acutũ putabãt, ut in
hæc accuratè inquirerẽ. Conſiderate porrò à qbus leges
deſponderi mulieres iubeãt, ut ex ĳs ẽt cõmenticĳ teſta
menti falſum fuiſſe teſtẽ Stephanũ, intelligatis. Recita. Autoritas ſpõ
LEX. Quamcunq; legitimè deſpõderit uxorẽ, uel pa- ſalium.
ter, uel frater germanus, uel auus paternus: ex ea liberi
germani ſunto. Quòd ſi nemo horũ fuerit: ſi orba eſt, is
cuius eſt autoritas, eã habeat: ſi nõ fuerit, in eius cui ſe p-
miſerit, poteſtate eſto. Hæc lex, qbus autoritatẽ tribuat,
audiuiſtis. Horũ uerò neminẽ matri autorẽ fuiſſe, ipſi mi-

hi aduerſarÿ teſtimonium dixerunt. Nã ſi fuiſſent, exhibuiſſent. An uerò falſos teſtes ab eis creditis ſubornatos, & teſtamẽta non facta: fratrẽ aũt, aut auum, aut patrem, ſi licuiſſet, nõ fuiſſe ꝓducturos cauſa pecuniarum? Cum aũt hoꝝ neminem ſuperſtitem fuiſſe conſtet: tum neceſſe eſt matrẽ noſtrã fuiſſe pupillam. Pupillã autẽ in cuius eſſe poteſtate leges iubeant, conſiderate. Recita legem. LEX. Quo'd ſi qs è pupilla fuerit natus, * ſimul pubuerit ad biennium, pecunias teneat, & uictum matri demetiat. Proinde lex iubet, matrem in filioꝝ puberum eſſe poteſtate, eosq́ uictũ ei demetiri. Me autẽ conſtat & militaſſe, & triremem inſtruxiſſe uobis, cum iſte matrem meã in matrimonio haberet. Verũ, ut appareat, me triremi ꝑfectum abfuiſſe: patrem iãdudum, cum nuptias iſte celebraret, obÿſſe: me ancillas ab eo poſtulaſſe, ad quæſtionẽ ÿs ipſis de rebus, an ea uera eſſent, & eũ prouocaſſe: cape mihi teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Teſtantur ſe adfuiſſe, cũ ꝓuocaret Apollodorus Phormionem ad quęſtionẽ de ancillis habẽdam: Si negaret Phormio ſe prius ẽt matrem eius corrupiſſe, q̃ Phormio aſſerat, ſe eã deſponſam a' Paſione, duxiſſe. Hac aũt ab Apollodoro prouocatione facta, noluit Apollodorus ancillas dare ad quæſtionẽ. Iam legem his de rebus latã legito, quæ ſic habet: diſceptationem fieri oportere de puellis pupillis oĩbus tã ciuibus q̃ peregrinis: ac de ciuibus actionẽ dare oportere ꝑtorem, & curare: de inqlinis autem Belliducẽ, ac ſine diſceptatione nõ licere uel hæreditatẽ habere, uel pupillã. LEX. Sortitio aũt fiat de hęreditatibus & pupillis, ſingulis menſibus, excepto Maio: ea uerò de qua diſceptatio facta nõ eſt, hæreditas ne teneatur. Proinde ipſum, ſi ritè agere uoluiſſet, agere in pupillã decuit, ſiue ex teſtamẽto id ei cõueniebat, ſiue ratione propinquitatis. Si tanquã pro ciue, apud prætorem: ſi pro peregrina, apud Belliducẽ: ac tum, ſi qd ęqui dicere potuiſſet, cõſentientibus uobis q ſortitò pro tribunali ſedebatis, autoritate legũ & iudicũ obtinere, & nõ ipſum ſibi priuatas leges ſtatuentẽ, agere qcqd libuiſſet. Cõſiderate hãc quoq; legẽ, q̃ iubet teſtamentũ, qđ pater ſupſtitibus germanis liberis fecerit ſi filÿ ante pubertatẽ de

teſſerint, ratū eſſe. LEX. Quicqd pater, ingenuis filiȷs
ſupſtitibus, teſtamēto iuſſerit, ſi obierint filiȷ, priuſq̃ bie
nnū puberes fuerint, teſtamentū patris ratū eſto. Proin-
de dū illi uiuunt, irritū eſt teſtamentū, qd' patrē iſti reliqſ
ſe dicūt: et contra oēs leges Stephanus iſte falſo teſtatus
eſt, exemplū id eſſe teſtamēti Paſionis. Vnde.n.tu noſti, *Inſectatio*
& ubi adfuiſti patri teſtm̄ facienti? Te quidē corrupto- *Stephani.*
rē teſtamentorꝫ eſſe apparet, q & falſa cupidè teſteris, et
uera teſtimonia ſuffureris, & iudicibus imponas, & per
conſpirationem litigantibus aſtipuleris. Leges aūt et ha
rum rerum dant publicas actiones. Age recita mihi le-
gem. Si qs conſpirauerit, aut adiutor fuerit corrumpēdę
Heliæę, aut alterius alicuius iudiciȷ Athenis, ad corrupte
lā pecunia ſiue data, ſiue accepta, aut cœtū congregarit
ad popularis ſtatus euerſionem, aut aduocationis cauſa
in iudiciȷs uel priuatis, uel publicis pecuniā acceperit: ea
rum rerum actio detur apud Sexuiros. Perq̃ igitur è uobis
quærere uelim de hiſce oibus: nunqd ciuitatis legibus an
uerò ȷs quas ipſe Phormio ſibi tulit, iurati ius dicatis? E-
go qdem has uobis exhibeo, & oſtendo eas ab utroq;
eſſe uiolatas: & Phormionem ab initio nobis feciſſe iniu
riam, & pecunia fraudaſſe, quā nobis pater reliquit, &
iſti locauit cum menſa & officina: Stephanum autē fal-
ſa eſſe teſtatum, & contra legem. Illud p̄terea, Iudices, *Exemplum*
conſiderare eſt operæprecium, neminem unquam teſta *teſtamenti.*
menti exemplum feciſſe. In ſyngraphis qdem id fieri ſo-
let, ne per ignorationem in eas peccent: teſtamentorum
alia ratio eſt. Bam.n. ob rē, ea teſtatores relinquūt, ut ne
mo norit, quid'nā cōſtituerint. Quo pacto igit̃ uos ſcitis
exemplū eſſe teſtamēti Paſionis ea quę in tabulis ſcripta
fuerūt? Oro aūt uos oēs, Iudices, & obteſtor, ut & me iu *Petitio.*
uetis, & eos ꝗ ita cupidè falſa teſtificaut̃, puniatis, tū ue-
ſtra ipſorum, tum mea, tum iuſtitiæ, tum legum cauſa.

ARGVMENTVM EXCEPTIONIS
aduerſus Pantænetum.

*CVm Pantænetus à Telemacho quodam officinam in Maronea me-
tallicam (eſt autem is Atticæ locus) & cum officina triginta ſer-
uos emeret, mutuatur à Mneſicle talentum, à Phileto & Pliſtore quinq;*

Digitized by Google

& quadraginta minas: atq; emptor inſcribitur Mneſicles, emptionemq; ipſe habet. Pòſt, cum argentum repoſceretur, Pantænetus ſecundos ſumit creditores, tum eum qui hanc exceptionem nunc opponit, Nicobulum, tum Euergum quendam, hiſq; oppignerat & officinam & mancipia: tabulasq; non oppignerationis, ſed uenditionis conficit, ſitq; uenditor & confirmator ſecundis creditoribus prior creditor Mneſicles, qui emptionem habebat: & locant Pantæneto & mancipia, & officinam Euergus & Nicobulus, nimirum ut domini eius facti. tanti autem locant, quantum uſuræ creditæ pecuniæ pariebat. Cum enim centum quinq; minas mutuaſſent, debebat uſura in minam eſſe drachma. Conuenerat igitur inter eos, ut centum & quinq; drachmas acciperent. & fuit hæc reipſa uſura, uerbo locatio. His actis, Nicobulus peregrè abit, per cuius abſentiā hæc fiunt Athenis: Euergus creditæ pecuniæ ſocius, Pantænetum pactis & conuentis non ſtare conquerens, aggreſſus officinā, eam occupat: atq; etiam obſeruato argento, qđ è fodinis Pantæneto afferebatur, quodq; is in publicū collaturus erat, famulo id ferenti ui eripit. Quamobrem etiam duplicem in publicum, ut aſſerebat, pecuniæ numerum contulit Pantænetus, impeditus ab Euergo, quo minus ad præfinitam diē ſolueret: et actione in Euergum dati damni inſtituta, uincit. Vt uerò & Nicobulus peregrè domum redijt, multiq; Pantæneti creditores prius ignorati exiſtebant, multis uerbis factis, conuenere tandē, ut Nicobulus & Euergus, receptis centum et quinq; minis, & officina et mancipijs cederent, eaq; alteri creditores emerent. Rurſus aūt non uolentibus creditoribus emere poſſeſſiones, niſi uēditores & autores Nicobulus & Euergus ipſi fierent. paret Nicobulus, ipſo etiam, ut ait, Pantæneto petente. Sed non prius pollicitus eſt, quā Pantænetus omni periculo liberaſſet. Pantænetus periculo eum liberat, poſſeſſiones uenduntur. ſed nihilominus, eandem huic quam & Euergo litem mouet actione metallica inſcripta, ut qui & ex ijs unus eſſet qui metalla fabricarentur, & in metallis eſſet leſus. Quin & Nicobulū accuſat, et de ereptione pecuniæ quā ſeruus tuliſſet, & de officinæ & mancipiorum uenditione contra pacta, et cōuenta facta, atq; adeò de alijs quibuſdā. Nicobulus aūt pſcriptione utitur, lege illa nitens, q̄ uetat amplius earum rerum agere, q̄ actæ & tranſactæ ſint: altera, q̄ uerbis aptis & pſpicuis definit, quibus de rebus dandæ ſint metallicæ actiones. Quum autem tale nihil Pātæneto acciderit, abſurdè ait eū agere actione metallica. Quin & tertiā adducit legem, q̄ diſtinguit quæ cauſæ quibus in iudicijs diſceptandæ ſint. & à quibus magiſtratibus dandæ actiones. Pantænetum autem eā legem uiolaſſe, uarijs criminibus in unam ueluti maſſam conflatis, deq; omnibus in metallico iudicio accuſantem. At lege de tranſactionis

initio eſt uſus, duabus reliquis in fine, ab exceptione & auſpicatus, et deſinens in eandem. In medio autem rectam defenſionem collocauit: cuius id eſt maximum & firmiſsimum, Nicobulum tum peregrè abſuiſſe, cum Pantæneto illa acciderunt, propter quæ & tunc Euergum, & nunc Nicobulum in ius uocauit.

DEMOSTHENIS EXCEPTIO ADVERSVS PANTAENETVM.

QVia dederunt leges excipiendi poteſtatem, Iudices, ĳs de rebus quæ actę tranſactæq́; ſunt, & hæc utraq; inter me & Pantænetum iſtū interceſſerūt: præſcripſi, ut modò audiuiſtis, non dandam eſſe ei actionem: non abſtinendū hoc iure mihi ratus, neq; cōmitendum, ut, cum pręter cætera omnia, conuicero, iſtum & omni me periculo liberaſſe, et mecum tranſegiſſe, dicere poſſet, me nō uera loqui: ne'ue hoc argumento uteretur, ſi quid tale actū eſſet, fuiſſe me ſibi * præſcripturum: ſed in hoc iudicio eademq́; cauſa uobis utrumq; oſtendendum, & iſti à me nullam eſſe factam iniuriam, & ab eo mihi contra leges faceſsi negotium. Quòd ſi quid eorū accidiſſet Pantæneto, quæ nūc quæritur, illis ſtatim tēporibus in ius me uocaſſet, quibus inter nos cōtraxeramus: cū & mēſtrua ſint iudicia hæc, & utriq; domi fuerimus, & oēs homines recentibus iniurĳs magis quàm mora interpoſita indignari ſoleant. Sed poſtquā nulla affectus iniuria, ut et uos, ſatis ſcio, audita re aſſenſuri eſtis, ſucceſſu Euergini iudicĳ elatus, calūniatur: reliquū eſt Iudices, ut apud uos oſtenſa innocentia mea, & ĳs quæ dicā, teſtibus comprobatis, tueri me ſtudeam. Petā autem à uobis oībus & æqua & moderata: ut & meā exceptionē benignè audiatis, & totum negocium diligēter attendatis. Nā cum multa in urbe iudicia facta ſint, nullā unquam actionē uel impudentius uel iniquius ab ullo eiſſe inſtitutā ſentietis, ut arbitror, ea, qua nūc iſte inſtituta, in cōſpectū ueſtrū ꝓdire nō dubitauit. Dabo aūt operā, ut rē uobis oēm ab initio, quàm fieri pauciſſimis poterit, explicē. Mutuauimus quinq; & centū mi

Cur præſcriptione utatur.

* ἀλλ' ἐπὶ τού-του τοῦ σκώφο-ως ἀσιλθὼν.

Propoſitio, nullam eſſe factam Pātæneto iniuriā.

Petit audientia.

Narratio.

Mutuatio.

nas, Iudices, Pantæneto iſti ego & Euergus, ad officinã in fodinis Maroneis, & ad triginta mancipia. Eius pecuniæ quadraginta quinq; minæ, meę fuerunt, talentũ Euergi. Acciderat aũt ut iſte deberet Mneſicli Colyttẽſi talentũ, Phileæ Eleuſinio & Pliſtori q̃dragintaquinq; minas. Vẽditor officinæ & mãcipiorũ nobis fit Mneſicles (is.n. ea iſti emerat à Telemacho priore dño) ea uerò cõducit iſte à nobis uſura illius argẽti, quinq; & centũ drachmis in ſingulos menſes. Cõficimus tabulas, qbus & locatio & redẽptio à nobis intra certũ quoddam tẽpus, continebatur. His actis Februario menſe, prætore Theophilo, Ego ſtatim in Pontũ profectus ſum: iſte & Euergus hic fuerũt. Qui qd inter ſe egerint, me abſente, dicere nõ poſſum. Neq;.n. eadẽ dicunt: neq; ſemper eadẽ, iſte quidem. Aliàs enim aſſerit, ſe ab illo cõtra pacta eſſe locatione ui euerſum: aliàs, eũ in cauſa fuiſſet, ut in publicũ ipſe inſcriberetur: aliàs quippiã aliud, quod libuit. Ille aũt ſimpliciter, ſe nec uſuris redditis, nec alia re ulla, q̃ pactis contineretur, ab iſto p̃ſtita, conueniſſe eum, & ab eo uolente, ſuũ recepiſſe: poſt hæc aũt, digreſſum iſtũ, rediſſe, adducentẽ quoſdã qui controuerſiam mouerent: ſe illos nõ pſecutũ eſſe: neq; iſtũ prohibuiſſe, quo minus teneret q̃ conduxerat, modò fidẽ ſeruaret. Ex his igitur ego tales orationes audio: ſed illud ſcio, ſiue iſte uera dicit, & iniuriam paſſus eſt, ut ait, ab Euergo, pœnas eũ ſumpſiſſe quãtas uoluit (uicit.n. uobis iudicantibus) neq; profectò æquũ eſſe, ut & ab autore iniuriæ pœnas ſumat, & à me qui peregrè abfuerim: ſiue Euergus uera dicit, eũ quidẽ circũſcriptũ eſſe per calumniam, me uerò ne ſic quidẽ eiuſdẽ criminis iurè accuſandũ. Vt igitur hæc primũ à me uerè dici conſtet, horũ teſtes ad uos producã. TESTES. Fuiſſe igitur & uenditorem nobis poſſeſſionũ, eum qui ipſe ab initio emerat, & ex pacto iſtũ conduxiſſe noſtrã officinam & mãcipia, & me ĩs q̃ iſte poſtea cum Euergo egit, neque interfuiſſe, neq; fuiſſe domi omnino, & illum in ius uocatũ, & me nullius unquã criminis ab iſto reum eſſe factũ: è teſtibus auditis, Iudices. Reuerſus igitur, amiſſis ferè, q̃ mecũ auexeram, omnibus, quũ & audirẽ & deprehenderem, iſtum deſeruiſſe officinam, Euergũ habere, & te-

Diſſentiens Panteneti & Euergi cauſæ expoſitio.

Dilemma.

nere quæ emeramus: mirum in modũ dolui, eò me redactũ uidens, ut neſcirem quò me uerterem. Aut.n. ſocium eſſe me oportebat Euergo q̃ſtus & curationũ, aut debitorem iſtius loco Euergũ habere, & cũ eo denuò cõſcribere locationẽ & contrahere: quorũ mihi neutrum erat in animo. Hæc quæ dixi moleſtè ferens, cõſpicatus Mneſiclem, earum rerũ uenditorem nobis factũ, congreſſus cũ eo expoſtulabam, q; talem mihi hominẽ conciliaſſet, & cur quidã controuerſiam mouerent, quid'nam id rei eſſet: interrogabã. Quibus ille auditis, deridebat eos qui controuerſiam mouerent, ſed eos cõgredi uelle nobiſcũ: idq; ut fieret, ſe curaturũ dicebat: & moniturũ iſtum, ut mihi p̃ſtaret æqua omnia, & perſuadendi ſpem habere. Vt cõgreſſi ſumus, quid multis eſt opus: uenerunt ij qui ſe iſti mutuaſſe dicerent ad officinã & mancipia, quæ à Mneſicle nos emeramus. neq; iſti quicquã ſimplex aut æquũ afferebant, ſed ubiq; mendacij conuincebantur: & Mneſicle * uenditionẽ nobis cõfirmante, conditionẽ nobis ferunt, quã nos repudiaturos putabant: ut aut pecunia omni à ſe recepta diſcederemus, aut ipſis diſſolueremus ea q̃ poſtularent: cauſantes nos habere q̃ longè maioris p̃cij eſſent, q̃ quantũ nos dediſſemus. Quibus ego auditis, ſtatim ſine deliberatione promiſi me recepturũ: & Euergo perſuaſi, ut cõſentiret. Quũ autẽ pecunia nobis numerãda eſſet, & res eò proceſſiſſet, negarunt de cętero ſe daturos qui tunc illa promiſerant, niſi nos eis poſſeſſionũ uenditores fieremus. in quo ipſo, Athenienſes, ſapiebant, cũ uiderent quibus nos ab iſtis calumnijs uexaremur. Vt igitur & hæc uera eſſe conſtet, etiam hęc teſtimonia capito. TESTIMONIA. Cum autẽ res in eo cõſiſteret, & pecuniam ij quos iſte adduxerat, non numerarent: & nos q̃ emiſſemus, non iniuria tenere uideremur: ſupplicabat, obteſtabatur, obſecrabat, ut uẽditores fieremus. Petente uerò iſto, & multũ me obteſtato, & nihil nõ faciente: id quoq; cõceſſi. Sed q̃a eũ malitioſum eſſe uidebã, Athenięſes, & ab initio Mneſiclẽ apud nos accuſaſſe: rurſus cũ ſummus eſſet Euergi amicus, ſuſcepiſſe cũ eo inimicitias: & primũ cũ ego rediſſem, gratulari mihi aduentũ, & gaudere cõſpectu meo: ubi uerò p̃miſſa prę-

Acta cum ijs qui officinam ſibi uendicabant.

βεβαιοῦντος ἡμῖν.

Tranſactio.

ſtanda erant, infenſum mihi factum, & omnibus tãtiſper eſſe amicũ, dum aliquid occuparit, & q̃ rogat, impetrata tulerit, póſt inimicũ fieri & aduerſarium: poſtulabã, cũ omiſſo contractu priore pro iſto uenditor fierem, ſic cũ eo conuenire, ut omni periculo tranſacta re liberarer. His conceſſis, iſte me omni periculo liberauit. Ego uerò uenditor, ut precabatur iſte, factus ſum poſſeſſionũ, quẽ admodum eas ipſe à Mneſicle emeram. Receptis igitur meis, & nulla iſti facta iniuria: nec, ita me dij bene amẽt, ſi quid accidiſſet, fore putaui, ut me iſte unquã in ius uocaret. Res igitur de qua ſententiam feretis, & ꝓpter quã calũnia uexatus, excepi, nõ dandam eſſe ei actionẽ, hęc eſt, Iudices. Adductis aũt teſtibus ijs q adfuerunt, cũ iſte miſſum me faceret & liberaret: iam nunc non dandã eſſe actionẽ legibus, oſtendã. Age, lege mihi hoc teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Lege mihi & emptorꝫ teſtimoniũ, ut ſciatis, iſto iubẽte me ea uendidiſſe, ijs quibus iſte iuſſerat. TESTIMONIVM. Neq; uerò hi ſolum teſtes nobis ſunt, nos miſſos eſſe factos, & nunc calumniam pati, ſed etiã Pantænetus ipſe. Cũ.n. Euergũ accuſaret, me omiſſo, tum ipſe teſtabatur, nullam ſibi de me q̃relam eſſe reliquam. Nec.n. profectò, in pari crimine, ſi utrũq; ex ęquo accuſaſſet, alterũ omiſiſſet, alterũ in ius uocaſſet. Leges autẽ de rebus ita actis iterũ adipiſci iudicium non ſinere, arbitror equidẽ uos, tametſi ego nihil dixero, intelligere. Sed nihilominus eis hanc quoq; legem recita. LEX. Auditis, Athenienſes, legẽ apertè dicere, quibus de rebus aliquẽ miſſum feceris & trãſegeris, nõ amplius dari actionem? At ea utriq; iſti nobiſcũ interceſſiſſe, è teſtibus audiuiſtis. Eſt autẽ pronunciandum, cũ nullis de rebus quę legibus interdictæ ſunt, tum de his uel minimè. Nã quæ reſpublica egit, ea dici poſſint, aut iniuſtè, aut nõ conuenienter eſſe acta. De iudicum item ſententijs dici poteſt, eos deceptos ita pronunciaſſe. Sic cæteris de rebus quæ ſancitæ ſunt legibus, ſingulatim aliqua ratio probabilis afferri queat. Quæ uerò ipſe ſua uoluntate trãſegit, de ijs dicere nihil poteſt, neq; culpare ſemetipſum, quamobrẽ iniuſtè id egerit. Iã qui de alia re quapiã litigant, iure ab alijs p̃finito nõ acquieſcunt. Qui uerò de ijs q̃ tranſego-

Exceptio.

Amplificatio tranſactionis.

rit, denuò accuſat, ſuo. Quamobrē illis maximè iraſcendum eſt. Me igitur ab eo miſſum eſſe factū, cū uenditor mancipiorū factus ſum, oſtendi: legibus aūt, his de reb⁹ nō dari actiones, ex lege modò recitata audiuiſtis. Ne qs uerò cogitet, Athenienſes, me ꝙ ipſam tueri cauſam nequeam, huc confugere: ſingulatim etiam eius omnes criminationes ementitas eſſe oſtendā. Recita ipſum crimē, cuius me reum facit. CRIMEN. Damnū dedit Nicobolus, inſidiatus mihi & facultatibus meis, ꝙ Antigenem ſeruū ſuū eripere ſeruo meo iuſſit argentum, quod is ferebat, ærario numerandū de fodinis, quas ego emi nonaginta minis: & in cauſa fuit, ut mihi duplum inſcriberetur in tabula publicas. DESINE. Iſta omnia quorū me nunc accuſauit, prius Euergo obiecit, eumq́ dānauit. Teſtatū autē eſt orationis initio apud uos, me peregrè abfuiſſe, cū inter iſtos controuerſiæ orirentur: ſed idē tamē etiam è crimine perſpicuū eſt. Nuſquā enim me quicquā iſtorū feciſſe ſcripſit: ſed me ſibi & ſuis facultatibus inſidiatum, mandaſſe id ſeruo meo ſubſcripſit, in quo mentitur. Quî enim ego mandare potui, qui, cum hinc ſoluerē, quid nā hic futurū eſſet, utiq́ ignorabā? Deinde quantæ ſtultitiæ eſt, dicentē, me ſuæ dignitati & ſaluti inſidiatū ſcribere, ſeruo mādaſſe ea, quibus nec ciuis ciuem afficere queat? Quid illud igitur eſt? apparet eum, cū nulla ratione poſſet propter peregrinationē, iſtorū in me quicquam transferre, & me calumniari uellet: meo iuſſu eſſe factum inſcripſiſſe. Neq́ enim ni hoc feciſſet, ullā cauſam habuiſſet. Lege quod ſequitur. ACCVSATIO. Et poſtq́ ego ſum factus ærarius, collocato Antigene ſeruo ſuo in mea officina, ea q̄ eſt ad Thraſyllū, mea illi tradidit, me uetante. DESINE. Rurſus in his omnibus ab ipſa re mendacij cōuincitur. Scripſit enim, me collocaſſe, ſe aūt uetuiſſe: quæ fieri per abſentem nequeunt. neq́ enim ego collocabā, qui eſſem in Ponto: neq́ interdixit iſte, non præſenti. Quî enim potuiſſet? Quæ res igitur eum coegit hæc ſcribere? Euergus opinor cū ea cōmitteret quorum pœnas dedit, homo mihi notus & familiaris, ſeruum aliquem domo mea accerſitum apud ſe, cuſtodiendi gratia, collocauit. Si igitur uerum ſcripſiſſet, ridiculum fuiſſet. Quæ enim

Recta intentionis depulſio

Per abſentem nihil potuiſſe fieri, de quo accuſetur.

Seruus in officina collocatus.

Seruorum diſceſſus. mea culpa eſt, ſi Euergus cõſtituit? Id fugiens, talia ſcribere coactus eſt, ut mecũ agere iudicio poſſet. Lege cętera. ACCVSATIO. Et perſuaſit meis famulis, ut * in Cenchrione ſederent ſupplices, in fraudẽ meã. hoc iam omnino impudens eſt. Non enim ex eo duntaxat, ꝙ eos ad q̃ſtionẽ poſtulatos dare noluit, ſed undiq; perſpicuũ eſt, eſſe mẽdacium. Qua enim de cauſa eos pelliciebã? ut ſcilicet eos poſſiderẽ? at optione mihi data, uel habẽdi, uel poſſidendi, uel recipiendi meum: recipere malui, & hęc ꝑ teſtes probata ſunt. Sed recita tamen prouocationem.

καθίζεσθαι εἰς τὸν κεγχρεῶνα.

PROVOCATIO. Hac igitur prouocatione nõ accepta, ſed repudiata, cõſiderate quale ſtatim poſt hæc crimen impingat. Lege quod ſequitur. ACCVSATIO. Et conſumpſit argẽti maſſas, quas mei ſerui cõficiebant, & argentũ habet ex illis maſſis cõfectum. Rurſus iſta fieri á me quĩ potuerunt nõ p̃ſente, & de quibus Euergũ condemnaſti? Recita ipſam accuſationẽ ordine. ACCVSATIO. & uendita officina mea & ſeruis, cõtra pacta mecũ facta. Deſine. Hoc cætera omnia lõgè ſuperat. primũ Cõtra pacta, inquit, mecũ facta. ea uerò q̃ ſunt? Locauimus uſuris ſolius iſti noſtra nos, & aliud nihil. Venditor enim nobis Mneſicles factus erat, iſto p̃ſente, & iubẽte. Deinde nos alĳs uendidimus ĳs conditionibus quibus nos emeramus, nõ modò iubẽte adhuc iſto, ſed etiã ſupplicante. Nemo enim iſtum uenditorẽ admittere uoluit. Quorſum igitur hic locationis pacta? Quid hoc, homo futiliſſime, inſcripſiſti? Atq; ut conſtet, nos, te iubente, & quibus cõditionibus emeramus ipſi, ĳſdem reuendidiſſe: recita teſtimonium. TESTIMONIVM. Atque adeò tu quoq; teſtis es. Nam q̃ nos centũ & quinq; minis emimus, ea tu poſtea tribus talentis & bis mille & ſexcẽtis drachmis uendidiſti. At quis omnium niſi uenditores habuiſſet, unã tibi drachmã dediſſet? Ac ut hæc uerè à me dici cõſtet, uoca mihi teſtes. TESTES. Recepto igitur, quanti æſtimarat, ſuarũ rerũ precio, meq; tum precatus, ut uenditor fierem, cũ argentũ cõtuliſſem: ipſe inſuper à me duo talẽta poſtulat. Sed reliqua crimina ſunt grauiora etiam. Recita reliquã accuſationis partẽ. ACCVSATIO. Hic cõplura & atrocia ſimul mihi obĳcit, ut uerbo

Maſſæ argẽti.

Venditio officinæ.

Congeries criminum.

ta, ut contumeliam, ut uiolentiam, ut iniurias in orbas. Quorū ſingula peculiarē actionē habēt, eamq; nec apud magiſtratū eundē, nec ijſdem ſancita pœnis. Nā uerberatio & uiolentia apud Quadragintauiros: contumelia apud Sexuiros. Quæ uerò in orbas cōmittuntur, apud p̄torem diſceptanda ſunt. Legibus aūt licet, ea quoq; crimina, quorū qui actionē det, nemo eſt, exceptione ſummouere. Recita eis hanc legem. LEX. Iſtuc igitur cū p̄ter reliquam p̄ſcriptionē, oppoſita exceptione aboleuerim, & ſexuiri actionem nō dent eorū criminū, quorū accuſat Pantænetus: abolita ea ſunt, & ad p̄ſcriptionem nō pertinent. id uerò quō, uos cōſiderate. Mea enim, dum legem hanc proferre poſſum, nō quicquā intereſt. Neque enim æqui & boni cognitionē atq; intelligētiam in ueſtris animis poterit abolere. Age cape & metallicā legem: nam uel ex ea me oſtenſurum opinor, nō dandam ei eſſe actionem, & gratiā mihi haberi potius, q̄ fieri calūniam oportere. RECITA. Hæc lex perſpicuè definit, qbus in rebus metallicæ actiones dandę ſint. Proinde lex, ſi quis aliquē expulerit quæſtu, & opus facere prohibuerit, eum facit obnoxium. Ego uerò iſtum adeò non expuli, ut quibus ab alio priuabat̄, ea reſtituerim, eaq; tradiderim, & uenditor eius rogatu ſim factus. Næ inquit, ſed ſi quis aliter etiam in metallis ullum damnū dederit, earū quoq; rerū dant̄ actiones. Rectè ſanè Pantænete. Sed ea quę ſunt? Si qs ſuccenderit, aut arma intulerit, ſi intra limites ſecuerit alienos. Hæc ſunt cætera, quorum utiq; nihil à me in uos eſt cōmiſſum, niſi fortè repoſcentes ea, quæ liberaliter in te contulerant, cum armis uenire putas. Quod ſi ita putas, in omnes qui ſua tibi cōmodant, actiones tibi erunt metallicę. Sed iniquum id eſt. Age uerò, quiſquis fodinā à republica emerit, publicis ciuitatis legibus uiolatis, qbus & dandum iudicium eſt & accipiendum omnibus: num actione metallica conuenietur? Quid uerò ſi qs ab aliquo mutuetur? ſi furti criminetur? * ſi primarium tributū non receperit? Si deniq; aliud quippiam? Equidem nō opinor, ſed metallicas actiones eſſe inter fodinarū ſocios * & hos qui in uicinorum fines irruperint. in ſumma inter eos qui metalla tractant, & eorū aliquid quod lege

Marginal notes:

οἱ τετταράκοντα. (beside "tio & uiolentia apud Quadragintauiros")

Lex metallica (beside "tere. RECITA.")

Scomma. (beside "alienos. Hæc ſunt cætera")

ἂν προσφορὰν μὴ κομίζηται. (beside "num actione metallica conuenietur")

καὶ τοῖς ἑτέροις συντρήσασιν εἰς τὰ τῶν πλησίον. (beside "nō opinor, ſed metallicas actiones")

continetur,faciunt.In eum aũt qui Pantęneto pecuniam mutuarit, eandemq́ malignè ægréq; receperit : eius rei adeò non actionem eſſe metallicam , ut multũ abſit, reſpõdendum eſt. Me igitur nullam omnino iſti feciſſe iniuriam,neq; dari legibus actionem:hęc ſi quis conſiderarit, facilè intelliget. Cum uerò criminationum ſuarũ ne unam quidem iuſtam cauſam afferre poſſit , ſed & falſa in accuſationem inſcripſerit,& de rebus tranſactis accuſet:præterito menſæ Athenienſes,cum in iudiciũ uenturus eſſem,*facta iam ſortitione iudiciorũ,egreſſus,adductiſq́ ſecum iis qui unà cum ipſo officinam cõſtituerant, rem facit per iniquã . Legit mihi prolixam prouocationem, poſtulans,quem harũ rerum conſcium diceret,ſeruum ad quæſtionem,quod ſi ea uera eſſent , ut ſibi mulctam non definitam legibus deberem:ſin falſa,ut quæſitor Mneſicles æſtimaret quanti eſſet ſeruus : atq; acceptis uadibus à me, & prouocatione obſignata, non qđ iuſtum eſſet(ubi enim iuſtum eſt,in ſerui corpore,et uita aut duobus mulctari talentis, aut nullam ſtatui pœnam calũniatori?)ſed quod ego magna cũ ęquitate ſuperare uolebam,eò cõceſſi,& poſt hæc me denuò iudicio prouocat,cum primũ ſponſam pecuniã ſuſtuliſſet. Adeò ſtatim apparebat,eum nec eo iure,quod ipſe definierat,acquieſcere. Poſtq́ aũt ad quæſitorem uenimus,cum ꝓuocatio aperienda eſſet , & monſtrandũ quid contineret, atq; ex ea agenda quæ conuenerant (quia.n.tumultuatum erat,& iudicium uocandũ, ita fiebat:hanc tibi conditionem fero,accipio,cedò annulum:cape. Quis uerò ſponſor?hic:nullum neq; exemplum, neq; quicq; tale feci)cum igitur,inquam,hæc ita ut dico agenda eſſent,uenit & aliam prouocationẽ affert,à ſe torquendũ eſſe hominem aſſerens,eumq́ prehenſum trahit,nec ullum petulantiæ genus prętermittit.Ego igitur cogitaui,iudices, *quanta eſſet iniuria uitam abiectã agere.Ego enim ea me pati putabam, & cõtemni,eo ꝙ ſimpliciter,& ut natura mea fert,uiuerem: & magnas pœnas dare, ſi ea tolerarem. Vt igitur*ꝓpter ea quæ iuſta putabam,me coactum eſſe uiciſſim prouocare, & puerum tradidiſſe, & uerè hæc dicere conſtet , recita prouocationem. PRO-

Prouocatio. Pantæneti.

Lectio uariat

ἡλίκον ἐστὶ πλεονέκτημα καταπεπλῆχθαι τὸν βίον.

πρὸς ἃ poſsit ẽt exponi, contrà quã iuſtũ.

VOCATIO. Detrectatis igitur his, detrectatis itẽ ĳs, quas ipſe primùm tulerat conditionibus, equidẽ, quidnam apud uos dicturus ſit, demiror. Vt aũt illud etiam ſciatis, à quo ſibi factam iniuriam conqueratur, ſpectate. Hic eſt qui Pantænetũ eiecit. Hic eſt ille potẽtior amicis Pantæneti & legibus. Neq; enim ego domi fui, nec ipſe id obĳcit. Volo aũt uobis & per quæ prioribus iudicibus deceptis Euergum uicerit, dicere: Vt ſciatis, eũ etiã nunc nihil neq; impudentiæ, neq; mendacĳ prætermiſſurum, & præter hęc etiam eandem eſſe eorũ defenſionẽ, quorũ me nunc accuſat, repenatis: id quod argumentũ euidentiſſimũ eſt, illum tunc fuiſſe calũnia oppreſſum. Iſte criminatus illũ fuit, pręter cętera omnia, eũ ad puellas orbas, et matrem ipſius eſſe ingreſſum, & leges de orbis attulit in iudiciũ. Atq; ad prętorẽ, cui talium rerũ curam leges mandant, et apud quem ſontes periclitantur, quid aut luendum aut ſoluendũ ſit, actionem aũt perſecuto cum nulla mulcta auxiliũ fertur: nondũ uel hodie acceſſit, & neq; me, neq; Euergũ ut iniurios detulit: ſed in iudicio talia cũ propoſuiſſet, duobus talentis mulctauit. Erat nimirũ pręſcienti crimen cuius accuſaretur, ueritate & æquitate oſtenſa, legibus facile abſolui. Sed in actione metallica, et in ĳs rebus de quibus ſe accuſatũ iri nihil metuebat, difficile erat, calũniam e ueſtigio propulſare. Iracundia aũt iudicium ab iſto deceptorũ, qua de re ſuffragia illis ferenda erant, eius illum condẽnauit. Atqui eos decepit iudices, eũ ne dubitatur ɋ putatis uos decipere? aut cauſa fretũ, ingreſſum eſſe, ac non eloquentia & ſuæ factionis teſtibus, impuro & execrando Procle, magno illo: & Stratocle, omniũ hominũ & diſertiſſimo & improbiſſimo, & impudentia ſua, qui nihil cũctetur aut erubeſcat, plorare ac lamẽtari? Atqui tantũ abeſt, ut ſis aliqua miſericordia dignus, ut propter fraudes & facinora ſis omniũ hominum odioſiſſimus, qui minas centũ & quinq; cũ deberes, eaſq; reddere non poſſes, eos qui te iuuerant, & in cauſa fuerant, ut fidẽ ſeruares ĳs qui tecum ab initio contraxerant: pręterq; ꝙ in ipſo cõtractu uiolas, etiã ignominia notare ſtudes. Cæteros quidẽ debitores uidemus fortunis cedere: is uerò qui tecũ cõtra-

Seruus Nicobuli.

Quibus Pantænetus Euergum calũnĳs oppreſſerit.

Preſidia Pantæneti.

Inſectatio Pãtæneti.

xit, id paſſus eſt, & qui talẽtũ mutuauit, duobus eſt mul ctatus, calumniis oppreſſus. Ego uerò qui quadraginta minas mutuaui, duobus talentis hoc iudicio periclitor & ad quę nunquam plus centũ minis mutuari potuiſti, quę tribus talentis in uniuerſum uendidiſti, & bis mille drachmis: in iis quatuor talentũ, ut apparet, iniuria es affectus à quodam, eoque, ſi diis placet, ſeruo meo. Quis uerò ſuis rebus ciuis ſeruo cederet? quis ue diceret, earum rerum, quarum ipſe damnauit Euergum, etiam famulũ meũ rationẽ reddere oportere? Sed his omiſſis, iſte ipſe talibus criminibus eum liberauit omnibus. Neque enim id nũc dicẽdum erat, neque in prouocationẽ ſcribendũ, in qua quæſtionẽ habere ſtudebat, ſed illi dictato iudicio me dominum perſequi conueniebat. Nunc mihi iudiciũ dictauit, illum aũt accuſat: quæ legibus interdicta ſunt. Quis nunquam actione contra dominũ inſtituta, ſeruum tanquam ſui iuris hominẽ, reum egerit? Quod ſi quis eũ interrogarit, quæ tibi cauſa eſt contra Nicobulũ? oderunt, inquit, Athenienſes, fœneratores. Nicobulus aũt inuidioſus eſt, & celeriter ambulat, & magnum ſonat, & baculũ gerit: ea uerò, inquit, à me ſunt omnia. hęc dicere nõ erubeſcit, neque eos qui audiunt intelligere putat, calumniatoris eẽ iſtam cognitionẽ, non eius cui facta ſit iniuria. Ego uerò iniurium qui mutuet puto eſſe neminẽ: & tamen quoſdã meritò uobis inuiſos eſſe, qui artẽ ex ea re fecerunt, apud quos nec ueniæ, nec ulli rei locus eſt: qui animos in hoc unum intẽtos habent, ut plus accipiant quàm dederunt. Cũ enim ſæpe mutuum acceperim, nõ ipſe ſolum iſti mutuũ dederim: nec ipſe iſtos ignoro, aut amo. Non tamen, ita me dĳ ament, defraudo, aut calumnior. Qui uerò quæſtum facit ut ego, nauigando & periclitãdo, paruáque pecunia parta, eam mutuat, cùm ut alĳs gratificetur, tũ ne per incuriam dilapidet argentum: eum cur tandem in illorum numero quiſquam reputarit? niſi illud fortè dicas, qui tibi mutuant, eum publicũ odium mereri. Age recita mihi teſtimonia, qualis in eos ſim, qui mecum cõtrahunt, opemque meam implorant. TESTIMONIA. Talis ô Pantænete ſum ego, ille celeriter ambulans, & talis tu qui pedetentim incedis: ſed de meo tamen inceſſu, lo

Abſurdum in ius uocare dominum, accuſare ſeruum.

Pãtænetus frẽtus odio Nicobuli.

Fœnerator.

Inceſſus. uox. Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

quendiq; conſuetudine, omnem apud uos dicam ueritatem, Athenſẽſes, liberè. Equidem non me præterit, neq; ignoro Athenienſes, me in his rebus non optimè eſſe natum, neq; eas expedire mihi. Nã ſi ea mihi odiũ pariunt, quibus agendis nullum fructũ capio, nónne infelix in ea quidem parte ſum? Sed quid agam ſi illi mutuaro, proptereáne mulcta etiã ſoluenda erit? Nequaq; uerò. Malitiam.n. in me & improbitatem eſſe, ne iſte quidem ipſe oſtendet: neq; è tanto ueſtrũ numero quiſquã eſt, ullius facinoris mihi conſcius. In alijs autem rebus unuſquiſq; noſtrũ talis eſt, ut fortunæ & naturæ uiſum fuit. Ac repugnare ingenio, factu profectò haud facile eſt, alioqui.n. inter nos nihil intereſſet. alium uerò quem uideris cenſere & reprehendere, procliue eſt. Sed quid tibi ꝓpter hęc rei mecũ eſt Pantęnete? nihil. Multa & acerba es perpeſſus? ꝓinde ſumpſiſti pœnas. non de me quidem, neque enim ulla tibi à me orta eſt iniuria. alioq̃ nunq; me omiſiſſes: neq; cum Euergum accuſare iſtituiſſes, me miſſum feciſſes, neq; petiſſes ut ego uẽditor eſſe dignarer, q̃ atrocia & magna in te cõmiſiſſem. Deinde quo ego pacto, cum nec adeſſem, & peregrè abeſſem, ulla iniuria te affeci? Quod ſi quis ei largiatur, ſummis eũ affectũ iniurijs, & nunc de ijs ueriſſima dicturum eſſe omnia. Illud tamẽ opinor omnes fateamini, uſu ueniſſe iam quibuſdam, ut multas acciperent iniurias pecuniarijs dãnis grauiores. Nam & fortuitæ cædes fiunt, & ea uiolantur quæ minimè conueniebat, & complura eius generis alia cõmittũtur. Sed tamen horũ omnium terminus & ſatisfactio ſtatuta eſt læſis hęc, ut re tranſacta & compoſita, quieſcãt: idq; ius tantum in omnibus ualet, ut ſi quis fortuitæ cædis reum peregerit, & palàm oſtenderit, aliquẽ non eſſe purum: deinceps tamen placatus ei fuerit, miſſumq; fecerit, eiuſdem eijciendi poteſtatem nõ habeat. Nam ſi ipſe ſauciatus, ante obitũ uulneris autorẽ miſſum fecerit: nulli cæterorũ cognatorũ cędis agere ꝑmiſſum eſt, ſed quos eijci & exulare, & ſi conuincantur, occidi leges iubent, eos ſemel dimiſſos, omnibus periculis uerbum hoc liberat. De uita igitur, ſummiſq; rebus cum agitur, tantũ ualet, rataq; manet trãſactio: in re pecuniaria minoribuſq;

Peroratio.

Tranſactio tollit oẽm actionem.

cauſis, non ualebit? Nequaquam. Neq; enim, ſi ego meũ à uobis ius non conſequar, id erit grauiſſimum, ſed ſi res iuſta, ſeruata ab omni æuo, hac noſtra ætate abolebitur.

ARGVMENTVM EXCEPTIONIS aduerſus Nauſimachum & Xenophitem.

NAuſimachus & Xenophites ſub tutela fuerunt Ariſtechmi, atque inſcripti in album uirorum, tutelæ cum eo egerunt: deinde tranſegerunt, acceptis tribus talentis, eumq; periculo liberarũt. Atq; is quidem obijt, quatuor liberis relictis, quos multo póſt Nauſimachus & Xenophites dati damni accuſant, & pecuniam de tutela repoſcunt. Hi uerò actioni dandum eſſe locum negant: adducta lege, quæ de rebus actis & tranſactis denuò uenire in iudicium prohibet.

DEMOSTHENIS EXCEPTIO ADVERSVS NAVSIMACHVM ET Xenophitem, [redacted]

Cũr præſcriptione utatur

q

QVia leges poteſtatem præſcribendi dederunt, Athenienſes, iis de rebus, quæ, cum actæ tranſactæq; ſint, in iudicium reuocantur: & utraq; hęc patri meo cũ Nauſimacho & Diopithe, à quibus in ius uocati ſumus, interceſſerunt: præſcriptionem oppoſuimus, ut modò audiſtis, de non danda eis actione. Rogabo autem & æqua & moderata uos omnes: primùm, ut me dicentem benignè audiatis. Deinde, ſi iniuria mihi fieri uidebitur, ſi criminis nihil ad me attinentis eſſe reus: uti me, ſicut ęquum eſt, adiuuetis. Quã uos iudicij æſtimationem audiſtis, triginta minæ ſunt.

Petitio.

Narratio.

Pecuniæ aũt, cuius accuſamur, talenta quatuor. Cum.n. duo ſint, quatuor nobis iudicia dictarunt eiuſdem pecuniæ uniuerſa, ter mille drachmarum ſingula dati damni: & nunc, cum triginta minarum inſcriptio ſit, de tãta pecunia in periculum uenimus. Calumniam igitur iſtorum, quantiſq; inſidiis nos inuaſerint, ex ipſis rebus cognoſcetis. In primis autem teſtimonia uobis recitabuntur, ut conſtet, eos nullum feciſſe patrem noſtrum, quod ad tutelę

accuſationem

accuſationem attinebat. Nã hoc nomine nos præſcripſimus, & actionẽ admittendã eſſe negauimus. Age recita mihi hæc teſtimonia. TESTIMONIA. Eos igitur, Iudices, egiſſe tutelæ, & ab actione deſtitiſſe, pactamq́ pecuniam abſtuliſſe, auditis è teſtimonijs. Non dare aũt leges de rebus ita actis, denuò actionẽ: eqdẽ arbitror uos ſcire oẽs, etiamſi ego nihil ea de re dixero. Volo tñ uobis ipſam quoq; legem recitare. Recita legem. LEX. Auditis, Iudices, legẽ perſpicuè dicentem ſingula: quorum actio non detur inter quæ illud ẽt eſt æquè ratũ ac cætera, qbus de rebus aliquẽ miſſum feceris & tranſegeris, non licere litigare. Cum igiť ſic, multisq́; teſtibus pręſentibus tranſactio facta ſit, & apertè nos lex abſoluat, eò impudentiæ progreſsi iſti ſunt, & audaciæ, ut quatuordecim annis, poſtq̃ patrem meũ miſſum fecerunt, duobus et uiginti poſtquam litem mouerunt, cum noſter parens eodem, quo cum iſtis tranſegerat, anno ſit mortuus, & tutores, q poſt illius obitũ noſtra bona in ſua poteſtate habuerunt, & mater ipſorũ item obierit quæ hæc omnia norat, & arbitri & teſtes, & omniũ, ut paucis dicã, plurimi: noſtrã imperitiã & neceſſariã rerum actarũ ignorationem, ſibi magno futurã cõmodo exiſtimãtes, iudicia nobis hæc dictarunt, & orationẽ neq; iuſtam neq; ęquã afferre audent. Dicunt non uendidiſſe patrimoniũ ea pecunia quam acceperint, neq; ceſsiſſe bonis. Sed quæcunque ſibi relicta fuerint, debita & uaſa, & in ſumma pecuniã, ea ſua fieri. Ego uerò me audiſſe memini, Xenopithẽ & Nauſicratẽ ſuas opes oẽs in ære alieno reliqſſe & poſſediſſe * manifeſtas perq̃ exiguas. Redacto aũt ære alieno, & uaſis quibuſdam uenditis, mancipijs ẽt, prædia & ædes mercati ſunt tutores, quæ iſti receperunt. Quòd ſi nulla fuiſſet prius illis de rebus controuerſia, neq; malæ adminiſtrationis in iudicio diſceptatũ eſſet, alia ratio foret. Poſtq̃ uerò iſti totam tutelam accuſarũt, dieq́; dicta pecuniam exegerunt, ea omnia tum trãſacta ſunt. Neq; enim iſti. ſ. de nomine tutelæ tum agebant, ſed de pecunia. Neq; illi nomen hoc emebant pecunia, quã numerabant, ſed crimina redimebãt. Ac nullã qdem iſtis eius æris alieni qđ ante tranſactionẽ redegerat pater, aut eius

Inſidiæ aduerſariorum.

Cauſa, quam aduerſarij prætendunt.

φανερὰν ὀυσίαν

Refutatio Re tranſacta reos

nullam tutorio nomine redegiſſe pecuniam.

deniq; pecuniæ quã è tutela acceperat, dari licere cõtra nos actionẽ, re tranſacta: ex ipſis legibus & tranſactione ſatis uos oẽs cognouiſſe arbitror. Iã non poſſe fieri, ut ea pecunia deinceps recepta ſit (hoc.n. iſti fingũt, decipiendi grã) id oſtẽdam. Patrem.n. ne criminari qdem auſint eã accepiſſe. Nã tribus quatuor'ue menſibus poſt, q̃ cum iſtis tranſegerat, obijt. Neq; uerò Demaretũ relictũ nobis tutorem accipere potuiſſe, (nã & hunc in accuſatione poſuerunt) et ipſum oſtendã. Ac maximi qdem nobis hi ipſi teſtes ſunt. Nuſquã.n. eos uiuenti Demareto mouiſſe litẽ apparebit. Sed tñ, ſi qs ipſam ẽt rem ſpectet & cõſideret, uidebit non modò non accepiſſe, ſed nec accipere potuiſſe. Nã cum ipſum debitũ Boſpori eſſet, quo Demaretus nunquã uenit: quo pacto exegit? At Hercule miſit, inqet aliquis, qui exigeret? Id uerò ita conſiderate. Debuit Hermonax ſtateres centũ, à Nauſicrate acceptos. Iſtorũ tutor & curator Ariſtæchmus fuit ſedecim annos. Neq; uerò, quã iſtis adultis, pecuniã, corã ipſe ſoluit Hermonax, eã reddidit, dum pueri eſſent: neq;.n. bis eandẽ numerauit. Eſt uerò qſquã mortaliũ ita ineptus, ut, q̃ ne redderet, ipſos dños tamdiu eluſit, ea illi qui dñs non eſſet, miſsis literis ultrò numeraret? Equidem non arbitror. Vt aũt me uera dicere, & patrẽ ſtatim poſt tranſactionem obijſſe, & Demaretum nunquam ab iſtis de ea pecunia in ius uocatũ eſſe, neq; deniq; quòquã nauigaſſe, neq; illuc ꝓfectum eſſe conſtet: cape hæc teſtimonia.

TESTIMONIA. Proinde neq; patrẽ poſt tranſactionem pecuniã redegiſſe, neq; ſponte quenquã fuiſſe daturũ, ſi miſiſſet illuc Demaretus, nec ſi ipſe nauigaſset, aut illuc ꝑueniſſet: uobis & tẽporibus & teſtibus eſt declaratum. Atq; adeò in uniuerſum oſtendã, eos totam rem ementiri. Iſti in eã, qua nos modò reos agunt, accuſationem inſcripſerunt, debere nos argentum, qđ pater receperit, cum id æs alienum, in tutelæ rationibus, ut qđ deberetur adhuc, tradidiſset. Age ipſam accuſationem cape, & recita. ACCVSATIO. Auditis in accuſatione ſcriptũ eſſe, cum mihi Ariſtæchmus id æs alienum in tutelæ rationibus tradidiſset? at cum patrẽ accuſarent, his cõtraria ſcripſerunt. Apparet.n. eos ei & hoc, ut nõdum

Accuſationes aduerſariorũ inter ſe cõtrariæ.

relatis rationibus, obiectare. Recita ipſam accuſationē, qua tum patrem accuſarunt. ACCVSATIO. Qua igit̃ ratione tradidiſſe eum, nunc queri poteſtis Xenopithe et Nauſimache? Tum.n. ut qui non tradidiſset, in ius uocabatis, & pecuniā poſtulabatis: nunc quaſi tradiderit, accuſatis. Quod ſi utranq; in partem uobis calumniari licebit, & nunc propter pecuniam non traditā uexabitis, nunc pp traditam accuſabitis: nihil prohibebit, quo minus & tertium quippiā poſthac excogitetis, de quo iterum actionem inſtituatis. Sed leges iſta uetant, & ſemel ĥſdem de rebus cum eodē agi iubent. Vt aūt intelligatis Athenienſes, eis non modò nunc iniuriā non fieri, ſed ipſos nobis contra oēs leges faceſsere negocium, eā quoque legem uobis recitabo, quę apertè dicit, ſi quinquennium præterierit, & non in iudiciū uenerint, nō amplius pupillis agere licere earum rerum quæ ad tutelam attineant. Etiā hęc lex uobis recitabit̃. LEX. Auditis Athenienſes, legem palā dicere, niſi intra quinquennium egerint, non amplius licere agere? Atq; egimus, inquiēt. Sed ĥdē & tranſegiſtis. Proinde uobis rurſus actio danda nō eſt, alioquin iniquum fuerit, cum lex pupillis primarū ēt iniuriarum extra quinquenniū actionem non det in tutores qui non abſoluti ſunt: uos contra nos illorū filios, ĥs de rebus quas ipſi tranſegiſtis, uigeſimo nūc anno ius pſequi. Audio aūt eos rerum ipſarum & legum iura declinaturos, dicturos aūt magnam ſibi pecuniam relictam, eaq; ſe fraudatos eſse, & argumento uſuros magnitudine actionis, quā ab initio inſtituerint, & orbitatē deploraturos, & illā tutelæ rationē narraturos: eaq; eſſe præſidia, qbus nitant̃, quibusq; uos á ſe poſse decipi ſperent: Ego uerò iudicĥ tum dictati magnitudinē, maius nobis argumentū eſse puto, patrē tum calumnia petitum eſse, q̃ iſtis, multis eos fraudatos eſse. Nam qui octoginta ſibi deberi talēta oſtendere poſsit, tribus acceptis nemo cum reo tranſegerit. Tantæ aūt pecunię accuſatus tutelę nomine, nemo eſt quin tribus talentis datis, periculum redimeret, propter eas prærogatiuas, quas tum iſti natura habebant. Nā & pupilli, & adoleſcentes, & quales ānam eſsent, ignoti erant. Quæ oēs aiūt apud uos optimis

Præſcriptio longi temporis.

Refutatio cauillationum à

Inuerſio argumenti de magnitudine poſtulatæ pecuniæ.

Tranſactio tollit omnem actionem. quibuſcꝗ cauſis plus ualere. Atqꝫ illud ẽt me uobis oſtenſurum puto, uos eis de tutela dicentibus aliqd, aures præbere non oportere. Si quis.n. eis largiatur, affectos eos eſſe iniurijs ꝗ̃ fieri poteſt maximis, deqꝫ his nunc oĩa uerè dicturos: illud uos opinor oẽs fateamini, uſu ueniſſe iam quibuſdam, ut maioribus iniurijs ꝗ̃ pecuniariæ rationes eſſe queant, afficerentur. nã & fortuitæ cędes fiunt, & ea uiolanẽ quæ non oportet, & multa eius generis facinora cõmittuntur: ſed tñ horum omnium terminus, & ſatiſfactio læſis præfinita eſt hæc, ſi cum aduerſario tranſegerint: & hoc ius tm̃ in omnibus ualet, ut ſi quis aliquẽ fortuitæ cædis conuicerit, & pſpicuè demonſtrarit eſſe pollutum: & poſtea tñ placatus, eum miſſum fecerit: nõ amplius eiuſdem eijciundi poteſtatem habeat. *A maiori.* Cum igitur, qñ de uita ſummiſqꝫ rebus agitur, tantum tranſactio ualeat, rataqꝫ ſit: in ratione pecuniaria cauſiſqꝫ minoribus nõ ualebit? Valebit profectò. Neqꝫ.n. hoc grauiſsimum eſt, ſi ego ius meum à uobis non cõſequar: ſed ſi iuſta res ab omni æuo recepta, nunc abrogabiẽ. *Non locata domus.* Non locarunt noſtram domum, fortaſſe dicent. Non.n. uoluit patruus noſter Xenopithes. ſed cum rem eam detuliſſet Nicidas, iudicibus perſuaſit, ut ſibi eius gubernandę facultatem darent: & hoc ſciunt oẽs. *Tribus talentis redditis, aduerſarios accuſare iubet.* Multa uobis illi diripuerunt? proinde eã pœnam de eis ſumpſiſtis quam pſuaderi uobis ſiuiſtis: neqꝫ utiqꝫ denuò uobis de me pœna ſumẽda eſt. Vt ne uerò iſta uel putetis eſſe aliquid, non ſanè par eſt (qui.n. eſſet ab ijs qui cũ autoribus tranſegerũt, rei ignaros accuſari?) ſed tñ ô Xenopithe & Nauſimache, ſi magna uobis & admirabilia iura eſſe iſta putatis: tribus talentis huc renumeratis, pergitote. A' quibus uerò, ne eos accuſaretis, tantã pecuniam exegiſtis, priuſquã eandem reddideritis, tacere uos ęquũ eſt, & non accuſare pariter & tenere. Nã ea eſſet ſumma iniquitas. *Trierarchiæ aduerſariorũ.* Fortaſsis autẽ & inſtructas à ſe triremes p̃dicabũt, & ſuas opes in uos erogatas. Ego uerò illud omittã, mentituros eſſe eos, & cũ pleraqꝫ ſua bona pdiderint, paucorumqꝫ reſpublica partem ceperit, eos iniuſtã & indebitã gratiam à uobis repetituros. Nã & ipſe poſtulo, Iudices, ut oĩbus nobis, ꝗ bene meremur de republica, gratia quædam à uobis ha

beatur. quibus uerò maxima? illis nimirũ, qui, quicquid in ea re publicè prodeſt, faciunt. id uerò quod turpe eſſe oẽs dicant, & indecorum, non moliuntur. Qui autem ſimul & publica munera obeunt, & ſuam rem familiarẽ perdunt, opprobriũ reipublicæ beneficij loco relinquũt. Nemo.n. ipſe ſeſe unquam accuſauit, ſed publicè opes ſibi ereptas eſſe dictitãt. Qui uerò & quæcunq; uos mandatis, ſtrenuè exequuntur, & ſua cæteris in rebus frugalitate rem domeſticã tuentur: non eo nõie duntaxat illis præferendi ſunt, q; ſeſe utiles & præbuerunt, & præbebunt: ſed q; etiam ſine contumelia uobis ea pſtant. Nos autem tales in uos extitiſſe conſtabit: iſtos uerò miſſos faciã, ne ſibi maledici quærantur. Neq; mirabor, ſi & flere, & ſe miſerabiles facere conabunt. Ego uerò aduerſus iſta, uos oẽs ſic exiſtimare uelim, turpe eſſe, ac potius iniuſtum, eos q helluãdo, & cũ Ariſtocrate & Diogneto, & eius generis hominibus debacchando, ſua malè perdiderunt: nunc ut aliena rapiãt, plorare et lamentari. Illa uobis deploranda erant, q̃ factitabatis. nũc uerò lachrymandum non eſt, ſed uos non tranſegiſſe oſtendẽdum, aut uobis rurſus actionẽ eſſe earum rerum quas trãſegiſtis: aut adhuc eſſe iuſtum ſortiri iudicium, cum lex quinquennium pfinierit. Hæc.n. ſunt, de quibus hi iudicant. Si uerò hæc oſtendere nõ poterunt, ſicut non poterũt, nos, oẽs uos pcabimur, Iudices, ne nos iſtis condonetis, ne'ue quartum eis patrimonium detis, cũ alia tria malè adminiſtrarint. Vnum, quod à tutoribus cum bona gratia acceperunt: alterum, qd' propter actionẽ extorſerunt: tertium, qd' nuper eripuerunt Æſio, iudicio uicto: ſed nos, ut æquum eſt, noſtra tenere patiamini. Quæ uobis etiã, dum penes nos fuerint, utiliora erũt, q̃ ſi penes iſtos ſint: & iuſtius profectò eſt, nos noſtra tenere quã iſtos. Non uideo plura dicere quorſum attineat. Arbitror.n. uos nihil eorum ignorare quæ diximus. Exime aquam.

Cõmiſeratio- nem excludit

Peroratio.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADuerſus Bœotum de nomine.

Mantias unus ex ijs qui Athenis in magiſtratu fuerunt, è legitima uxore filium ſuſcepit, eum qui nunc litigat. Conſuetudinẽ autem habuerat cũ quadã Plãgone, amoris ductus illecebris, Attica mulie-

ſe. Huius duo filij adulti, Mantiam in ius uocant, ſuum eſſe patrem dictitantes. Is uero negat. Deinde agnoſcit eos filios, ſui ipſius prouocatione, coactus & deceptus. Cum enim Plangonem iurare de filijs iuſſiſſet, an re uera ex ipſo eſſent nati, & pollicitus eſſet, ſi iuraſſet, ſe iuſiurandum ratum habiturum: eo deceptus eſt, quòd mulierem nõ iuraturam putabat. At illa, uiolata pactione, iurat. ſic ille filios agnoſcere cogitur, & poſt moritur. Filius igitur legitimæ uxoris, alterum adoptiuorum de nomine in ius uocat, aſſerens eum Bœotum eſſe nominandum, ſicut initio fuerit nominatus, & non Mantitheum. Illud enim ei nomen à patre fuiſſe ab initio inditum. Prima fronte igitur, homo curioſus eſſe & amans litium uidetur, qui de nomine rixetur: ſed in oratione tamen argumenta ſatis multa afferuntur, cur & publicè & priuatim incõmoda ſit nominis ſimilitudo.

DEMOSTHENIS ORATIO ADVERSVS BOEOTVM DE NOMINE.

Se neceſſariò hanc actionẽ inſtituiſſe.

NVlla curioſitate, rixandí ue ſtudio, teſtor, deos, Iudices, actionem hanc contra Bœotum inſtitui: neq; ignoraui multos fore, quibus ineptꝰ uiderer, ſi quẽ propterea in ius uocarẽ, ꝙ eodẽ ſe nomine, quo ego, me appellandũ cẽſeret: ſed neceſſarium fuit, ob ea q̃ euentura erant, niſi id præcauiſſem, apud uos diſceptare. Quòd ſi iſte ſe alterius cuiuſdam eſſe patris diceret, nõn mei, iurè uideri ineptus potuiſſem, qui curarem quocunq; iſti ſe appellare nomine libuiſſet. Nunc in ius uocato patre meo, aſcitoq; ſibi calumniatorum ſodalitio, & Mneſicle, quem fortè noſtis omnes & Menecle illo, qui Ninũ ream peregit, & eius generis alijs, eum accuſauit, filium eius eſſe ſe è Pamphili filia, & iniquè ſecum agi & patria ſe ſpoliari dicens. Pater autem (omnis dicetur ueritas, Iudices) ſimul ueritus uenire in iudicium, ne quis, ut à uerſato in republica alibi uſpiam offenſus, ibi in ſe incurſaret: ſimul deceptus à matre iſtius, q̃ iurarat, ſe delato ſibi iureiurando, ea de re nõ iuraturam, ĳſq; factis, nullam inter ipſos amplius fore cõtrouerſiam, & mulctam ſibi ſponſoribus datis, pecuniariam indixerat: hac conditione iuſiurandũ ei defert. Quo

Narratio.

illa accepto, nõ modò iſtũ, ſed alterũ etiã ad iſtũ, iurauit, è patre meo eſſe genitũ. Quo facto, illi neceſſe fuit iſtos ad curiales introducerẽ, neq; ei ulla reliqua fuit excuſatio: introduxit, adoptauit, ut q̃ interceſſerunt ſecerẽ, in albũ inſcripſit Apaturijs, iſtum apud Curiales Bœotũ, alterũ aũt Pãphilũ. Ego uerò Mãtitheus inſcriptus erã. Cũ uerò ſic accidiſſet, ut pater antequã in municipiũ aſſcripti eſſent, moreretur: iſte ad municipes uenit, & ꝓ Bœoto ſe Mãtitheum inſcribit. Quod, quantũ incõmodet, primũ mihi, deinde etiã uobis, ego docebo, ubi eos q̃ dico, teſtes ꝓduxero. TESTES. Quẽ igitur ad modũ nos pater inſcripſerit, è teſtibus audiuiſtis. Me aũt, q̄ iſte uiolanda iura ſibi ducit, actionẽ hanc inſtituiſſe neceſſariò, id iam oſtendam. Ego.n. nõ profectò homo ſum adeò ſtupidus aut incogitans, ut patrimonij, quod omne fiebat meum, poſtquã iſtos adoptarat pater, tertiã auferre partẽ conceſſerim, eaq; re acquieſcã. de nomine aũt litẽ intenderẽ, niſi mutatio nominis magnã mihi ignominiam páreret, ignauięq; probrum: ut aũt iſte idẽ nomẽ habeat, propter multa ferri nõ poſſet. Primũ enim, ſi publica priuatis anteferenda ſunt: quo nobis reſpublica mandabit modo, ſi quid erit obeundum? Num ita decernent tribules, ut de alijs? Proinde Mantitheum, Mantiæ filium Thoricium me decernent, ſi ædilem, aut gymnaſiarchum, aut conuiuatorem, aut aliud quippiam reliquorum munerũ decreuerint. qua aũt re diſcernet, méne ante decreuerint? Tu enim me dices: ego uerò te. iam uerò nos prætor uocat, aut alius apud quem cauſa eſt agenda: nõ prȩſtò ſumus, non obimus mandata munera: uter igitur legum pœnis erit obnoxius? Quo autem pacto imperatores inſcribẽt, ſi in claſſem inſcribent, aut ſi triremi præfectum conſtituent, aut ſi qua erit expeditio? quĩ cognoſcetur uter ſit delectus? Quid ſi quis alius magiſtratus mandarit munus publicũ, ut prætor, Rex ſacrificulus, præfecti ludorũ: quæ nota erit utri mandarint? aſcribent nimirum, illum è Plangone natũ, ſi te inſcripſerint: ſin me, matris nomen adijcient? Ecquis unquam audiuit? aut qua lege talis appendix aſcribetur, aut aliquid aliud, q̃ pater & municipium? quæ cũ utrinq; ſint eadem, magna orietur ꝑturba-

Idem nomen in republica quid incõmodet.

Magiſtratū. tio. Age uerò, ſi iudex citetur Mātitheus Mantię F. Thoricius, quid agemus, an ambulabimus uterq;? Quî.n. dignoſcetur, túne an ego ſim citatus? Age uerò, deum immortalem, ſi publicè de quocunq; magiſtratu fiet ſortitio, ut de ſenatu, ſexuiratu, reliquis: quî diſcernetur, uter noſtrū ſit creatus? niſi fortè nota ut * alteri cuipiā æreo uaſi adijciatur. ac ne ea quidem utrius ſit, uulgus agnoſcet. Proinde ego me creatū cōtendam: tu uerò te. Reliquū erit, ut nos in iudiciū ueniamus. Propter igitur ſingula huius generis ciuitas iudiciū nobis cōuocabit. Ac eo quidē quod par & ęquū eſt, ut is, cuius ſors exierit, magiſtratu fungatur, fraudabimur: alter aūt alterum uerbis inſectabimur: & is imperabit, q fuerit oratione ſuperior. Nūquid uerò moderatiores erimus, q̄ ut, finitis cōtrouerſijs, alter alterū mutuis odijs, aut maledictis proſequamur? q̄ omnino exiſtere neceſſe eſt, cū inter nos cōtentio de magiſtratu, aut ſimili re orietur. Quid uerò, ſi fortè (nā omnia perquirenda ſunt) alteruter noſtrū, alteri pſuaſerit, ut ipſe creatus, alteri magiſtratū tradat, ita ſortiat? Vnū duabus ſortiri tabellis qd eſt aliud? Itáne qđ legibus extremo ſupplicio mulctat, id nobis impune agere licebit? omnino. At id nō faciemus. Noui & ego, quod ad me quidē attinet. Sed ne ſuſpectos qdē aut reos fieri talis mulctę aliquos, bonū eſt, ſi cauere liceat. Eſto, ſed hęc publicè nocēt. Mihi uerò priuatim qd incōmodant? Spectate quantū, & cōſiderate an mihi cauſa eſſe uideat. Nam hæc longè ijs q̄ audiſtis grauiora ſunt. Vidiſtis omnes iſtum Menecle, dū is uiueret, & illius gregalib9 uti familiariter: nūc uerò alijs nihil illo meliorib9 & talia ſtudio habere, & eloquētem uideri uelle. & eſt fortaſſe, ita me amet Iupiter, eloquēs. Quod ſi ꝓgreſſu tēporis eadē facere inſtituerit: ea uerò ſunt accuſationes, indicationes, delatiōes, abductiones, & in eoꝝ aliquo (multi.n. ſunt humani caſus, & exercitatiſſimos quoſq; ſæpe, ſi nimis inſoleſcere cœperint, uos cohercere ſcitis) publicè mulctatus fuerit: quî magis iſte inſcribetur q̄ ego? At ſcient oēs uter ſit dānatus? bene. Si uerò (quod fortaſſe fiet) mora interceſſerit, & mulcta diſſoluta nō fuerit: quî magis iſtius liberi q̄ mei inſcripti erūt? Cū & nomē, & pater, & tribus, eadē erunt oia?

ἄλλῳ τινὶ, τῷ χαλκείῳ.

Priuata eiuſdē nominis incōmoda.

Quid ſi qs actione unde ui contra eũ inſtituta, mihi nihil ſecũ eſſe rei dixerit, ſed eam ratã habitã inſcripſerit: q magis iſtũ, q̃ me ſcripſerit? Quid uerò ſi qua tributa nõ pependerit? qđ ſi qua alia de nomine hoc actio inſtituatur, aut iudiciũ: aut rumor ſiniſter oriatur: qs ſciet è populo, uter ille ſit, cũ duo ſint Mantithei patre eodẽ? Age uerò, ſi desertæ militiæ accuſetur? ſi cũ militandum eſſet, ſaltet? Etenim nũc, ubi alij Tamynas profecti ſunt, iſte Choas agens hîc relictus eſt: Bacchanalibus itẽ remãſit & ſaltauit, ut uidebatis oẽs q aderatis. Regreſſis aũt ex Eubœa militib⁹, ut ordinũ deſertor citatus eſt, egoq́ q meæ tribus ordines ducebã, ſum coactus contra nomẽ meũ patriũ admittere actionẽ. Quod ſi merces iudicibus numerata eſſet, introduxiſſent me, haud dubiè. Ea uerò niſi cõſignatis iam arculis accidiſſent, etiã teſtes uobis ꝑduxiſſem. Eſto, quid ſi peregrinitatis accuſetur? multoꝝ autẽ odia ſuſcipit: neq; ignotũ eſt, quo pacto eũ pater adoptare ſit coactus. Vos autẽ cũ pater eum nõ adoptaret, matrem eius uerũ dicere putabatis: poſtquã uerò ita natus, ita turbulentus fuerit, rurſum uobis aliqñ uidebitur ille dixiſſe uerũ. Quid uerò ſi ſe falſi teſtimonij conuincendũ putans, propter locatas ſuis gregalibus operas, uadimoniũ deſeruerit? Nunquid leue ducitis incõmodum, Athenienſes, totam exigere uitam in cõmunione exiſtimationis factoꝝ iſtius? an autẽ ea q̃ recenſui uobis, fruſtra metuam, ſpectate. Iſte iam aliquoties publicè accuſatus eſt, Athenienſes, qbus reb⁹ ego prorſus inſons, unà in crimẽ uocor: & de eo magiſtratu, quem uos mihi decreueratis, cõtendit, multaq; & moleſta nobis propter nomẽ acciderunt: quorum, ut ſciatis, ſinguloꝝ teſtes uobis producam. TESTES. Videte Athenienſes, quæ fiant, & huius negocij moleſtiam ſpectate. Quod ſi nulla ex hac re moleſtia oriretur, neq; omnino fieri non poſſet, ut idem nomen haberemus: non tamẽ æquum profectò eſſet, ut iſte partem mearum facultatũ per adoptionem teneret, ad quam patrem adegit: ego autem nomine ſpoliarer, quod mihi uolens & à nemine coactus idem impoſuit. Equidẽ non exiſtimo. Vt autẽ ſciatis me à patre non modò apud curiales, ſic, ut à teſtibus dictum eſt, inſcriptum eſſe, ſed

Nomẽ Mantithei ſibi à patre eſſe factũ oſtendit.

decima etiam facta, nomen hoc mihi inditũ: cape & hoc teſtimonium. TESTIMONIVM. Audiſtis Athenienſes, nomen hoc mihi fuiſſe omni tempore. iſtum uerò Bœotum à patre, poſtquã coactus eſt, eſſe inſcriptũ apud curiales? Libenter autẽ interrogarim eum corã uobis, niſi obijſſet pater, quid nam egiſſes apud populares? Non permiſiſſes illi, ut te Bœotum inſcriberet? At abſurdum fuiſſet ea de re iudicium adipiſci, eamq́ rurſus ꝓhibere? At, ſi permiſiſſes, eodẽ te modo inſcripſiſſet apud populares, quo apud curiales. Ferendũ igitur eſt, ô dij immortales, ut cum ſuũ eſſe patrem dicat: eademq́ irrita facere, quę is uiuens egit, nõ dubitet? Apud arbitrum autẽ rem impudentiſſimam dicere fuit auſus, patrẽ pro ſe perinde ut pro me feciſſe decimam, idq́ nomen ei indidiſſe. & teſtes quoſdam produxit, quorũ uti conſuetudine patrem meum nemo unquã uidit. Ego uerò neminẽ ueſtrũ ignorare arbitror, neq́ decimam facturum eſſe quenquã de filio, quem nõ iure putet eſſe ſuũ: neq́ ſi fecerit & dilexerit, ut filium diligi moris eſt, rurſus fuiſſe auſurum inficias ire. Neq́ enim, tametſi matri iſtorum iratus fuiſſet, iſtos proſecutus eſſet odio, quos quidem ſuos eſſe putaſſet. Multò enim magis ſolent maritus & uxor ortas lites ꝓpter liberos componere, quàm propter eas iniurias, quibus alter alterum affecerit, etiam cõmunes odiſſe liberos. Neque uerò ex his ſolum perſpici poteſt, mentiturũ eſſe iſtum, ſi hæc dixerit: ſed priuſquam ſe noſtrum eſſe cognatum diceret, Hippothoontiam frequentabat tribum, ut in cœtum puerorum reciperetur. At quis ueſtrũ putat, matrem miſiſſe iſtum in eam tribum? magnis ſanè, ut ait, affectam à patre iniurijs, quæ quidem ſciret eũ feciſſe decimam, & rurſus ire inficias? Ego certè puto neminem. Nam Acamanteam æquè tibi frequentare licuiſſet, uiſaq́ eſſet illa tribus conſentanea nominis impoſitioni. Vt igitur hæc à me uerè dici conſtet, eorum uobis teſtes producã: ſodales eius, & rei gnaros. TESTES. Quum igitur ita palã propter matris ſuæ iuſiurandum, & eius qui ei iuſiurandum dederat, ſimplicitatem, patrẽ nactus ſit, non in Hippothoontia, ſed in Acamantia tribu natus: nõ contentus eſt hiſce Bœotus, ſed iudicia duo

Bœoto nomen à patre factũ, boni eſſe conſulendum.

Mantithei nomen non eſſe inditum Bœoto à patre Mãtia.

Actiones Bœoti pecuniariæ in Mãtitheũ.

aut tria pecuniaria mihi dictauit, pter ea qbus me prius calumniatus fuerat. Quanq̃ uos omnes ſcire arbitror, q̃ pecuniæ faciendæ ſtudioſus pater meus fuerit: ego tamen id omittam. Sed ſi mater iſtorũ uerè iurauit, calumniatorem iſtum egiſſe in illis actionibus apertè oſtendã. Nam ſi ita ſumptuoſus fuit, ut legitimo matrimonio ducta matre mea, aliam uxorẽ haberet, cuius uos eſtis, & binas familias aleret: qui potuit illis moribus argentũ relinquere? Non ignoro aũt Athenienſes, Bœotũ iſtum nihil poſſe iuſti afferre: ſed ad ea uenturum, quæ ſubinde inculcat, patrem à me impulſum, hoſtili fuiſſe in ſe odio: ipſumq́; poſtulare, ut natu maiorem, paterni aui nomen habere. Ad hæc igit̃ refutanda, uos pauca audire p̄ſtat. Ego ſcio me iſtum anteq̃ cognatus mihi fieret, ſi ita ut alius ex aſpectu iudicandus eſt, uidiſſe natu minorem, idq́; crebrò. non tamen hoc nitor: ineptum. n. fuerit. ſed Bœotũ iſtum roget aliqs, cũ in Hipothoontię tribus cœtũ ſe ingereret, & nondũ ſe mei patris diceret eſſe filiũ: cur idem mecũ nomen iure ſibi adſciuerit? Qđ ſi Mantichei tibi nomen placebat, nõ ꝓpterea profectò placuit, q̃ eſſes me natu grandior. Nam qui tũ ne tribum qdem meá ad te attinere putabas, quo pacto auũ tibi meũ uẽdicare potuiſti? Præterea nemo ueſtrũ Athenienſes, annorũ numerũ nouit. Ego eum mihi, iſte ſibi plures eſſe dicet: ſed iuſtitiæ rõnem omnes noſtis. Ea uero quæ eſt? Ex quo tp̄e pater iſtos adoptauit, ab eo ẽt filios exiſtimari. prius aũt me apud municipes Mantitheũ inſcripſit, q̃ iſtũ ad Curiales introduceret. Quare nõ ętate tm̃, ſed iure ẽt ego nomen hoc prærogatiuę loco meritò habuero. Qđ ſi quis te roget, Dic mihi Bœote, qui nũc in Achamantiã tribũ tranſlatus es, & municipiũ Thoricium, & factus Mantię filius, & portionẽ relictę ab illo hæreditatis habes? nihil aliud rñdere queas, niſi hoc: & me dũ uiueret Mãtias adoptauit. Qđ argumentũ, ſi qs te roget, aut teſtimoniũ eius rei tibi eſt? ad Curiales me ĩtroduxit, dices: Quo igitur te nõie inſcripſit, ſi quis roget, Bœoti rñdebis. Eo enim ĩtroductus es. Iniquũ igit̃ eſt, te ſi ciuitate & relictis ab eo bonis ꝓpter iſtud nomẽ frueris: eo tñ repudiato, aliud tibi accerſerę ſtudere. Age ſi pr̃ uitæ

Nõ ſi natu maior Bœotus, idẽ ẽt Mãtitheus uocandus.

reſtitutus, aut eo quo te adoptauit nomine contentum eſſe, aut alium tibi patrem quærere iuberet: nónne æquũ poſtulare uideretur? Eadem igitur illa ego à te poſtulo, ut aut alterius eſſe patris te profitearis, aut id nomen re tineas, quod ille tibi dedit. At Hercule cõtumelia quadam & inſectatione id tibi factum eſt? Sed ſæpe cum pater iſtos adoptare nollet, dicebant iſti, matris iſtius cognatos nihilo eſſe deteriores patris mei cognatis. Bœotus aũt nomen eſt auũculo iſtius. Poſtq̃ aũt pater intro ducere iſtos cogebatur, cum ego antè Mantithei nomine introductus eſſem, ſic iſtum Bœoti, fratrem eius Pamphili nomine introducit. Tu uerò oſtende, quenquam Athenienſium, qui duobus ſuis filijs idem nomen impoſuerit. Quod ſi oſtenderis, ego concedam, patrem iſtud tibi nomen per contemptum indidiſſe. Quanquam ſi talis eras, ut adoptari te cogeres, quo aũt pacto ei placeres, non cogitares: ignoro qualem oporteat eſſe germanum filium erga parentes. Quod ſi germanus non eras, non modò iure cõtemptus eſſes, ſed etiam perijſſes. alioqui eſſet indignum, cum leges de parentibus latæ in filios à patre agnitos ualeãt, eaſdem in eos qui inuitos ad ſe adoptandos cogunt, non ualere. Sed ô moleſtiſſime Bœote, in primis ab omnibus quę factitas deſiſtito. Qđ ſi omnino non uis, in eo ſaltem, obſecro te, obtemperato: Deſine tibi ipſi faceſſere negocium: deſine me calumniari, contentus eſto ciuitate, opibus patre inuentis. Nemo te hiſce pellit. Ego certè non. Sed ſi, ut profiteris, frater es, ſi & fratris fungére officijs, cognatus eſſe uideberis. Sin aũt inſidiaris, litigas, inuides, maledicis: uideberis in aliena incidiſſe, eiſq́ ſic uti, ut quæ ad te nihil attineant. Nam ego quidem ut maximè te pater, cũ ſuus nõ eſſes, adoptabat, iniuriam tibi non facio. Nec.n. me exquirere decet, qui ſint illius filij, ſed illum oſtendere decuit, qui mihi pro fratribus habendi eſſent. Quo igitur tẽpore te non adoptarat, neq; ego te ad me attinere putabam. Poſtq̃ autem adoptauit, & ego te agnoſco. Quo ſigno? patrimonij portionem habes poſt obitum patris, & in ſacrorum & prophanorum ſocietatem ueniſti. Iſtis nemo te expellit. quid requiris? Si uerò iniquè ſecum agi di

Bœoti nomen non eſſe cõtumelioſum.

ἀποτροφή, *qua dehortatur Bœotum à ſimultatibus.*

xerit, ſi fleuerit & eiularit, méq; accuſarit: uerbis eius nolite credere. neq; enim æquum eſt, cum nunc ea res non agat: ſed illud exiſtimate, poſſe nihilominus eum, ſi Bœotus uocetur, pœnas à me ſumere. Quid igitur cōtendis? Ne feceris, ne ita ſtudioſe noſtras inimicitias expetieris. Neq; enim ego tuas expeto. Nam etiam nunc, ne te hoc prætereat, me tuā agere cauſam potius ꝓfiteor q̃ meā, ne idem nomen habeamus. Vt enim nihil aliud neceſſe eſt, ut qui audierit, quęrat, utrū? ſi duo fuerint Mantithei Mantiæ filij. Proinde, cum te dicet, eum inquiet, quem adoptare coactus eſt. Quid igitur hæc expetis? Age cape duo iſta teſtimonia, & lege, patrem mihi Mantithei, & iſti Bœoti nomē impoſuiſſe. TESTIMONIA. Hoc reſtare cenſeo, uobis ut oſtendatur, Iudices, uos non modò religioni ueſtræ conſulturos, ſi, quæ ego dico decreueritis: ſed iſtum ipſum etiam ſuopte iudicio Bœoti nomen, non Mantithei habere oportere. Nam cum ego iudicium hoc dictaſſem Bœoto Mantiæ F. Thoricio: & ſtatim reſpondebat, & calumniam iurabat, ſe eſſe Bœotum profitens: & poſtremò, cum tergiuerſari diutius non liceret, ſe abſentem damnari ab arbitro paſſus, quid obſecro facit? diem uiciſſim mihi dicit, iudiciū eſſe nullum, is qui ſe antè Bœotum nominarat. Atqui ab initio non oportebat eum pati, ut cōtra Bœotū procederetur, ſiquidem id nomen nihil ad ipſum attinebat: neq; deinceps diem uiciſſim dicere de nullo iudicio. Qui igitur ipſe Bœotum iurè eſſe ſe ꝓnūciauit: quid à uobis iuratis iudicibus pronūciari poſtulabit? Vt aūt hęc à me uerè dici conſtet, cape reſortitionem hanc. RESORTITIO. ACCVSATIO. Quod ſi iſte legem oſtēdere poterit, quæ filijs ſuorū nominum poteſtatē dat, quod iſte nunc dicit: rectè pronunciabitis. Sin lex, quam omnes noſtis æquè mecum, in parentes autoritatem confert non modò imponēdi nominis, ſed & rurſus delendi, ſi uoluerint, & abdicandi: egóq; oſtendi, patrem, cui lege poteſtas ea dabatur, iſti Bœoti, mihi uerò Mantithei feciſſe nomen: qui uos poteſtis alia q̃ quæ ego dico pronunciare? Præterea, quarū rerum nullæ extēt leges, de ijs uos æquo & bono pronunciaturos iuraſtis. Proinde, ſi nulla

Scomma in Bœotum.

Ipſum Bœoti nomen agnouiſſe.

Peroratio.

Ab æquo & bono

Google

eſſet hac de re lata lex, etiam tum iurè pro me ſententiam ferretis. Quis enim ueſtrũ eſt, qui duobus filijs, idem nomen inpoſuerit? Quis uerò cui nõdum liberi ſunt, imponet? Nemo profectò. Quod igitur apud uos ueſtris liberis eẽ æquum ſtatuitis, idem etiam de nobis pronunciare fuerit religioſum. Quare & ex æquo & bono, & ex legibus, & è iureiurando, & iſtius ipſius confeſſione; ego quidem æqua à uobis oro, & iuſta peto: iſte uero non ſolum non æqua, ſed etiam inuſitata.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERſus Bœotum de dote materna.

Etiam hæc & eadem de re, & contra eundem dicta eſt oratio. Ac cætera quidem omnia ſunt eadem, Plango, iuſiurandum, filiorum coacta adoptio. Defuncto autem Mantia, filij eius tres, Mantitheus è legitima uxore ſuſceptus, & Bœotus & Pamphilus Plangonis filij, hæreditatem diuiſerunt. Aſſerente autem Mantitheo, dotem ſibi maternam deberi: Bœotus & Pamphilus, & ipſi de dote contendunt, quaſi & Plango in Mantiæ familiam centum minas cõtuliſſet. Conuenit igitur inter eos ex æquo omnia partienda eſſe, præter ædes, ut utri parti mater attuliſſe dotem probaretur, ei de ædibus argentum redderetur: & præter mancipia, ut Bœotus cum fratre, ſi quid domeſticum requirerent, haberẽt, quo coarguerent. Poſt hæc ſe mutuò accuſant, Mantitheus de maternis facultatibus, illi de alijs quibuſdam rebus. Ac arbiter Mantitheum abſoluit, Bœotum condemnat abſentem. Quem eadem accuſatione Mantitheus in iudicium uocat, dotem maternam repetens.

DEMOSTHENIS IN BOEOTVM DE DOTE MATERNA ORATIO.

Q̃uerela de importunitate fratris.

OMnium moleſtiſſimũ eſt, Iudices, cum quis nomine frater aliquorũ appellat, eoſdemq; ipſa re hoſtes habet, & multis magniſq; affectus ab eis iniurijs, in iudicium uenire cogit: id quod mihi nunc uſuuenit. Neq; enim ea ſolum ab initio calamitas mihi accidit, ut, Plango iſtorũ mater patrem

meum manifeſto periurio deceptum ad iſtos adoptandos adegerit, egoq; propterea duabus patrimonij partibus ſim fraudatus: ſed præter hæc, etiam paternis ædibus ab iſtis exactus, in quibus & natus ſum & educatus, & in quas non pater eos, ſed ego, eo defuncto, recepi: fraudor etiam dote materna, de qua nunc ago. Cũ ego eis de omnibus quæ querebantur, ſatisfecerim, præterquam, ſi qua nunc, propter iudicium hoc, reſortione inſtituta per calumniam poſtulant, ut uobis declarabitur. Ab iſtis aũt, cum undecim annis nihil æqui potuerim impetrare: nunc ad uos cõfugio, atq; omnes uos oro, Iudices, ut me benignè, ſic ut potero dicentem, audiatis: & ſi mecum iniquè actum putabitis, ueniam detis mea recuperare cupienti, ad filiæ præſertim elocationem. Accidit enim, ut propter patris preces decem & octo annos natus uxorem duxerim, ꝓptereáq; mihi filia ſit iam nubilis. Proinde & me affectum iniuria meritò ꝓpter multa iuuabitis: & iſtis iraſcemini, qui, proh diuûm fidẽ, cũ liceret eis, præſtitis ijs quæ æqua ſunt, iudicio ſuperſedere: non uerẽtur uobis in memoriam reuocare, ſi quid aut pater noſter non rectè fecit, aut ipſi in eum deliquerunt, méq; ſecum litigare cogunt. Vt autem certò ſciatis, eius rei cauſam me non eſſe, ſed iſtos: rem omnẽ ab initio uobis, q̃ potero breuiſsimè, explicabo. Mater mea, Iudices, filia fuit Polyarati Cholargenſis, Menexeni & Bathylli & Periandri ſoror. Cum uerò pater eam Cleomedonti Cleonis filio deſpondiſſet, & talentum dotẽ addidiſſet: primũ eius materfamilias fuit. Natis autẽ ei tribus filiabus, & uno filio Cleone, maritóq; poſtea defuncto, deſerta familia & recepta dote rurſus eam elocantibus fratribus Menexeno & Bathyllo, (nam Periander puer adhuc erat) & talentum addentibus, nupſit meo patri, egóq; natus eis ſum, & alius frater me iunior, qui puer euanmum obijt. Vt autem conſtet me hæc uerè dicere, primũ teſtes producam. TESTES. Matrem igit̃ meã pater meus ita ductam uxorem, domi ſuæ habuit, méq; & erudijt & dilexit, quemadmodũ & uos omnes, ur̃os liberos diligitis. Cum matre autem iſtorũ Plãgone conſuetudinem habuit, quocunq; tãdem modo. (neq; enim

Petitio.

Filia.

Narratio.

Mater Mantithei.

Mantiæ cum Plangone conſuetudo.

hoc explicare meum eſt) neq; tantopere à cupiditatē uiſ ctus erat, ut eam uel mortua matre, in ædes ad ſe recipe re dignatus fuerit, aut credere uoluerit iſtos ex ſe eſſe na tos. ſed reliquo tēpore iſti ita uiuebant, ut qui patris mei non eſſent, ut & ueſtrûm pleriq; norunt. Poſtq; aūt iſte adoleuerat, officinam calumniatorū ſibi adſciuit, quorū dux erat Mneſicles, & Menecles ille qui Ninum ream peregit: illiſq; patronis, patri meo diem dixit, eius eſſe filium ſe aſſerens. Cum aūt his de rebus ſæpe conueniret, & pater ſibi nulla ratione perſuaſum iri diceret, iſtos ex ſe eſſe natos: tādem Plango, Iudices, (omnis enim apud uos dicetur ueritas) cum Menecle patrem meum ex inſi dĳs aggreſſa, iureiurando, quod maximū & ſanctiſſimū apud omnes habetur, decepit, pollicita ſe triginta minis acceptis, filios fratribus ſuis adoptandos daturam. Qđ ſi à patre ad arbitrum uocaretur, ut iuraret, filios ex ipſo eſſe natos, ſe eam conditionem non accepturam. His enim ita factis, neq; iſtos ciuitate priuandos, neq; patri porrò moleſtos futuros, iureiurando à matre ipſorū non recepto. His conceſſis, quid uobis multa dicam? Vt. n. ad arbitrū uenit, neglectis pactis oībus Plango, & conditionem accipit, & in Delphinio iurat aliud iuſiurandū priori contrarium, ut & ueſtrū pleriq; norunt. Res enim celebrata eſt. & ſic pater meus propter ſuam prouocationē arbitrium ratum habere coactus, indignabatur, & rem grauiter ferebat. & quanq; in ædes ne ſic quidem iſtos recipere dignabatur, ad Curiales tamen introducere cogebatur: ac iſtum Bœotum inſcripſit, alterū Pamphilū. Mihi uerò ſtatim perſuaſit annos circiter octodecim nato, ut Euphemi filiam ducerem, cupiens liberos è me natos uidere. Ego uerò, Iudices, exiſtimans oportere, cùm prius, tum uerò illis eum iudicio uexantibus, & negociū faceſſentibus, me contrà eum exhilarare, faciendis omnibus quæ grata fore putarem, ei parui. Cum uerò ego eo modo matrimonium contraxiſſem, ille uiſa filiola mea, non multis annis pòſt ex ualetudine moritur. Ego aūt, Iudices, uiuenti patri nō aduerſandum eſſe ratus ſum, eóq; mortuo eos & in ædes recepi, & oēs facultates cum eis partitus ſum, non ut cum fratribus, (nam nec ueſtrûm

Bœoti actio in Mantiam.

Plangonis periurium.

Inſcriptio Plāgonidarum.

Nuptiæ Mantithei.

Diuiſio patrimonij.

pleroſq;

pleroſq; latet, quo pacto iſti nati ſint) ſed quòd exiſtimabam, poſtquam pater deceptus eſſet, mihi ueſtris eſſe legibus obtemperandũ. Et ſic in ædes à me recepti, ut patrimonium diuidebamus, poſtulante me, ut matris meæ dos mihi redderetur: & ipſi uiciſsim accuſabant, aſſerentes & ſuæ matri tantundẽ dotis deberi. Sumus autẽ de eorum ſententia q̃ nobis aderant, cętera quidem omnia partiti: ædes autem & pueros, patris miniſtros, exẽptos fecimus, ut ex ædibus, utris deberi dotẽ compertum eſſet, ij eam reciperent: de pueris autem cõmunibus, ſi q̃d iſti paternarum facultatum deſiderarent, ſciſcitarentur, & quæſtiones haberent, et alio quocunq; modo uellẽt, inquirerent. Quę me uerè dicere, ex hiſce teſtimonijs intelligetis. TESTIMONIA. Poſt hæc & iſti me in ius uocabant propter ea q̃ petebant, & ego eoſdẽ propter dotem. Ac primũ Solone Erchienſe arbitro deſignato, ei poteſtatẽ fecimus mutuas lites noſtras diſceptandi. Vt autem iſti ſe non ſiſtebant, ſed iudiciũ detrectabant, & multum temporis cõterebatur: accidit ut Solon moreretur. Ibi me iſti rurſus de integro in ius uocant: ego itẽ iſtum: citato eo, & Bœoti nomine in actionẽ inſcripto. Sic. n. pater eum nominarat. Quibus igitur de rebus iſti me accuſabant præſente iſto & reſpondente: cũ nihil eorum quæ accuſabant probare poſſet, abſoluit me arbiter. Tum iſte conſcius ſe mihi per iniuriam intendere litem, neq; ad iudices appellauit, neq; etiamnum ijs de rebus ullũ iudicium mihi dictauit, ſed de alijs quibuſdã: refutaturum ſe illis criminibus, id iudiciũ exiſtimans, quo ego tũ eum de dote accuſabam. Cum uerò iſte hic eſſet, & ad arbitrium non ueniret, abſentem eum condemnauit. Iſte aũt, Iudices, neq; tum corã reſpondebat, neq; ſe arbitri ſententia per me damnatũ eſſe dicebat. Neq;. n. ſibi Bœoto, ſed Mantitheo eſſe nomen: & ita de nomine contendens, re ipſa me dote matris fraudat. Ego uerò inops cõſilij, & quò me uerterẽ neſciẽs, ſic rurſus eodẽ iudicio actione contra Mantitheũ inſtituta, ad uos, nũc anno undecimo cõfugi. Vt aũt hęc à me uerè dici cõſtet, legent uobis harũ rerum teſtimonia. TESTIMONIA. Matrẽ igit̃ meam, Iudices, talento allato, à fratribus ſuis

Arbitrium.

Bœotus Mantitheum ſe nominari uult.

elocatã,ut leges iubent, patri meo nupſiſſe: & à me iſtos in ædes receptos,defuncto patre: & me ijs actionibus eſſe abſolutũ, qbus me accuſarunt:hæc oĩa è teſtibus audita & demonſtrata ſunt.Age abi,& cape legẽ iſtã de dote. LEX. Cũ igĩt lex ita ſe habeat,arbitror Bœotũ iſtũ, ſiue Mantitheum,ſeu quo alio nomine ſe appellari gaudet,iuſtã qdem defenſionem & ueram nullã allaturum: daturũ aũt eſſe operam,audacia ſua & cõfidentia fretũ, ut ſuas calamitates mihi imputet,id qđ ẽt priuatim facere conſueuit:dicens, Pamphili facultatibus publicatis,q pater fuit Plangonis, reliquã pecuniam patrẽ meum accepiſſe è curia:& ita declarare ſtudens,ſuam matrẽ dotem attuliſſe amplius centũ minas,meã ſine dote nupſiſſe aſſerẽs.Ea uerò cõmemorat,Iudices,neq; adducto ullo teſtimonio , neque ignarus ſe nugas agere , ſed certò ſciens,q confiteretur ſe deliquiſſe, apud uos abſolutũ eſſe neminẽ:mentientem aũt & effugia q̃ritantem iam aliquem impunè abijſſe.Ne uerò ab eo decipiamini,cõſultius mihi uidetur pauca de iſta re apud uos dicere.Vbi.n. dixerit,matrẽ meã nõ attuliſſe dotem, ſuã uerò attuliſſe: animaduertite eum palã mẽtiri. Primũ.n.Pamphilus pater matris eorũ, quinq; talentis ærario obſtrictus , obijt: tm̃q; abfuit,ut quicquã eius liberis , deſcriptis illius opibus,& publicatis,ſuperfuerit,ut nec debitum eius omne ſit ſolutũ . Sed ẽt nunc Pamphilus , ut ærarius inſcriptus eſt.Qui potuit igĩt fieri, ut pater meus è Pãphili opibus aliqd acceperit,q̃ ſoluere ęs alienũ ciuitati nõ potuerũt? Deinde cogitate,Iudices,ſi uel maximè ſuperfuiſſet pecunia,quã iſti dicunt:eã non meũ patrem fuiſſe accepturum,ſed Pãphili filios,Bœotũ & Hedylum,& Euthydemum: q cum pp aliena capienda quiduis egerint , ut & uos oẽs noſtis, ſua utiq; patri meo nõ conceſsiſſent . Ac matrem iſtorũ non attuliſſe dotẽ, ſed iſtos mentiri , ſatis uos cognouiſſe exiſtimo.Meam aũt matrem attuliſſe,facile oſtendam.Primũ.n.Polyarati filia fuit, q & à uobis colebatur,et magnas opes poſsidebat.Poſtea teſtatum uobis eſt , ẽt ſororem eius tantundem attuliſſe dotis, & Eryximacho Chabriæ affini nupſiſſe.Præterea conſtat, matrem meam nupſiſſe primũ Cleomedonti, cuius pa-

Refutatio cauillationum Bœoti.

Pamphilo nihil ſuperfuiſſe.

Mantithei matrem attuliſſe dotem.

tem Cleonē ferunt apud maiores ueſtros, ſuo ductu & auſpicijs multos Lacedæmonios Pyli uiuos cepiſſe, ſummaq́ inter ciues gloria floruiſſe. Quare nec eius filiū eā indotatam ducere conueniebat: neq; Menexenū & Bathyllum conſentaneū eſt, q & ipſi magnas opes haberent, & dotē Cleomedonte mortuo recepiſſent, ea ſororem ſuā defraudaſſe: ſed ipſos adieciſſe aliquid, & patri collocaſſe, ut & ipſi apud uos & cęteri neceſſarij teſtati ſunt. Sed his omiſsis cogitate, quāobrem pater, ſi mea mater deſponſa nō fuiſſet, neq; dotē attuliſſet, iſtorū uerò attuliſſet: iſtos ſuos negaſſet eſſe filios, me aūt et agnouiſſet & inſtituiſſet? ut. ſ. & mihi gratificās & matri meę, iſtos ignominia afficeret? At ea qdem obierat, me paruo puero relicto. Iſtorū uerò mater Plango & antè & pòſt, eleganti forma mulier, cū eo rem habebat. Quare multo credibilius erat, eum pp uiuentem mulierem quā adamabat, defunctæ filium contemnere: q̄ propter me & defunctam, filios è uiuente muliere, cuius conſuetudine uteref, non agnoſcere. Atq eò iſte uenit audaciæ, ut aiat patrem meū pro ſe decimam ſolenni conuiuio celebraſſe, eaq́ de re Timocratis ſolū & Promachi teſtimoniū exhibuit, q nec ulla cognatione patrē meum attingunt, neq; illi amici fuerunt. itaq; manifeſtè falſa teſtati ſunt, ut, quē uobis oibus cōſcijs, iſte in ius uocatū, coegit ad ſe adoptandum, eum iſti tanquā q duo ſoli uiatores ſint, teſtentur, pro eo decimā celebraſſe. qbus quis ueſtrū credat? Iam nec illud ei dicere licet, ſe paruulū qdem à patre agnitū: grandiorē aūt factum, ab eodem matri ipſorū irato, repudiatū. Multo.n. magis certè ſolēt uxor & maritus orta iurgia, propter liberos deponere, q̄ propter iras inter ſe, cōes etiā liberos odiſſe. proinde ſi hęc dicere inſtituerit, ne feratis eius impudentiā. Sin de cauſis dixerit, quarū me abſoluit arbiter, ſeq; à me imparatum eſſe occupatū, cauſabit: primū memineritis nō paruum tempus fuiſſe, quo illū ſe parare oportuit, ſed multos annos. Deinde eum fuiſſe actorem: quare multo probabilius erat, me ab eo imparatum deprehenſum, quā eum à me. Ad hæc uobis omnes, qui apud arbitrū adfuere, teſtati ſunt, iſtum pſentem, cū me arbiter abſolueret, nec ad iu

Cleon.

3 *Mătitheum non alia de cauſa, quàm quòd germanus filius fuerit, à Mantia educatum.*

4 *Mantiam pro Bœoto decimam non ſoluiſſe.*

5 *Bœotum ex iracundia à patre non repudiatum.*

6 *Arbitria pro Mantitheo facta.*

Calũmniæ Bœoti in Mantitheum.

dicium appellaſſe,& arbitrio acquieuiſſe. Abſurdũ aũt mihi uidetur,cum alij qui iniuriam ſibi fieri putant , etiã cauſas omnino minutas ad uos reuocent,iſtũ actione ta lenti dotis aduerſus me inſtituta, tum , ut ipſe ait,iniuſté damnatũ,arbitri ſententiam ratam habuiſſe . At hercule homo quietus eſt, & non contentioſus:Vellẽ equidem, Iudices , eum eſſe talẽ. Nunc uos ita eſtis æq & humani, ut nec triginta tyrannorꝫ filios agere in exilium uolueri tis.Iſte aũt cum Menecle , oı̃um iſtarũ rerum architecto inſidijs mihi collocatis,& pp iurgium & conuicium ma nibus conſertis,capite ſuo inſecto, ob uulnus in Areopa gum me citauit,ut urbe exterminaret.Quod ni Euthydi cus medicus,ad quem iſti primũ uenerant, rogãtes ut ca put incideret,ipſe apud Areopagiticũ ſenatum oẽm ue ritatem dixiſſet,tale ſuppliciũ iſte de me innocente ſum pſiſſet,quale uos, ne de ijs quidẽ qui ſummis uos iniurijs affeciſſent,ſumeretis. Ne aũt eum calumniari uidear , le ge mihi teſtimonia. TESTIMONIA. Hoc igitur tm̃ et

Mutatio nominis.

tam formidabile diſcrimen iſte contra me,non ut homo ſimplex,ſed ut inſidiator & maleficus inſtruxit. Deinde loco nominis,qđ ei pater indiderat , Bœoti , ut & apud uos teſtatũ eſt,eo defuncto,Mantitheũ ſe apud munici pes inſcripſit:& cum ab eodẽ & patre & populo mecũ appelletur, non ſolũ hanc cauſam quam nunc ago , fecit irritam:ſed ẽt , cum uos me ordinibus præfeciſſetis , ipſe in iudicium uenit,ut approbaretur:cumq́ eo iudicio unde ui conuictus eſſet,non ſe conuictum eſſe dicit,ſed me. Vt aũt ſummatim dicã,faceſſendis mihi negocijs,& ma lis mihi dandis,me coegit , in ius eum uocare de noı̃e,nõ ut pecuniã ab eo acciperem,Iudices,ſed ut,ſi uos putare tis iniquè mecũ agi,et me magnis dãnis affici:iſte Bœotus uocareť,eo nomine qđ ei pater impoſuit. Vt igiť con

Actio Bœoti de trecentis ſtateribus Phocaicis.

ſtet,me & hęc uerè dicere,cape & harũ rerũ teſtimonia. TESTIMONIA. Ad hæc, qđ ego cũ militarẽ , & cum Aminia milites cõducerẽ,tũ aliunde pecuniã coegi, tum Mitylenis ab hoſpite ueſtro Apollonide, & á reipublicæ nr̃æ amicis , trecentos ſtateres Phocaicos acceptos, militib9 expẽſos tuli,ut aliqd & uobis & illis utile gereretur:de illis pecunijs me in ius uocat, quaſi paternũ debi-

tum exegerim à ciuitate Mitylenæorum, Cãmæ tyranno Mitylenes obſequẽs,q & uobis publicè, & mihi priuatim eſt inimicus. Vt aũt conſtet patrem noſtrum, qđ decreuerunt ei munus Mitylenæi, ſtatim ipſum accepiſſe, neq; ullũ æs alienũ Mitylenis habuiſſe, ueſtrorum amicorum teſtimoniũ exhibebo. TESTIMONIVM. Quanquã aũt poſſem, Iudices, alia multa & grauia referre, quę iſte & in me, et in ueſtrũ quoſdã cõmiſit: tñ ea cogor ob dati mihi tpis breuitatem ꝑtermittere. Exiſtimo.n.& ꝑ hæc ſatis eſſe oſtẽſum, nõ eiuſdem eſſe hominis, & mihi exilij ſtruere ꝑiculum, & lites ordiri non neceſſarias: ad arbitrũ autẽ uenire imparatũ. Proinde ubi de his dicere inſtituerit, uos opinor eius orõnem nõ ꝓbabitis. Sin dicet, ſe petẽte, ut oĩum rerũ arbitrium Cononi Timothei filio permitteret̃, me conſentire noluiſſe: cogitate, in aĩo ei eſſe uos decipere. Ego.n. quarum rerum cõtrouerſiæ nondum iudicio finitæ erant, paratus erã & Cononi, & alij arbitro æquo, cui iſte uellet, cõmittere. Quibus autẽ de rebus ter apud arbitrũ conuentũ erat, ꝑſente iſto & aduerſante, cũ arbiter & me abſoluiſſet, & iſte ſententiã ratã habuiſſet, ut & apud uos teſtatũ eſt: non æquũ eſſe putaui, ut ea reſcinderent̃. Qui.n. tandem tranſactionum exitus repertus eſſet, ſi legitimè ꝓnunciata reſcidiſſem, alteri arbitro iudiciũ earundẽ rerum detuliſſem? ꝑſertim cũ ſatis ſcirem, tametſi erga alios æquũ nõ eſſet arbitrijs ſtari: cũ iſto tñ ſic agi, omnium eſſe æquiſsimum. Age.n. ſi qs eum peregrinitatis accuſet, aſſerens, patrẽ iurãtem negaſſe iſtum ſuum eſſe filiũ: alione firmamẽto niti poterit, niſi eo, cũ iuraſſet mater ipſorum, arbitri ſententia damnatum, coactum eſſe patrẽ noſtrum, arbitrium ratum habere. Quid igit̃ fieri queat iniquius, ꝙ iſtum ipſum arbitri ſententia ciuẽ ueſtrum eſſe factum, & mecũ diuiſiſſe patrimonium, & omnia q̃ æqua ſunt, conſecutum: qbus autem ego cauſſis iſto præſente & accuſante, & iudicata rata habente, ſum abſolutus, eas irritæ ut fiant poſtulantem, æqua uobis uideri dicere? quaſi uerò, cum iſti expedierit, rata oporteat eſſe arbitria: ubi cõmodum non fuerit, eius libidinem plus conueniat habere autoritatis, ꝙ ea quæ legibus ueſtris ſunt decreta? qui quidem ita eſt

Arbitrium Cononis.

Decuiſſe Bœotum ſtare arbitri ſentẽtia.

Inſidioſa Bœoti prouocatio. inſidioſus, ut & illius arbitrij conditionẽ mihi tulerit, nõ ut mihi ſatisfieret, ſed ut, ſicut prius etiã, undecim annos malis artibus me diſtulit: ſic ẽt ijs, quorũ me arbiter abſoluerat, reſciſsis, de integro me calumniaret, & iudiciũ hoc eluderet. Cuius rei argumentũ euidentiſsimum eſt, ꝙ neq; cõditionem accepit, quã ego ei legitimè ferebã; & prius arbitrio per me ad Xenippũ, quem iſte arbitrũ deſignabat, delato, de controuerſia nominis: iſte illũ uetuit ꝓnunciare. Hæc uerè à me dici, è teſtimonio & ꝓuocatione ſcietis. TESTIMONIVM. PROVOCATIO.

Refutatio maledictorum Bœoti. Hac cõditione repudiata, mihiq́; inſidians, & iudiciũ ꝙ diutiſsimè eludere ſtudens, accuſabit, ut audio, non me ſolũ, ſed ẽt patrem, dictitans, ab eo ſe in meam gratiam multis affectum eſſe iniurijs. Vos autem, Iudices, eò potiſſimum ꝙ à ueſtris libetis malè audire nolletis, nec iſtum *Conuicia in patrem.* patri maledicere patiamini. Neq;.n. ferẽdum fuerit, cum uos cum eis q in paucorũ dominatu, multos ciues indicta cauſa pemerunt, reconciliati pactis & conuentis ſtetis, ſicut bonos uiros decet: iſtum, q cum patre uiuente rem tranſegit, multisq́; rebus fuit per iniuriam ſuperior, nunc ueteres offenſas renouare pati, eiq́; maledicere. Minimè uerò, Athenienſes, ſed in primis uetate eum hæc facere: ſin uobis uim faciet, eiq́; cõuiciabit: cogitate, ipſum contra ſe dicere teſtimoniũ, ſe ex eo non eſſe natum. Qui enim natura filij ſunt, etiamſi cum patribus uiuentibus rixati fuerunt, at defunctos laudant. Qui aũt, cum pro filijs habeant, ipſo genere nõ ſunt: ut facile in uiuentes inuehuntur, ſic nec defunctos erubeſcunt ꝓſcindere maledictis. Sed his omiſsis, cogitate ꝙ abſurdũ ſit, ſi iſte patri, *Aequitatis Mantithei cũ iniquitate Bœoti collatio.* ut in ſe iniurio cõuiciabit, qui propter illius iniurias ciuis eſt ueſter factus? Ac ego qdem propter iſtorũ matrẽ duabus patrimonij partibus ſpoliatus: tñ, ueſtri pudore, nihil mali de ea dicere auſim. At iſte, quẽ ſibi patrẽ fieri coegit, eum in cõſpectu ueſtro uituperare non erubeſcit: & eò uenit inſcitiæ, ut, cũ leges interdicant, nec aliorum pa*Mantitheum nihilo plus accepiſſe quàm Bœotum.* tribus maledicere defunctis, eũ iſte, cuius ſe filiũ eſſe phibet, inſectetur: quem conueniebat, ſi quis ei alius obtrectaret, indignari. Arbitror etiã fore, ut, cum alijs argumẽtis deficietur, mihi maledicere inſtituat, & me perſtrin-

gere conetur, cõmemorans, me & educatũ & inſtitutũ eſſe, & in paternis ædibus contraxiſſe matrimonium, ſibi uerò nihil horũ contigiſſe. Vos aũt cogitate, me à matre defuncta puerũ relictũ, ut mihi ſatis fuerit de uſura dotis & ad educationẽ & ad inſtitutionẽ. In matrẽ aũt iſtorũ Plangonẽ, ſecum iſtos alentẽ, & ancillas cõplures, & ipſam ſumptuoſe uiuentem, cũ ad ea patrẽ meum amore captum, ꝓbitorem haberet, & multas impenſas facere cogeret: non utiq; tantum de illius opibus, quantũ in me ſumptuũ eſſe factũ. Quare multo magis iſti à me accuſandi erant, quàm ego ab iſtis. Nam pṫer cætera, iſte uiginti minas cũ patre mutuatus à Blepæo mẽſario, ad emptionem quandã fodinarũ, poſtquã pater obijt, ſodinas quidem poſt patris obitũ partitus cũ iſtis ſum, ſed mutuum ego reddere ſum coactus. alias etiã mille drachmas in funus patris à Lyſiſtrato Thoricio mutuatus, priuatim ſolui. Etiam hæc à me uerè dici, ex hiſce teſtimonijs cognoſcetis. TESTIMONIA. Cum ego igitur adeò manifeſtè tanto deteriore cõditione ſim, iſte nunc quiritans & indignabundus, me patris dote fraudabit? Sed uos, ô Iudices, ꝑ deos oro, ne iſtius ꝑcellamini clamoribus. Multiplex enim, multiplex & audax homo eſt, itaq; malefic⁹, ut quę teſtibus probare nõ poteſt, ea uos ſcire ſit dicturus, quod oẽs faciunt q nihil ſani dicunt. Vos igitur, ſi qd tale machinabitur, ne ꝑmittite ei: ſed reſiſtite: & qđ ſinguli nõ noueritis, ne uicinũ qdẽ noſſe putate: ſed poſtulate, ut euidẽter ipſe oſtẽdat ea quæ dicturus eſt, neq; dicẽdo uos ea ſcire, de qbus ipſe nihil æqui dicere poterit, rem ueritatẽ defugiat. Nam & ego, Iudices, cũ uos oẽs ſciatis, quemadmodũ pater meus coactus iſtos adoptarit, nihilominus iure cũ eis ago, & teſtes rationibus reddendis obnoxios ꝑduxi. Neq; uerò par nobis eſt diſcrimen, ſed mihi qdẽ, ſi uos nunc ab iſtis decipiemini, nõ amplius licebit agere de dote. Iſtis uerò, ſi dicũt, me arbitri ſentẽtia iniuſtè eſſe abſolutũ, & tũ licuit ad uos appellare: & nũc denuò licebit, ſi uoluerint, ius eis à me ſuũ apud uos adipiſci. Et ego, ſi me uos, qđ abſit, deſeretis: nõ habebo unde filiæ dotẽ annumerẽ: cuius cũ natura ſim pr̃, ſi ſtaturã eius uideatis, nõ filiam eſſe meã, ſed ſororẽ arbitremini.

Reſiſtendum impudentiæ Bæoti.

Non æquum periculum.

Iſti autẽ,ſi me iuueritis,nihil de ſuo ſoluẽt,ſed de mea domo meum mihi reddent:quã cũ ſecreuerimus cõmuniter oẽs ad dotis ſolutionẽ,iſti habitare i ea ſoli pergũt. Neq; enim mihi cõmodũ eſt filiam habenti nubilem,cũ talib⁹ habitare,qui nõ ipſi modò luxurioſe uiuunt,ſed & ſui ſimiles alios multos in ædes introducunt: neq; etiam,ita me amet Iupiter,tutũ eſſe mihi puto,cũ talibus in ĳſdem ędibus habitare. Nã qui adeò palã mihi p inſidias periculum in Areopago crearunt, quo iſti uobis aut ueneficio, aut alio eiuſdẽ generis facinore abſtinere uelle uideãtur? Qui pter cætera (nã & hoc modò uenit in memoriam) tam inſigni eſſe ceperũt impudẽtia, ut & Critonis teſtimoniũ iniecerint,cũ tertiam ædium partem à me emiſſe. Quod eſſe falſum,facile intelligetis.Primũ.n.nõ ita frugaliter uiuit Crito,ut ab alio ædes emat:ſed ita ſumptuoſe & luxurioſe,ut pter ſua etiã aliena cõſumat. Deinde non iſti nunc teſtimoniũ dicit,ſed mihi in iudicio aduerſatur. Quis.n.ueſtrũ ignorat,teſtes eſſe eos,ad quos negociũ, quo de lis eſt,nihil attinet:aduerſarios aũt,ſocios earum rerũ propter quas ab aliquo accuſanť, id quod Critoni accidit. Præterea cũ ueſtrũ tam multi ſint,cæterorumq́; Athenienſiũ multi:alius quidẽ nemo ſe ei adfuiſſe teſtatur. Timocrates aũt ſolus,tanquã à machina teſtať decimã celebraſſe,iſti patrẽ meum, æqualis eius qui nunc in hoc iudicio reus agitur,ſeq́; planè omnia ſcire profitetur, q̃ iſtis expediunt,ſcilicet teſtatur item nunc ſe ſolũ Critoni adfuiſſe, cũ ædes à me emeret. quod quis'nam ueſtrũ credat? pſertim cũ ego nõ de eo nunc agã,utrũ ædes Crito emerit,nec ne:ſed de dote,quã à matre mea allatã,leges me recipere iubent. Proinde quemadmodum uobis ego teſtimonĳs multis & argumẽtis oſtendi,matrẽ meã talentũ dotis attuliſſe,id uerò me de patrimonio nõ recepiſſe,& ædes in eam rẽ à uobis exẽptas eſſe:ſic & iſtũ uobis oſtendere iubete,aut me uera nõ dicere, aut recipere dotẽ nõ oportere. De his.n.uos nunc pronunciabitis. Si uerò eoꝝ,de qbus accuſatur,nec teſtes fide dignos producere,neq; ullũ aliud adferre argumẽtũ poterit,ſed alia uerba inĳciet decipiendi cauſa, & clamabit, & indignabitur,q̃ à cauſa aliena ſunt: per Iouẽ cæteroſq́; deos uos

Inſectatio Bœoti.

Critonis teſtimoniũ de uenditis ædibus.

Timocratis teſtimonium de decima.

Peroratio.

tro,ne patiamini: ſed ius meum mihi tribuite propter ea omnia,q̃ dicta ſunt:cogitantes multò eſſe iuſtius,ut matris meæ dotẽ mihi ad elocationẽ filiæ meæ addicatis,q̃ ut Plango & iſti, p̃ter cætera etiam ædes ad dotẽ exemptas,nobis eripiant,contra omnem æquitatem.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Spudiam pro dote.

Polyeuctus uir Athenienſis,duarum filiarum pater, iuniorem Leocrati primùm dat,deinde Spudiæ:maiorem,ei qui cum Spudia litigat. Ac Polyeuctus quidem moritur filiabus relicta hæreditate ex æquo. Maioris autem maritus ait, quadraginta ſibi minas dotis eſſe dictas,non tamen totam ſtatim eſſe numeratã,ſed decem minis minus: uiuentemq́; faſſum eſſe Polyeuctum, ſe debere eas,& moriturum,ædes reliquis bonis exemiſſe,easq́; in debitum dediſſe. Leocrates autem poſtulat,ut & hæ ſint cõmunes, ut & cætera omnia: & maxima hæc eſt controuerſia totius orationis. Criminatur etiam alijs de rebus Spudiam. Ait enim eũ, ✱ *eam pecuniam quam & propter Polyeuctum, & natu maiorem debeat,non protuliſſe in medium,quod factum oportuiſſet. Cum uerò Spudias illud quoque dicat,ſe triginta minas dotis accepiſſe:maximè quidem Polyeucto id facere licuiſſe dicit, ſi alteri filiarum maiorem dotem dare uoluerit, & non parem utriſq́; : deinde oſtendit, etiam illud ipſum falſo aſſerere Spudiam, qui triginta minas ipſe in argento acceperit: decem uerò in ueſte & auro,quæ pluris etiam ſint quàm decem minarum.*

καὶ τῷ πολυεύκτῳ καὶ τ πρεσβυτέρας ὀφείλοντα χρήματα.

DEMOSTHENIS CONTRA SPVDIAM PRO DOTE ORATIO.

SOrores habemus, Iudices, uxores, ego & Spudias iſte, Polyeucti filias. qui cũ uirilis ſexus liberis orbus obierit, cogor cũ iſto de relictis bonis litigare. Quòd niſi, Iudices, omne ſtudiũ & diligentiã adhibuiſſem, nec amicis rem permittere uoluiſſem: ipſe me accuſarẽ, ſi maluiſſem litibus & moleſtijs conflictari, q̃ paruam iacturã ferre. Nunc quo ego mitius & humanius cũ iſto agebã, eo magis ab eo contemnebar. & nũc periclitor: neq; ita ut iſte erga hoc iudi

Se affinis iniquitate coactũ, experiri iudicio.

cium affectus ſum,q quidē eam rem parui facit,ſæpe ſolitus in cōſpectū ueſtrū uenire. Ego uerò id ipſum metuo, ne propter imperitiā uobis rē explicare nequeā. Sed tamē, Iudices, animaduertite. Polyeuctus quidā Thriaſius fuit, quē fortaſſe nec ueſtrū aliqui ignorāt. Is Polyeuctus, cū nō haberet mares liberos, adoptat Leocratē, fratrem ſuæ uxoris. Cū uerò duas haberet filias, è ſorore Leocratis: natu maiorē mihi collocat, quadraginta minis doti datis, minorē Leocrati. Quæ cū ita ſe haberēt, orto inter Polyeuctū & Leocratē diſſidio (de quo neſcio qd dicā) ereptā ab eo filiam Spudiæ iſti dat. Eo facto indignatur Leocrates, in ius uocat Polyeuctū & Spudiam iſtū, de rebus oībus cogit reddere rationē. Tandē ita trāſigunt, ut receptis ĳs Leocrates, q̄ de ſuo attulerat, nec maleuolus eſſet Polyeucto, & omne inter eos diſſidiū eſſet abolitum. Qua igitur de cauſa uobis hæc narraui, Iudices? q̄ dote nō recepta omni, ſed mille drachmis deficientibus, & promiſſis, quas poſt Polyeucti obitum reciperē: quā diu Leocrates Polyeucti hæres fuit, cū eo mihi res fuit. ſed cū ceſſiſſet Leocrates, & Polyeuctus periculoſe decūberet: tunc, Iudices, ædes ob decē minas pignori mihi opponuntur, è qbus me locationis preciū recipere uetat Spudias. Primū igitur uobis teſtes adducā, qui adfuerūt cū deſponderet mihi Polyeuctus filiam, quadraginta minis promiſſis: deinde me mille drachmis minus recepiſſe oſtendā. Præterea Polyeuctum ſemper eſſe confeſſum ſe mihi debere, & Leocratem prædem dediſſe, & morientem tandem pepigiſſe, ſe mihi libellos mille drachmarū indices propter dotem ad ædes collocaturū. Voca mihi teſtes. TESTES. Hoc igitur ùnum eſt, Iudices, eorum de quibus Spudiam accuſo. Ac de eo quid nam maius aut firmius ad uos afferrem q̄ legem, quæ planè dicit, q̄ quis oppignerauerit, in ea non licere agere nec ipſi, nec hæredibus? nihilominus cōtra hoc ius uenit Spudias diſceptaturus. Alterum, Iudices, eſt, duas minas teſtatus eſt Ariſtogenes poſtulaſſe Polyeuctum, quæ ſibi deberentur à Spudia, cū uſura. Id uerò ſerui precium eſt, quem cū iſte à Polyeucto emiſſet, precium neq; illi ſoluit, neq; nunc in cōmune ꝓtulit: octingētas porrò & mille drachmas,

Narratio. | *αἰτιολογία narrationis.* | *M. drachmæ.* | *II. Minæ.*

de quibus nec ego ſcio quid æqui poſſit dicere. Mutuatus enim fuit eam pecuniam à Polyeucti uxore, & tabulæ extant, quas illa moriens reliquit. Teſtes aũt ſunt mulieris fratres, qui rebus omnibus interfuerunt, et ſingulatim percontati ſunt, ne quid alter alteri negocij faceſſeremus. An non igitur, Iudices, iniquum et graue eſt, cum eorũ ego omnium quæ uel à Polyeucto uiuente emerã, uel ab uxore eius habueram, & uſuram ſoluerim, & precium reddiderim, & nunc quæ debui omnia in cõmune pferam: iſtũ nec leges curare ueſtras, neq; Polyeucti teſtamentum, neq; relictas tabulas, neq; rerum conſcios, ſed contra hæc omnia uenire litigatum? Cape igitur primùm legem, quæ non ſinit rerum oppigneratarũ agere in poſſeſſores. Deinde relictas tabulas & teſtimonium Ariſtogenis. Recita. LEX. LITERAE. TESTIMONIVM. Docebo uos etiam, Iudices, ſingulatim ea de quibus accuſo. Phialam acceptã à Polyeucti uxore, & oppigneratam cum aureis ornamentis, non protulerunt, quamuis receptam, ut uobis Demophilus, cui oppignerata fuerant, teſtabit: tabernaculum præterea, quod habent. nam id quoq; acceptum non proferunt: alia item q̃ multa eius generis? Poſtremò, cum uxor mea patri minam argenti ad Nemeſia contulerit, & plura etiã inſum pſerit: nec huius impenſæ partem ſuſtinere uult, ſed alia præcepta habet, aliorũ partes recipit: ea uerò quę ita manifeſtè debet, non reddit. Vt igitur neq; hæc prætermittantur: cape mihi eorũ omniũ teſtimonia. TESTIMONIA. Fortaſſis aũt, Iudices, contra hæc nihil dicet Spudias (neq; enim poterit, quanq; eſt callidus) ſed Polyeuctum & eius uxorem criminabitur, eoſq; dicet à me adductos hæc omnia feciſſe in meam gratiam: atq; adeò ſe multis alijs affici damnis, & mihi diem dixiſſe. Nam hęc & apud arbitrum dicere inſtituit. Ego uerò, Iudices, primùm non æquam eſſe cenſeo talem defenſionem: neq; conuenire, ſi quis apertè conuincitur, ut retortis criminibus accuſet & criminetur: ſed illa, ſiquidem afficitur iniuria, nimirum ulciſcetur, horũ uerò dabit pœnas. Qui.n. ego nunc iſtorũ calumnias refutabo: iis omiſſis, de q̃bus uos pnunciabitis? *Deinde miror, quam nam ob cãm,

MDCCC drachmæ.

Enumeratio reliquorũ capitum accuſationis.

Refutatio cauillationum Spudiæ.

Ad crimina reſpondendum.

Nõ detrectandũ fuiſſe Spudiæ amicorũ arbitrium.

ſiquidem uerè & iurè accuſare potuit, cum nos amici cõciliare uellent, & multa uerba facta eſſent, illorum decretis acquieſcere non potuerit? At quinam & meas, & illius accuſationes falſas redarguiſſent facilius, quàm hi qui rebus hiſce omnibus interfuerant, qui æquè nobiſcũ norant omnia, qui cõmunes utriſque amici erant? Sed perſpicuum eſt, illi non profuiſſe, cum ab illis manifeſtè coarguendus eſſet, ad eũ modũ tranſigere. Ne putetis.n. eos qui hæc omnia ſciunt, nunc ſuo mihi periculo dicere teſtimoniũ: tum uerò iuratos aliud fuiſſe de lite pronunciaturos. Quod ſi tale nihil inter nos interceſſiſſet, ne tum quidem difficile eſſet ſtatuere uter uera diceret. Nam de ędibus, ſi ait impulſu meo Polyeuctũ mãdaſſe, ut libelli mille drachmarum indices apponerentur: at non etiam teſtibus perſuaſi nimirũ ô Spudia, ut mihi falſa teſtarentur, qui adfuere cum mihi filiam deſponderet, qui ſciunt ne minus accepiſſe: qui eum cõfitentẽ ſe debere mihi, audierunt. & iubentem ſatiſfieri: qui poſtremo teſtamẽto interfuerunt. His.n. omnibus, hæc in meam gratiam facere non licuit: ſed periculũ falſi teſtimonij impẽderet, ſi nihil eorum quę facta ſunt, teſtificarentur. Omittamus igitur hoc nunc: ad illud aũt quid reſpondebis? Nam hi certò edocendi erũt. Sin minus, oẽs uos ab eo poſtulatote. Quum enim Polyeuctus ea in teſtamento mãdaret, iſtius uxor aderat, quam patris iſti nunciaſſe teſtamentũ conſtat: ſi preſertim ipſi nihil ęqui tribuebatur, ſed ſi deteriore erat in omnibus cõditione. Quin & iſte ipſe fuit accerſitus: quo minus habent quod dicant nos clanculũ, ſeque ignorantibus ea egiſſe. Nam cũ uocaretur, ſe occupatũ eſſe, uxorem ſuã intereſſe ſatis eſſe dicebat. Quid adhuc reliquum eſt? Cum aũt Ariſtogenes ei hęc omnia accuratè renunciaſſet, neque tum eũ ullum uerbũ feciſſe cõſtat. ſed cum poſt hæc Polyeuctus amplius quinque dies uixiſſet: neque queſtus eſt, cum ingreſſus eſſet, neque quicquam contrà dixit, nec item eius uxor, quæ ab initio his omnibus interfuerat. Quare non iam Polyeuctus iſta mihi condonabat, ut apparet, ſed uoſmetipſi. Horum igitur memores, Iudices, ea, ſi quid fortaſſe de eis calumniæ inſtituerit, apertè obijcitote. Primùm aũt ut certò ſciatis, rem ita ſe

Vt Polyeuctus deceptus ſit, teſtes tamẽ decipi nõ potuiſſe.

Spudiã, cum uxor eius interfuiſſet teſtamẽto, tum nihil eſſe que ſtum.

habere, teſtes audite. Recita. TESTES. Proinde, Iudices, ædes mihi Polyeuctũ mille drachmis iurè oppignoraſſe, ut quę mihi iam antea deberent: iſte ipſe mihi teſtatur, & eius uxor, præter hoſce alios qui teſtimoniũ dixerunt: qui tum nec prohibuerint, nec Polyeucto aduerſati ſint, cum is tot dies poſtea uixiſſet, neq; Ariſtogeni, cum primùm audiſſent. Quod ſi ædes iurè oppigneratę ſunt, uobis (modò legis memineritis) ea qdem ratione Spudiam abſoluere non licet. Agite illud etiã de uiginti minis, quas non profert, conſiderate. Etenim hic rurſus iſte ipſe maximus erit mihi teſtis, non quidẽ certè oratione, (cum nũc meus ſit aduerſarius, Iudices,) id quod nullũ eſt argumentũ) ſed facto illuſtri. Quid igitur fecit, Iudices? Hoc nunc animaduertite, ut, ſi fortè de matre mulierum malè loqui audebit, aut de tabulis: uos rei gnaros decipere uerbis nõ poſſit. Eas enim tabulas reliquit Polyeucti uxor, ut paulo antè dixi. Cum uerò ſigna & ab iſtius & à mea uxore agnoſcerẽtur, uterq; præſens eas aperuimus, & exempla accepimus, & rurſus obſignatas, apud Ariſtogenem depoſuimus. Hoc igitur, hoc iudices, per deos oro, cognoſcite. Inerant. n. duę minę ſerui precium, neq; Polyeuctus ſolum moriens eas ab iſto poſtularat: inerant & mille octingentæ drachmæ. His autem lectis, ſi ea nihil ad ſe attinebant, neq; ſcriptura uera erat: quãobrem non ſtatim indignabatur & grauiter ferebat? cur aũt ea rurſus, & ipſe conſignauit, quæ nihil ſani continebant, neq; uerè ſcripta erant? Nam id qdem, qui non totũ ſcripturę aſſentiretur, faceret nemo Enimuero, Iudices, perabſurdum id erit profectò, ſi licebit iſtis ea quę ipſi cõprobarunt, nunc negare: uobiſq; nullum id ſignũ uidebitur, ꝙ omnes homines ad ea crimina quæ neq; uera, neque iuſta ſunt, non obticeſcere, ſed è ueſtigio litem mouere ſolemus. Quòd qui non fecerint, ſi poſtea in iudicio aduerſantur, improbi calumniatores uidẽtur. Quæ quũ Spudias nihilo minus ꝙ̃ ego intelligat, ac potius eo certius, quo ſæpius huc ingrediť: cõtraria ĩjs quę egit omnibus, loqui non erubeſcit. Vos qdem ſæpe una fraude animaduerſa, ea pro certiſſimo ſigno de tota accuſatione iſtis uſi. Iſti aũt uſu uenit, ut ois eius oratio ipſa ſeſe coar

De uiginti minis.

guat. Cape teſtimoniũ, ut apparet tum cõfeſſam eſſe tabularũ ſigna iſtius uxorẽ, & nunc à Spudia obſignatas aſſeruari. TESTIMONIVM. His ita palã demõſtratis, equidẽ nihil eſſe pluribus opus exiſtimo. Nã cũ & leges proferre poſſim, & teſtes eorũ q̃ dicta ſunt omnium, & ipſius aduerſarij cõfeſſionẽ: quorſum multis uerbis opus eſt? Sed tamen, ſi de dote indignabitur, & ſibi de mille drachmis iniuriã fieri dicet, mentietur. De his enim contendit, cũ non minus, ſed plus etiam acceperit, ut ſtatim uobis declarabitur. Verũ ſi iſta omnia re uera accidiſſent, nõ ideo eſſet utiq; iuſtũ, me pmiſſam dotẽ nõ accipere, ſi modò aliquid eſt in legibus ſubſidij: neq; etiã Polyeuctũ, ſi filiarũ alteri min9, alteri plus dare uoluit dotis, nũc phiberi. Tibi.n. ipſi Spudia licuit nõ ducere uxorẽ, mille drachmis, ut mihi, nõ annumeratis. Sed nihilo minus habuiſti, ut ego docebo. Primũ aũt cape teſtimoniũ de ſpõſaliom cõditionibus. TESTIMONIVM. Quî igitur minus eũ habere dicet aliquis, ſi iſti in q̃draginta minis aurũ & ueſtis æſtimata, mihi uerò decẽ minæ ſeorſim additæ fuerunt? atq; adeò id explicabo. Spudias, Iudices, à Leocrate mulierẽ, aurũ & ueſtem habentẽ, accepit, æſtimata Leocrati à Polyeucto pluris q̃ mille drachmis. Quæ uerò mihi miſit, pter dotẽ, quæq́ habeo ſolum: ea ſi cũ his q̃ iſti ſunt data, conferant, cõſimilia deprehendet, dẽptis ijs q̃ ob mille drachmas oppignerata ſunt. Proinde iurè in q̃draginta minis ęſtimabat ea q̃ Leocrati numerarat, quæq́ datã mihi ſummã ſuperabant. Ac mihi cape primũ deſcriptionẽ hanc, & eis nunc recita, quid nã uterq; noſtrũ habeat. Deinde arbitrorũ teſtimoniũ, ut ſciant, eũ pecuniam etiam longè maiorẽ habere, deq́ ea Leocratẽ actionẽ inſtituiſſe: arbitros in hanc ſententiã pnunciaſſe. RECITA. DESCRIPTIO. TESTIMONIVM. An non iſte palàm habet quadraginta minas dotis iam pridẽ. Ego uerò triginta minas, quemadmodũ iſte. ſed & nunc de eis periclitor, quaſi iniuſtè eas teneam. His itaq; de cauſis, Iudices, Spudias, re amicis permiſſa, litem mecum tranſigere noluit, q' ei uſu ueniebat, ut horũ omniũ conuinceretur. Cum enim illi his omnibus interfuiſſent, & certò ea ſcirent: non ei permiſiſſent quiduis dicere,

Spudiam dotis tantundẽ, aut plus etiã accepiſſe.

Peroratio.

Apud uos autem, ſe mentientem, me uera dicere, fore ſuperiorem ſperat. Ego uerò quæ poſtulo, perſpicuè uobis demonſtraui, ut ipſe potui. Rei gnaros aũt iſte fugit, q̃ putaret eis fucum fieri non poſſe. Quare, Iudices, etiam uos ei poteſtatem mentiendi & calũniandi ne dare, eorum quæ diximus memores. Noſtis.n. omnia ut geſta ſunt, prẹterquam ſi quid ego prẹterij, ad exiguam aquam dicere coactus.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERſus Phenippum de permutatione.

HAec oratio non refertur à nonnullis ad Demoſthenem. argumentũ autem tale habet. Erat claſsis apud Athenienſes trecentorum uirorum, in quam ditiſsimi quiq; legebantur, in quos onera grauiora inclinata erãt. Lex autem permittebat ei qui ſumptibus grauabatur, ut ea claſſe excederet, ſi quem ſe locupletiorem uacantem oſtendiſſet. Quòd ſi is qui deſignabatur, ſe ditiorem eſſe fatebatur: in trecentos alterius loco referebatur. Sin negabat, permutabant inter ſe facultates. Nunc igitur trecentorum unus ſe grauatum & pauperem eſſe querens, Phanippum inuadit. Quare ad opum permutationem ueniunt. Accuſat autem Phænippum, ut qui nec deſcriptionem rei familiaris legitimo tempore dederit, ſed multo pòſt: & ſigna ab ędibus abſtulerit, ut quędam quę intus fuerint, diſtraheret, et ſe cuidã multum falsò poſtulanti, debere ſimulet.

DEMOSTHENIS ADVERSVS PHAENIPPVM DE PERMVTATIOne oratio, [redacted].

DII benefaciant, Iudices, primùm uobis omnibus, deinde etiam Soloni, qui legẽ tulit de permutationibus. Niſi.n. is apertè nobis explicaſſet, quid primùm eos qui permutaſſent, facere oporteret, qd ſecũdo loco, cæteraq́ deinceps ordine, haud ſcio quónam tãdem ꝓgreſſa eſſet Phænippi iſtius audacia: quum nunc, tametſi lex nobis ea omnia edicat, tamen iura in ea perſcripta negligat. Nam cum intra triduum, ex quo iurarat, declarationem rei ſuæ familiaris mihi ex lege dare debuiſſet, aut, ſi tũ nollet, ſexto ſaltem

Iniquitatẽ aduerſarij accuſat.

mẽſis ſextilis die, quem precibus à me impetrarat, & ad quem promiſerat ſe daturum declarationem: neutrum horum fecit, ſed contemptis utriſq;, & uobis, & lege, altero menſe dedit biduo aut triduo ante iudicij ingreſſum, reliquo aũt omni tempore delituit. cũ item ſigna ædiũ, quæ ego appoſuerã, relinquenda eſſent, egreſſus in agrũ, aperuit, & hordeum extulit, & reliqua: quaſi poteſtatẽ ei dediſſet lex faciendi quicqd libitum, non quid iuſtum eſſet. Ego uerò, Iudices, maximè optarim me florere opibus ut olim, et manere poſſe in trecentorum numero. Qm̃ aũt partim communis calamitatis cum ijs qui è fodinis quæſtum faciunt, fui particeps: partim magnis mulctis affectus, iacturam feci rei familiaris, & nunc deniq; me tria talenta reipublicæ numerare oportet: talentum pro portione (particeps.n. & ego fui, quod utinã eſſet aliter, publicatæ fodinæ) neceſſe eſt, ut in meum locum ſubſtituere coner eum, qui non nũc modò eſt me locupletior, ſed prius etiam fuit, & nullum uobis unq̃ munus obijt, neq; reipublicæ quicq̃ hactenus cõtulit. Vos igitur oẽs oro, Iudices, ſi oſtendero Phænippum iſtum & definita legibus iura uiolaſſe, & me locupletiorem eſſe, ut me iuuetis, & iſtum meo loco in trecentorum claſſem referatis. Propter hoc.n. leges quotannis pmutationes concedũt, q conſeruatio perpetua rei familiaris & incremẽta paucis ciuibus permanere ſolẽt. Ab initio aũt uobis omnia quæ in permutatione acciderunt, cõmemorabo. Menſe Quintili, ſexto nonas, duces trecentis pmutationes propoſuerunt. In illis ex lege Phænippũ iſtum citaui. Eo igitur citato, & adhibitis qbuſdam familiaribus & amicis Cithera iui in eius fundũ. Ac primũ obij fũdum eius, qui ſtadiorum erat amplius quadraginta circũcirca: & oſtendi, & teſtatus ſum coram Phænippo, nullos fundo libellos affixos eſſe. Sin ipſe id affirmaret, ſtatim eum dicere iubebam, & oſtendere, ut ne poſtea fundus ære alieno obſtrictus eſſe perhiberetur. Deinde obſignaui domicilia, & meas ædes eum ingredi iuſſi. Poſtea quæſiui, ubi excuſſum frumentũ eſſet. Erant.n. ibi, Iudices, diuos diuaſq; teſtor, duæ areæ, fermè iugeri amplitudine utraq;. Is uerò rñdit, frumentum partim uẽditum, partim intus

Querela de incõmodis ſuis.

Petitio.

Narratio.

eſſe

eſſe repoſitum. Tandē aūt, ne longum faciā, conſtitui cuſtodes intus quoſdā, atq; mediusfidius ēt edixi, ut uetaret agaſones materiā è fundo auehere. Nam præter cęteras Phęnippi opes, Iudices, ēt hic amplius eſt ei reditus: ſex aſini per totū annum materiā ei uehunt, & iſte in ſingulos dies amplius * drachmis percipit. Cum igitur eis interdixiſſem, ne materiam attingerent, & Phęnippo denunciaſſem, ut ex præſcripto legis ad ſacra præſtò eſſet, in urbem redij. Primū igitur eorum quæ dixi teſtimonia uobis exhibebo. Deinde & de cæteris audietis oēm ueritatem: Phænippū.n. iſtum à primo die ſtatim nihil iuſti agere inſtituiſſe reperietis. obſignaui domicilia permiſſu legis. iſte aperuit, et ſignum qdem ſe ſuſtuliſſe fatebatur: fores aūt aperuiſſe non fatebatur. Quaſi uerò propter aliam cauſam, q̃ ad fores aperiēdas ſigna ſuſtuliſſet? Deinde uetui ne materia eueheretur: iſte quotidie euexit, eo die excepto, quo ego uetui. nullo ære alieno ſundus obſtrictus erat: nunc iſte multū ęris alieni ꝓfert. In ſumma, facit quodlibet, non qđ leges iubēt. Recita teſtimonia, primùm de fodina, deinde & cætera. TESTIMONIA. Quibus igitͬ me Phænippus iniurijs à primo ſtatim die afficere cœperit, audiſtis Iudices, & è me, & è teſtibꝰ. Quę aūt poſt facta ſunt, ea non in me tm̄, ſed etiā in leges ſunt commiſſa, quæ uobis omnibus magno ſtudio ſunt tuendæ. Cum.n. iuraſſet tertio idus ſextilis, ſe rectè & uerè ſuas opes declaraturū: et lex apertè iubeat, declarationē tertio poſt iuſiurandū die eſſe dandam: cōuenit me ante ꝑtorium cum Polyeucto Crioenſe & Terentio, rogans, primū ut de tranſactione ſecum congrederer (præſtiturū enim mihi quæ ęqua eſſent omnia) deinde, ut declarationem rei familiaris differrem in dies non multos. Neq;.n. ignotas ſibi eſſe res meas. Ego uerò exiſtimās & moderati & quieti eſſe ciuis, non ſtatim præcipitem ruere in iudicium, conceſsi. (quid.n. multis eſt opus?) ut is cōgreſſus de trāſactionibus IIII. calendas Septēbris fieret, declaratio autē VI. Cal. His à me Phęnippus impetratis, neutro die præſto fuit, ſed ad uos, non una, ſed duabus legibus uiolatis, ingreditͬ: una, q̃ iubet triduò, poſtq̃ iurauerit, rem familiarē declarare: altera, quę iubet ratas

Numerus deest.

Vadimonia deſerta à Phænippo.

eſſe pactiones teſtibus pręſentibus factas. Atq; Iudices, quis ueſtrũ ignorat, æquè ratam eſſe diem, tum legibus ſancitã, tum ab aduerſarijs conceſſam? Nam cum ſępe legibus trigeſima dies præfinita ſit: aliam inter nos pacti, apud magiſtratus oẽs obtinuimus: & actiones et iudicia aduerſarijs prorogant nouemuiri, ſi ipſi inter ſe conuenerint. Quorum ſi qs mutuã pactionem irritam eſſe oportere cenſet, is uobis odio proſequendus eſt, ut impudẽtiſſimus calumniator. At Phænippus pinde ac ſi lex iubeat nihil præſtare qđ receperis, ab eo die quo promiſit, ſe & ad tranſactionẽ adfuturum, & declarationẽ ſuã daturum, & meam accepturum: nuſquã ſe ſtitit. Ego, poſtq̃ ab iſto contemni uidi & me & leges, declarationem in prætorium attuli. Iſte uerò (quod & paulo prius dixi) libellum mihi nullũ dedit: uideri quidem uoluit, ſe mihi dediſſe declarationẽ, ſed ſic, ut ego illis quę inſcripta eſſent, uti minimè poſſem. Non decet aũt, Iudices, ijs plus ęquo tribuere, q̃ ſuam improbitatem legibus eſſe firmiorẽ cenſent. Alioqui efficietis, ut multi iura pſcripta legibus derideant. Illi qdem iuuandi ſunt, qui legum uocem ueſtrã eſſe putant: & ueſtram hanc, quæ pro tribunali editur, affectis iniuria non ſontibus opitulaturã. Recita horum quæ modò dicta ſunt, teſtimonia & leges. TESTIMONIA. LEGES. Proinde talia paſſus à Phænippo, hanc deſcriptionem ad imperatores retuli. RECITA. DESCRIPTIO. Quo igiť alio pacto, per deos & genios, Iudices, oſtendendũ eſt, teneri Phænippũ his quæ lecta ſunt, q̃ quo ego pacto nunc oſtẽdo? Sed tñ uiciſsim quęſtus eſt Phænippus, me non rectè indicare rem familiarem. Adeò facilè iſti apud uos mentiuntur, & accuſat iuſiurandum, qđ ante declarationẽ dedi, dicens, me exceptis ijs quę in fodinis haberẽ, reliquas opes indicaturum pollicitũ: quaſi uerò ad legũ pſcriptum iurare, id uero ſit accuſatione dignum. Vos aũt noſtis, Iudices, (uos.n.tuliſtis) legem, quæ prorſus ita loqtur: eos qui inter ſeſe permutent, cũ dato iureiurando ſuas opes indicarint, ẽt hoc iurare debere: declaro opes meas rectè & iuſtè, ijs exceptis q̃ in argenti fodinis ſunt, quas leges immunes fecerunt. Sed legẽ potius ipſam recita. Verũ paululũ quæſo

Reuerentia legum.

Fodinæ exceptæ.

differ. Ego & prius obtuli Phænippo, & nūc, Iudices, ei dono do, & cedo cum reliquis bonis, ēt argentifodinis, ſi mihi ſolum fundum liberū tradiderit, ut fuit, cum ego primū in eum ueni teſtibus adhibitis: & quantū ex ædibus frumenti & uini euexit, & cætera q̄ ſublatis ſignis à foribus abſtulit, ea in eundē locū reſtituerit. et qd dicere & clamare pgis? multa ego prius ex argētifodinis, Phænippe, meopte corpore laborās, & quæritans, collegi, fateor: nūc uerò paucis exceptis, oīa pdidi. Tu uero è fundo tuo uendens hordeū octodecim drachmis, & uinum duodecim drachmis, non iniuria diues es, ſi frumenti medimnos feceris amplius mille, uini metretas amplius octingentas. Nunqd igit eundem nos ordinem tenere decet, cum nunc alia in fortuna ſimus q̄ antea? Nequaquā. Non. n. iuſtum fuerit. ſed ſuccede & tu: eſto ad paruum tps in claſſe munera obeuntium, poſtq̄ cum metallicis malè agitur. uos autem agricolæ ditiores eſtis q̄ oporte bat. Satis. n. diu duobus patrimonijs frueris, altero naturalis patris Callippi, altero adoptiui Philoſtrati oratoris: neq; his unquā quicquā præſtitiſti. Ac meus quidem pater utriq;, & mihi & fratri, patrimoniū reliqt quadraginta quinq; minarū, unde uitam ſuſtentare haud facile eſt. at tui patres, tantā habuere pecuniā, ut uterq; tripodem dedicarit in Bacchanaliū ædilitate uictor. Neq; uerò inuideo. Debent. n. à diuitibus iuuari ciues. Tu igit te oſtende, uel unum teruncium in rempublicam cōtuliſſe, qui duo munifica patrimonia ſuſcepiſti. ſed nō oſtendes. occultare. n. & tergiuerſari, & nihil non facere, ne qd hiſce in uſum reipublicæ pſtes, didiciſti. At ego demonſtrabo, me pauculis à patre acceptis multa inſumpſiſſe. Sed primū legem illam mihi legito, quæ non ſinit quicquam quod in fodinis eſt, declarare, & puocationē: deinde teſtimonia, ut cōſtet Phænippū iſtū duas munificas familias hæreditate conſecutū. LEX. PROVOCATIO. TESTIMONIA. Vnica dūtaxat Phenippi iſtius in uos, Iudices, munificētia oſ̄di pōt. Equos ſolerter & magno ſtudio alit, ut adoleſcēs et locuples et robuſt⁹. Quod nā eius rei magnū argumentū eſt? Vēdito equo bellico ab eqs deſcēdit, & p eo uehiculū ſibi iſta ætate cōparauit, ut

Diuitiæ Phænippi.

Sordium Phænippi criminatio.

Deliciæ Phænippi.

ne pedes ambulet. Vſq; adeò delicijs iſte diffluit. & hoc quidē mihi deſcripſit, ſed hordei & uini, & cæterorum quæ è fundo proueniunt, ne decimā qdem partem. Operæprecium nimirum eſt, eum nunc miſſum facere, q̄m induſtriam ſuam, & reipublicæ ſtudiū, tum corpore, tū facultatibus declarauit. Multum certè abeſt. Bonorū.n. iudicium eſt, eos ciues, qui cum opibus abundant, ultrò largiunt, & eos q in trecentoꝝ claſſe ſunt, ſi id eis opus fuerit, relaxare. ij uerò q ſe id perdere putant, q in rempublicā contulerint, in eos q primi tributum cōferunt, ſunt referendi, neq; permittendum ut fugiant. Recita primū teſtimonium, deinde declarationem eius. TESTIMONIVM. DECLARATIO. Omitte iſta. Etſi.n. multa domo extulit Phænippus, reſignatis ædificijs, q̄ cōſignata fuerant, ut uobis à teſtibus explicatū eſt, & relictis q̄ ei uiſa ſunt, ſecūdo menſe mihi dedit declarationē rei familiaris: ſed tn̄ omitte iſta. Recita ab eo loco deinceps, ubi ſe his fundis pignori oppoſitis, debere profitet. DECLARATIO. Deſine. Iſta Ariſtonoe, Iudices, Philoſtrati uxor eſt, iſtius mater. Ei ſe Phænippus dotē debere dicit, cuius iſtū leges dn̄m conſtituunt: in quo mentitur, et non iuſta utitur indicatione. Cur.n. ego, Phænippe, cum mater mea maneat in ædibus meis, & uiuat, & dotē attulerit, dotē eius in ære alieno nō recenſeo, neq; decipio, Iudices, ſed mearū opum ſino participē eſſe matrē, ſiue Phænippi, ſiue meas habeā facultates? Quia, bone uir, leges hæc iubēt, tu aūt contra leges agis omnia. Recita aliud. DECLARATIO. Auditis, Iudices? Pamphilo, inqt, & Philoleo Rhānuſijs cōiter talentū debeo, & Aiacidæ Phlyenſi quater mille drachmas, et Ariſtomeni Anagyraſio quatuordecim minas. Quãobrē igit Phænippe, cū ego, teſtibus adductis, te interrogarē, nunqd deberes pp fundū, & iuberē oſtendere libellos indices, ſi q forte adeſſent, & teſtes adhiberē, ne mihi poſtea fictitij creditores exiſterent: tū nullū æs alienum declaraſti. Poſtq̄ aūt ſecūdo menſe mihi declarationē tradidiſti, lege iubēte id intra triduū fieri: nūc ueniunt creditores, & æs alienum amplius triū talentoꝝ? Quia nihil aliud ſtruis, niſi ut quantū ego publicè ærario debeo, tãtundē et tu prius

Maternam dotē in ære alieno non eſſe numerandam.

Aes alienū in re præſenti fuiſſe proferendum.

tim debeas. Mentiri te aũt, et cum piurio ad hos uenire, te manifeſtè conuincam. Cape mihi ſcriba Aiacidæ & Theotelis teſtimonium, q̃bus iſte ſe quater mille drachmas debere falſò inſcripſit, atq; olim reddidit, nõ ultrò, ſed iudicio damnatus. RECITA. TESTIMONIVM. *Peroratio.*
Eum'ne, Iudices, q ita palã in oĩbus iniuſtè fecit declarationẽ, & neq; legũ ullã rationem habuit, q̃ diffinierũt, intra quæ tp̃a declaratio facienda ſit: neq; priuatarum pactionum, quas æquè firmas exiſtimamus: p̃terea, q ſigna conclauiũ aperuit, & frumentũ domo exportauit, & uinum, atq; inſup materiã æſtimatã poſt permutationem uendidit, quæ pluris q̃ triginta minarũ fuit: et, qđ oĩum maximum, æs alienum cõmentus eſt p̃mutationis grã: eum iuſtè feciſſe declarationem p̃nunciabitis? Minimè uerò, Iudices. Quò n. uertere ſe debebit, is cui in ſentẽtia ueſtra præſidĳ nihil erit, ſi hoĩes diuites & nunquam de uobis bene meriti, multũ & frugum et uini percipientes, idq; triplo pluris q̃ prius diſtrahentes, meliore fuerint apud uos conditione? qđ minimè nunc fieri debet. ſed quemadmodũ publicè iuuiſtis oẽs eos q in fodinis laborant, ſic & priuatim me iuuatote nunc. Etenim, ſi ſeruus, nõ ciuis ueſter eſſem, uiſa induſtria mea, & ſtudio erga uos, ſubleuaſſetis me ſumptibus, & aliquẽ aliũ fugitiuũ cõprehendiſſetis. Eodẽ modo ẽt nunc, ubi tria talẽta ſoluero quę debeo, & uires recuperaro: rurſus ſubleuato calamitoſo aliquo, ad me uenietis. Nũc uerò me miſſum ut faciatis, omnes uos oro, Iudices: & cum æqua dixerim, precor ut me iuuetis, & ab iſtis exagitari ne patiamini.

ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA MAcartatum, de Hagniana hæreditate.

Hagnias & Eubulides conſobrini fuerunt. Horum alter Hagnias obĳt ſine liberis. Eubulides autem filiam reliquit Phylomacham, quæ agit in eã hæreditatẽ ut genere proxima. cũ ea litigãt Glaucus quidam, & Glauco, nõ ratione propinquitatis, ſed teſtamẽto freti: quod cũ in iudicio adulterinum deprehẽſum eſſet, hæreditatem accipit Phylomache. Theopompus uenit in iudicium, et ipſis his uictis aſſumptis, & præter hos Eupolemo, accerſiuit ad hæreditatis diſceptationem Phylomachã. Permittebat enim lex unicuique prouocare uictorem, & hæreditatis poſ

Jeſſorem. Cum uerò per fraudem concinnata eſſet actio, ut ait Soſitheus uincit Theopompus. ac is quidem obiit, filio relicto Macartato. Phylomachæ autem naſcitur filius: eum nominat Eubulidem, & adoptandum dat patri ſuo Eubulidi, conſobrino Hagniæ, qui reliquerat hæreditatẽ, eumq; adoptatum introducit ad Curiales Hagniæ & Eubulidis: quem Curiales, ut quiiure introduceretur, receperunt. His actis, puer ad diſceptationem hæreditatis uocat Macartatum, Theopompi filium. orationem habet Soſitheus, naturalis pueri pater.

DEMOSTHENIS ADVERSVS MACARTATVM DE HAGNIANA HAEREditate Oratio; [redacted]

Perſtringit aduerſariorũ fallacias & uiolentiam.

Q Vum prius etiam controuerſiæ nobis fuerint, Iudices, cũ iſtis ijſdem de Hagniana hæreditate, neq; ullum iſti modum ſtatuant iniquitati & uiolentiæ, ut quouis modo quę ad ſe nihil attinent, obtineant: neceſſe fortaſſis eſt, rem omnẽ ab initio repetere. Sic.n. Iudices, & uos facilius omnia quæ dicentur, intelligetis: & iſti quales homines ſunt, tales oſtendẽtur, & apparebit eos iam olim auſpicatos, minimè adhuc à ſuis malis artibus recedere, & exiſtimare, ſibi quicquid in mentem inciderit, perficiendum eſſe. Oramus igitur uos, Iudices, ut noſtrã orationem cũ beneuolentia & attentè ad finẽ uſq; audiatis. Dabo aũt ego operá, ut rem q̃ꝫ fieri perſpicuè poterit, uos edoceam. Pueri huius mater, Iudices, cũ genere proxima eſſet Hagniæ Exæi filio, in Hagnię hęreditatẽ egit ſecundũ leges ueſtras: & eorꝫ qui tum de ea hæreditate contenderunt, ſe genere eſſe propiorẽ, nemo uel iurare auſus fuit. Conſtabat.n. inter omnes, mulieris eſſe hæreditatẽ ratione propinquitatis. Sed & Glaucus Exæi filius, & Glaucon frater eius, & Theopõpus Macartati iſtius pr̃, q illis earũ rerũ omniũ & autor & adiutor fuit, & pleraq; teſtimonia dixit, uenerunt falſo teſtamento cõcinnato: quod quidẽ teſtamentũ ab eis oblatum, inuentũ eſt falſum, & conuictũ. Neq; illi ſolũ ſuccubuerunt, ſed & cũ ſumma improbitatis opinione è iudicio abiecti. Theopõpus aũt iſtius Macartati pater,

Petitio.

Narratio.

Falſum teſtamentum.

tum pſens, pro clamante pcone, ſi qs agere in hęreditatē Hagnię, aut ſacramēto contēdere uellet, ſiue genere, ſiue ex teſtamēto: cōtendere ſacramēto nō eſt auſus, ſed ipſe ius dixit, ad ſe nulla ratione pertinere Hagnię hęreditatē. Tenente autē matre pueri huius hæreditatē, poſtquā in iudicio aduerſarios oēs uicerat: ita nefarij fuerunt iſti, ut neq; legibus ueſtris, neq; ſententijs iudicū acquieſcendū eſſe putarint: ſed quo iure quā iniuria mulieri rurſus eripere hęreditatē, quā ei uos addixeratis, inſtituerint. Quare coniurati & fœdere inter ſe icto, eoq; apud Medeū Hagnuſiū depoſito: Theopōpus iſtius Macartati pater, & Glauco, & Glaucus prius uictus, & alio quodā familiarium quarto adhibito (Eupolemus ei nomē erat) hi oēs cōmuniter inſidiati, citarūt mulierē ad ptorē, ad diſceptationē Hagnianę hęreditatis: dicētes, legē iubere, ut is qui adijſſet hęreditatē, & teneret, citaret, ſi qs in eandē agere uellet. Poſtquā eos ptor in iudiciū duxit, & cauſa agēda fuit: tū alia eis omnia pparata fuerūt ad iudiciū, tū aquę, ad quā diſceptandū erat, quadruplo plus nobis acceperunt. Neceſſe.n. Iudices, habebat ptor amphorā unicuiq; accuſatori infundere, & tres choas poſteriori orationi. Proinde fiebat, ut ego mulieris defenſor, nō modo de genere & cæteris q̄ dicēda erant, iudicibus meo arbitratu narrare nō poſſem, ſed ne minimā quidē mēdaciorū, q̄ in nos cōgeſſerant, partē, refutare. quintā enim aquę partē habebā. Atq; id artificiū illud fuit, ut ipſi inter ſe colluderent, ac mutuas traderent operas, omniaq; cōſiterentur: de nobis autē ea dicerent q̄ nunquā facta ſunt. Cum igitur in eum modū inſidias ſtruxiſſent, & coniunctis uiribus uos oppugnarent, diſcis q̄tuor ex lege poſitis, haud iniuria, opinor, iudices decepti, inter ſeſe diſſenſerūt, atq; illis artificijs ſeducti, id pnunciarūt, qđ unicuiq; in buccam uenerat, calculiq; paucis omnino plures, uel tribus, uel quatuor in Theopompi diſco, q̄ in mulieris, ſunt inuenti. Ac tū hæc acta fuerunt, Iudices. Poſtquā autē hic puer natus eſt, ac tēpus eſſe uidebatur, ego non iratus ob ea q̄ acciderant, ſed humanum quiddam accidiſſe ratus illius temporis iudicibus: introduxi ad Curiales Hagnię Eubulidē puerū hunc, eius filia natum, ut ne eius familia

Conſpiratio ſycophantarum.

Victoria ſycophantarum.

Pŭer in Hagniæ familiă adoptatus.

deſolaretur. Is.n.Eubulides,Iudices, Hagniæ genere ꝓximus,in primis quidē exoptabat à dijs ſibi naſci filiū,quē admodū ei & filia pueri hujus mater nata erat. Poſtquā aūt eo uoto fruſtratus, mares liberos nullos omnino ſuſcepit: iam ſecundo loco cupiebat ę filia ſibi adoptari filium,in ſuam & Hagniæ familiam, & ad ſuos Curiales introduci,exiſtimans,Iudices,ę reliquis hunc ſibi eſſe cō iunctiſſimū,& ſic ſuā familiā rectiſſimè cōſeruari,& non deſolari. In quo ego ei obſecutus ſum, actione inſtituta, ut genere ꝓximus. & introduxi puerū hunc ad Hagniæ & Eubulidis Curiales:in quorum & Theopōpus,dum uixit,iſtius Macartati pater,curia fuit,atq; iſthic ipſe. Curiales Macartati iſtius,optimè gnari generis,uidētes iſtū quidē ipſum fugitare periculū,neq; uictimā ab ara abducere,ſi puer hic nō legitimè introduceref, poſtulare aūt ut ipſi peierarent:calculis,de ara Curialis Iouis,dū ſacra arderent,deſumptis,pſente iſto Macartato,iuſta decreuerunt,ô Iudices,rectè & cōuenienter,ut puer hic Eubulidæ filius in Hagnię familiā introduceref. Quibus p Curiales iſtius Macartati decretis,hic puer ut filius Eubulidis,citauit Macartatū de Hagniæ hęreditate in iudiciū, & diem dixit apud prætorē,autore adſcripto fratre ſuo. Mihi enim,Iudices,porrò nō licebat autorē fieri, q puerū in Eubulidæ familiā adoptaſſem:& hæc ꝓuocatio facta eſt à puero hoc ex ea lege,qua freti & iſti matrē hui⁹, q̄ prius iudicio uicerat, & hæreditatē Hagniæ tenebat, ꝓuocarant. Age recita mihi legē,qua ꝓuocatio in eū datur,q hæreditatē tenet. LEX. Sin de adita cōtendat hęreditate,aut pupilla;citet eū q hęreditatē tenet ad p̄torem, quemadmodū fit in alijs cauſis. ſacramēto aūt cōtendat petitor.Sin ſine citatione petierit,imperfecta erit petitio hæreditatis.Sin is q hæreditatē adijt ſuperſtes nō fuerit, ꝓuocet ſimili ratione eum,cui p̄finitum tēpus nondū eſt terminatum: * diſceptatio aūt prætoris eſto,quatenus is egit q hæreditatē habet. Legē quidē audiuiſtis. Iuſtā autē rem à uobis petam,Iudices,ſi oſtendero,Theopōpo patre Macartati genere eſſe Hagniæ propiorem Eubulidē puerū hunc:& Phylomacham q̄ eſt mater pueri, Eubulidæ filia;neq; tantū eſſe genere proximos, ſed in

Pŭer à Curialibus receptus

Actio pueri nomine in Macartatum inſtituta.

τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἄρχοντι, καθότι ἐπεδικάσατο ὁ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα.

uniuerſum, ne ullum quidem eſſe hominē in familia Hagnię alium q̃ matrē pueri huius, & ipſum hunc puerum: hæc ſi oſtendero, q̃ſo ut nobis opē feratis. Ac primū q̃dē decreuerā, Iudices, in tabula deſcriptos omnes cognatos Hagniæ, ſic uobis oſtendere ſingulos, ſed poſtquā eam nō ex ęquo ſpectare poſſe omnes, p̃ſertim remotius ſedētes, uidebantur: neceſſariū fortaſſis eſt, oratione docere uos, q̃ res cōmunis eſt oībus. Conabimur aūt & nos, q̃ facere breuiſſimè poterimus, explicare genus Hagniæ. Buſelus fuit Exæi filius. is quinq; filios ſuſcepit, Hagniā, & Eubulidē, & Stratiū & Habronē, & Cleocritū. & hi omnes Buſeli filij uiri facti ſunt: diſtribuitq; inter eos oēs Buſelus facultates ſuas rectè & iuſtè, ut cōueniebat. Partiti facultates, uxorē quiſq; duxit, ut leges ueſtrę iubent, & filij nati ſunt eis omnibus & nepotes. factæq; ſunt ex unica Buſeli, quinq; familiæ: & ſeorſim quiſq; habitauit, ſuam quiſq; domum habens, & ſobolem procreans. De tribus igitur fratribus, Iudices, quid ego uobis negociū faceſſam, & mihi ipſi, de ſingulis memorando? Cū enim in eodem ſint genere cū Theopompo, & omnes æquè Hagniam attingant, cuius eſt hæreditas: nullus eorum, neq; prius unquam, neq; nunc moleſtus fuit, aut litē mouit, neq; uel de hæreditate Hagniæ, uel de muliere pupilla, quam ego habeo, in iudicio contendit. ſed exiſtimarunt, nihil prorſus ad ſe attinere quicquid eſſet Hagniæ. Superuacaneū igitur mihi eſſe uidetur quicquā de his dicere, niſi quatenus attingendum erit. De Theopōpo aūt Macartati patre, & ipſo iſto Macartato, de his eſt mihi neceſſariò dicendū. Res aūt, Iudices, paucis expediri poteſt. ut paulo antè audiuiſtis, Buſelo q̃nq; filios fuiſſe natos: horū unus fuit Stratius, à quo Macartatus iſte oriundus eſt: & alter Hagnias, à quo puer hic originem ducit. Natus aūt ē fili⁹ Hagnię Polemo, & filia Phylomache, ſoror Polemonis germana & uterina. Stratio Hagnię fratre nati ſunt Phanoſtrate & Charidemus, iſtius Macartati auus. È uobis igitur q̃ro, Iudices, uter coniunctior ſit & propior Hagniæ? is Polemo, & filia Phylomache: an Charidemus Stratij filius, Hagniæ ex fratre nepos? Ego quidē certè opinor filium & filiā unicuiq; noſtrū longè

Petitio.

Series generis.

Tres fratres.

Theopompus.

Macartatus.

Stratius.

Hagnias.

Filius, fratris filio propior.

coniunctiorẽ eſſe, q̃ fratris ſororiſue filium. Neq; apud nos ſolũ, ſed etiã apud cæteros tũ Græcos tũ Barbaros hoc receptũ eſt. Quod cũ in cõfeſſo ſit, facile iam cætera intelligetis, & iſtos homines eſſe uiolẽtos & proteruos ſentietis. Polemonis.n. Hagniæ filij, filius fuit Hagnias, eodem cũ auo ſuo Hagnia nomine. & is q̃dẽ poſterior Hagnias ſine liberis deceſſit. Phylomachæ aũt ſororis Polemonis & Philagri, cui dedit eã frater Polemo, quippe cõſobrino ſuo (Philager.n. frater erat Eubulidæ, fratris Hagniæ) Philagri igitur cõſobrini Polemonis filius fuit Eubulides, maternus auus huius pueri. Et hi liberi fuerunt Polemoni & ſorori Polemonis Phylomachæ. E Charidemo aũt natus eſt, Stratij filio, Theopompus, iſtius pater Macartati. Denuò igitur q̃ro, Iudices, uter coniunctior ſit & propior Hagniæ primo illi, Polemonis filius Hagnias, & Eubulides, Phylomachæ fili⁹, & Philagri: an Theopompus Charidemi filius, Stratij nepos? Ego exiſtimo Iudices, ſi quidẽ & filius multo coniunctior eſt, & filiæ rurſus è filio, & è filia natũ filium hos eſſe cõiunctiores, q̃ * patruelis filium, & eum qui eſt ex alia familia. Sed Theopompo natus eſt filius Macartatus iſte, Eubulidæ aũt Phylomachæ filio, qui * cõſobrinus Hagniæ patern⁹ fuit, quũ Eubulidæ cõſobrini filius Hagniæ à patre ſit hic puer: q̃m Phylomache mater Eubulidæ, & Polemo pater Hagniæ fratres fuerunt, germani & uterini. Macartato aũt iſti, filio Theopompi, * nihil genitũ eſt, quod ſit in familia iſtius & Stratij. Quæ cũ ita ſint, puero huic nomen eſt ex eo* numero q̃ legibus iubent, & quatenus lex ꝓpinquitatẽ extẽdi iubet. Cõſobrini.n. Hagniæ filius eſt. Pater.n. eius Eubulides, conſobrinus fuit Hagniæ, cuius eſt hæreditas. At Theopõpus pater Macartati iſtius, nõ ei nomẽ ullum lege ſancitũ imponere potuiſſet. Ex alia.n. familia fuit Stratiana. Nõ aũt conuenit Iudices, ut q̃ſquã mortaliũ, q ſit ex alia familia, Hagniæ hæreditatẽ habeat, dũ aliquis ſuperfuerit in Hagniana familia natus: aut ui eijciat, id quod iſti agunt, cũ ſint & genere remotiores, & nõ in eadẽ familia. Hoc.n. illud eſt, Iudices, quo Theopompus Macartati iſtius pater, impoſturã fecit. Qui nã igitur reſtant, qui adhuc ſint in Hagniæ familia? & Phy-

ὁ τοῦ ἀδελφιδοῦ υἱός.

ἀνεψιοῦ δ' Ἁγνίου ὄντι πρὸς πατρὸς Εὐβουλίδου ἀνεψιοῦ παῖς ὢν Ἁγνίου πρὸς πατρὸς καὶ ὁ παῖς.

[illegible] ὄνομα ἔχουσιν ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ τούτου καὶ τῷ Στρατίου.

lomache uxor mea, Eubulidæ autem filia, cõſobrini Hagniæ, & hic puer introductus filius in familiã Eubulidæã & Hagnianã. Theopompus aũt iſtius Macartati pater, cũ ex Hagniæ familia nõ eſſet, ingenti mẽdacio decepit iudices, & de Phylomacha Polemonis ſorore, amita Hagniæ, nõ eſſe eam Polemoni Hagniæ filio, germanam & uterinã ſororem: & rurſus, dũ ſimulat, ſe eſſe Hagnię gentilem, q nunquã fuit. Hæc uero Theopompus ſecure oía dicebat, nullo quidẽ teſte adhibito, q nobis in iudicio rationẽ redderet: ſed ꝙ aſſenſores habebat ſocios, q mutuas tradebant operas, atq; adeó cõmuni cõſilio agebãt oía, ut eriperent à muliere huius pueri matre hęreditatẽ, quã ei uos decreueratis. Volo igitur, Iudices, eorũ q̃ dixi apud uos teſtimonia proferre, ut cõſtet, primũ euiciſſe hæreditatẽ Hagniæ, Eubulidæ filiam Phylomachã, genere ꝓximam: poſt de cæteris omnibus. Lege teſtimonium. TESTIMONIVM. Teſtatur ſe affuiſſe apud arbitrũ, Nicophemo prætore, cũ euicerit Phylomache Eubulidæ filia hæreditatẽ Hagniæ, cõtra omnes qui ei controuerſiam faciebãt. Audiſtis, Iudices, & hæc euicit, nullo improbo conatu, aut coniuratione: ſed cũ nos q̃ fieri iuſtiſſimè poteſt, oſtẽdiſſemus, eã eſſe genere proximã Hagniæ, cuius eſt hæreditas, quippe quæ ſit cõſobrini filia à patre & è familia Hagniæ. Si Macartatus igitur dixerit, patrẽ ſuũ Theopompum euiciſſe hęreditatem hanc, uos ei Iudices reſpondete, mulierem, eandem euiciſſe hæreditatẽ, prius etiam q̃ Theopompum iſtius Macartati patrem: & iuſtè euiciſſe mulierem, ut q̃ eſſet è familia Hagniæ, Eubulidæ filia conſobrini Hagniæ: Theopompum autem non euiciſſe, ſed decepiſſe, ut qui ex Hagniæ familia omnino nõ eſſet. Hęc uos ei ô Iudices reſpõdete, atq; illud etiam, puerũ hunc Eubulidẽ, Eubulidę filiũ, nec à Theopompo Macartati patre, neque ab ullo mortalium unquam eſſe uictum: & nunc controuerſiam & iudicium eſſe de hęreditate Hagniæ, huic Eubulidæ filio, & Macartato iſti filio Theopompi: quorum uter æquiora dicere, & legib9 magis conſentanea uidebitur, ei nimirum uos Iudices aſſentiemini. Lege reliqua teſtimonia: primũ Phylomacham Hagnię amitam, ſororem fuiſſe germanã & uteri-

Mendacium Theopompi.

Victoria Phylomache.

nam Polemonis Hagniæ patris. Deinde cætera omnia recitabuntur de genere, TESTIMONIVM. Teſtātur ſe populares eſſe Philagri Eubulidæ patris, & Polemonis Hagniæ patris: & ſcire Phylomacham Eubulidę matrem, habitam ſororem eſſe Polemonis, patris Hagniæ, germanā & uterinam: neq; ex ullo unquā audiuiſſe, fuiſſe fratrem aliquē Polemoni Hagniæ filio. ALIVD. Teſtantur Oenantham matrē aui ſui Stratonidæ, conſobrinā fuiſſe è duobus fratribus Polemonis fratris Hagniæ: ſéq; audiſſe é patre ſuo, Polemoni patri Hagniæ nullū unquam fuiſſe fratrem, ſed ſororem Phylomacham germanam & uterinā, matrem Eubulidæ patris Phylomaches quę Soſitheo nupſit. ALIVD. Teſtatur ſe cognatum eſſe & Curialem, & popularem Hagniæ & Eubulidæ, & audiſſe de patre ſuo, & cæteris cognatis, nullum fuiſſe fratrem Polemoni Hagniæ patri, ſed ſororem germanam, & uterinā Phylomacham, matrē Eubulidæ patris Phylomachæ quæ Soſitheo nupſit. ALIVD. Teſtatur auum ſuū eſſe Archilochum, ab eóq; ſe adoptatū, & ſe eſſe cognatum Polemoni patri Hagniæ, & audiſſe de Archilocho & cæteris cognatis, nullū unq̃ fuiſſe fratrem Polemoni patri Hagniæ, ſed ſororē germanam, & uterinā Phylomacham, matrem Eubulidæ patris Phylomaches Soſithei uxoris. ALIVD. Teſtatur patrē ſuæ uxoris Calliſtratū, conſobrinum fuiſſe è germanis fratribus Polemoni patri Hagnię, et Charidemo patri Theopompi. matrem uerò ſuam conſobrini filiā eſſe Polemoni, & matrē ſuam ſæpè ad ſe dixiſſe, Phylomacham matrem Eubulidæ, ſororē fuiſſe Polemonis patris Hagniæ germanam et uterinā, neq; ullum unq̃ fuiſſe fratrem Polemoni Hagniæ patri. Priore actione, Iudices, cum coniuraſſent iſti inter ſe, coniunctiſq́; copijs multi unā mulierē oppugnarent: nos, Iudices, neq; teſtimonia ſcripſimus de rebus confeſſis, neq; teſtes citauimus, ſed putauimus hæc nobis in tuto eſſe collocata. At iſti, & alia multa impudenter ad iudicium cōpararant, neq; quicq̃ aliud, eo quidem tempore, curabant, q̃, ut iudices in pręſentia fallerent, cū quidem hoc mendacio abuterentur: Polemoni Hagniæ patri omnino nullam fuiſſe ſororē germanā, &

Opponit ſua teſtimonia Theopōpi teſtimonijs.

uterinam. Adeò erãt impudentes & uæcordes, ut tanta in re deciperẽt iudices, itáq; manifeſtè. Et in hoc, magno ſtudio ſummáq; contentione incũbebant. Nos aũt uobis nũc tot teſtes adduximus de ſorore Polemonis, Hagniæ amita. Iſti uerò teſtetur qui uolet, aut nõ fuiſſe fratres germanos & uterinos, Polemonẽ & Phylomachã: aut non fuiſſe Polemonem filiũ, Phylomacham aũt ſororem Hagnię Buſeli filij: aut Polemonem non fuiſſe patrẽ Hagniæ, cuius eſt hęreditas, neq; ſororẽ Polemonis Phylomacham amitam, aut Eubulidem nõ fuiſſe Phylomachæ filiũ, neq; Philagri cõſobrini Hagnię: aut illud Eubulidę conſobrini Hagnię filiam nõ eſſe, quę adhuc ſuperſtes eſt, Phylomacham, neq; puerũ hũc legibus ueſtris adoptatum in Eubulidę familiam: aut Theopompum iſtius Macartati patrem, ex familia fuiſſe Hagnię: horũ quicquid libitum erit, teſtetur ei aliquis. ſed ſatis ſcio neminem ita audacem futurũ, aut deploratę fidei hominẽ. Vt aũt perſpicuum uobis ſit ô Iudices, eos prius per calũniam fuiſſe ſupiores, neq; quicq̃ ęqui attuliſſe, lege teſtimonia quę adhuc ſunt reliqua. TESTIMONIA.

Pater & Filius	Polemon Hagnias	fratres	& Phylomachę & Eubulides	Mater et filius

Teſtatur ſe cognatũ eſſe Polemoni Hagnię patri, & audiſſe è patre ſuo fratres fuiſſe patrueles Polemonis Philagrum Eubulidę patrem, & Phanoſtratam Stratij filiã, & Calliſtratum ſocerum Soſithei, & Euctemonẽ, eum qui regno functus eſt, & Charidemum patrem Theopompi, & Stratoclis: & eſſe cum huius filijs & Hagnia in eodem genere Eubulidem à patre ſuo Philagro: à matre uerò eius Phylomacha, exiſtimari conſobrinum eſſe Eubulidem Hagnię, ex amita autem Hagnię. ALIVD.

Teſtantur ſe cognatos eſſe Polemoni patri Hagnię, & Philagro patri Eubulidę, & Euctemoni regno functo: et ſcire, Euctemonem fratrem fuiſſe Philagri eodem patre natum, patris Eubulidę: & cũ Eubulidę diſceptatio eſſet de hęreditate Hagnię inſtituta, adhuc ſuperſtitem fuiſſe Euctemonem * fratrem patruelẽ Polemonis patris Hagnię, neq; contendiſſe Euctemonẽ cum Eubulidę de hęreditate Hagnię, neq; tum alium quenq̃ ratione ꝓpin- ἐκ πατραδέλφων ἀδελφὸν ὄντα πολέμωνι.

quitatis. ALIVD. Teſtantur patrem ſuum Stratonem cognatũ fuiſſe Polemoni patri Hagniæ, & Charidemo patri Theopompi, & Philagro patri Eubulidę: & audiſſe è patre ſuo, Philagrum duxiſſe uxorem primam Phylomacham, ſororem Polemonis patris Hagniæ, eodem & patre & matre ortam: & natum eſſe Philagro è Phylomacha Eubulidem: defuncta Phylomacha, uxorẽ aliã duxiſſe Philagrum Teleſippam, et natũ eſſe Menestheũ fratrem Eubulidæ, patre quidem eodem, ſed matre non eadem: & cum Eubulides hęreditatem Hagnię petijſſet ratione generis, Menestheum non petijſſe hæreditatem Hagnię, neq; Euctemonem fratrem Philagri, neq; alium quenq; ratione generis contendiſſe tum cum Eubulidę. ALIVD. Teſtatur patrem ſuum Archimachũ cognatũ fuiſſe Polemoni, patri Hagniæ, & Charidemo patri Theopõpi, & Philagro patri Eubulidæ: ſéq; è patre ſuo audiſſe, Philagrum duxiſſe uxorem, primã Phylomachã, ſororem Polemonis, eodem patre et matre ortam: ac natum eſſe è Phylomacha Eubulidem. Phylomacha autẽ defuncta, aliam duxiſſe uxorem Philagrum, Teleſippã: & natum eſſe Philagro è Teleſippa Menestheũ, fratrẽ Eubulidæ, patre quidem eodem, ſed matre non eadem. Qui cum hæreditatem Hagnię ratione generis peteret, Menestheum non feciſſe controuerſiam de hæreditate, nec Euctemonem fratrem Philagri, nec alium quenquã tum ratione generis, Eubulidæ. ALIVD. Teſtat auũ ſuum maternũ Calliſtratum fratrem fuiſſe Euctemonis regno functi, & Philagri Eubulidæ patris. Eos aũt conſobrinos fuiſſe Polemonis patris Hagniæ, & Charidemi patris Theopõpi: ſéq; audiſſe è matre ſua, fratrẽ nõ fuiſſe Polemoni patri Hagniæ: ſororem fuiſſe, natam eodem & patre & matre Phylomacham. Eam Phylomacham nupſiſſe Philagro, & ex eis eſſe natum Eubulidẽ, patrem Phylomachæ, Soſithei uxoris. Hæc teſtimonia recitanda neceſſariò fuere, Iudices, ut ne idem nobis accideret, quod prius, cũ imparati oppreſſi ſumus. Multo aũt etiam euidentius contra ſe teſtimonium dicet iſtę Macartatus, patri ſuo Theopompo nihil omnino deberi ex Hagniæ hæreditate, cum ſit remotior genere Theo-

Collatio genealogiæ Macartati & Eubulidæ pueri.

pompus, atq; adeò nec ex eadem familia prorſus. Si qs enim ſciſcitetur, Iudices, Iſte quis eſt, qui cũ puero hoc de Hagniç hęreditate litigat? ſatis uos ſcio reſponſuros, Macartatum: quo patre genitus? Theopompo. qua matre? Apolexide filia Proſpaltĳ, ſorore Macartati, qui fuit Proſpaltĳ filius. At Theopompus cuius fuit patris? Charidemi. Charidemus cuius? Stratĳ. Stratius cuius? Buſeli. hęc eſt, Iudices, Stratĳ familia unius Buſeli filiorꝫ: & poſteri Stratĳ ſunt hi quos audiuiſtis, & hic nullũ uſquã nomen eſt eorꝫ qui ſunt ex Hagniana familia, ac ne propinquum quidem. Rurſus igitur ſciſcitor puerum hunc, quis nam ipſe ſit, qui cum Macartato de Hagniæ hęreditate contendat? Nihil prorſus aliud rñdere queat puer, q̃ ſe eſſe Eubulidem quo patre natus? Eubulide, Hagniç conſobrino. qua matre? Phylomacha, Hagniæ ſorore patrueli. Eubulides cuius fuit patris? Philagri, cõſobrini Hagniç. Cuius mr̃is? Phylomachę, amitę Hagniç. Hagnias porrò cuius fuit filius? Polemonis. Polemo cuius? Hagniç. Hagnias cuius? Buſeli. Hęc altera eſt familia Hagniç, unius filiorꝫ Buſeli: & hic nequaquã ineſt idem nomen, quod eſt in familia poſterorꝫ Stratĳ, ac ne propinquum quidem: ſed ipſi per ſe in Hagniæ familia progrediũtur, nomina à ſe inuicem accipiẽtes. Vnde libet igitur & modis omnibus alterius eſſe familiæ cõuincuntur, generéq; remotiores, neq; quicq̃ eis ex Hagniæ hæreditate deberi. Quibus enim legiſlator propinquitatem det, & hęreditatem: hæ uobis leges recitabuntur. LEX. Quiſquis inteſtatus, moritur, ſiquidem liberos muliebris ſexus reliquerit: *cum hiſce: ſin minus, hi bona poſſidẽto. Sin fratres fuerint germani, et ſi liberi è fratribus legitimi: patris partem ſortiuntor. Sin fratres non fuerint, aut fratrum liberi ex eis: eadem ratione ſortiuntor. Præferuntor autem mares, & à maribus propagati, ſi ex ĳſdem fuerint, etſi genere remotiores. *Si uerò non fuerint à patre uſq; ad ſobrinos, liberos, ĩ qui ſunt à matre uiri, pari ratione poteſtatem habento. Sin ex neutra parte intra hos fuerint, à patre proximus obtineto. Spurio aũt aut Spuriæ, ius ne eſto propinquitatis, neq; item ſacrorꝫ, neq; publicorum, ab Euclide prætore. Apertè dicit lex, Iudices, qbus

*Videtur aliquid abeſſe.

ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων, τὺς πρὸς μηρὸς τῦ ἀνδρὸς κατὰ τ' αὐτὰ κυρίυς εἶναι.

adeunda ſit hæreditas:nõ ita me deus amet, Theopom po, aut Marcatato Theopompi filio, qui prorſus in Hagniæ familia non ſunt. ſed cui? Poſteris, Hagnię, qui ſunt in familia Hagniæ illius. Hæc & lex loquitur, & ius ita habet. Neq; uerò Iudices, cum hæc legiſlator cognatis dederit, alia, multa omnino, non mandauit, quæ cognatis neceſſariò facienda ſunt: ſed omnino multa ſunt, quę lex facere iubet cognatos, neq; ullum effugium reliquit, quo minus ea facere ſit neceſſe. Quin ipſam legẽ primũ recita. LEX. Pupillarũ aliquam, quæ in proletariorũ ordine ſunt, ſi habere noluerit genere proximus, dote data elocato. Patricius quingentis drachmis, eques trecentis, ſemieques centum quinquaginta, præter ea quæ ipſa habet. Si uerò plures fuerint in eadem familia, pro portione quiſq; pupillæ conferat. Quòd ſi mulieres plures fuerint: ne neceſſe ſit cognato plus unà elocare, ſed ꝓximus aut elocato, aut ipſe ducito. Quod niſi genere proximus eam uel elocarit, uel duxerit: prætor eum cogat aut elocare, aut ipſum ducere. Quod ni prætor coegerit, debeat mille drachmas ſacras Iunoni. Citet aũt eum qui detrectarit, quiuis ad prætorem. Quid lex dicat, Iudices, auditis. Cum aũt de pupilla diſceptandũ eſſet Phylomacha, huius pueri matre, *nata ex conſobrino Hagnię: ego ueni, legem metuens, & eam mihi uẽdicaui, cum eſſem genere proximus. Theopompus autem Macartati pater prorſus non acceſſit, neq; cõtrouerſiam mouit, qđ nihil ad ipſum attineret, idq; cũ eſſet eadem ętate. Quàm abſurdum autem eſſe putatis, Iudices, cum Theopompus de pupilla, quę fuit Hagnię conſobrino nata, cum nemine unquam litigarit: ut poſtulet Hagnię ſibi hęreditatẽ tribui contra omnes leges? Quid iſtis hominibus fieri queat impudentius, aut ſceleratius? Recita etiam cæteras leges. LEX. * Homicida in foro poſtuletur intra cõſobrinitatẽ & conſobrinũ: unà ꝓſequanť eundẽ & conſobrinorũ liberi, & generi, et cõſobrini, & ſoceri, et ſobrini, et curiales. Sin cum eo redeundum in gratiã fuerit, ſi pater ſuperſtes erit, aut frater, aut filij: omnium, aut eius qui ꝓhibet, ualebit autoritas. Sin horũ nemo erit, & cędem inuitus fecerit, idq; quinquaginta decreuerint, & * pręfecti pronunciarint

Onera cognatorum.

Legem de cognatis ad Macartatum attinere.

ἀνεψιοῦ δ' ἀνεψιῶν παιδιὸς ὄντος πρὸς πατρός.

προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος, καὶ ἀνεψιοῦ.

ἐφέται.

ſti pronunciarint inuitum feciſſe cædem, * intromittantur Curiales, ſi uolent, decem. His autem quinquaginta & unus ex optimatibus deligantur: & qui prius cædem fecerunt, hac ſanctione teneant. Qui uerò in municipijs deſiderantur, quos nemo occiderit, eos indicet tribunus cognatis, ut tollant & ſepeliant: & populus purgetur eo die, quo ſinguli deſiderati fuerint. Denũcietur aũt de ſeruis dño, de ingenuis, ijs qui in bonis ſunt. Sin mortuo bona non erunt, mortui cognatis, denunciet: ſin poſt tribuni denunciationem cognati non ſuſtulerint, tribunus tollendum cadauer locet, & ſepeliendum, & purgandũ eo die populum, q̃ minimo poterunt. Sin non locarit, debeto mille drachmas ærario. Quicquid autem impẽderit, duplum à debentibus exigito. Quod ſi non fecerit, ipſe debeto popularibus. At qui locationes lucorũ Mineruę & cæterorum Deorum & Heroum non * reddiderint: infames & ipſi ſunto, & eorum hæredes, donec ſoluerint. Hæc omnia quæ leges iubent facere cognatos nos iubent, & facere cogunt, Iudices: cũ Macartato aũt nihil loquunt, neq; cum Theopompo patre eius. Neq;.n. in familia Hagniæ ſunt in uniuerſum. Quo pacto igit̃ iſtis quicquam mandarent? Ac iſte quidem ad refutandas leges & teſtimonia quę nos exhibuimus, iuſti nihil afferre poteſt. Sed indignatur, & iniquè ſecũ agi dictitat, q pa-tre mortuo reus fiat. Illud autẽ, Iudices, non conſiderat, patrem ſuum hoiem fuiſſe mortalem, & cũ alijs multis obijſſe, & ſenioribus, & iunioribus: ſed tametſi Theopõpus obijt, leges nõ obierunt, neq; ius obijt, neq; iudices pronunciandi autoritate præditi. Agitur aũt in hoc iudicio, & in hac diſceptatione, non uter prior aut poſterior obierit: ſed: utrũ conueniat nec ne, expelli ex domo Hagniana conſobrinos Hagniæ, ab ijs q ſunt è Stratij familia, & ei nõ ita cõiuncti, ut Hagniæ hæreditatẽ adire poſſint, ſed genere remotiores. De hoc igitur controuerſia eſt. Sed & ex hac lege certius etiã cognoſcetis, Iudices, quantũ Solõ ſtudium habeat domeſticorum: neq; relicta duntaxat eis bona det, ſed etiã difficilia quæq; cognatis mandet. Recita legem. LEX. Defunctũ intus pponunto ſuo arbitratu, cadauer aũt poſtridie q̃ propoſuerint

ἐνιδοῦναι.

τὰς ἀποτίμησεις [marginal Greek, partly illegible]

Refutatio, licere agi poſt patris obitum cum filio.

Lex funebris. ante ſolis exortum efferunto. Viri, cum effertur funus, antecedunto: mulieres ponè ſequuntor. Mulieri autē nefas eſto in bona defuncti ingredi, itemq́ ſequi cadauer, cum in monumēta ducit̄, annis ſexaginta minori: ĳs exceptis quæ intra ſobrinas ſunt: nec in bona defuncti ingrediat̄, poſtq̄ elatū cadauer fuerit, mulier ulla, ĳs exceptis quæ intra ſobrinas ſunt. Non ſinit ingredi, quo in loco cadauer fuerit, ullam aliam mulierē, niſi cognatas uſq; ad cōſobrinitatem: & ad ſepulchrū uſq; comitari eaſdē ſinit. Iam Phylomacha Polemonis ſoror patris Hagniæ, non conſobrina fuit Hagniæ, ſed amita. Soror. n. fuit Polemonis, patris Hagniæ. Eubulides aūt filius eius mulieris, frater patruelis fuit Hagniæ, cuius eſt hæreditas. Eubulidæ porrò filia fuit huius pueri mater. Cognatas haſce iubet & adeſſe ꝓpoſitioni defuncti, & ad ſepulchrū comitari non Macartati matrē, neq; Theopompi uxorē. neq;. n. cognatæ iſtæ ſunt Hagniæ, ſed fuerūt ex alia tribu Acamantia, & ex alio municipio Proſpaltio: adeò uti ꝓrſus non animaduerterint, defunctū eſſe Hagniam. Rem igit̄ iſti ſupra modū impudentem moliunt̄, ſi in ea opinione ſunt, oportere nos & mulieres nr̄as, cadaueris Hagniæ, cū obĳſſet, hęredes eſſe, & perſoluere oīa iuſta, ut cognatos & genere ꝓximos: hæreditatē autē tenere Macartatum, q eſt è familia Stratĳ, & ex Apolexide Proſpaltĳ filia, Macartati ſorore. Sed neq; iuſtū, neq; fas id eſt, Iudices. Age lege mihi illa ex oraculo Apollinis Delphico, ut intelligatis, eū eadē dicere de cognatis, q̄ legib⁹ Solonis cōtinent̄. ORACVLVM. Quod felix fauſtūq́ ſit, q̄rit populus Atheniēſis de oſtēto qđ in cœlo apparuit, qđnam agendū ſit Atheniēſibus, aut cui deo ſacrificādum, aut uota nuncupanda, ut fauſtus ſit oſtenti euētus? Prodeſt Atheniēſibus de oſtento qđ in cœlo apparuit, ſacrificando litare Ioui ſummo, Mineruæ ſummæ, Herculi, Apollini ſeruatori, & *mittere ad Amphictyonas de fortuna bona: Apollini Cōpitalitio, Latonę, Dianę, & cōpita ſuffire, & crateras ſtatuere, et ſaltare, et coronas geſtare patrio ritu, dĳs deabusq́ Olympĳs oibus dextris ſiniſtrisq́ ſublatis, meminiſſe munificētiæ: patrio ritu heroi principi, à quo cognominati eſtis, ſacra facere, & mune

ἀποπίμπειν ἀμφικτυόνεσσι

ra offerre, & * parẽtalia defunctis in dies pſtari à cognatis, ſecũdũm inſtituta. Auditis, Iudices, eadẽ loq & Solonẽ in legibus, et deũ in oraculo, iubentẽ, ut defunctis cognatis ſtatis dieb[9] inferias dẽt. Verũ nihil hoꝶ curę fuit Theopõpo, aut Macartato iſti: ſed illud dũtaxat, ut ad ſe non ptinentia tenerẽt: & quęrunt ſibi nũc moueri cõtrouerſiã de hęreditate, quã lõgo tpe tenuerũt. Ego uerò ſic exiſtimo, cõuenire Iudices, ut is q aliena iniuſtè tenuit, nõ quęratur ſe ea diutius tenuiſſe: ſed grãm habeat, non nobis, ſed fortunę, q multæ & neceſſarię dilationes interim inciderunt, ut nũc de eis nobiſcũ certent. Iſti aũt tales homines ſunt, Iudices, ut nihil curẽt, neq familiã hagnię deſolatam, neq cætera in qbus leges uiolant: qui qdẽ, proh diuũ hominumq fidẽ (reliqua narrare, quorſum attineret? multa .n. dici queãt) unum maximè et nefariũ, & legibus contrariũ facinus ppetrarunt, quo potiſsimũ oſtenderunt, ſibi nihil aliud eſſe curæ, niſi auariciam. Cum primum Theopompus nobiſcũ de hæreditate hagniæ diſceptauit, eo modo quẽ audiuiſtis, ſtatim declarauit, exiſtimare ſe, aliena ſe occupare. Quod .n. maximi erat precij in pdijs hagniæ, & maximæ admirationi erat, & finitimis & alijs hominibus, oleę, eas effoderunt, et extirparunt amplius mille ſtirpes, quę magnã olei copiã afferebant. eas iſti extirpatas uendiderunt, & immẽſam argẽti copiã receperunt. eaq fecerunt iſti, cum actioni obnoxia eſſet hęreditas hagniæ, ex ea lege qua iſti freti matrẽ huius accuſarãt. Vt aũt me uera dicere appareat, et iſtos extirpaſſe oleas conſtet, ex ijs prædijs quæ hagnias reliquit: hoꝶ teſtes uobis pducemus, & finitimos, & ex cæteris quos accerſiuimus, cum teſtificaremur. Recita teſtimonium. TESTIMONIVM. Teſtanẽ ſe ſecutos, accerſitos à Soſitheo ad Araphena in hagnię agros, cũ Theopõpus in hagniæ hæreditatẽ egiſſet: & ſibi oſtẽdiſſe Soſitheũ oleas, dũ extirparenẽ ex hagniæ agro. Quòd ſi, Iudices, ſolũ i defunctũ iniurij fuiſſent, grauiter peccaſsẽt, ſed nõ adeò: nũc iſtę iniurię & cõtumelię ad totã rempublicã ptinent. idq ita eſſe, lege audita, cognoſcetis. Recita legem. LEX. Si qs oleam Athenis effoderit (niſi ad templum Athenienſium publicũ aut municipale regra-

τὰ ἐνικνέματα τοῖς ἀποφθιμένοις ἐν ἁμέρᾳ τελεῖν τοῖς προσήκοντας κατὰ τὰ ἀγημένα.

Non ſpectandum quãdiu, ſed quam iniuſtè tenueris.

Oleæ à Theopompo extirpatæ.

tur)in ſuos uſus uſq; ad binas oleas quotannis,aut ad fu nus ijſdem utendum ſit:centenas de ſingulis oleis drach mas ærario debeto, atq; eius mulctæ decimæ Mineruæ ſunto:debeto & homini priuato, à quo reus pactus eſt, centenas drachmas in ſingulas oleas. Actio aũt detur à Nouemuiris, earũ rerum quarum quiq; Iudices ſunt: & actor ſportulas ponat ſuæ partis. Qui autẽ condẽnatus fuerit,eũ p̃tores inſcribunto,apud quos iudiciũ fiet,exactoribus,id qđ in ærarium redit:q̃ſtoribus Mineruæ, id quod deæ conſecratum eſt. Quod ni inſcripſerint,ipſi debento. Lex qdem hæc firma eſt. illud autẽ cogitate ipſi uobiſcũ, Iudices:quid'nã putetis nos perpeſſos eſſe ſuperiore tpe ab iſtis, iſtorumq́; petulantia, qui tantã ueſtrã urbem contempſerunt,& leges ueſtras, & qđ apertè legibus interdictũ eſt,adeò contumelioſe prędia deuaſtarunt,quę reliquit Hagnias? Lex aũt uetat uel in proprio patrimonio iſta fieri. Multum.ſ. iſti curãt,ut aut legibus ueſtris obtemperent, aut ne familia deſoletur Hagniæ.

Accuſator ſemetipſum cõmendat.

Ego uerò de meipſo pauca dicã apud uos, Iudices: atq; oſtendã aliter q̃; iſtis,curę mihi fuiſſe Hagnianã familiã, ut ne deſolaretur. Nam & ipſe ſum Buſelini generis. Habronis.n. Buſeli filij neptem è filia,duxit Calliſtratus Eubulidę filius,Buſeli nepos: & ex Habronis nepte,et Calliſtrato nepote Habronis,nata eſt mater noſtra. Ego uerò matrẽ huius,iudicio euictã duxi, natiq́; mihi filij ſunt quatuor,una filia. His noĩa impoſui, Iudices, hæc: natu maximo Soſiæ patris mei,ut æquũ eſt, & natu maximo id nomẽ reſtitui: p̃ximè ab hoc nato,nomen feci Eubulidæ,qđ nomen fuit patri matris pueri huius. Ei q hunc ſequit,Meneſthei nomen impoſui. nã & Meneſtheus cognatus uxori meæ fuit. Minimo nomen feci Calliſtrato, qđ nomen patri matris meæ fuit. Præterea filiam ẽt,nulli alieno collocaui,ſed fratris mei filio: ut ſi ualuerint, & horũ liberi,ex eadẽ ſint cum Hagnia familia. Ac ego quidem eã rationem inij, qua maximè familię oriundæ à Buſelo conſeruarent. In iſtos autem rurſus inquiremus. Ac primũ legem hanc recita. LEX. Prætor curã gerat pupillorũ & pupillarum,& familiarũ quę intereunt,& matronarũ q̃ manẽt in ædibus maritorũ defunctorũ,ſe ute-

rum ferre dicentes.horum curã gerat, neq; ſinat eis iniuriã fieri,aut quicquã in eos iniquum cõmitti. & poteſtatem habeat autoritate magiſtratus infligẽdæ pœnę. Sin grauiore pœna dignus uidebitᵗ, * accerſitum accuſet,& mulcta ſuo arbitrio inſcripta in Heliæam introducat. Quod ſi cõuictus fuerit,ꝓnunciet Heliæa, qd ei ſit luendum,aut ſoluendum. Quo aũt pacto magis ulli deſolare familiã alicuius poſsint, q̃ ſi Hagniæ genere ꝓximos expulerint ĩj,q ſunt ex alia Stratĳ familia? & rurſus,ſi hæreditatem Hagniæ poſtulat ut cognatus, nomen aũt habet nedum ex Hagniæ familia,ſed nec ẽ Stratĳ ſui ꝓgenitoris?atq; adeo,cum tanta fuerit Buſeli poſteritas,ne illorum quidem ullius nomen habet. Nã unde eſt Macartati nomen?à materna familia.Adoptatus.n.iſte eſt in familiã Macartati Proſpaltĳ auunculi ſui, & illã ẽt habet familiam.Atq; ita iniurius eſt,ut nato ſibi filio, eum etiã in Hagniæ familiam introducere ſit oblitus:idq; cũ Hagniæ hæreditatem teneat,& eius ſe gentilẽ eſſe profiteatur, ſed eũ filium Macartato auunculo adoptandum dedit in Proſpaltĳ familiam.Hagnianã autẽ familiã,quantum in ſe fuit, extingui paſſus eſt:qui idem dicit,patrem ſuum Hagniæ fuiſſe cognatum. Solonis aũt lex iubet,ut mares & à maribus ꝓcreati potiores habeantur.At iſte adeo expeditè,& leges,& Hagniam cõtempſit,& filiũ ſuum in maternam familiam adoptandũ dedit.Qui fieri poſsint hoĩes iſtis iniquiores,aut uiolentiores? Neq; uero hæc ſolum commiſerunt, ſed cum Buſelidæ oẽs commune monumentum habeant, idq; monumentũ Buſelidarum nomineᵗ, amplum ſpaciũ circumſeptum,ut antiqui ſolebant:in eo monumẽto, cæteri oẽs orti à Buſelo, ſiti ſunt,& Hagnias,& Eubulides,& Polemo,& reliqui oẽs,tanta multitudo:uniuerſi cognati à Buſelo id monumentum cõe habent.At Macartati iſtius pater,eiuſdẽmque auus,eo monumento uſi non ſunt, ſed ipſi priuatim ſibi monumentum fecerunt procul à Buſelidarũ monumento.Num uidenᵗ uobis,Iudices, quicquã ad Hagniæ familiam attinere, niſi quatenus ea quæ nihil ad ipſos attinent,erepta occuparunt?ſed utrum intereat Hagnię familia & Eubulidæ,Hagniæ conſobrini, eoꝝ ẽt nomine

προσκαλεσάμενος πρὸς τιμήματα.

Inuectiua in aduerſarios.

Peroratio. abolito, eius rei cura nec minima unquã fuit. Ego autem, Iudices, opitulor equidẽ, quantũ poſſum maximè, defunctis illis: ſed nõ omnino facilè eſt iſtius apparatibꝰ aduerſari. Trado igitur, Iudices, uobis hunc puerũ ita curandum, ut uobis ęquiſſimum uidebitur. Hic adoptatus eſt in familiam Eubulidæ, & introductus ad Curiales, non meos, ſed Eubulidæ & Hagniæ, & Macartati iſtius: & cum introduceretur, cæteri Curiales clàm ſuffragia ferebant. Iſte autẽ Macartatus aperto ſuffragio decernebat rectè introduci filium Eubulidæ puerũ hunc, cũ uictimã tangere nollet, [illegible] ſeq; reddendæ rationi reddere obnox[illegible] ſed & partẽ carnium à puero hoc accepta, ut & alij Curiales, abijt. Exiſtimate igitur, Iudices, puerũ hunc ante uos iacere ſupplicem pro defunctis Hagnia & Eubulide, & cęteris ab Hagnia oriundis: atq; illos ipſos uobis ſupplicare, Iudices, ne ſua familia extinguatur ab imanibus iſtis belluis: quæ cũ ſint è Stratiana familia, ex Hagniana nunquam fuerunt: neq; permittatis iſtis tenere aliena, ſed ea reſtituere cogatis in Hagnianam familiam, cognatis Hagniæ. Ego igitur & illis opitulor defunctis, & legibus hiſce de rebus latis. Vos autẽ oro, Iudices, & obſecro, & obteſtor, ne uel puero huic inſultari patiamini ab iſtis, uel maiores eius magis etiã deſpici: qui nunc contempti erunt, ſi iſti obtinuerint, quę uolunt. ſed leges tuemini, & defunctos curate, ne eorum familia extinguatur. Quæ ſi feceritis, & quæ æqua ſunt, & pro ueſtra fide, & uobis ipſis utilia, decernetis.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS Leocharem de hæreditate.

ARchiada ſine liberis defuncto, Leocrates hæreditatem tenuit, quòd & cognatus eius eſſet, & ſe ab Archiada adoptatum eſſe diceret: ac ad tempus eam ipſe tenuit. Deinde filio ſuo Leoſtrato, ſuo loco Archiadæ adoptato, familia ceſsit, & in ſuam redit, quaſi ea res lege liceret. Idẽ fecit etiam Leoſtratus, & pro ſe in Archiadæ familia reliquit filium, nomine Leocratem, atq; ipſe in ſui naturalis patris familiam redijt. Poſtremus igitur hic Leocrates Archiadæ adoptatus, orbus deceſſit. Hæreditatẽ autem adijt Ariſtodemus, aſſerens ſe genere proximum eſſe Archiadæ, cuius ab initio fuerit hæreditas, & propter illum Leocrati poſtremo ad-

*p̃tinorum. Leochares autem defuncti frater, de hæreditate contendit: At in uniuerſum adoptione nititur, ut filius Leocratis adoptiuus: aſſerens, etiam ſe Archiadæ cognatum eſſe. Is uerò qui Ariſtodemum defendit, generis propinquitatem Ariſtodemo dare hæreditatem. Adoptionẽ autem * conſimilem eſſe. Neq; enim uiuens, inquit, Leocrates ſibi Leocharem adoptauit, ut leges præcipiunt, ſed ſub eius obitum, ut bonis fraudaret, contra leges factam eſſe adoptionẽ. Orationẽ habet Ariſtodemi filius.* * *παραπλησίαν οὖσαν.*

DEMOSTHENIS ADVERSVS LEOCHAREM DE HAEREDITATE ORATIO.

CVlpa Leocharis iſtius fit, Iudices, ut & ipſe in ius uocet̃, & ego adoleſcẽs apud uos uerba faciã, dũ eas hęreditates capere ſtudet, q̃ nihil ad ipſum attinẽt, & ꝓpter eas falſò apud p̃torẽ teſtificatus eſt. Nobis.n.neceſſe fuit, cũ lex genere proximis propinquitatis ius tribuat, ut Archiadę cognatis, q ab initio hęreditatẽ reliquit, cauere, ne uel eius familia extingueret̃, uel hęreditas ad eos deuolueret̃, ad quos minimè ptineret. At iſte, cũ nec genere ſit defuncti filius, nec legibus adoptatus, ut ego oſtendã: adeò temerè falſum teſtificatus eſt, & nobis eripuit hæreditatẽ. Oro aũt uos Iudices, ut & patri huic meo & mihi opẽ feratis, ſi q̃ æqua ſunt dixerimus, neq; negligatis homines pauperes & inopes, & iniqua factione potentũ oppreſſos. Nos.n. ueritate freti, huc ingreſſi ſumus, & bene agi nobiſcũ putantes, ſi qs nos frui legibus patiat̃. At iſti factionib⁹ & largitionib⁹ niti nõ deſtiterũt. Neq; uerò mirũ. De alieno enim ſumptus haud grauatè faciũt. Proinde & ſuę cauſę defenſores & falſos teſtes multos cõpararunt. At pater hic meus (dicetur enim) unà cum paupertate, ut uos oẽs noſtis, & imperitia rerũ, manifeſtis teſtimoniis pugnat. Nam in Piræeo præconium factitat, id quod * nõ humanæ modò paupertatis argumentũ, ſed & occupationis eſt, quæ lites ſectari prohibeat. Qui.n. talem q̃ſtum facit, eũ neceſſe eſt totos dies in foro eſſe. Quæ uos reputãtes, cogitabitis, nos, niſi iuſtitia freti eſſemus, nunquam

Cõmendatio ſui, cũ inſectatione aduerſariorum.

* *ἀνθρωπίνης ἀπορίας.*

In conſpectũ ueſtrũ fuiſſe prodituros. Sed q̃ huius generis ſunt, ꝓgreſſu orationis clarius audietis. De ipſa aũt cõteſtatione & cauſa, nunc uidet̃ eſſe diſſerendũ. Quòd ſi, Iudices, ex ipſa cõteſtatione Leochares petiturus defenſionẽ, atq; oſtẽſurus eſſet, ſe germanũ eſſe Archiadę filiũ: nihil opus eſſet multis uerbis, neq; neceſſariũ, nos à primordio inde noſtrũ genus percẽſere. Sed quia ſe cõteſtatio aliter habet, atq; iſti maximã orationis partem in eo cõſument, ſe adoptatos eſſe: & cum ingenui ſint, ratione propinquitatis iurè pcepturos hæreditatẽ: neceſſe nobis eſt, Iudices, propter has cauſas paulò altius genus uobis exponere. hoc.n. perſpicuè cognito, uerbis eorũ nõ decipiemini. Nam hæc controuerſia diſceptatio eſt de hæreditate. In eam uerò agimus nos ratione generis & ꝓpinquitatis: iſti ratione adoptionis. Cõfitemur aũt corã uobis, ratas eſſe oportere adoptiones, q̃ legibus ritè factæ fuerint. Quare uos horũ fundamentorũ memores, ſi oſtẽderint uobis leges ea permittere q̃ ipſi conteſtati ſunt, decernitote eis hæreditatẽ. Quod ſi legibus id quidẽ demonſtrare non poterunt, ſed æqua tamen & humana dicere uidebuntur: etiam ſic concedimus. Vt autem ſciatis nos genere eſſe proximos, neq; eo niti ſolũ, ſed & cęteris omnibus: primũ uos de ipſo genere docebimus, unde hæreditas eſt. Exiſtimo.n. ſi hanc cauſæ partem liquidò cognoueritis, fore ut nec cæterorum quicquã uos p̃tereat. Principiò, Iudices, nati ſunt Euthymacho Otrynẽſi, filij tres, Midylides, & Archippus, & Archiades: & filia, cui nomẽ fuit Archidice. Hi patre defuncto, Archidicẽ Leoſtrato Eleuſinio collocant. Ex ipſis uerò tribus, Archippus triremi p̃fectus Methymnæ diem obijt. Midylides non multo pòſt tempore, ducit Mneſimacham Lyſippi Crioenſis filiam: eiq; filia naſcitur, nomine Clitomacha, quã ille uoluit fratri ſuo, qui cælebs erat, dare. Poſtquã autẽ Archiades ſibi nõ eſſe in animo uxorẽ ducere, dicebat: ſed & patrimoniũ propterea indiuiſum eſſe paſſus, ſeorſim Salamine habitabat: ſic tandẽ Midylides ſuam filiam Ariſtoteli Pallenenſi deſpõdet, auo meo, & ex eo naſcunt̃ filij tres, & Ariſtodemus pater hic meus, & Habronychus patruus, & Midylides q nunc obijt. Ac ge-

Propoſitio. *Diuiſio.* *Expoſitio generis unde eſt hæreditas.*

neris quidē noſtri ꝓpinquitas, in quo eſt hæreditas, ſic ſe rè habet, Iudices. Archiadæ.n.nos à uiris ſumus genere proximi: & qm̄ eius hæreditatem hac lege poſtulamus, neq; genus eius extingui patimur, apud p̄torem actionē de hæreditate inſtituimus. Iſti autē qui bona ꝑ iniuriam detinent, nunc conteſtati ſunt, in uniuerſum quidē adoptione nitentes, ſed & cognatos eſſe ſe dictitantes: ſed de ea adoptione quo pacto ſe habeat, perſpicuè uos poſtea docebimus. De genere autem, non eſſe eos propinquiores nobis, id uobis cognoſcendum eſt. Vnum igitur in confeſſo eſt, inter hæredes potiores eſſe mares, & maribus progenitos. Simpliciter enim à uirili ſtirpe proximis, ſi liberi nulli ſunt, lex hæreditates reſtituit. Hi uerò nos ſumus. Sine liberis enim deceſſiſſe Archiadem conſtat. Ei autem nos à uirili ſtirpe ſumus proximi, atq; inſuper etiam à muliebri ſtirpe ĳdem nos. Midylides enim frater fuit Archiadæ. Midylidæ autem filia, mei patris mater. Proinde fit Archiades, cuius hæreditatem uendicamus nunc, auunculus mei patris matri è germanis fratribus, à uiris ea cognatione orta, non à mulieribus. Leocratis enim iſtius auia paterna, ſoror fuit Archiadę illius, & Medylidæ, à quibus nos oriundi, hæreditatem poſtulamus. Primum igitur, Iudices, genus noſtrum ita ſe habere, uti dicimus, ut appareat, teſtimonia uobis legētur. Deinde lex ipſa quę & familĳs, & à uiris proximis, hęreditates tribuit. Capita enim controuerſiæ, & ea de q̄bus iurati ꝓnunciabitis, hæc ferè ſunt. Age uoca mihi teſtes huc, & legem recita. TESTES. LEX. Quæ igitur ad genus, & iſtorum, & noſtrū attinent, ſic habent Iudices. Proinde qui ipſis teſtimonĳs oſtenderunt ſe eſſe genere propiores, hæreditatē percipere debent, neq; conteſtati deſperatio potior eſſe inſtitutis ueſtris. Nam ſi adoptione nituntur, nos ea uti facta ſit, oſtendemus. Cum autem filius adoptiuus orbus utiq; obierit, & familia uſque ad noſtram actionem deſerta fuerit: an non conuenit, genere proximos hæreditatem recipere, & uos non ad decipiendū optime inſtructis, ſed affectis iniuria ciuibus opē ferre? Nam ſi in noſtra poteſtate eſſet, oſtenſo genere, & ipſa conteſtatione, deſcendere, eorumq; nihil ferè quæ

Ariſtodemus genere propior Archiadæ quàm Leochares.

Refutatio adoptionis.

diximus plura uerba requireret: uobis diutius moleſti nõ eſſemus. Poſtquã autẽ iſti legibus nõ nituntur, ſed eo ꝗ ſuperioribus tẽporibus rerũ aliquid antè occuparunt & interceperunt, & in bona inuaſerunt, his argumẽtis utentes ſe adiiſſe hæreditatẽ dicent: neceſſariũ ſanè eſt etiã de his dicere, atq; oſtendendũ, iſtos omniũ hominũ eſſe uiolentiſſimos. Nã ab initio, Iudices, elocant ſororẽ ſuã Midylides & Archiades Leoſtrato Eleuſinio. Poſt, è filia illius elocatę, ſororis illorũ, naſcitur Leocrates, pater Leoſtrati iſtius. Conſiderate, ut unus de multis in Archiadæ cognationẽ pertineat is, de quo conteſtatus eſt? Quę cũ ita ſe haberent, Archiades matrimonium nõ contrahit. Midylides aũt frater eius, auus iſtius uxorẽ ducit: & qa nondũ patrimoniũ partiti erant, ſed uterq; habebat quãtum ſatis eſſet, Midylides in urbe permanet, Archiades Salamine habitat. Nõ multo autem poſt, cũ Midylides auus patris mei extra Atticam peregrè fortè abijſſet, in morbũ incidit Archiades, & mortẽ obit abſente Midylide, homo cœlebs. Quod eius rei ſignũ eſt? Situla eſt Archiadæ ſepulchro impoſita. Eo tẽpore cognationis à mulieribus ꝑtextu, Leocrates iſtius Leoſtrati pater, ſe adoptat filium Archiadæ, & ſic in bona inuadit, tanquã ab eo uiuente adhuc, adoptatus. Reuerſus Midylides, & id factũ indignè ferebat, & reum peragere Leocratẽ poterat: ſed ſuadentibus cognatis & precantibus, ut in familia Leocratẽ adoptiuũ Archiadæ filiũ eſſe pateretur: conceſſit Midylides, non iudicio uictus, ſed omnino ab iſtis circũuentus. Deinde ſanè etiã domeſticis obtemperãs. Ac Midylides his actis mortẽ obit. Leocrates autẽ Archiadę bona tenet, & hęreditatẽ percipit multos annos, ut eius adoptiuus filius. Nos uerò ꝗ ea Midylides conceſſerat, quieuimus. Nõ multo autẽ poſt (quæ deinceps dicentẽ, diligẽter attẽdite, Iudices) Leocrates adoptatus Archiadæ, relicto in ea familia iſto Leoſtrato filio legitimo, ipſe redit in Eleuſinios, unde erat oriũdus. Ac ne tũ quidẽ nos quicquã earũ rerũ, ꝙ ad hæreditatẽ attinent, mouebamus: ſed ꝙ acta erant, rata habebamus. Rurſus autẽ Leoſtratus iſte ipſe qui adoptiuus eſſet filius, & relictus in Archiadæ familia, reuertitur ad Eleuſinios, ut

Cognatio Leocratis.

Adoptatio.

Leoſtratus loco Leocratis adoptatus Archiadæ, pro ſe in ea familia filium relinquit.

& pater ſuus, relicto in ea familia ingenuo filio, et per tres perſonas primitiua adoptione contra leges cõfirmata. Qui.n. cum legibus cõſentiat, cum ipſe filius adoptiuus, filijs adoptiuis relictis, in ſuã familiam ſit reuerſus? idq́ ad hunc uſq; diem facere non deſiſtit, eóq; pacto ſe nos hæreditate fraudaturos putant, quæſtũ faciẽdo, & quãtum ad uictum neceſſariũ eſt, ex Archiadæ bonis petendo, atq; inde ſemper in paternã familiam redeundo, ac eam quidem ſartã tectam conſeruando, illam aũt conſumendo? Sed tamen quãuis iſta ita fierent, nos, quod dixi, ferebamus omnia, Quoúſq;? donec Leoſtratus in Archiadæ familia relictus filius, orbus deceſſit. Quo ſine liberis defuncto, petimus, ut nobis genere proximis Archiadæ, relicta eius bona tribuantur: non aũt defuncto, qui ipſe fuit adoptiuus filius, adoptetur in fraudẽ noſtrã. Nam ſi ipſe uiuens adoptaſſet, quanq; id factum contra leges eſſet, nõ repugnaſſemus: ſed quia neq; natura fuit ei filius ullus, neq; ullum uiuens adoptauit, lex aũt hæreditates genere ꝓximis tribuit: nónne æquum eſt, utraq; ratione nos bonis nõ fraudari? Nam & Archiadę, cuius fuere bona ab initio, genere proximi ſumus, et adoptiuo Leocrati. Illius. n. pater ad Eleuſinios reuerſus, neceſſitudinem illam ex lege ipſe ſibi præcîdit. Nos uerò, in quorũ erat familia, arctiſſimam cognationẽ retinuimus, cum eſſemus eius ſobrini. Proinde ſi uis, ut Archiadæ cognati hæreditatem petimus: ſi uis, ut Leocratis, qui cum ſine liberis deceſſerit, nemo eſt ei q̃ nos genere propior: & quantum in te quidẽ fuit, extincta eſt, ô Leoſtrate, familia. Propter bona enim, coniunctionem eorꝝ uirorꝝ qui te adoptarant, tuebaris. Quoad enim, eo defuncto, hæreditatem nemo petebat, nullũ Archiadæ filium adoptabas. Poſtq̃ aũt nos eius cognati in mediũ uenimus, tum adoptas, ut bona retineas: cũ nihil eſſe dicas Archiadæ, à quo ſis adoptatus, conteſtaris contra nos: et genus noſtrum, quod in confeſſo eſt, expellis. Quod ſi nihil eſt in ædibus, quid tibi decedit, ſi nos nihil illud ex hæreditate percipimus? Sed enim eius impudentia & auaritia talis eſt, Iudices, ut exiſtimet oportere ſe & in Eleuſinijs paterna bona regreſſum obtinere: et ad quę adoptatus eſt,

Poſtremo adoptiuo defuncto, Ariſtodemus genere ꝓximus hæreditatem petit.

cum non ſit in familia filius, eorū etiam potiri. Atq; hæc omnia facile perficit: qui cum de alieno contra nos homines pauperes & inopes largiatur, multo eſt ſuperior. Quapropter uos etiam opitulari oportere arbitror hominibus nihil iniqui petentibus, ſed eo contentis, ſi quis nos legum frui præſidijs patiatur. Quid enim agendum nobis eſt, Iudices, adoptione per tres peruagata, & poſtremo in Archiadæ familia relicta? qui cum ſine liberis deceſſerit, nónne tandem aliquando noſtrū recuperabimus? Hoc igitur iure freti, ad prętorē eos citauimus. Leochares aūt ita confidenter falſum conteſtatus, oportere nos exiſtimat, contra omnes leges fraudari hęreditate. Primū igitur, ut conſtet, illa de adoptionibus & genere iſtorū uerè nos dixiſſe, & ſitulā in Archiadæ monumento eſſe impoſitam: hæc uobis teſtimonia recitabimus. Dein & cætera perſpicuè uos edocebimus, ut iſtos falſæ conteſtationis conuincamus. Age cape teſtimonia quæ dico. TESTIMONIA. Proinde rei ratio & ſimplex ius hęreditatis ita ſe habet, Iudices, & eorū quæ inde ab initio acta ſunt, ipſa capita ferè oīa audiſtis. Quæ aūt poſt actionem de hęreditate inſtitutam fecerint, & quo pacto nos tractarint: dictu neceſſarium exiſtimo. In hęreditatis.n.iudicijs tam iniquè cū nemine arbitror eſſe actum, q̄ nobiſcū. Defuncto.n. Leocrate, & funere ei facto, nobis in poſſeſſionem eūtibus, propterea q̄ uir ille & cælebs, & orbus deceſſiſſet: eduxit nos iſte Leoſtratus, ſua eſſe aſſerens. Ac q̄ nos defuncto iuſta perſoluere prohibuit, cum ipſe pater illius eſſet, excuſationem fortaſſis habet, quanq; iniquum erat id facinus. Ei enim qui natura pater eſt, curationē mandari funeris par eſt. Deinde tamen etiam neceſſarijs nobis, quorū rōne adoptionis, cognatus erat defunctus. Poſtq; autē iuſta perſoluta fuerunt, qua lege oſtendit, ſe, deſerta familia, nos genere proſſimos deieciſſe bonis? eo ſcilicet, q̄ defuncti pater erat? atqui reuerſus erat in paternā familiam, neq; iam eius patrimonij, in quo reliquerat filium, dominus. Quod ni ita eſt, quæ legum eſt utilitas? Facta igitur deiectione, ut plurima omittamus, actionem apud prætorem de hæreditate inſtituimus, cum neq; natura, ut dixi,

ἀνακαίνωσις · *Inſtituta actione hæreditatis facta q̄ ſint.* · *Deiectio.* · *Accuſatio.*

ullus eſſet defuncto filius, neq; adoptione facta legibus. Poſt hæc Leoſtratus iſte ſacramento certat, aſſerens ſe illius Archiadæ eſſe filium, non cogitans uel ſe rediſſe in Eleuſinios, uel adoptiuos non ipſos à ſemetipſis, ſed ab adoptantibus conſtitui. Verùm illud opinor ſimpliciter in animum induxit ſuum, oportere ſe, quo iure quáq; iniuria aliena appetere. Ac primũ progreſſus, non dubitabat in Otrynenſium concionalem tabulam ſe inſcribere, cum eſſet Eleuſinius, idq; ꝓcurabat. Deinde priuſquã inſcriptus eſſet, etiam in albo Otrynenſiũ, particeps eſſe cõmunium rerum. Tantum deſignare facinus, impellente auaritia, inſtituit. Quo nos animaduerſo, factũ id teſtibus adhibitis prohibuimus: & poſtulauimus, ut de hęreditate prius apud uos diſceptaretur, q̃ ad Archiadæ nomen quiſquã adoptaretur. Prohibitus aũt & conuictus ad tabulam, et in Nouemuiroꝝ foro, iniuriaꝝ corã multis: nihil ſibi ui agendum cenſuit, ſe ueſtris legibus calliditate & opibus fore ſuperiorem ſperans. Eius rei argumentum quód nam eſt? Conuocatis paucis Otrynenſibus & tribuno plebis perſuadet, cum album apertũ fuerit, ut inſcribat. Ac poſtea uenit, in magnis panathęneis, ſub diſtributionẽ ad theatralẽ pecuniã: cũq; alij populares accipent, petebat ut & ſibi darẽ, & in albũ inſcriberẽ ſub noĩe Archiadę. Cum uerò nos teſtificaremur, & nõ ferendũ id eſſe diceremus: abijt nec inſcriptus, nec theatrali accepta pecunia. Qui aũt contra decretum ueſtrum theatralem pecuniam poſtulat, priuſquã in Otrynenſes inſcribatur, ſi alterius municipij ſit: eum non putatis hęreditatem contra leges petituꝝ? Eſt uerò credibile, eum qui tam iniquas pręrogatiuas ad explendam auaritiã ſuã ante iudicij cognitionẽ molitur, cauſa niti? Nam qui pecuniam theatralem iniquè poſtulauit, is de hęreditate nimirum eodẽ eſt animo. Quin pętorem etiã actione ex ſpõſo decepit, & contra nos * reſcripſit, Otrynenſem eſſe ſe in Eleuſinio municipio habitantem. Cum aũt nihil ei hoꝝ ſuccederet: proximis hiſce comitijs, ſubornatis quibuſdam popularium, poſtulauit iſte ſe inſcribi, ut adoptiuum Archiadę filium. Nobis aũt aduerſantibus, & poſtulantibus, ut poſt factam de hęreditate diſcepta

Tergiuerſatio nes Leoſtrati.

Inſcriptio.

ὑμᾶς ἀντιγέγραπται.

tionem,ſuffragia ferrent,prius aũt non: in eo paruerunt, non propter ſemetipſos,ſed propter leges. Nõ ferendũ enim eſſe uidebatur, ut qui ex ſponſo in hæreditatẽ ageret,ſeſe adoptaret,re nondum diiudicata. Qđ autẽ poſt hæc inſtruxit Leoſtratus iſte,id eſt omniũ grauiſſimum. Nam cũ inſcriptio ei negaretur,adoptat Archiadę Leocharem filium contra omnes leges, ante factam populi approbationem. Qui cum nondum introductus eſſet ad Curiales Archiadæ,ſed *cum inſcriptus eſſet: tum pſuaſit uni è Curialibus ut eũ inſcriberet in Curialium albũ, ac deinceps conteſtatione apud prætorem, iſtum deſcribit,ut qui filius defũcti legitimus eſſet multos annos, eũ qui heri & nudiuſtertius inſcriptus fuerat. Ita fit,ut uterque ſibi hæreditatem uendicet. Nam & Leoſtratus ſacramento de hæreditate contendit,ut legitimus Archiadæ filius: & Leochares conteſtatus eſt, ſi filium eſſe legitimum eiuſdem patris: neuter aũt uiuenti illi, ſed uterq; defuncto ſe adoptat. Nos uerò, Iudices, æquum putauimus, poſtq; uos hanc cauſam cognoſcetis, tum demum è genere proximis defuncto filium adoptari, ne intereat eius familia. Primũ igitur, Iudices, ex Otrynenſibus iſtũ Leoſtratum in Eleuſinios rediſſe, relicto Archiadæ filio legitimo, & patrem eius id ipſum feciſſe prius, & illum qui relictus in familia fuerat, orbum deceſſiſſe, & eũ quí nunc conteſtatus eſt, prius in populares q; in Curiales eſſe inſcriptum, uti conſtet: ijs de rebus uobis & Curialium, & municipum teſtimonia recitabuntur: de cæteris item, & quę nos ab iſtis facta memorauimus, omnibus, uobis teſtimonia ſingulatim exhibebo. Proinde mihi teſtes accerſito huc. TESTES. Rem igitur omnem audiſtis, Iudices, & ea quæ ab initio in hac hæreditate facta ſunt, & quæ pòſt euenerunt, ut primũ nos agere inſtituimus. Reliquũ eſt, ut & de conteſtatione ipſa dicamus, & de legibus, quarũ autoritate hæreditatẽ poſtulamus: & ut, dum aqua ſuppetit, & quoad ſine ueſtra moleſtia fieri poterit, oſtendamus, ea quæ ab iſtis dicentur, neq; iuſta eſſe, neq; uera. Ac primũ cõteſtationem uobis ſcriba recitabit, quæ attentè audienda erit. de ea enim nunc pronunciabit. CONTESTATIO. Conteſtatus igitur

Leochares à Leoſtrato pendente lite Archiadæ adoptatus.

ἀλλ' ὅπηνίκα ἐνεγράφη.

Tranſitio.

Falſã eſſe Leocratis cõteſtationem.

iſte eſt,ita ſanè ſicut audiuiſtis, in Archiadæ hæreditatē agi non poſſe,cum ei ſint legitimi liberi firma autoritate, ex inſtituto.Quare inquirã,ſint'ne ei liberi,an iſte falſum cõteſtatus ſit.Archiades ille,cuius eſt hęreditas,adoptauit iſtius,qui nunc conteſtatus eſt,auum: is uerò legitimo filio relicto,patre iſtius Leoſtrato, ad Eleuſinios redijt.Poſt hęc ipſe Leoſtratus rurſus relicto filio,in paternam familiã redijt. at ille ab eo poſtremus relictus oīum adoptatorꝫ,ſine liberis deceſſit.Proinde familia deſerta, redijt hæreditas rurſus ad eos qui ab initio genere proximi fuerunt. Quo pacto igitur,quod iſtius conteſtatione affirmat̄,filij aliqui Archiadæ reliqui eſſe poſſent? cuius adoptiui ſe regreſſos eſſe confitentur:is uerò qui poſtremus in familia relictus eſt,orbus deceſſit?Proinde neceſſe eſt familiam eſſe deſertam: quæ deſerta cum ſit,liberi legitimi ſupereſſe nequeunt.Iſte igit̄ conteſtatus eſt, eos qui non ſunt,eſſe:& in conteſtatione ſcripſit,cum ſint liberi,unum ſe eſſe aſſerens. At cum dicit naturales, firma autoritate,ex inſtituto:impoſturam facit contra legem. Nam illud eſt eſſe naturalem,ſi quis ſemine ſatus fuerit, & hoc teſtatur lex his uerbis: Quam deſpõderit pater, aut frater,aut auus,ex ea naturales, ac legitimi liberi ſunto. At uerbum,rata autoritate, legiſlator de adoptationibus uſurpauit, exiſtimans, ſi quis orbus ſuorꝫ bonorꝫ dominus,filium adoptarit,ratum id eſſe. At iſte natura nullum Archiadæ filium eſſe ait, ſed conteſtatus eſt, cũ ſint naturales,conteſtatione facta rei cõtraria: qui cum ſe adoptiuum eſſe profiteatur,ab ipſo defuncto,ut conſtat,non eſt adoptatus.Proinde quo pacto tibi iſta porrò rata erunt ex inſtituto?Propterea nimirũ, quod inſcriptus eſt Archiadæ filius? ab iſtis ſcilicet nuper ui facta, cum lis de hæreditate iam conteſtata eſſet.non eſt profectò,iuſtum iniuriam argumẽti loco adducere. Nã illud, Iudices,ferri quì poteſt, eum qui nunc incunctanter dicat ſe adoptiuum eſſe,in conteſtatione id ſcribere nõ fuiſſe auſum?ſed ſcriptum in conteſtatione ita eſſe, ut de filio naturali:ea quæ mox dicẽtur,ut de adoptiuo? Quòd ſi defenſionem attulerint conteſtationi cõtrariam,aliter fieri quì põt, quin aut conteſtatio falſa ſit, aut defenſio?

γνήσιοι παῖδες.

κυρίως.

Dilemma.

Nec ab re adoptionem in conteſtatione non poſuerunt. Adſcribendũ enim eis fuiſſet, certo quodã illo adoptante. Ille aũt eos nõ adoptauit, ſed ipſi ſeſe adoptantes, nos hæreditate ſpoliant. Iam ut pergamus ad alia, qui non abſurdum ſimul & iniquum eſt, quum ſacramento contenderit de hæreditate apud prætorem, quaſi eſſet Archiadę filius Otrynẽſis, Leoſtratus iſte Eleuſinius: aliud eſſe conteſtatum, ut ipſi cernitis, dicendo, & alterũ iſtũ eſſe Archiadę filium? Vtri ueſtrũ, ut uera dicenti, fides eſt habenda? Idipſum.n. argumentum non minimũ eſt, falſam fuiſſe conteſtationem, ꝙ eadem de re, non idem cõtendit, meritò. Nam cum Leoſtratus iſte ſacramẽto nobiſcum de hæreditate contendit, nondum conteſtatus fuit: nunc inſcriptus eſt, ut municeps. Quare omniũ hominum infeliciſſimi erimus, ſi conteſtationi poſt rem factæ fidem habituri eſtis. Quin antiquiora ſeipſo cõteſtatus eſt. Is.n. qui in Archiadæ familia nondũ fuit, cũ actio hęc de hæreditate inſtitueret, qui horũ aliquid ſcire põt? Deinde ſi iniuſtè de ſemetipſo conteſtatus eſſet: rationẽ haberet ipſa res. iniuſtè quidem ſcripſiſſet: ſed nihilominus pro eo qui pro ętate loqueretur. Nunc germanos liberos Archiadæ illius ſcripſit eſſe, patrem ſuũ nimirum & ſe, ratione primæ adoptionis: non recordatus, ſeſe reuerſos eſſe in natiuam familiã. Proinde neceſſe eſt antiquiores eum res, & non eius temporibus factas eſſe conteſtatum. Et uos ei qui hoc auſus eſt, creditis ut uera dicenti? At hercule de re à ſuo patre audita cõteſtatus eſt? Atqui lex uetat, in conteſtatione citare quæ è defunctis audita ſunt: *uiuente patre, ea quę ab illo geſta ſunt. Nã illud etiam, quamobrem tãdem Leoſtratus iſte nõ ſeſe, ſed iſtum inſcripſit cõteſtationi? Nam de rebus antiquioribus, natu maiorem conteſtari oportebat. Quod ſi maximè dixerit, Hunc adoptaui filium Archiadæ: proinde te geſtorem & autorem rerum, earundẽ etiam rationem reddere oportebat: & quæ egeras, tuo egiſſe periculo, omnino certè neceſſe eſt. Sed & hoc fugiſti, & conteſtationi iſtum rerum omnium ignarum inſcripſiſti. Proinde perſpicuum uobis eſt, Iudices, conteſtationem non eſſe ueram: idq; iſti ipſi confitentur. Quin & illud iuſtum eſt, non pati

Scomma ſophiſticum.

ζῶντος τοῦ πατρὸς τὰ ὑπ' ἐκείνου πραχθέντα

In διαμαρτυρίας.

non pati Leoſtratū mox dicere, quæ non fuit auſus inſe- rere conteſtationi. Neq; uerò ullum eſſe actionis iniqui genus, & pp quod eo utentibus magis iraſcendum ſit, q̃ conteſtationes, inde potiſsimum cognoſcitur: Primū neceſſariæ non ſunt ut cæteræ, ſed à conſilio & uoluntate conteſtantis oriunt̃. Nā ſi controuerſia non aliter explicari poſſet, niſi conteſteris, fortaſſe conteſtari neceſſe eſſet. At ſi ēt ſine conteſtatione in oībus conciliabulis agendę cauſæ poteſtas dat̃, nónne temeritatis & ſummæ deſperationis argumentū eſt conteſtatio? Neq;.n.eam legislator neceſſariā fecit aduerſarijs: ſed ſi conteſtari uoluerint, conceſsit, ueluti piclitans ingenia & mores ſingulorum, quantopere nobis libeat temerè aliqd agere. Præterea quantū in conteſtātibus eſt, neq; curiæ eſſent, neq; iudicia fierent. Id.n.conteſtationū ingenium eſt, ut eæ hęc omnia ꝓhibeant, & ſingula excludāt, quo minus in iudicium ueniant, quantū quidem eſt in uoluntate conteſtantis. Quapropter exiſtimo illud hoīum genus pro cōibus hoſtibus omnium eſſe rerum habendū, neq; eos unquam apud uos diſceptare. Vltró.n. quiſq; conteſtandi periculū, non coactus ſubit. Ac falſam eſſe cōteſtationem, tum è ſcriptis, tum è dictis orationibus certò ferè cognouiſtis. Iam illud ēt, legibus nobis hæreditatē tribui, paucis uos edocebo, nō qn id ex ijs quæ initio diximus, intellexeritis, ſed ut eo magis inſtructi ſitis, ad iſtorum mendacia iuſtis rationibus repudiāda. In uniuerſum igitur, Archiadæ ſumus, cuius eſt hęreditas, genere uirili ꝓximi: & adoptio, quā ille fecit, irrita eſt qm̃ alij in paternam familiā reuerſi ſunt: is uero q relictus fuerat, ſine liberis deceſsit. Quæ cum ita ſint, poſtulamus hæreditatem, nulla bona Leoſtrato erepturi: (nam iſti ſua hñt) ſed ea quæ ab Archiade relicta ſunt, & legibus ad nos redierunt. Lex.n.iubet potiores haberi mares, et maribus prognatos. ij uerò nos ſumus. Neq; uerò liberi ei fuerunt: q uerò ſunt, ij nos ſumus. Deinde ꝑfectò non eſt æquū ut adoptiuus filius alios adoptiuos introducat, ſed ut eos relinquat q in familia naſcunt̃. q̃ res ſi defecerit, ut cognatis hæreditates reſtituantur. Hæc.n. Leges iubēt. Qui.n. nō quiſq; ueſtrū ꝓpinquitate & iure generis excludet̃, ſi

In διαμαρτυρίαν.

Tranſitio ad expoſitionem legum, et peroratio.

Adoptionum licentia periculoſa cognatis.

adoptiuis iſta licẽtia dabit? Videtis.n.aſſentationib⁹ plurimos delinitos, & diſſenſionibus cognatorũ ſæpe alienatos, filios adoptare. Quòd ſi adoptato, contra legẽ quẽuis adoptare licuerit, nunq̃ familijs hæreditates reſtituẽtur. Quòd ut p̃cauerct legislatòr, uetuit ne q ipſe adoptatus eſſet, filiũ adoptaret. Quã ratione iſta definijt? Cũ naturali filio, inqt, relicto in familia, reuertat: aptè ſanè ſignificat, nõ eſſe adoptandũ. Fieri.n.non põt, ut naturalẽ q̃ſquam filiũ relinquat, niſi quẽ ipſe ꝓcrearit. Tu aũt Leoſtrate, poſtulas defuncto illi in nr̃am familiã adoptato, adoptiuũ in hęreditatẽ introducere, quaſi tuas poſſeſsiones, et nõ genere ꝓximo tradẽdas, inuaderes. Nos uerò, Iudices, ſi defunctus aliquẽ adoptaſſet, quanq̃ lege non ſinẽte, pateremur: aut, ſi teſtm̃ reliqſſet, id quoq̃ ratum haberemus. Nam ab initio tales ꝑpetuò fuimus, ut iſtis bona occupantibus non aduerſaremur, et pro ſua libidine retrorſum abeũtibus. Poſtq̃ aũt nunc tandem & ab iſtis ipſis, & à legibus res in lucẽ ꝓlata & cõuicta eſt: & hæreditatẽ nobis tribuendam cenſemus Archiadæ: et penes nos eſſe, ut filiũ adoptemus, q prius adoptati non ſumus, nõ penes iſtos. Si qdem iure opinor legislator, ut et calamitates cognatorũ & elocationes mulierũ, generẽ ꝓximis mandauit: ſic & hæreditates & bonorũ ꝑceptionẽ, ijſdẽ reſtituit. Quòd uerò eſt oĩum maximũ, uobiſq; notiſsimũ, Solonis lex nec teſtm̃ facere adoptiuũ, & legare ea q̃ ſunt in familia, cũ adoptat, non ſinit. Iurè oĩno. Nã autoritate legũ adoptato in alienas opes, non ſic, ut de priuatis opibus, eſt ſtatuendũ, ſed ex p̃ſcripto legum; ſingula ita ut pſcripta ſunt. Sicut lex: Qui non adoptati fuerãt, inqt, cũ Solon magiſtratũ iniret, eis teſtamenti faciendi ſuo arbitratu, ius eſto. ſed uiuentes, relicto naturali filio, in familiã redeant, uel defuncti reſtituant hæreditatem primis cognatis adoptatoris.

ARGVMENTVM ORATIONIS IN EVERgum & Mneſibulum teſtes.

Athenienſibus claſſem ad bellum properè inſtruentibus, armamenta triremium præfectis deerant. Proinde celeriter decretum ſcribitur, ut inſtrumenta naualia ab ijs qui deberent reipublicæ, exigerẽtur.

ij uerò quidam eorum erant, qui triremibus p̃fuerant. Alius igitur ab alijs ea uaſa repetere iuſſus eſt. is uerò qui nunc habet orationẽ, à Theophemo & Demochare. Qui cum inſolentius ſeſe gererent, eos in ius uocatos, reos peregit. at Demochares quidem reddit, ſed Theophemus adhuc effugia q̃ritat. Facto autem à ſenatu decreto, ut quo quiſq; modo poſſet, debita exigeret: ædes Theophemi, is qui nunc litigat, inuadit. ortoq; iurgio, & inter ſe uerberarunt, & in ius mutuò uocarunt: uterq; aſſerens, alterum intuliſſe manus. Ea enim αἰκία, hoc eſt, uerberatio dicebatur. Prior igitur ingreſſus Theophemus, teſtes produxit Euergum & Mneſibulũ, alterum fratrẽ ſuum, alterum generum. ij uerò teſtificati ſunt, Theophemum noluiſſe mulierem, quæ pugnæ interfuerat, dare ad quæſtionẽ, ut in tormentis confiteretur, uter prior manus intuliſſet. Quod cum offerret Theophemus, ancillamq; traditurus eſſet, illum admittere noluiſſe. Tandem iudices fide teſtibus habita, pro Theophemo pronũciarunt. At uictus, teſtes falſi teſtimonij accuſat.

DEMOSTHENIS IN EVERGVM ET MNESIBVLVM TESTES, ORATIO.

PRæclarę mihi eſſe leges uident̃, Iudices, quę poſt iudicia, falſi teſtimonij actionẽ largiunt̃: ut, ſi q̃s teſtibus mẽdacibus ꝓductis, aut ꝓuocationibus nõ factis, aut teſtimonijs cõtra legẽ dictis, iudices deceperit, nihil ea re ꝓficiat: ſed ut is cui facta eſt iniuria, teſtimonijs rep̃henſis, quũ ad uos ingreſſus, oñderit, teſtes de re falſum dixiſſe: tũ ab eis pœnas ſumat, tũ illius à quo ꝓducti ſunt, malas artes ulciſcat̃. ꝓpteaq́ minorẽ accuſatori, ſi ſuccubuerit, mulctã ſtatuerũt, ne pœnę magnitudine deterreat̃ lęſus, à pſequendis teſtibus. Reo aũt magnas pœnas irrogarũt, ſi cõuict⁹ fuerit, & uobis ꝑ teſtimonio mẽtitus eſſe uideat̃. idq́ meritò, Iudices. Vos.n. teſtes intuiti, & freti eorꝝ teſtimonijs, ꝓnũciatis. Ne igit̃ et uos decipiamini, et q̃ ad uos ingrediũtur, iniurijs afficiant̃: ꝓpterea eos obnoxios reddidit legiſlator. Oro autem & ego, ut uos me cum beneuolentia audiatis, rem oẽm ab initio explicantẽ: ut inde intelligatis, q̃ multis & ego ſim affectus iniurijs, & ut iudices decepti fuerint, & ut iſti falſa teſtificati ſint. Etſi aũt maximè

Collaudatio legis de teſtimonijs.

Petit audientiam.

Rei noti iudicibus.

Digitized by Google

Falſum eſſe teſtimonium, ex eo apparere, quòd aduerſarij ancillam ad quæſtionẽ nolint dedere.

uellem non faceſsi mihi negociū: attamē ſi cui quieto eſſe non licet, illud iucundū eſt, cū ijs litigare q uobis ignoti non ſunt. Nunc longior à me ſumetur oratio, moribus eorꝫ oſtendendis, ꝗ̃ teſtimonij falſitate reuincenda. Nā id quidem eſſe falſum, ipſi mihi oſtendere uidentur: neqꝫ ego neceſſe habeo teſtes alios, ꝗ̃ illos ipſos producere. Nam qua eis ratione liceret liberari negocijs, nec in ueſtro iudicio periclitari, & reipſa confirmare uerum eſſe teſtimoniū: mulierem tradere noluerunt, quā ad qōnem dedere uoluiſſe Theophemum, apud arbitrum Pythodorum Cedenſem teſtificati ſunt: & quam ego me recepturum ſum profeſſus, ut teſtes q tum adfuere, uobis in iudicio teſtificati ſunt, & nunc ēt teſtificabuntur. quos Theophemus ipſe, ut uera teſtificatos, non accuſauit, neque falſi teſtimonij reos agit. Atqꝫ adeò ipſi ferè in teſtimonio confitent̄, uoluiſſe me recipere mulierem, Theophemum aūt differre iuſsiſſe: idqꝫ me detrectaſſe. Quam uerò ego recipere uolui, & Theophemus obtulit, ut iſti aiunt, cuius tñ corpus nemo p̃ſens uidit, neqꝫ tūc apud arbitrum, neqꝫ in iudicio pòſt, neqꝫ alibi uſqꝫ traditū: eā teſtificati iſti ſunt, tradere uoluiſſe Theophemū, & obtuliſſe. Iudices aūt opinati ſunt, uerum eſſe id teſtimoniū: me uerò fugitare quo minus è muliere perquireretur de uerberatione, uter noſtrū prior per iniuriā alteri manus attuliſſet. hoc. n. ſibi uult uerberationis uocabulū. Nunquid ergo aliter fieri poteſt, quin falſa iſti teſtificati ſint? qui ne nunc qdem audēt corpus mulieris tradere (id qđ obtuliſſe Theophemum dixerunt, eiqꝫ teſtificati ſunt) et teſtimonij ueritatē ipſo facto confirmare, & teſtes moleſtia periculoqꝫ liberare, tradito ancillæ corpore, ut exq̄ratur à muliere de uerberatione, quo ego iudicio Theophemum perſequor (qm̃ eam tum non exhibuit) & argumentū ex ijs quibus tum Theophemus dicendis, decepit Iudices, ſumatur. Aiebat. n. in cauſa uerberationis, teſtes qui adfuerant, & teſtabant̄ ea quæ facta fuerāt, in tabula ex lege, falſos eſſe, & à me ſubornatos: mulierem uerò quæ adfuiſſet, uera dicturā, non tabella teſtificando, ſed firmiſsimo teſtimonio, tormentis, uter prior per iniuriā manus alteri intuliſſet. Quibus uerò tum uerbis

abutendo, & teſtes producendo, iudices decipiebat: ea nunc falſa eſſe deprehenduntur. Corpus.n.mulieris tradere nō audet, ſed mauult fratrem & generū falſi teſtimoniȷ̄ iudicio periclitari, quàm tradere corpus mulieris, & iurè liberari, & non per uerba & deprecationē, uobis, ſi poſſint, deceptis, abſolui, cum ego eum ſæpe ꝓuocarim, & mulierē poſtularim, & tum & poſt iudiciū recipere uoluerim: & cum ego mulctā eis ſoluerem, & in eo iudicio quo Theophemū uerberationis accuſabam, & in inqſitione falſi teſtimoniȷ̄: cumq́; iſti diſsimularent, & cū uerbo falſa teſtificarent, reuera mulierem non traderent. Satis.n.uidebant fore palā, ſi ea torqueretur, ſe nō affectos eſſe, ſed affeciſſe iniuriȷ̄s. Quę ut à me uerè dici conſtet, teſtimonia uobis recitabuntur. TESTIMONIA. Mihi igitur ſæpe ꝓuocanti & poſtulanti mulierē, deditā eſſe, à nemine è teſtibus audiuiſtis. Iam uobis ēt ſigna oſtendam, qbus cognoſcetis, iſtos falſa eſſe teſtificatos. Si uera eſſent ea q̄ Theophemum iſti obtuliſſe dicunt, & corpus mulieris tradidiſſe: non duos modò teſtes feciſſet, affinē & fratrem, qui ea teſtarentur, ſed et alios multos. Arbitrium.n.in Heliæa factum eſt. nam qui Oeneiæ & Erechtheiæ tribui arbitrantur, ibi ſedent. In talibus autē prouocationibus, cum aliquis hoīem adductum tradit, multi circumſiſtunt, auſcultantes qd dicatur. Quare teſtes eis non defuiſſent, ſi teſtimoniū ex ulla parte uerum eſſet. In eodē porrò, Iudices, teſtimonio dixerūt, me diſferre noluiſſe: Theophemum aūt id iuſsiſſe, ut mihi mulierem traderet. Ego ueró id non eſſe uerū, uos docebo. Si.n.ego id à Theophemo poſtulaui, quod iſti ei teſtificati ſunt, petens ut mulierē mihi traderet: iure ad eum mihi modum reſpondiſſet, differre iubens arbitriū, uſq; in alterum conuentū, ut adduceret mulierem, mihiq́; traderet. Nunc teſtatus es Theopheme, te tradere uoluiſſe mulierem, me uerò eā recipere noluiſſe. Qui fit igit, ut tu ancillæ dn̄s, & eam conditionem mihi laturus, quā iſti tibi teſtificati ſunt, & ad mulierem confugiens, & me de iure ꝓuocaturus, cum nullū alium teſtē haberes, te à me eſſe uerberatū, per iniurias tibi manus afferēte: muliere adductā ad arbitrū, nō ueneris, & corpus mulieris p̄ſentis tra

II. Theophemum, ſi uera eſſent, quæ teſtes dixerint, plures fuiſſe teſtes adhibiturum.

III. Commētum de dilatione tradendæ mulieris.

diderís, qui quidem dñs eius eſſes? Obtuliſſe quidem te dicis, mulieré uerò nemo uidit, per quam iudices decepiſti, falſos teſtes producendo, te eã tradere uoluiſſe. Poſt quã igit̃ tibi tum mulier non adfuit, ſed prius echini obſignati fuerunt: eſt'ne quò uel in forũ, uel iudicium uſq; mulierem perduxeris? Si.n. ea tum tibi non præſtò fuit: poſt utiq; tradenda fuit, & teſtes faciẽdi, te uoluiſſe rem è muliere certò cognoſci, quemadmodũ ꝓuocaras, cum & prouocationem inieceris, & teſtimonium, te tradere mulierem uoluiſſe. Iam, cauſam acturus, uſquam'ne mulierem introduxiſti in ꝑtorium? Atq; oportebat eũ, ſi uera eſſent, quæ eum obtuliſſe dicunt, in ſortitione iudiciorum, adducta muliere, adhibitoq; præcone, iubere me, ſi qõnem habere de ea uellem, & iudices ingredientes teſtes facere, ſe eã uelle tradere. Nunc ſuco uerbis facto, falſis teſtimonijs productis: ne nunc qdem audet tradere mulierẽ, ſæpenumero a' me ꝓuocatus & poſtulatus, ut uobis teſtes, qui interfuere, dixerunt. Age recita mihi denuò teſtimonia. TESTIMONIA. Enarrabo autẽ uobis, Iudices, unde mihi controuerſia cũ Theophemo ſit orta: ut ſciatis, non me ſolũ iniquo per eum iudicio circũuentũ, deceptis iudicibus, ſed & ſenatũ quingentorũ, eadem ſententia eſſe condemnatũ, autoritatẽ ereptã & iudicijs ueſtris, & decretis, & legibus, et magiſtratibus ueſtris fidẽ eſſe abrogatam, & literis in pillas relatis. Quo autẽ pacto, id ego uos ſingulatim edocebo. Mihi cum Theophemo, dũ uixi, prius nihil unquã commercij fuit, nulla cõmeſſatio, nullus amor, aut cõpotatio, ut uel iniuria aliqua iratus, uel uoluptate aliqua impulſus, eius ædes inuaderẽ. Sed decretis ueſtris, populo & ſenatu & lege mãdantibus, exegi ab eo naualia inſtrumenta, quæ reipublicæ debebat. Quamobrẽ autem, ego uobis narrabo. Accidit, ut triremes hinc ſoluerẽt, & auxilia celeriter mitterent, armamenta aũt in nauali deeſſent nauibus: eaque hñtes, ij qui debebant, non redderent. Ad hæc nec in Piræeo erat copia linteorum & ſtuppę, & rudentum, quibus rebus nauis inſtruitur, ut emi poſſent. Chæredemus igit̃ hoc ſenatuſconſultũ ſcribit, ut armamẽta nauiũ exigerent, & ſarta tecta redderentur reipub. Age recita

Narratio unde controuerſia cum Theophemo ſit orta

Lex de exigẽdis armamentis.

mihi decretũ. DECRETVM. Hoc igitur decretó facto, magiſtratus iuſſit: & tradidit eos quaſa deberent, reipublicæ. At naualiũ curatores, triremiũ pfectis, ijs q tũ nauibus abituri erant, & curatoribus in claſſibus. Lex uerò Periandri cogebat & mãdabat, ut eos q deberent armamẽta reciperemus, q̃ lege claſſes deſignatę erãt. Ad hæc aliud plebiſcitũ cogebat, ut nobis p portione mãdaret, ut à ſingulis q deberent, exigeremus. Accidit aũt, ut ego triremi pfectus, & claſſis curator eſſem, & Demochares Pæaniẽſis in mea claſſe deberet armamẽta reipublicę cũ Theophemo iſto, cuius i pfectura nauali collega fuerat. Quos utroſq; cũ in pila inſcriptos, ut reipublicę debẽtes armamenta, magiſtratus accepiſſet à priori magiſtratu, nobis tradidit, ut & lex & decreta mãdabant. Eos igitur mihi neceſſe fuit accipere. Nã cũ ſuperiorib⁹ tẽporibus multas triremes uobis inſtruxerim, nunq̃ è nauali armamẽta ſumpſi ſed ipſe priuatim, quoties opus fuit, cõparaui, ut cũ republica mihi q̃ minimũ negocij eſſet. Tũ uerò & decretis, & legibus accipere cogebar. Vt aũt hæc à me uerè dici cõſtet, & teſtes horũ uobis, & decretũ, & legẽ exhibebo. Deinde magiſtratũ ipſum, q & puinciam tradidit, & in iudicium introduxit. Deinde claſſis eius cõſortes, cuius ego curator & pfectus fui. Age lege. LEX. DECRETVM. TESTIMONIA. Mihi igitur omnino neceſſe fuiſſe, ſuſcipere eos q reipublicæ debebãt, & è lege auditis, & è decretis. Me etiã accepiſſe à magiſtratu, is q eos mihi tradidit, teſtificatus eſt. Proinde par eſt, Iudices, ut uos ab initio conſideretis: primũ egóne iniurius fuerim, q cogebar uaſa exigere à Theophemo: an Theophemus, q armamẽta reipublicæ lõgo tẽpore debita, nõ reddebat? Quòd ſi ſingula ſpectabitis, inuenietis Theophemũ in oibus iniurium, & hæc nõ à me ſolũ uerbis explicata, ſed & ſenatus & iudicij ſuffragio decreta. Poſtq̃ enim eũ accepi à magiſtratu, aggreſſus eũ, primũ uaſa poſtulabã. Quo facto, cũ ille nihil redderet, & ego eum poſtea obuium prope Mercurialẽ ſtatuam, q̃ ad portã eſt, habuiſſem: eũ citaui, & ad claſſis pfectos, & ad naualiũ curatores. illi. n. tũ diſceptationes de armamentis in iudiciũ introducebãt. Vt aũt me uera dicere cõſtet, horũ uo-

Neceſſe fuiſſe accuſatori exigere debitũ à Theophemo.

Accuſatorem nihil egiſſe p iniuriam.

bis teſtes uiatores exhibebo. TESTES. Eum igitur à me fuiſſe citatũ, uiatores teſtificati ſunt: eũ porrò & in iudiciũ eſſe introductũ, oſtendit claſſis pfectorũ, & magiſtratus teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Quę igitur mihi negocia faceſſiturũ putabã, Democharẽ Pæanienſem: is, priuſquã in iudiciũ introduceretur, moleſtus erat: poſtq̃ uerò introductus & dãnatus fuit, reddidit ſuã armamentorũ partẽ. Quę uerò nunc eò improbitatis uenturũ putabã, ut armamẽtis defraudare rẽpub. auderet: eò uſq; contentionib⁹ & uexationib⁹ pceſſit, & cũ adeſſet ad prætorium cũ introduceret, nuſquã quicquã cõtradixit in iudicio, neq; cuiquã litem mouit, neq; quenquã aliũ habere uaſa aſſeruit: neq; ea ſe reddere oportere negauit, ſed cõtra ſe ferri ſententiã paſſus eſt. Poſtquã uerò è ptorio deſcẽderat, nihilo magis reddebat: ſed putabat ſi ſe ſubduxiſſet donec ego cũ nauib⁹ abiſſem, & ſe in pſentia quietum fore, & morã interceſſurã, & me, q̃ ipſe debebat armamẽta, coactũ iri huc reuerſum reipublicę reddere, aut ſucceſſori, q è claſſe nauẽ eam ſortiretur. Quid.n. contra illum dicere potuiſſem, decretis & legibus oſtendẽrem, debere me armamenta exhibere? Theophemus autem interiecta mora, ſi poſtulaſſem, dicturus fuit: ſe reddidiſſe, & his ſignis redditionis abuſurus, tẽporibus & neceſſitate, neq; me uel ſtultũ, uel ſibi unquã amicũ fuiſſe, ut illam intercedere morã, quũ & triremẽ reipublicę inſtruerẽ, & claſſis eſſem curator, & talia decreta facta eſſent, & lex lata de exigẽdo, ſua cauſa paſſus eſſem. Hoc cõſilio Theophemus, tum quidem armamẽta nõ reddebat, ſed ſe ſubduxerat: pòſt autẽ, fraudaturũ putabat. Adhæc ad iuſiurandũ cõfugiens, facile peieraturus fuit, id quod & aliĳs fecit. Mira.n. eius auaritia eſt, & rapacitas in cõtractibus, ut ego uobis re ipſa demonſtrabo. Cũ.n. hæc armamẽta deberet reipublicæ Theophemus, ad Aphareum uerbis referebat, re uera autẽ in iudicium eũ nõ uocabat: ſatis ſciens ſe mẽdacĳ conuictum iri, ſi in iudicium ueniſſet. Aphareus.n. oſtendebat, eum æſtimaſſe pcium armamẽtorũ, & recepiſſe, cũ triremis pfecturam ſubiret. nunc autẽ ſe Democharι tradidiſſe dicit, & pueros Democharis in iudicio exagitat, Demochare mortuo. ſed

Conſiliũ Theophemi indiſferenda ſolutione.

Improbitas Theophemi.

uiuentẽ Democharẽ non in ius uocauit Theophemus, me armamẽta ab eo poſtulante:ſed morę interponendę cauſam q̃rens,armamẽtis fraudare rẽpublicam inſtituit. Vt autẽ uera me dicere cõſtet,teſtimonia uobis legẽtur. TESTIMONIA. Hæc cum ego omnia cogitarem,& audirem ex ĳs quibus cũ Theophemo res fuerat,quo eſſet in controuerſijs ingenio,& armamenta ab eo nõ reciperem:acceſſi & ad claſſis p̃fectos.& ad ſenatum & ad populum,conquerens nõ reddere mihi armamenta Theophemum,quę iudicio uictus deberet:accedebant,& alĳ triremium p̃fecti ad ſenatũ,qui à debentibus armamẽta nõ accipiebant:& multis uerbis factis,ſenatus nobis decreto reſpõdet,quod uobis recitabitur: ut,quocũq; modo poſſemus,exigeremus. DECRETVM. Facto hoc decreto in ſenatu,nemineq́; accuſante uiolatarũ legũ,ſed rato manente:aggreſſus Euergũ Theophemi fratrẽ,poſtquã Theophemum uidere non poteram,allato decreto, primũ repetĳ armamenta,iuſſiq́; Theophemo renũciare. Deinde interiectis diebus aliquot, ut armamenta nõ reddebat,ſed me deridebat,teſtibus adhibitis ex eo q̃rebam,utrũ partitus eſſet cum fratre,an uerò cõmunes facultates haberent? Reſpondente Euergo,partitum eſſe, atq; ſeorſim habitare Theophemũ, ſe uerò apud patrẽ: ſciſcitatus,ubi habitaret Theophemus,accepto à magiſtratu miniſtro,ad ædes Theophemi acceſſi. Quo domi nõ inuento,iuſſi mulierẽ,q̃ fores pulſanti reſpõderat,accerſere eũ ubicunq; eſſet,eam,quã iſti teſtificati ſunt,obtuliſſe Theophemum,& ad q̃ſtionem dare uoluiſſe: ego uerò ab eis obtinere nõ poſſum, ut uos ueritatẽ audiatis, uter prior per iniuriam alteri manus attulerit. Vt autem uenit Theophemus,accerſitus à muliere, poſtulo ab eo deſcriptionẽ armamentorũ: dicens,me iam in eo eſſe,ut ſoluerem.& oſtendo ei ſenatuſconſultum. Quæ dicente me,cum nihil redderet,ſed minitaretur,& conuicia diceret:iubeo puerũ uocare,ſi quos ciuium uideret p̃tereuntes de uia, ut mihi teſtes eorũ eſſent q̃ dicerent, denuoq́; poſtulo à Theophemo,ut uel ipſe me ad claſſis p̃fectos ſequeretur,& ad ſenatum:& ſi ſe debere quicquam negaret,illis id perſuaderet,qui debentes traderent,& nos

Pignora capta.

Conflictus.

cogerent ad exigendum:uel armamēta redderet. Alioqui me pignora capturū iuſſu & legū,& decretorꝝ. Cū uerò ipſe mihil æqui præſtare uellet: ducebam mulierem illam in ianua ſtantem,quę eum accerſierat. Quam cum Theophemus mihi eriperet: tum ego muliere omiſſa,in ædes ingredior. Aperta enim erat ianua,poſtq̃ exierat Theophemus,& ingreſſurus erat,& audieram nō habere uxorem. Ingreſſo autem mihi colaphum impingit in os,Theophemus. Ego uerò teſtatus eos qui aderāt, me defendo. An autem uera dicam, & prior per iniuriam Theophemus mihi manus attulerit:nō alio argumento cognoſcendum eſſe reor, q̃ è muliere,quā teſtes dixerūt Theophemum uoluiſſe tradere. Eo teſtimonio nitens, prior ingreſſus,nō excipiente me,neq; iudicium differente,q̄ prius etiam eæ res in alio iudicio mihi nocuerant:decepit iudices,dicēdo,quos ego produxiſſem teſtes,eos falſa teſtari, mulierem autem q̄ſtionibus habitis uera dicturam. Quibus autem uerbis tum abutebantur,ijs contraria facere nunc non dubitant. Mulierem.n.ſæpe iam poſtulatam,extorquere nō poſſum,ut è teſtibus audiuiſtis. Quoniam igitur mulierem non tradunt,quā ſemetipſos obtuliſſe dicunt:uolo uobis & teſtes exhibere: q me priorem uerberatum uiderunt à Theophemo. Ea uerò uerberatio eſt,ſi quis prior per iniuriam alteri manus attulerit, præſertim & legis,& decretorum ueſtrorꝝ autoritate exigenti. Age lege mihi & decreta,& teſtimonia. DECRETA. TESTIMONIA. Cū autem erepta mihi eſſent pignora á Theophemo,& ego uerberib⁹ affectus: progreſſus in ſenatū,& uerbera oſtēdi, & q̄ perpeſſus eſſem,narraui,idq́; exigendis reipublicę armamētis. Indignatus ſenatus ob ea q̄ mihi acciderant,& me ut affectus eſſem,conſpicatus,atq; exiſtimans factam eſſe contumeliam,nō mihi,ſed ſibi ipſi,& populo decreti autori,& legi q̄ exigere armamēta coegiſſet:mihi mandauit, ut eum maieſtatis accuſarē, & ut ſenatus ei dictaret iudicium intra biduum,ut iniurio,& naualem expeditionem impedienti, propterea q̄ & armamenta nō redderet,& pignora eripuiſſet,& me qui exigebā,& reipublicę inſeruiebā,uerberib⁹ affeciſſet. Facto igitur de Theo-

Theophemus damnatus à ſenatu.

phemo iudicio in ſenatu ea actione, qua ego eum detuleram, & utriq; data dicendi poteſtate, & occultè ſeorſim decernentibus ſenatoribus, dãnatus eſt in curia, & iniuſtè feciſſe uiſus: & cũ iam in eo ſenatus eſſet, ut decerneret, utrum eum iudicio traderet, an quingentis drachmis mulctaret: orantibus iſtis omnibus & ſupplicantibus, & quem nõ deprecatorem ſubornantibus, & deſcriptionem armamentorũ reddentibus ſtatim in ſenatu, & de uerberibus ſe arbitrũ ſumpturos dicentibus. quẽ iubere Athenienſium: cõceſſi, ut Theophemo lis uigintiquinq; drachmis æſtimaretur. Quæ ut uerè à me dici conſtet, tũ uos rogo, qui prætore Agathocle in ſenatum itaſtis, ut aſſidentibus dicatis: tum quoſcunq; ex illis ſenatoribus ego reperire potui, teſtes uobis producam. TESTIMONIA. Ego igitur, Iudices, adeò æquus in iſtos fui, quanq; decretum publicari facultates iubebat, non eius modò qui armamenta publica nõ redderet, ſed eius etiam qui priuata ſua uenderet. Tali tum penuria laborabat. Age lege mihi decretum. DECRETVM. Reuerſus, Iudices, ut nemini rem permittere Theophemus uoluit: eum in ius uocaui, & accuſaui uerberationis. Cum uerò & ipſe mihi uiciſſim diem dixiſſet, & arbitri iudicia haberent: quum de cauſa pronunciandum eſſet, Theophemus excipiebat & differebat. Ego uerò fretus innocentia mea, ad uos ingrediebar. Ille autẽ exhibito teſtimonio, quod nemo alius dixerat, niſi frater & gener, uoluiſſe eum tradere mulierem, ſimplicitatemq; ſimulans, decepit iudices. Rem autẽ iuſtam à uobis precor, ut ſimul & de teſtimonio pronuncietis, uerum'ne an falſum ſit, ſimul etiam rem ipſam de integro conſideretis. Ac ego quidẽ ad quę iura tũ ille confugit, ex ĳs nunc de ueritate cauſę ſtatuendum eſſe cenſeo, habenda de muliere q̃ſtione, uter prior per iniuriam alteri manus attulerit. (ea enim eſt uerberatio) & teſtes propterea falſi teſtimonĳ dicti reos ago, q̃ teſtificati ſunt, Theophemum tradere uoluiſſe mulierẽ: cum corpus nuſquam traderet, neque primũ apud arbitrum, neque poſtea ſæpe à me poſtulatum. Duplex igitur eis pœna luenda eſſet, tum quòd Iudices deceperunt, falſis teſtimonĳs exhibitis affinis & fratris; tum q̃ mihi

Aequitas accuſatoris.

Confirmatio accuſatoris.

iniuriam fecerunt,uobis ſeduló inſeruienti, & mandata exequenti,& legibus, et decretis ueſtris obtemperanti. Et ut conſtet non me ſolum accepiſſe hoc munus à repu blica,ut ab iſto armamenta quæ deberet, repoſcerem, ſed & alios triremium pręfectos ab alijs,quos in manda tis acceperant exegiſſe: lege mihi eorum teſtimonia. TESTIMONIA. Narrabo uobis etiã, Iudices, quo pacto ab eis tractatus ſim. Poſtquam iudicio eo uictus ab eo fui, propter quod teſtes iſtos falſi teſtimonij dicti reos ago, conueni Theophemum,cum iam præfiniti mihi temporis finis inſtaret:& precatus ſum, ut mihi paruam morã largiretur,dicens,id quod uerum erat, conquiſito argento, quod ei numeraturus erã, accidiſſe, ut mihi triremis inſtruenda, & feſtinanter mittenda eſſet: & Alcinũ imperatorem iubere,ut nauis ſolueret. Me igitur argento in eum uſum conquiſito,ut Theophemo numerarẽ, eo eſſe abuſum. Rogabam aũt eum,ut terminũ mihi differret eó uſque dum nauem ablegaſſem. Is uerò mihi expeditè & ſimpliciter reſpondet: Nihil uetat,inquit:ſed ubi nauẽ ablegaueris,ſatisfacito & mihi. Quæ cũ mihi Theophemus reſpondiſſet,& dictã diem differret, & ego maximè fretus eſſem,& teſtium reuictione,& ipſius tradẽdæ mulieris recuſatione, ut qui nihil noui de mea cauſa inſtituiſſet:ego triremi ablegata,nõ multis diebus póſt, argento comparato,conueni eum,& iuſſi,ut me ad menſam ſequeretur ad mulctam recipiendam. Vt autẽ hæc uerè à me dici conſtet,harum rerum teſtimonia uobis recitabũtur. TESTIMONIA. Theophemus aũt adeò nõ ſecutus eſt ad menſam,aut mulctam recepit,ut quinquaginta meas oues paſcentes, * intonſas, & opilionẽ unà cum eis,& quicquid ad gregem pertinet,arripuerit. Deinde puerum miniſtrum,hydriam æream reportãtem,accõmodató acceptam,magni precij. neque hæc eis abſtuliſſe ſatis fuit,ſed in prędium ingreſſi, (agros aũt colo ad circum equeſtrem, ibique habito à prima adoleſcẽtia) primũ in famulos impetum fecerunt. Vt uerò illi diffugerũt, atque alius aliò ſe contulit,ingreſſi ædes,& deiecta ianua quæ in hortum fert, Euergus iſte frater Theophemi, & Mneſibulus affinis eius, à quibus nullo eram iudicio ui-

Acerbitas Theophemi in exigenda mulcta.

μαλακά, molles.

Direptio ædiũ

ctus, quibuſq; non fas fuit quicquam meum attingere, ingreſſi ad uxorem meam & liberos extulerunt, quicquid inſtrumenti mihi fuit reliquum in ædibus. putabãt enim ſe non modò tantillam, ſed longe inſtructiorem ſupellectilem domi meę reperturos: ſed propter obita munera, & tributa, & ueſtri ſtudium, alia oppignerata, alia diuẽdita erant: quæ uerò adhuc reſtabant, ijs abreptis omnibus abierunt. Præterea, Iudices, uxor mea cum liberis in aula prandebat, & cum ipſa q̃dam quæ nutrix mea fuerat, magno natu mulier, beneuola & fida, & libertate donata à patre meo. nupſerat aũt adepta libertatẽ: & marito mortuo, qđ & uetula erat, & à quo aleretur neminem habebat, ipſa ad me redierat. Ea igitur ad egeſtatem redacta, quæ & nutrix & educatrix mea fuerat, nullo modo mihi negligenda fuit. Simul etiam triremi præfectus abiturus eram. Quare et uxori meæ gratum erat, ſibi talem à me cuſtodem ædium relinqui. Cum autẽ in aula pranderent, atq; iſti irruerent, atq; eas deprehẽderent, & uaſa diriperẽt: aliæ quidem ancillę (in turri enim erant, ubi diuerſantur) clamore audito, turrim occludũt, atq; illuc ingreſſi nõ ſunt, ſed è cęteris conclauibus uaſa efferebant. Vetante aũt uxore, ne ea tangerent, & dicẽte ob dotem ſibi eſſe oppignerata, & oues eos habere quinquaginta, & opilionem, maioris precij q̃ quanti eſſem damnatus: (uicinus enim quidam eis id nunciarat, pulſata ianua) præterea argentum eis dicebat in menſa eſſe poſitum (id enim ex me audierat) ac ſi expectaueritis, inquit, aut ueſtrum aliquis inde petierit, ſtatim accepto argento abibitis. Vaſa aũt relinquite, et nihil meum auferte, pręſertim cum habeatis quanti mulcta eſt. Hæc dicente uxore, tantum abfuit ut deſiſterent, ut & nutrici quę cymbium ſibi appoſitũ, è quo potabat, acceperat, & in ſinum reconderat, ne id iſti auferrẽt, poſtq̃ eos intus eſſe uidit: re animaduerſa, ſic tractarint inter eripiendum cymbiũ, Theophemus & Euergus, frater eius iſte, ut & brachia & manus mulieris ſanguine ſuffunderentur, dum retorquẽtur, dumq; uexatur ab iſtis, poculum eripientibus, & notas unguium in collo, dum ei iugulũ comprimunt, & liuidum pectus haberet: eoq; improbi-

Nutrix accuſatoris.

Vxor accuſatoris.

Nutrix male mulctata à Theophemo.

iniuriam fecerunt,uobis ſedulò inſeruienti, & mandata exequenti,& legibus, et decretis ueſtris obtemperanti. Et ut conſtet non me ſolum accepiſſe hoc munus à repu blica,ut ab iſto armamenta quæ deberet, repoſcerem, ſed & alios triremium pręfectos ab alijs,quos in manda tis acceperant exegiſſe: lege mihi eorꝫ teſtimonia. TESTIMONIA. Narrabo uobis etiã, Iudices, quo pacto ab eis tractatus ſim. Poſtq̃ꝫ iudicio eo uictus ab eo fui, propter quod teſtes iſtos falſi teſtimonij dicti reos ago, conueni Theophemum,cum iam præfiniti mihi tempo ris finis inſtaret:& precatus ſum, ut mihi paruam morã largiretur,dicens,id quod uerum erat, conquiſito argen to, quod ei numeraturus erã, accidiſſe, ut mihi triremis inſtruenda, & feſtinanter mittenda eſſet: & Alcinũ imperatorem iubere,ut nauis ſolueret. Me igitur argento in eum uſum conquiſito,ut Theophemo numerarẽ, eo eſſe abuſum. Rogabam aũt eum,ut terminũ mihi differret eò uſq; dum nauem ablegaſſem. Is uerò mihi expedi tè & ſimpliciter reſpondet: Nihil uetat,inquit: ſed ubi nauẽ ablegaueris,ſatisfacito & mihi. Quæ cũ mihi Theophemus reſpondiſſet,& dictã diem differret, & ego ma ximè fretus eſſem,& teſtium reuictione,& ipſius tradẽdæ mulieris recuſatione, ut qui nihil noui de mea cauſa inſtituiſſet: ego triremi ablegata,nõ multis diebus pòſt, argento comparato,conueni eum,& iuſſi,ut me ad menſam ſequeretur ad mulctam recipiendam. Vt autẽ hæc uerè à me dici conſtet,harꝫ rerum teſtimonia uobis reci tabũtur. TESTIMONIA. Theophemus aũt adeò nõ ſecutus eſt ad menſam,aut mulctam recepit,ut qnquaginta meas oues paſcentes, * intonſas, & opilionẽ unà cum eis,& quicqd ad gregem pertinet,arripuerit. Deinde puerum miniſtrum,hydriam æream reportãtem,ac cõmodatò acceptam,magni precij. neq; hæc eis abſtuliſſe ſatis fuit,ſed in pręedium ingreſſi, (agros aũt colo ad circum equeſtrem, ibiq́; habito à prima adoleſcẽtia) pri mũ in famulos impetum fecerunt. Vt uerò illi diffugerũt, atq; alius aliò ſe contulit,ingreſſi ædes,& deiecta ianua quæ in hortum fert, Euergus iſte frater Theophemi, & Mneſibulus affinis eius, à quibus nullo eram iudicio ui-

Acerbitas Theophemi in exigenda mulcta.

μαλακὰ, molles.

Direptio ædiũ

ctus, quibuſq; non fas fuit qcquam meum attingere, ingreſſi ad uxorem meam & liberos extulerunt, quicquid inſtrumenti mihi fuit reliquum in ædibus. putabãt enim ſe non modò tantillam, ſed longe inſtructiorem ſupelle-ctilem domi meę reperturos: ſed propter obita munera, & tributa, & ueſtri ſtudium, alia oppignerata, alia diuẽdita erant: quæ uerò adhuc reſtabant, ĳs abreptis omnibus abierunt. Præterea, Iudices, uxor mea cum liberis in aula prandebat, & cum ipſa q̃dam quæ nutrix mea fuerat, magno natu mulier, beneuola & fida, & libertate donata à patre meo. nupſerat aũt adepta libertatẽ: & marito mortuo, qd̃ & uetula erat, & à quo aleretur neminem habebat, ipſa ad me redierat. Ea igitur ad egeſtatem redacta, quæ & nutrix & educatrix mea fuerat, nullo modo mihi negligenda fuit. Simul etiam triremi præfectus abiturus eram. Quare et uxori meæ gratum erat, ſibi talem à me cuſtodem ædium relinqui. Cum autẽ in aula pranderent, atq; iſti irruerent, atq; eas deprenhẽderent, & uaſa diriperẽt: aliæ quidem ancillę (in turri enim erant, ubi diuerſantur) clamore audito, turrim occludũt, atq; illuc ingreſſi nõ ſunt, ſed è cęteris conclauibus uaſa efferebant. Vetante aũt uxore, ne ea tangerent, & dicẽte ob dotem ſibi eſſe oppignerata, & oues eos habere quinquaginta, & opilionem, maioris precĳ q̃ quanti eſſem damnatus: (uicinus enim quidam eis id nunciarat, pulſata ianua) præterea argentum eis dicebat in menſa eſſe poſitum (id enim ex me audierat) ac ſi expectaueritis, inquit, aut ueſtrum aliquis inde petierit, ſtatim accepto argento abibitis. Vaſa aũt relinquite, et nihil meum auferte, pręſertim cum habeatis quanti mulcta eſt. Hæc dicente uxore, tantum abfuit ut deſiſterent, ut & nutrici quę cymbium ſibi appoſitũ, è quo potabat, acceperat, & in ſinum reconderat, ne id iſti auferrẽt, poſtq; eos intus eſſe uidit: re animaduerſa, ſic tractarint inter eripiendum cymbiũ, Theophemus & Euergus, frater eius iſte, ut & brachia & manus mulieris ſanguine ſuffunderentur, dum retorquẽtur, dumq; uexatur ab iſtis, poculum eripientibus, & notas unguium in collo, dum ei iugulũ comprimunt, & liuidum pectus haberet: eoq; improbi-

Nutrix accuſatoris.

Vxor accuſatoris.

Nutrix male mulctata à Theophemo.

tatis uenerunt, ut anum & iugulare & uerberare nõ deſtiterint, donec ei poculum è ſinu eripuiſſent. Famuli autem uicinorum audito clamore, measq́; ædes diripi uidentes, alij è ſuis tectis uocabant prætereuntes, alij etiam in aliam uiam egreſſi, & Hagnophilum prætereuntem conſpicati, iuſſerũt accedere. Hagnophilus à famulo Anthemionis accerſitus, q mihi uicinus eſt, acceſſit, ac in ædes quidem ingreſſus non eſt, (id enim abſente domino nefas putabat) ſed in Anthemionis prædio ſtans, uidit & ſupellectilem efferri, & Euergũ & Theophemũ è meis ædibus egredi. Neq; uerò Iudices, abreptis duntaxat uaſis meis abibant: ſed & filium abducebant tanq; ſeruũ: donec unus è uicinis Hermogenes, obuiam eis factus, dixit, filium eſſe meum. Hæc ut à me uerè dici conſtet, teſtimonia uobis legentur. TESTIMONIA. Vt autem ea quæ acciderant, in Piræeum mihi à uicinis nũciata ſunt, profectus in agrum, eos nõ amplius inuenio: ſed cum uidiſſem, quicquid in ædibus habuiſſem exportatum, & anum, ut erat affecta, & ab uxore audiſſem quę facta eſſent: Theophemum poſtridiè mane cõueni in urbe teſtibus adductis, eumq́; primũ iuſſi mulctam recipere, & ſequi ad menſam. Deinde curare mulierem quam laceraſſent, et medicum introducere quem ipſi uellent. Hęc me dicente, & teſtificante: illi multis conuicijs mihi dictis, Theophemus ægrè ſequebatur tergiuerſans, & dictitãs, ſe quoq; teſtes aliquos adhibiturum (id uerò dicebat dolo, ut mora intercederet.) Euergus aũt iſte ſtatim ex urbe cum alijs ſui ſimilibus in agrum egreſſus, reliquũ inſtrumentum, ſi qua fortè pridiè in turri, & non prolata: poſtq; uerò ego ueneram, propter neceſſitatẽ deprompta fuerãt: amota ianua, quam & pridie collabefecerat, male ſtante, abrepta mea ſupellectile, abijt, is à quo et iudicio uictus non eram, & cum quo nihil mihi commercij interceſſerat. Satiſfaciente aũt me Theophemo, cui debueram mulctam: cum ſoluiſſem multis teſtibus præſentibus mille, centum, & tres drachmas, & duos obolos pœnam: & triginta ſportulas. (nam cæterarum mulctarum nullam mihi irrogarat) acceptis igitur à me in mẽſa, mille trecentis tredecim drachmis, duobus obolis, uniuerſa

Solutio mulctæ.

ſumma, repoſcente me & oues & mancipia & uaſa quę mihi eripuerat: redditurū ſe negauit, niſi quis et ſe & ſuos patronos omni crimine, teſtes falſi teſtimonij actione li beraret. Quæ cum ille reſpōdiſſet, ſtatim eos qui aderāt, teſtes feci reſponſionis, & iudicatum ſolui, et dilatorem oportere eſſe me non putaui Euergum aūt ignorabā ingreſſum fuiſſe in ædes meas eo die: ſed mox iudicatū ſolutum erat: & habebat Theophemus oues, & mācipia, & ſupellectilia, quę pridie ſuperfuerant. & nuncius mihi uenit lapicida quidam, qui propinquum monumentum expoliebat, denuò abire Euergum, reliquo inſtrumento ex ædibus meis exportato, cum quo nihil mihi negocij fuit. Vt igitur me uera dicere cōſtet, & eos pridie mea pi gnora cepiſſe, & rurſus eodem die in ædes ingreſſos fuiſ ſe, me uerò poſtridie ſoluiſſe iudicatum, & argentum eis numeraſſe, (qui enim, niſi & coactum fuiſſet, & eis denū ciaſſem, ſtatim recepiſſent?) harū rerum teſtimonia uobis recitabuntur. TESTIMONIA. Poſtq̃ autem ei denunciaram, Iudices, ut curaret anum, quam cōciderant, & medicos adducerent, neglexerūt, ego ipſe adduxi medicum, quo multos annos fueram uſus, qui curabat eam ægrotantem: & oſtendi quomodo affecta eſſet, teſtibus adductis. Cum uerò audiſſem è medico, grauiter eam laborare, ac deplorata eſſe ualetudine: rurſus alijs teſtibus adhibitis, eis oſtendi ut affecta eſſet: & iſtis denunciaui, ut eam curarēt. Sexto autem die poſtq̃ iſti in ædes ingreſſi erant, obiit nutrix mea. Vt aūt hęc uera eſſe cōſtet, teſtimonia uobis recitabuntur. TESTIMONIA. Ea defuncta iureconſultos adij, ut cognoſcerem, qd ea mihi de re faciendum eſſet, & eis omnem rem geſtam expoſui, & aduentum iſtorū & beneuolentiam mulieris, et ut eam in ædibus habuiſſem, & ut propter cymbium retētum obiiſſet. His iureconſulti auditis, me interrogarunt, utrum'ne mihi de iure duntaxat reſpōderi, an etiam con ſilium dari uellem? Me reſpōdente, utrumq̃: Proinde tibi & de iure, inquiunt, reſpondebimus, & utilia conſulemus. Primū, ut in efferendo funere haſtam adhibeas, & ad ſepulchrum proclames, ſi quis ei ſit cognatus. Deinde ut ſepulchrum ad triduum cuſtodias. Hęc tibi ſuade-

Nutricis obitus.

Reſponſum iureconſultorū, & conſilium.

Ritus expiandæ.

mus, quando ipſe non adfuiſti, ſed uxor duntaxat & liberi tui, aliiq́ teſtes tibi non ſunt: ut neminem nominatim cites, ſed ſontes et interfectores. Deinde ad regem ne deferas, neq; enim id lege tibi licet: cum è tua familia nō fuerit ea mulier, neq; ancilla, ſi ita eſt, ut tu dicis. Leges autē cognatis & dominis actionem dant. Proinde ſi ad Palladium iuraris, & ipſe, & uxor, & liberi, & tum uos, tum familiam deuoueritis: multi & peius de te exiſtimabūt, & ſi abſoluent, peieraſſe te putabūt: ſin reos peregeris, inuidia te onerabis. Sed facta & pro te, & pro familia expiatione, q̃ æquiſſimo animo ferto calamitatē. alibi aūt, ſicubi uoles, iniuriam ulciſceris. His ego ex iurecōſultis auditis, & inſpectis Draconis legibus in pila, cum amicis deliberabam, quid'nam eſſet agēdum. Qui cum ſuaderent, ut quæ ad expiationem ædiū pertinerent, agerem, & quæ iureconſulti mihi reſpōdiſſent: ita feci. iis uerò de rebus, quæ mihi porrò legibus non licebāt, quieui. Iubet enim lex, Iudices, ut cognati cædes perſequantur, uſq; ad ſobrinos: & in iureiurando cauetur, debere, & ſi ſeruus ſit interfectus, hos eoſdem cędem perſequi. Mihi uerò neq; genere quicq̃ coniuncta erat mulier, niſi quatenus nutrix mea fuerat, neq; etiam ancilla. manumiſſa enim à patre meo fuerat, & ſeorſim habitarat, & maritum habuerat. Mentiri aūt apud uos, & ipſe loco filii et uxoris iurare, nō auſus eſſem: ne tum quidem, ſi certò ſciſſem me iſtos peracturum eſſe reos. Neq; enim iſtos tantum odi, quantum meipſum diligo. Ne autē uerba mea duntaxat audiatis, ipſa uobis lex recitabit. LEX. Etſi aūt uos è multis ſignis deprehendere puto, falſum eſſe teſtimonium: id tamē ex eoꝝ factis, uel in primis animaduertitur. Iſti putabant, Iudices, me, ſi multa mihi pignora abſtuliſſent, cupidè liberaturū teſtes, falſi teſtimonii actione, ut pignora recuperarem: & poſtq̃ eum rogarā, ut diem mihi prorogaret: libens audiit, ut, ſi conſtituto tpe non ſoluiſſem, plurima ex ædibus mihi exportaret: proptereáq; ingenuè & promptè conceſſit, ut fides ei haberetur, & eius inſidiæ ne patefierent: exiſtimans, aliter fieri nō poſſe, ut teſtes actione falſi teſtimonii liberarentur, q̃ ſi me decepiſſet, & à me ad dictam diem mulcta

Calliditas Theophemi ad eludendā falſi teſtimonij actionē.

non

non ſolutâ, quàm plurima aſportaſſet. Non.n. ſe tantum inuenturum putarat, quantum abſtulerunt, ſed longè plura. ac reliquo tempore expectauit, tanquam celeriter ei argentum redditurus eſſem, ut ſub ipſam falſi teſtimonij actionem pignora mihi caperet. Poſtquam autẽ ei parui, & mulctam attuli, eam non recepit: ſed egreſſus, & ſupellectilia mea, & ſeruos & oues abſtulit. Colo autẽ ad circum equeſtrem, ut eum procul ire neceſſe non fuerit. Hæc uere à me dici, magno uobis illud argumento ſit, quòd poſtridie, quàm pignora ceperat, argentum mulctæ recepit: (enimuero, niſi id iam antea collectum habuiſſem, quo reddere ſtatim argentũ, mille trecẽtas tredecim drachmas, duos obolos, potuiſſem?) & pignora mihi non reddidit, ſed etiamnum ea tenet, ut eius qui ad diem dictam non ſoluerim. Vt autem conſtet me ad dictam ſoluiſſe diem, recita mihi teſtimonium & legem, quæ iubet rata eſſe, quæ alius cum alio pepigerit. Proinde nihil amplius utique de me quæri potuit. LEX. TESTIMONIVM.

Eum igitur conceſsiſſe, & diſtuliſſe diem, è teſtibus audiuiſtis: me autem inſtruxiſſe triremem, collega meus in præfectura, eſt teſtificatus, & inſtructã fuiſſe nauem imperatoriam Alcimacho. Proinde nihil amplius à me petere potuit propter dilatam ſolutionem, præſertim cum uellẽ ſoluere. Sed ingens eſt hominis auaritia atque cupiditas, tam minoribus quàm maioribus in rebus: & probè ſciebãt, ſi mulierem tradidiſſent, palàm fore, eos falſo me accuſaſſe. Sin non tradidiſſent, quam eum tradere uoluiſſe teſtificati fuerant, fore ut falſi teſtimonij dicti conuincerẽtur. Oro autem uos, Iudices, ſi quis eorum fortè qui tum ius dixerunt, hic adeſt, ut ijſdem utamini inſtitutis, quibus tum quoque: ac ſi teſtimonium tum fide dignum eſt uiſum, & me fugiſſe quo minus ueritas cognoſceretur ex muliere, putaſtis: cũ nunc iſti falſum dixiſſe teſtimoniũ conuincantur, & mulierẽ tradere recuſent, ut me iuuetis. *Peroratio.* Quod ſi mihi irati fuiſtis, quòd pignora capturus ad ædes Theophemi acceſsi: ut & iſtis nunc iraſcamini, quòd meas inuaſerunt. Atque ego legibus & decretis coactus, tñ caui, ne uel ad patrem iſtius ingrederer, uel ad matrem, uel quicquam quod fratris eius eſſet, auferrem: ſed eò ueni, *Collatio modeſtiæ ſuæ, cum importunitate. Theophemi.*

ubi ipſe Theophemus habitabat. quem cum domi non reperiſſem, nihil ex ædibus eripui, ſed acceſſi iuſsi, & præſente eo, non abſente, pignora cepi. quæ cum mihi eriperentur, amiſi: & ad ſenatum, legitimumq; magiſtratum abij: eoq; delato & damnato in ſenatu, ſatis eſſe duxi armamenta ſingula recipere: de uerberibus autem ſumpſi arbitrum, & mulctam ratam habui. Ego igitur me tam lenem in iſtos præbui: iſti uerò ita petulantes & importuni fuerunt, ut uxorem & liberos opprimerent, cum quidem oues & famulos abſtuliſſent: quæ pluris erant, quàm quanti me condemnarant. Cum porrò diem dictam diſtuliſſent, egoq; promiſiſſem, me, ut è teſtibus audiſtis, mulctam eis ſoluturum: & in ędes ingreſsi ſunt, & ſupellectilia exportarunt, & nutricem, ſenem mulierem, propter cymbiũ cõciderunt: & hæc omnia etiamnũ tenent, & nondũ reſtituunt, ſolutis à me mille trecẽtis tredecim drachmis, duobus obolis. Si qs autẽ eos tũ ignorauit, & ſimplices hoies & quietos eẽ putauit, teſtimonia uobis de eis q̃ teſtificati mihi ĳ ſunt, quos iſti iniurĳs affecerũt, recitabo. Nã ad ea enarranda, aqua mihi defutura eſſet: ut his omnibus cõſideratis, q̃ & à me & à teſtibus dicta ſunt, ita pronuncietis, ut ueſtra fides & iuriſiurandi religio poſtulat. Recita teſtimonia. TESTIMONIA.

ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA Olympiodorum dati damni.

Magnam rerum & caſuum uarietatem continet hæc oratio. Conõ, uir quidam Athenienſis, orbus decedit: de hæreditate inter eius cognatos oritur controuerſia. Calliſtratus, qui cauſam hanc agit, totam eã hæreditatem ad ſe pertinere dicit, qui ſit genere Cononi proximus. Sed in eo fortaſſe mentitur, & nudis uerbis abutitur. Olympiodorus autem, in quem hæc habetur oratio, & ipſe ab initio hæreditatem petijt, affinitate cum Calliſtrato coniunctus. Sororem enim Olympiodori Calliſtratus uxorem habuit. Viſum igitur eis fuit nõ litigare inter ſeſe, ſed ex æquo partiri defuncti facultates, quæ & in aperto erant, & in confeſſo. & cõmuniter occultas quærere, & de eis communiter agere omnia. Expectabant enim ſe de hæreditate controuerſiam habituros. Ea de re & pactionem confecerunt, et apud Androclidem quendam communem amicũ, depoſuerunt. Seruum autem Cononis Moſchionem, qui fidelis omnino ei fuiſſe putabatur, Olympiodorus capit, & in calumniam adductum de mille

drachmis Cononis ſurreptis, cum Calliſtrato torquet. Quod argentum, ut ſeruus confeſſus eſt, partitur id quoq; cum Calliſtrato ex æquo, ut conuenerat. Suſpicatus autem plus etiam argenti habere hominem, non iã adhibito Calliſtrato, ipſe torquet, & minas ſeptuaginta ſolus accipit. Circa hoc tempus & alĳ in hæreditatem Cononis agunt, & frater Calliſtrati Callipus, eodem patre natus. Communiter igitur de litibus deliberantes Olympiodorus & Calliſtratus, paciſcuntur, ut Olympiodorus totam hæreditatem, Calliſtratus ſemiſſem petat. Athenienſibus autem in Acarnaniam pfectis cum exercitu, abit & Olympiodorus: erat enim in catalogo. Cum uerò ſtata dies adeſſet, iudices, cum audiſſent militiã eſſe ptextũ, eorum actionem ſuſtulerunt. Quapropter ſe Calliſtratus, et ipſe aut actionem in ſemiſſem hæreditatis ex pacto omiſiſſe, quod omnia communiter fieri iuberet. Vt autem è militia redit Olympiodorus, iterato iudicio aduerſus uictores utitur, & ipſe, & Calliſtratus. id quod lege permiſſum erat. De hæreditate igitur quemadmodum initiò, diſceptant: hic de ſemiſſe, ille de aſſe. Priorem autem dicendi locum nactus Olympiodorus, euincit hæreditatem. Victoria igitur & tota hæreditate potitus, pacta nõ ſeruat ab initio facta, neq; ſemiſſem dat Calliſtrato. Is uerò ab eo repoſcit, & ſeptuaginta minarum à Moſchione extortatum ſemiſſem, et totius hæreditatis: pactis nitens, & aſſerens, ſe etiam in poſtremo iudicio colluſiſſe cum Olympiodoro, & ei conceſsiſſe, & ea dixiſſe quæ ille uellet, & falſos teſtes ſubornaſſe. Quod niſi communiter, & ex pacto inter ſe litigaſſent, facile ſe illum fuiſſe conuicturum, neq; permiſſurum ut Olympiodorus in iudicio uictoria potiretur.

DEMOSTHENIS IN OLYNPIODORVM DATI DAMNI ORATIO,

NEceſſariũ fortaſsis eſt, Iudices, ut q uerſari in foro neq; ſolent, neq; pñt, in iudiciũ ueniãt, ſi ab aliquo iniurĳs afficiunt: ab ĳs pſertim, à qbus eos uiolari minimè cõueniebat. id qđ mihi ẽt nũc uſuuenit. Quanq̃.n. Iudices, rixari cũ Olympiodoro, affine meo (eius.n. ſororẽ i matrimonio habeo) nõ uolo: magnis tñ eius iniurĳs cogor. Quòd ſi nulla iniuria laceſsitus, Iudices, ſed p calumniã & mẽdaciũ eũ accuſarẽ: aut cõtrouerſiã meis et Olympiodori familiarib. pmittere noluiſſẽ, aut ullã aliã æqtatẽ detrectaſſem: mihi credite, uehemẽter erubeſcerẽ, et me hoiem eẽ iprobũ

Aequitatem ſuam commẽdat.

exiſtimare. Nũc neq; paruis detrimẽtis ab Olympiodoro acceptis, neq; ſequeſtrũ ullũ fugiẽs, neq; ẽt, Iouẽ Optimum Maximum teſtor, ultrò, ſed quã inuitiſsimus, coactus ab iſto ſum, hoc ſubire iudicum. Quare uos omnes rogo, Iudices, ut noſtrũ utroq; audito, & ipſi cenſura rei ſuſcepta: in primis nos recõciliatos amittatis, & de utroque noſtrũ bene mereamini. Cuius uoti compotes ſi fieri nõ poteſtis, de cætero ei qui cauſam meliorem habet, ſuffragemini. Ac primũ teſtimonia recitabũtur, unde apparebit per me non eſſe factum, ut in iudicium ueniretur, ſed per iſtum ipſum. Recita teſtimonia. TESTIMONIA. Me igitur, Iudices, & ęquas & conuenientes Olympiodoro tuliſſe conditiones, teſtificati ĳ ſunt qui interfuerunt. Quum uerò ille prorſus æqui nihil admittere uoluerit, neceſſe eſt apud uos exponere, quibus afficiar ab Olympiodoro iniurĳs. Breuis autem ea erit oratio.

Petitio. *Narratio.*

Cononis obitus. Conon Halæenſis cognatus noſter fuit, Iudices. Is Conon ſine liberis deceſsit, cum omnino paruo tẽpore decubuiſſet, grandis natu cum moreretur. Ego poſtquam ſentiebam eum non poſſe euadere, accerſiui Olympiodorum iſtum ut adeſſet, unaq; nobiſcum curaret, quę decerent omnia. Olympiodorus igitur iſte, Iudices, ut ad me uenit, & ad ſororem ſuam, uxorem meam, unà nobiſcum omnia curat. Dum uerò nos hac cura occupamur,

Controuerſia. ex improuiſo ad me uerba facit Olympiodorus iſte, matrem quoq; ſuam cognatã eſſe Cononi defuncto: æquũ eſſe igitur, ut in partem uenires omniũ bonorũ, quæ Conon reliquiſſet. Ego uerò, Iudices, gnarus eum mentiri, et perfricare frontem inſtituere, q; nemo alius Cononi genere propior eſſet, quã ego: primùm quàm potui grauiſsimè ſum commotus & indignatus, ob impudentiam orationis. Deinde mecum ipſe reputans, me non tempeſtiuè iraſci, reſpondeo, defunctum ſepeliendum in præſentia, & alia iuſta ei perſoluenda eſſe. Quæ ubi omnia curata eſſent, tum inter nos uelle diſceptare. Ipſe, Iudices, concesſit hæc, rectè me dicere aſſenſus. Poſtquam autẽ reuerſi ſumus, iuſtis omnibus perſolutis: per ſilentium acceſſitis omnibus cognatis, inter nos diſſeruimus de iſtius poſtulatione. Iis uerò, Iudices, quæ inter nos de cõtro-

Tranſitio.

uerſijs noſtris diſſeruimus, commemorandis, quid aut uobis negocium faceſſam, aut meipſum defatigem? finem autem qui cōſecutus eſt, uos audire neceſſe eſt. Ego iſti iudex fui, & iſte mihi, ut uterq; noſtrū ſemiſſem acciperet eorum quæ Conon reliqſſet, neq; ullum deinceps eſſet diſsidium: & malui, Iudices, ultrò iſti impertiri potius, quàm experiri iudicio cum iſto affine meo, & moleſti aliquid dicere in eum, fratrem uxoris meæ, & auunculum meorum liberorum, & ab iſto audire conuicium aliquod. His omnibus cōſideratis, ceſsi ei. Poſtea pacta conſcripſimus inter nos omnibus de rebus, & ſanctum iuſiurandum alter alteri dedimus: nos omnino, quæ bona manifeſta eſſent, iuſtè diuiſuros, & neutrum meliori fore conditione, q̄ alterum, in ijs quæ Conon reliquiſſet, & cætera omnia communiter quæſituros & exacturos: inter nos deliberantes, quid quouis tempore facto eſſet opus. Suſpicabamur. n. Iudices, uẽturos etiam alios qui de Cononis hæreditate litigaturi eſſent, ut & fratrem meum eodem patre illum quidem, ſed matre non eadẽ natum, qui peregrè aberat. Quòd ſi quis alius controuerſiam nobis facere uellet, nos prohibere non poſſe: cum leges cuiuis dent petendi poteſtatem. Hæc igitur omnia prouidentes, pacta conſcripſimus, & fidem mutuo dedimus, ut neutri noſtrûm uel uolenti uel inuito liceret quicquam ſeorſim agere, ſed de communi conſilio & ſententia ageremus omnia. Et harum rerum teſtes fecimus primùm deos, quorum numen alter alteri iurauimus, & cognatos noſtros: deinde Androclidem Acharnenſem, apud quem pacta depoſuimus. Legam igitur uobis, Iudices, legem, qua pacta conſcripſimus inter nos, & teſtimonium eius qui pacta habet. Recita legem primùm.

Pactio.

LEX. Age lege & Androclidæ teſtimonium. TESTIMONIVM. Poſtquam fidem mutuo dedimus, & pactio apud Androclidẽ repoſita erat, duas ego partes feci, Iudices, ac altera pars erãt ędes in qbus habitarat ipſe Conō, & mācipia * Sanchyphantę: altera pars erãt aliæ ædes & mācipia Seplaſiarij. Si qd aūt argenti manifeſti reliquerat Conō, in mēſa Heraclidæ: id omne ferè inſumptum fuit in ſepulturā, et cętera funebria, & ędificationẽ

Diuiſio hæreditatis.

οἱ σακχυφάνται.

monumenti. Ego igitur factis duabus hiſce partibus, optionē Olympiodoro dedi, utram uellet eligendi: atq; is elegit ſeplaſiarios, & ædes, ego uerò accepi Sanchyphātas & ædes alteras. Et hæc ſunt q̄ uterq; noſtrū habuit. In parte autem iſtius Olympiodori, unus fuit è ſeplaſiarijs, quem ſibi fidiſſimum eſſe putabat Conon. Nomen homini eſt Moſchio. Is famulus norat cū cætera ferè Cononis omnia, tum ubi repoſitū argentū eſſet, q̄ domi habuerat Conon. Ac latuerat ſanè Cononem & prouectæ ætatis hominem, & illi fidem habentē, illum ſeruū Moſchionē argentū ſuffurari. Primū igitur ei ſuſtulerat mille drachmas, ſeorſim poſitas à reliquo argento. Deinde alias ſeptuaginta minas. & hæc eius facinora Conon non animaduerterat: idq; argentū omne homo in ſuapte poteſtate habebat. Non multo autem pòſt, Athenienſes, q̄ nos bona diuiſeramus, orta eſt ſuſpicio quædam de illo homine, reſq; animaduerti cœpit. Ex ea ſuſpicione, uiſum mihi fuit & iſti Olympiodoro, quęſtionem eſſe de homine habendā. Tum homo, Iudices, ipſe de ſe iudicium fecit, priuſquam torqueretur, ſe mille drachmas Cononi ſurripuiſſe, & apud ſe eſſe dixit quicquid conſumptū nō eſſet. De maiore autem argenti numero tum nihil omnino dicebat, & circiter ſexcētas drachmas reddit, & eius argentū quod homo ille reddebat rectè & iuſtè pro data mutuò fide, & ex pactis apud Androclidē ſitis: ſemiſſem ego accepi, ſemiſſem iſte Olympiodorus. Non multo tēpore pòſt, ex ea ſuſpicione de ſeruo & argēto quod reddiderat, uinxit hominē & torſit ipſe ſolus, nobis non accerſitis, cum iuraſſet, cōmuniter ſe quęſiturum & acturum eſſe mecum omnia. Tum homo contentis fidibus confeſſus eſt, ſe & ſeptuaginta minas habere, Cononi à ſe ſurreptas. idq; argentū omne Olympiodoro iſti reſtituit. Ego uerò, Iudices, poſtquā audiui de quæſtionibus habitis de homine, qui omne argentū reſtituiſſet: putabā iſtum mihi ſemiſſem argenti redditurū, ſicut prius etiam de mille drachmis reddiderat. Ac ſtatim nō ualde ſanè ei inſtabā, exiſtimans fore, ut iſte ipſe ſtatueret, & proſpiceret, & ſibi & mihi: ut utriq; ſuū ius redderetur ex iureiurādo, & pactis inter nos factis de æquali diſtributione

Moſchio fur.

Olympiodorus ſeorſim à Moſchione. l x x. minas extorquet.

torũ omnium q̃ Conon reliquiſſet. Cũ uerò moras inter poneret, & nihil pſtaret, alloquebar Olympiodorũ iſtũ, & meam mihi reddi argenti partẽ poſtulabã. At Olympiodorus iſte ſemper ptexere aliquid, & moras nectere. Interim alij quidam in Cononis hæreditatem agunt, & Callippus frater meus germanus peregrè domum redit. atq; is ſtatim ſemiſſem hæreditatis petit. Et iſti Olympiodoro cauſa ea fuit argenti mihi nõ reddendi, q multi erant qui nobis controuerſiam faciebant. Me igitur expectare oportere dicebat, donec iudicia facta eſſent. Mihi neceſſe erat ea cõcedere: cõceſſi. Poſt hæc ego & Olympiodorus iſte cõmuniter, ut iurauerámus, deliberauimus qua ratione optimè tutiſſimeq; aduerſarijs occurri poſſet: ac uiſum nobis eſt, Iudices, ut iſte Olympiodorus totã ſibi hæreditatẽ uendicaret, ego uerò mihi ſemiſſem: quã quidẽ & Callippus frater meus ſemiſſem dũtaxat poſtulabat. Poſtq; igitur apud Prætorẽ omnibus cõtrouerſijs pquiſitis, iam in iudicio cõtendendum erat: prorſus imparati eramus ad cauſam ſtatim dicendã, ego & Olympiodorus iſte, propterea q multi aduerſarij ſubitò nos oppreſſerant. Quantũ autẽ res ferebant, cõmuniter deliberabamus, ſi qua in pręſentia mora produci rebus poſſet, ut nos per ocium ad iudicium pararemus. Inter hæc uos forte fortuna & diuino quodã fato, impulſi ab oratoribus, decernebatis exercitũ in Acarnaniam mittendũ: oportebat igitur inter cæteros etiam Olympiodorum iſtum militare. Obtulęrat igitur ſeſe pulcherrima, ut putabamus, dilationis occaſio, publicè iſto abſente & militante. Cũ uerò prætor iuſſu legis omnes aduerſarios in forũ citaret: iurauimus nos, Olympiodorũ iſtum publicè abeſſe militantẽ. Quo iureiurando de iſto dato, uiciſſim iurarunt aduerſarij, & calumniando iſtum Olympiodorũ, cum poſt nos dicerent, iudicibus perſuaſerunt, ut decernerent, eius iudicij cauſa abeſſe iſtũ, nõ publico nomine. Quod cum iudices decreuiſſent, prætor Pythodorus iſtius Olympiodori poſtulationẽ, ex lege, aboleuit. Qua abolita, mihi quoq; neceſſe fuit, deſiſtere ab inſtituta in ſemiſſem hæreditatis actione. His factis, prætor aduerſarijs noſtris, Cononis hæreditatem addixit. Sic enim face

Conſpiratio Calliſtrati, & Olympiodori.

Olympiodori militia.

Condemnatio Calliſtrati, & Olympiodori.

re legibus cogebat. Qua euicta iudicio mox in Piræeum egreſſi, acceperunt omnia quę uterq; noſtrũ pro ſua portione habuerat. Atq; ego cũ domi eſſem, ipſe tradidi. neceſſe enim erat parêre legibus. At Olympiodori iſtius abſentis abſtulerunt omnia, præter argentum quod is à ſuo ſeruo extortum habebat. Neq;.n. illi habebãt, unde argentũ illud recuperarent. Hæc in abſentia Olympiodori geſta ſunt, & hos ego ex eius ſocietate fructus cæpi. Reuerſus ab expeditione unà cum alijs Olympiodorus iſte, Iudices, grauiter & iniquo animo ea quæ geſta erant, patiebatur, & iniquè ſecum agi q̃rebatur. Cum autem iam expleſſet atq; effudiſſet indignationem ſuã, denuò quærebamus, cõmuniterq; deliberabamus ego & Olympiodorus iſte, quo pacto amiſſa recuperaremus. Tum nobis conſultantibus uiſum eſt, ut eos qui hæreditatẽ ſibi uendicarant, prouocaremus ex lege, atq; eo rerum ſtatu eſſe tutiſſimum, ne ipſi unà & coniunctis uiribus cum aduerſarijs experiremur: ſed ut uterq; ſeorſim: atq; ut Olympiodorus iſte totã hæreditatẽ poſtularet, ut prius etiam, & pro ſe ageret: ego uerò ſemiſſem, cum frater etiam meus Callippus ſemiſſem dũtaxat peteret. ut ſi Olympiodorus uinceret, ego è fœdere & iureiurando, rurſus ab iſto partem acciperem: ſin fortè ſuccumberet, & aliud pronunciarent Iudices. ut iſte à me partes rectè & iuſtè reciperet, ut & iureiurãdo & pactione obſtricti eramus. Hoc inito conſilio, & probato ut tutiſſimo, tum à me, tum ab Olympiodoro: prouocati ſunt omnes ex lege qui Cononis bona obtinebant. Age recita mihi legẽ, ex qua prouocatio facta eſt. LEX. Ex hac lege, Iudices, prouocatio facta eſt, & * controuerſias reſcripſimus, prout iſti Olympiodoro uiſum fuit. Poſtea prætor delectũ habebat inter omnes aduerſarios, eoq; habito, in iudiciũ introducebat. Olympiodorus primus agebat, & quicquid erat libitũ dicebat, & teſtimonia ꝓferebat, prout ei conſultum uidebatur. Atq; ego Iudices, tacitus, ſedebam in altero ſubſellio. Ad hunc modum inſtructa, & cõparata actione, iſte facile uicit. Quo uictore, uotorum omnium facti cõpotes in iudicio ſumus, atq; iſte recepit quæ aduerſarij à uobis abſtulerant. Quę cũ omnia

Altera cõſpiratio Caliſtrati & Olympiodori.

Victoria Olympiodori.

** τὰς ἀμφισβητήσεις ἀντιγεγράμμεθα.*

Perfidia Olympiodori.

haberet, atq; argentũ etiã quod à ſeruo extorſerat: nihil prorſus ęqui præſtare mihi uoluit, ſed ipſe habet omnia. quamuis & fidem dederit, & pepigerit mecũ, ſe ex ęquo mecũ omnino diuiſurum. atq; ea pacta etiamnum apud Androclidem ſita ſunt, & ipſe teſtimonium dixit apud uos. Exhibebo autẽ uobis, & de cæteris quæ dixi omnibus teſtimonia. Ac primũ de illo quod ab initio geſtum eſt, cum ego & iſte noſtropte iudicio & ſententia partiti ſumus ex æquo, quicquid manifeſtarũ facultatum Conon reliquiſſet. Age primũ hoc cape teſtimonium, deinde cætera omnia lege. TESTIMONIVM. Cape & prouocationẽ, qua eum prouocaui de argento, quod ab homine illo per quæſtiones extorſerat. PROVOCATIO. Age lege & alterum teſtimonium, aduerſarios noſtros, cum hæreditatem obtinuiſſent, abſtuliſſe omnia quę nos habueramus, præter pecuniam, quã Olympiodorus ab homine illo per q̃ſtiones extorſerat. TESTIMONIVM. Quemadmodum igitur manifeſtas Cononis facultates, ego & Olympiodorus diuiſerimus: & ex oratione noſtra, & e teſtimonijs audiuiſtis. accepiſſe item iſtum argentum ab homine illo, ſeruum dico, & aduerſarios obtinuiſſe quæcunq; nos tenueramus, donec iſte rurſus uicit in iudicio. Quid uerò p̃texat, cur mihi nihil reddere, neq; æqui quicquã præſtare uelit: his nunc attendite animos, Iudices, ne uos ſtatim decipiant oratores, quos iſte contra me ſubornauit. Nunquam ſanè iſte ſibi in uerbis cõſtat, ſed ſemper quicquid in mentem inciderit, dicit, atq; paſſim cauſas abſurdas neſcio quas, & ſuſpiciones & criminationes falſas contra me cõminiſcitur, & in tota re homo iniurius eſt. Plurimi autem dicentem eum audierunt, alij ſe omnino argentum ab homine non accepiſſe. Quod cũ reuincitur, ait ſe à ſuo ſeruo habere argentum, neq; mihi uel de argẽto, uel de relictis a' Conone bonis quicquã impertiri uelle. Si quis aũt eum familiarium & ſuorum & meorum rogat, quamobrem redditurus non ſit, cum iurarit, ſe ex æquo mecum diuiſurum, & pacta etiam nunc in medio ſint: pacta eſſe ait uiolata à me, ſe magnis à me iniurijs affectum: neque me unquam deſtitiſſe, tum dicere, tum agere, ea quæ ipſi eſſent contraria.

Excuſationes Olympiodori.

Minæ LXX.

Pacta uiolata.

Refutatio.

Ac prætextus quidem illius hi ſunt. Quæ igitur iſte dicit, Iudices, cõmenticiæ ſunt ſuſpiciones & cauſæ, & iniuſtæ improbitates: ad fraudanda ea quæ mihi reddenda ſunt. Ego uerò, q̃ iſtum mentiri dico, in ĳs ſuſpicio nulla erit. Eius enim impudentiam apertè demonſtrabo: proferendis ſignis ueris, & nemini ignotis, & teſtibus de omnib9 rebus producendis.

Recuſatũ arbitrium amicorum.

Primũ igitur, Iudices, aio, iſtum propterea cognatis & familiaribus ſuis, & meis, rerum omnium, ut ſunt, probè gnaris, quiq́ ab initio ſemper interfuerunt, arbitrium propterea deferre noluiſſe, ꝙ certò ſciret, ſe ſtatim è ueſtigio ab eis fore coarguendum, ſi quid mentiretur. nunc fortaſſe putat, ſe apud uos mentientẽ non deprehenſum iri.

Abſurdum de aduerſationibus.

Rurſus dico, non eſſe conſentaneũ, me & tibi Olympiodore aduerſatum eſſe, & cõmuniter unà tecum ſumptus feciſſe quoties neceſſe fuit, neq; ultrò ab actione deſtitiſſe, te abſente, cũ & tua eſſet abolita, propterea ꝙ eius abeſſe iudicĳ cauſa, non publico nomine, uidebaris. Licebat enim mihi in ſemiſſem hæreditatis agere, neq; mortalium quiſquam aduerſabatur, & ipſi id aduerſarĳ concedebant. Sed eo facto, ſtatim peieraſſem. Iuratam enim & pepigeram tecum, nos omnia cõmuni conſilio acturos, quicquid mihi & tibi conſultantibus optimum factu uideretur. Proinde pluſquam nugatorĳ ſunt p̃textus tui, & cauſę propter quas te nihil æqui mihi præſtiturum profiteris. Nunquid etiam exiſtimas me permiſſurũ tibi fuiſſe, Olympiodore, in poſtremo iudicio de hęreditate, aut ut ea quæ apud iudices dicebas, ita temerè diceres: aut quarꝝ rerꝝ teſtimonia exhibebas, ut ita temerè exhiberes, niſi colluſiſſem tecũ, & à parte tua ſtetiſſem? Nam iſte Iudices, cũ alia quę bona ei erãt, atq; cõmoda dicebat, tum illo etiam abuſus eſt, me domum, quã pro mea portione acceperam, à ſe cõduxiſſe, & argentũ id mille drachmarꝝ, cuius ſemiſſem de ſeruo acceperam, à ſe fuiſſe mutuatũ. neq; hoc ſolum dicebat, ſed ĳs de rebus teſtimonia proferebat: neq; ego iſtorum quicquã refellebã, neq; ex me quiſquã mortalium uocẽ audiuit, uel paruã uel magnam: ſed uera eſſe fatebar oĩa, quæcunq; iſti dicere libitum fuerat. Coniunctã.n. tecum cauſam habebam, prout mihi & tibi uiſum fuerat. Quód

ſi,quę ego dico,uera nõ ſunt:cur ego tum teſtes illa teſti ficatos non coarguit:cur me nec cõmouit:aut quamobrẽ tu Olympiodore,nunquã me in ius uocaſti de cẽſu ędiũ, quas te mihi,ut tuas locaſſe profitebaris? aut de argẽto, quod apud Iudices,te mihi dediſſe mutuò,dicebas? Horũ feciſti nihil. Quo pacto igitur quiſquã euidentius men dacij arguet,& ipſe ſibi cõtraria dixiſſe,& ea cauſari quę nunquã facta ſunt,oſtendetur? Quod uerò eſt omnium maximũ,Iudices,quoq; cognoſcetis eum iniuſtũ & auarum eſſe hominẽ:decuit,ſi quid eorum q̃ dicit,uerum eſſet, prius iſta dixiſſe,& oſtendiſſe ante factũ iudicium,& periculum facere iudicum,quid'nam pronunciaturi eſſent: multiſq; teſtib9 adhibitis,petere,ut pactio apud Androclidẽ repoſita aboleretur,ut quã ego uiolarẽ,qui ei aduerſarer, & tanquã abolita iam pactione inter me & ſe,& Androclidæ pactionẽ ſeruanti denunciare, ſibi nihil amplius eſſe rei cũ ea pactione. Hæc facta eſſe oportuit,Iudices,ſi quid eorum q̃ dicit,uerũ eſſet: oportuit & ſolũ acceſſiſſe ad Androclidẽ,ac teſtificari,& cũ teſtibus multis:ut multos haberet cõſcios. Eum uerò nihil unquã horum p̃ſtitiſſe,ipſius Androclidę apud quẽ pactio ſita eſt, teſtimonio intelligetis. Lege teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Iam aliud eius facinus,Iudices,conſiderate.Ego iſtum prouocaui,& petij ut me ad Androclidẽ ſequeretur, apud quẽ pactio ſita eſt, utq; eam cõmuniter exſcriptã denuò ſignaremus,& exẽpla in Echinũ conijceremus,ut ne ulla eſſet ſuſpicio : ſed ut uos omnibus,ita ut rectũ & æquũ eſt,auditis,id decerneretis, quod uobis iuſtiſſimũ eſſe uideretur.Hoc me prouocante,nihil horum facere uoluit: ſed in hoc ſtuduit,ut ne uos è cõmunibus literis pactionẽ audire poſſetis. & hanc prouocationẽ eſſe à me factã uti conſtet,eorum teſtimoniũ uobis recitabitur,corã q̃bus ipſa prouocatio facta eſt.Lege teſtimoniũ.TESTIMONIVM.Qua ratione magis oſtendi poſſet,hominem nihil æqui p̃ſtare mihi,habere in animo : ſed putare ſe ijs me fraudaturum,quæ me recepiſſe oportuit: qui quidẽ prætextus afferat,& criminationes confingat.Pactionẽ autem,quã uiolaſſe me dicit,à uobis audiri oportere nõ opinetur?Ego uerò tum coram ijs teſtibus qui aderant,

Pactio nõ abolita.

Exemplũ pactionis recuſatum.

Calliſtratus aperiri iubet pactionem.

prouocaui. Nunc etiam corã uobis iudicibus rurſus prouoco, & peto ut is permittat, et ego permitto aperiri hic in iudicio pactionem, et recitari uobis, & rurſus obſignari corã uobis. Androclides aũt hic adeſt. Ego.n.ei denũciaui, ut adeſſet pactione ſecũ huc allata: & ꝑmitto, Iudices, ut in ipſius orõne, ſiue in priore, ſiue ĩ poſteriore, aperiat. nihil.n.mea itereſt: ſed uos audire uolo pactionẽ, & iuſiurãdum qđ mutuò dedimus, ego & Olympiodorus iſte. Quod ſi concedit, fiat ita: & uos audite, ſi iſti uidebitur. Sin hoc facere noluerit, nonne iam palàm erit, eum oĩum hominum eſſe impudẽtiſſimũ? neq; ullum eius uerbum porrò quicq̃ apud uos autoritatis habere oportere? Sed qđ magnopere cõtendo? Neq;.n.ipſe ignorat & mihi à ſe fieri iniuriam, fieri et dijs ĩmortalibus, quorũ numen iurauit & peierauit. Emotæ mentis eſt, Iudices, & deſipit. Inuitus equidẽ facio, atq; erubeſco dicere apud uos, id qđ dicturus ſum, ſed cogor eloqui, ut uos ꝓnunciandi autoritate præditi, oĩbus auditis, de nobis id qđ optimum factu uidebitur, ſtatuatis. Eorũ uerò quę dicã, iſte autor eſt, qui apud cognatos his de rebus mecũ tranſigere non uult, ſed impudenter negat. Olympiodorus iſte, Iudices, mulierem ciuem legibus ueſtris nunq̃ duxit, & ei liberi neq; ſunt, neq; nati fuerunt: ſed ſcortũ emptum domi habet, illud eſt qđ nos omnes exagitet, & iſtum ad maiorem inſaniam impellat. An uerò non inſanit is, qui quæ promiſit & pepigit uolens cum uolente, & iureiurando confirmauit, eorũ nihil quicq̃ pręſtandũ cenſet? me præſertim non de meipſo duntaxat ſolicito, ſed & de iſtius ſorore germana & uterina, quã in matrimonio habeo, & de iſtius nepte mea filiola. Hæ.n.ſunt, q̃bus non minor fit q̃ mihi iniuria, ſed maior etiã. Nõne aũt iniuria eis fit, & iniquè cum eis agitur, cum uideant iſtius meretricem ultra q̃ ſat eſt & decet, multum habere auri, & ueſtem ſplendidam, & ſplendidè atq; inſolenter ꝓdire in publicũ, et de noſtro ſuperbire: ſe uerò in his rebus oĩbus eſſe tenuiores? nónne illis maior fit q̃ mihi iniuria? Nónne uerò iſte apertè inſanit & delirat, qui ita in ſemetipſum conſulat? Ne uerò dicat, Iudices, per calũniam hæc à me dici, huius iudicij cauſa: teſtimonium uo-

Olympiodorus à meretrice redactus ad inſaniam.

Sorori et nepti Olympiodori fieri iniuriam

bis recitabitur cognatoꝝ iſtius & meoꝝ. TESTIMONIVM. Olympiodorus igitur talis homo eſt, non mõdò iniurius, ſed qui ẽt inſanire uideatur oĩbus cognatis & familiaribus eo uitæ inſtituto: &, qđ Solon ẽt legiſlator dixit, ita delyrans, ut nemo unquam mortalium delyrauit, qui mulieri meretrici pareat. Atq; ea oĩa irrita eẽ conſtituit Solon, quæ qs mulieri parens agat, præſertim tali. & hæc probè curauit legiſlator. Ego uero uos oro, neq; ego ſolum, ſed et uxor mea, Olympiodori iſtius ſoror, & filia mea, Olympiodori iſtius neptis, ſupplicamus uobis, & obteſtamur, Iudices, omnes nos (putate enim illas adeſſe) in primis ut Olympiodoro iſti perſuadeatis, ne iniuria nos afficiat. Sin parẽre uobis noluerit, ut nos memores eoꝝ quæ diximus oĩum, id ſtatuatis, qđ uobis uidebitur optimum & iuſtiſſimum eſſe. Quæ ſi feceritis, & iuſta decernetis, & utilia nobis omnibus, in primis autem ipſi Olympiodoro iſti.

Sũmo meritis errore afficitur qui a meretrice regitur.

Peroratio.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Timotheum.

A Timotheo Athenienſi, uiro claro, et imperatoria dignitate prædito, Apollodorus æs alienum repetit: dicens, Paſionis uſum amicitia Timotheum, ab eo pecuniam accepiſſe, & debitorẽ in menſarijs rationibus eſſe inſcriptum. Debita autem in uniuerſum quatuor numerantur: atq; in ſingulis & tempora, & cauſæ, quare mutuatus ſit Timotheus, accuratè exponuntur, & pleraq; argumenta ex ijs quæ nulla arte conſtare dicũtur, probutionibus ut teſtimonijs, ut ꝓuocationibus, depromũtur. quædam etiam ex artificioſis, ut coniecturis. Atq; Apollodorus Timotheũ eſſe ait, qui mutuatus ſit, & à Timotheo commendatis datum eſſe argẽtum à menſa. At ille non ſe, ſed illos debere dicit.

DEMOSTHENIS ADVERSVS TIMOTHEVM DE AERE ALIENO

oratio,

NEmini ueſtrũ incredibile ſit, Iudices, Timotheum, ut qui debeat argentũ patri meo, reum fieri nunc à me in hoc iudicio. Nam ſi uobis in memoriam reuocaro, & tẽpus quo contractus factus eſt, & ea quę illi eò

Perſtringit ingratũ aduerſarij animum

tempore acciderunt, & quanta ille tum penuria conflictatus ſit: tum exiſtimabitis patrem meũ optimi uiri officio functum erga Timotheum: iſtum uerò non modò ingratum eſſe, uerum etiam iniuſtiſſimum omniũ mortalium, qui & conſecutus à patre quæ uoluit omnia, & accepta à menſa pecunia, ad magnam egeſtatẽ redactus, & in maximis uitæ periculis conſtitutus: non modò gratiam non referat, ſed eo etiam quod datũ ei eſt, me fraudet. Quòd ſi iſte impegiſſet, pr̃i quoq; pecunia periſſet. Neq;.n. ad pignus, neq; præſentibus teſtibus dederat. Sin euaſiſſet, in iſtius poteſtate futuꝝ erat, cõparata pecunia an nobis ſatiſfaceret. Sed tamen, Iudices, obſequi Timotheo roganti & penuria laboranti pater meus, q̃ pecuniarijs rationibus conſulere maluit. Putabat enim, Iudices, pater meus, ſi Timotheus illa pericula euaderet, & rediſſet a Rege, locupletiore iſto facto q̃ tũ erat, nõ modò ſua ſe receptuꝝ, ſed etiam, ſi quid aliud à Timotheo petijſſet, impetraturum. Poſtq̃ uerò non ita ut ille putabat, euenit, ſed quæ beneficij loco accepit Timotheus à menſa, rogato patre meo: ea inimicè & per iudicium illo mortuo ſi conuincatur, reddenda eſſe cẽſet: Sin uobis perſuadere poſſit oratione deceptis, ſe nihil debere, nos pecunijs fraudãdos: neceſſarium mihi uideẽ eſſe, ut ab initio uobis omnia cõmemorem, & quæ debeñt, & quam ad rem pecunia ſingulatim ſit uſus, & tempora quibus contractus factus eſt. Neq; uerò nos ea certò ſcire quiſquam ueſtrum miretur. Menſarij.n. commentarios conficere ſolent, & pecuniaꝝ quas dant, et ad quid & quoꝝ nomine quis deponat, ut ſibi nota ſint, expenſa & accepta in rationibus referendis. Socratide prętore, menſe Martio altera nauigatione profecturus iſte Timotheus, et iam ſoluturus è Piræeo, cum ampliore pecunia indigeret, accesſit ad patrem meum in portu, & mutuare iuſſit drachmas mille trecẽtas quinquaginta unã, duos obolos. Tantũ.n. ſibi opus eſſe aiebat, & dare iubebat Antimacho quęſtori ſuo, qui tum iſtius omnia curabat. atq; is qdem qui pecuniã à patre meo mutuarẽt, Timotheus erat, quiq; iuberet Antimacho quæſtori ſuo dari. Qui uerò argentum de menſa à Phormione accipe-

Propoſitio.

Commentarij argentariorũ.

Narratio.

rit, Autonomius, qui Antimacho ſcriptitabat. Dato igitur eo argēto, debitorem inſcripſit, eum qui mutuare iuſſerat, Timotheum: in cōmentarium etiam retulit, cui dare iſte iuſſerat, Antimachum: & quem Antimachus unà miſerat ad menſam, ut argentum acciperet, Autonomũ, mille trecētas drachmas, & quinquaginta, & unam, & duos obolos. Primum igitur debitum, qd' hinc ſoluens, cum ſecundò imperator eſſet, accepit, tantum fuit. Cum uerò ueſtro ſuffragio improbaretur, quod Pelopponeſum claſſe non obijſſet, & ad cauſam apud pplm dicendam uocaretur, maximo crimine reus, & ei Calliſtratus, & Iphicrates, uiri & rebus geſtis & eloquentia præſtãtes, imminerent: ita illi uos, & ipſi, & eorum ſubſcriptores accuſando cōmouerunt: ut Antimachũ quæſtorē eius, & intimum, facto pro concione iudicio, occideretis, bonis etiam eius publicatis: ipſum uerò iſtũ deprecantibus familiaribus & cognatis eius omnibus ſuperq; Alceta & Iaſone socijs ueſtris, uix abſolueretis, ſed tamen imperiũ ei abrogaretis. Talibus igitur criminibus atq; inopia urgebatur. Nam & facultates eius omnes obæratæ erant, & libellis appoſitis ab alijs tenebantur. Ager.n.in planicie pignori oppoſitus erat Eumelidæ filio: & ſexaginta trierarchis, qui cum eo nauigarant, ſeptenis minis in ſingulos, quas eos iſte ad alendos nautas dilargiri coegerat, oppignerata erant reliquæ eius opes. Poſtq; aũt reiectus, in rationibus illis referendis, expenſas tulerat nautis de militari pecunia, ſeptenas illas minas: tum ueritus ne in ſe præfecti triremiũ teſtimoniũ dicerent, atq; ipſe mēdacij cōuinceretur: mutuò ſumit à ſingulis ſeptenas illas minas, & eis oppignerat rem familiarē, quibus nũc eos, reuulſis libellis, fraudat. Vndiq; igitur circũuentus, & in periculo de uita maximo conſtitutus erat, ppterea quod talia reipublicæ negocia inciderant, ut exercitus Calaurianus ppter non ſoluta ſtipendia dilaberetur: ut ſocij Peloponnenſes à Lacedæmonijs obſiderentur. Iam Iphicrates & Calliſtratus iſtũ, ut autorem eorum malorum criminabatur, & ad hæc qui ab exercitu ueniebãt in concione nunciabant præſentē penuriã et difficultates: partim etiam per literas quiſq; certior fiebat à cognatis, et

Debitum. Drachmæ 1351 duo oboli.

Timotheus à Calliſtrato et Iphicrate capitis accuſatus.

Alcetas. Iaſon.

familiaribus,quo cum eis ageretur. Quę dum uos publi-
cè audiretis,recordamini quo pacto in eum affecti fueri-
tis.nec.n.ignoratis ea quę dico. Cum igitur ad iudicium
huc uenturus eſſet,in Calauria mille drachmas ab Anti-
phane Lamprenſi, qui eò appellebat quæſtor Philippi
nauicularij mutuat̃, quas diſtribueret inter Bœotios tri-
remium præfectos,quo expectarent,dum iudicium de ſe
factũ eſſet,néue uos Bœotiis triremibus abductis,et mi-
litibus prius dilapſis,ſibi grauius iraſceremini. Ciues.n.
mala perferebant æquis animis,& perdurabant. Bœoti
autem negabãt ſe manſuros,niſi quotidiana daretur ali-
monia. Tum igitur coactus eas mille drachmas ab An-
tiphane,q appellebat quæſtor Philippi nauicularij,mu-
tuò ſumit,& Bœotio nauium ducidat. Vt aũt huc uene-
rat, repoſcebãt ab eo tam Philippus quam Antiphanes mil-
le drachmas,quas ei mutuarat in Calauria, & moram
ægrè ferebant. Iſte uerò inimicos ſuos metuens, ne reſci-
ſcerent,quas in referendis rationibus, Bœotiis nauibus
expenſas tuliſſet mille drachmas de militari pecunia, ea
Philippum creditorem fraudari:ſimul etiam Philippum
ueritus,ne in ſe teſtimoniũ diceret in iudicio : cõuenit pa-
trem meũ,& precatus eſt,ut Philippũ abſolueret,ſibiq;
illas mille drachmas mutuaretur, quas Philippo redde-
ret. Pater meus uidens,& quanto in diſcrimine uerſaret̃
iſte, & quanta penuria laboraret, ſimul etiam miſertus
eius,adducto eo ad mẽſam, Phormionem iuſſit ad men-
ſam ſedentẽ,mille drachmas Philippo numerare,& de-
bitorẽ Timotheũ inſcribere. Hæc uerè à me dicit ut con-
ſtet,Phormionem uobis teſtem,qui numerauit argentũ,
adducam, poſtquam & de alio conttactu uobis diſſeruero:
ut eodem teſtimonio,uniuerſo ære alieno cognito,uidea-
tis me uera loqui. Vocabo uobis etiam Antiphanẽ,qui
argentũ iſti credidit,mille illas drachmas Calaurianas:
quiq; adfuit,cum Philippus argentum reciperet à patre
meo hîc. Quo minus.n.eius teſtimonium apud arbitrũ
proferrẽ,eius fallacia factum eſt,qui ſe quouis mihi tpe,
quo de cauſa pronunciandum eſſet, teſtimonium dictu-
rum polliceretur. Cum aũt arbitriũ fieret,domo accer-
ſitus(non.n.ſe ſtiterat)teſtimonium deſeruit,ab iſto ad-
ductus.

Debitum, 1000 drachmæ. (margin, beside "tis.nec.n.ignoratis")

Antiphanis teſtis tergiuerſatio. (margin, beside "tis me uera loqui")

ductus. Ego uerò cum numeraſſem contra eum deſtituti teſtimonij nomine drachmã, ut lege iubetur: arbiter ſententiam damnatoriam non tulit, ſed abijt abſoluto iſto, cum iam ueſpera eſſet. Nunc in Antiphanẽ dati damni peculiarẽ actionem inſtitui, qꝫ mihi nec teſtimonium dixit, neqꝫ ſecundum legem eiurauit: & poſtulo, ut aſcendat, & iuratus coram uobis dicat: primũ, an in Calauria Timotheo mille drachmas mutuarit. Deinde an Philippus à patre meo hic acceperit id argentũ. atqꝫ adeò parum aberat, quin iſte ipſe apud arbitrũ confiteretẽ, reddidiſſe patrẽ meũ Philippo mille drachmas. Sed eas tñ nõ ſibi mutuò fuiſſe datas ait, ſed Bœotio nauarcho, q pro eo argento æs oppignerarit. In quo cum non dixiſſe uerum, ſed ipſum mutuatum fraudare: ego uos docebo, poſtquam & reliquum ęs alienum ſingulatim uobis expoſuero. Nam cum Alcetas & Iaſon ad iſtum menſe Septembri, Aſtio p̃tore ueniſſent ad iudiciũ illud, ei patrocinaturi, & in ædes diuerterent in Piręeo q̃ ſunt in Equidomitorio, ueſpere iam facto, neqꝫ eos excipere poſſet, miſſo ad patrem meum Æſchrione pediſſequo ſuo, petere iuſsit ſtragula, & ueſtem, & phialas argenteas duas, & minam argenti mutuam. Pater uerò meus cũ ex Æſchrione eius famulo audiſſet, & qui ueniſſent, & quem ad uſum peterentur, & qua de cauſa ueniſſent, accõmodat, & minam argenti quam petebat, mutuat. Pòſt, crimine liberatus, magna iam pecuniæ inopia laborabat, cum ad domeſticos uſus, tum ad publica tributa. Quod quia pater meus uidebat, non ſtatim ab iſto repetere argentum audebat. Neqꝫ. n. uel iſtum, ſi rem haberet, fraudaturum: uel, ſi non haberet, ſe ab eo redacturũ putabat. Poſtqꝫ autem Alcetas & Iaſon receſſerant, ſtragula quidem & ueſtes retulit Æſchrion, iſtius pediſſequus: phialas autem duas non retulit, quas tum petierat, cũ & ſtragula: cum & minam argenti mutuatus eſſet, & Alcetas atqꝫ Iaſon ad iſtum ueniſſent. Profecturus porrò ad Regem Perſarum, cum perfeciſſet, ut abire liceret, eiqꝫ exercitum ducturus in bello Aegyptiaco: ut ne rationes reddere cogeretur hic, & de geſto hic imperio accuſaretur, patre meo ad Paralium accerſito, cũ ob prius in ſe colla-

III Debitũ ſtragula, ueſtes, phialæ, mina.

IIII Naulũ Macedonicũ 1750 drachmæ.

ta beneficia eum collaudabat, & rogabat(commendato Philonda,uiro genere Megarenſi, inquilino Athenięſi:iſti autem fideli, & eo tempore obſequenti)ſi ueniſſet è Macedonia Philondas(quem iſte patri meo commendabat)uehens data iſti ab Amynta ligna, ut naulum lignorum ſuppeditaret,& ea ligna ad ædes ſuas in Piræeo uehi pateretur:ſua enim eſſe ligna.Vnaq; cum petitione orationem habebat, cum qua facta eius nunc haud conſentiunt.Aiebat enim, tametſi non impetrata ferret quæ peteret,ſe non ægrè laturum,ut alius faceret,impos uoti factus:ſed pro ijs quæ ſibi petenti conceſsiſſet,ſi qñ poſſet,gratiam relaturum. Quibus pater meus auditis, & oratione delectatus eſt:& iſtum laudauit, quòd acceptorum beneficiorum meminiſſet:& quicquid iſte petijſſet,facturum ſeſe promiſit.Poſt hæc ſoluit iſte,ad duces regis profecturus.Philondas autem,quem patri iſte meo commendarat,ad naulum ſoluendum, ſi lignis aduectis aduenıſſet, in Macedoniam iter facit. Hæc tempora fuerunt circa menſem Aprilem,Aſtio prætore.Anno ſequente, reuerſo Philonda è Macedonia ligna uehente,dum iſte apud Regem Perſarum peregrè abeſſet, & ad patrem meum accedēte, & naulum lignorum prębere,ut nauiculario ſatisfieret iubente, quemadmodum iſte patrem abiturus rogarat, & Philondam commendarat:eo adducto ad menſam pater, Phormioni mandauit,ut naulum lignorum ſolueret mille ſeptingentas qñquaginta drachmas,& numerauit argentum Phormio, & debitorem inſcripſit Timotheum. Is enim rogarat patrem,ut naulum lignorum exhiberet, & eius rei facti ſunt commentarij.Inſcripſit enim & uſum, in quem acceptum fuerat argentum, & nomen eius qui accepiſſet. & hoc factum eſt Alciſthene prætore, altero anno quã iſte ad Regem abierat. Sub illud ipſum autem tempus, & Timoſthenes Ægialenſis uenit, priuatæ negociationis cauſa huc profectus. Qui cum eſſet familiaris Phormioni, & ſocius,ſoluens hinc, ſeruandas dat Phormioni cum alia pecunia etiam phialas Lycij operis duas. Fortè fortuna autem puer eas phialas, ignarus eſſe alienas,dat Æſchrioni famulo iſtius,cum is ad patrem meũ

Modeſta petitio.

miſſus eſſet ab iſto, & ſtragula & ueſtes & phialas petitum, & minam argenti, quod mutuatus erat, cum ad eũ ueniſſent Alcetas & Iaſon. Repetente autem Timoſthene phialas à Phormione, cum rediſſet, abſente Timotheo apud regem, agit cum eo pater meus, ut precium phialarum reciperet, quantum phialę pendebant, drachmas ducentas triginta ſeptem: ac Timoſtheni precium reddit phialarum: iſtum uerò debitorem inſcribit ad reliquum æs alienum, quod iſte debebat, eius etiam pecuniæ quam Timoſtheni pro phialis numerarat. & hæc omnia uere à me dici, ut conſtet, teſtimonia uobis recitabuntur, primũ eorum qui dederunt argentum ĳs quibus iſte iuſſerat, à menſa: quiq́; tum ad menſam ſederunt. deinde eius qui precium phialarum recepit. TESTIMONIA. Me igitur ea quæ ad uos dixi, non dixiſſe falſò, ex recitatione teſtimoniorum audiuiſtis. Iſtũ porrò ipſum apud me confeſſum, ligna conuecta à Philonda, in ędes ſuas in Piræeo eſſe perlatas, ut appareat, eius rei teſtimonium uobis leget. TESTIMONIVM. Iſtius igit͛ fuiſſe ligna q̃ Philondas uexit, & ipſe mihi teſtificatus eſt. Patebatur. n. apud arbitrum ea in ſuas ædes in Piræeo eſſe deportata, ut uobis teſtificati ĳ ſunt qui audierant. Etiã argumentis docere uos conabor, ea quæ dico uera eſſe. Putatis. n. Iudices, patrem meũ, niſi Timothei fuiſſent ligna, & iſte eum rogaſſet, cõmendato Philonda, cum ad duces regis ſolueret: ſoluturum fuiſſe naulũ? aut permiſſurum unquam, cum ei pro naulo ligna oppignerata eſſent, ut Philondas è portu ligna aſportaret, ac nõ potius ſeruum aliquem adhibiturum qui cuſtodiret, & preciũ reciperet uenditorum lignorum, donec ſuum recepiſſet, ſi Philondæ fuiſſent, & cauſa negociationis aduecta. Iã cui ueſtrũ ueriſimile ſit, niſi iuſsiſſet iſte ſoluere naulũ lignorum datorum iſti ab Amynta, crediturum fuiſſe Philõdæ, & paſſurum ut ligna è portu in ædes iſtius ueheret? aut q̃ fieri poteſt, ut Philondas negociationis cauſa ligna uexerit, ut iſte inq̃t: iſte uerò reuerſus, illis lignis ad ſuã ædificationẽ fuerit abuſus? Illud ẽt conſiderate, multos ciues, et bonos uiros iſti familiares, ei⁹ negocia curaſſe, abſentẽ apud Regẽ Timotheo, quorum nullus auſus fuit iſti teſti-

Argumenta de naulo.

ficari, uel non accepiſſe Philondam naulum á menſa, uel acceptum reddidiſſe, uel etiam ipſorum aliquem naulũ diſſoluiſſe de lignis quæ Philondas uexit, datis iſti ab Amynta. Pluris enim faciunt exiſtimationem & fidem ſuam, q̃ ut falſis teſtimonijs dicendis Timotheo gratifi centur. Neq; tamẽ ſe uerum etiam teſtimonium in eum dicturos eſſe propter familiaritatẽ eius affirmarunt. Cũ igitur nemo familiariũ teſtificari auſus fuerit, & procura torũ eius, dum apud regem abſuit, uel non accepiſſe nau lum lignorum Philondam à mẽſa, uel ipſorum aliquem diſſoluiſſe: an non exiſtimare debetis me uera loqui? Ac ne illud quidem dicere audebit, aliũm quenquã diſſoluiſ ſe naulum de lignis, quæ uexit Philondas, quã patrem meum. Sin uerbis abutetur, poſtulate, ut teſtimonium eius exhibeat, qui naulum ſoluerit de lignis. In confeſſo enim eſt, ipſum abfuiſſe apud regem: Philondam autem, quem propter ligna miſerat, & patri meo cõmendarat, mortuũ inuenit, à rege reuerſus. Neceſſe igitur eſt aliorũ cognatorũ aut familiariũ aliquẽ, q̃bus abiturus, curam rerum ſuarũ mandarat, ſcire, unde cõparato naulo ligno rum Philondas, nauiculario ſatisfecerit, ſi ſe eũ patri cõ mendaſſe, & accepiſſe Philondã à patre meo naulum li gnorum negat. Nullius ergo teſtimoniũ proferre potes familiariũ tuorũ de non accepto, te abſente, naulo ligno rum de menſa: ſed alterutrũ neceſſe eſt, te aut nullo uti fa miliarium, neq; fidẽ habere ulli tuorũ: aut cum ſatis ſcias Philondã accepiſſe naulum lignorũ à patre meo, quem admodũ eũ commendaras, cum hinc ſolueres, exiſtima re, nobis, ſi poſsis, fraudandis, tuis rationibus & cõpen dio per iniuriã conſulendum. Ego uerò, Iudices, p̃ter teſti monium qđ uobis exhibui, eorũ q ſe ijs dediſſe argẽtum q̃bus iſte iuſsit, teſtanẽ, quiq; ad menſam tum ſederunt: etiam iuſiurandũ pollicitus ſum Timotheo, quod legeẽ uobis. IVSIVRANDVM. Neq; uerò, Iudices, inſcriptis ſolũ pater mihi debita reliquit, ſed decumbens ẽt dixit, q̃d ſibi deberetur ſingulatim, & à quo, & quem in uſum acceptũ eſſet argentũ. Hæc à me uere dici, ut appareat, lege mihi fratris teſtimonium. TESTIMONIVM Reli ctum igĩ fuiſſe nobis à patre Timotheũ debentẽ argen

tum, quod ab eo poſtulo, & id eſſe meæ portionis: et frater mihi teſtificatus eſt, & Phormio qui argentum numerauit, & ego iuſiurandum ei dare uolui. Quũ uerò iſte prouocaſſet apud arbitrum, & afferre iuberet tabulas à menſa, & exemplum poſtularet, miſſo Phraſicride ad menſam: Phraſicridæ extuli, & quærenda & exſcribẽda dedi ea quæ iſte debebat. Confeſſum aũt fuiſſe iſtum, ſe exemplum accepiſſe, ut conſtet: lege mihi teſtimonium.
TESTIMONIVM. Allatis igitur à me literis ad arbitrũ, Phormio & Euphręus, q argentũ quibus iſte iuſſerat, curarant, p̃ſentes, conuincebant eum, & qbus ſingula temporibus mutuatus eſſet, & quẽ ad uſum argentum accepiſſet, et quas ad res eo abuſus eſſet. Iſte uerò mille et trecentas & quinquaginta unã, & duos obolos, quæ primùm mutuatus fuit menſe Martio, ſoluturus Socratide prætore, quæq; Antimacho q̃ſtori ſuo dari iuſſerat: priuatim mutuaſſe dicebat patrẽ meũ Antimacho, non ſe accepiſſe. Ac uera quidem ſe dicere, nullo teſte oſtẽdit: ſed uerbis abutitur, ut ne ipſe fraudare, ſed Antimachus mutuatus eſſe uideatur. Ego uerò, Iudices, magnum uobis argumentum dicam, unde appareat nõ Antimacho mutuatum eſſe id argentum patrem, ſed Timotheo iamiam ſoluturo. Vtrum.n. facilius futurũ putatis patri, publicatis Antimachi bonis, aſſerere ſibi ab eo deberi id argentum, ſi Antimacho mutuaſſet: an expectare, dum id ab iſto locupletato reciperet? qui ipſe illo tp̃e ſpem de ſalute ſua perexiguam habebat? Enimuerò ſi poſtulaſſet, non defuiſſet unde ex ſponſo ageret, neq; ei fides fuiſſet à uobis abrogata. Scitis.n. omnes, patrem meum publica non iniuſtè concupiſſe, ſed de ſuo uobis, quoties iuberetis, alacriter erogaſſe. Deinde familiaris ei fuit Calliſtratus, qui Antimachi bona publicauit, neque ei aduerſatus eſſet. Quid ſibi uoluiſset igiť pater, ut Timotheum potius debitorem nobis inſcriberet, & relinqueret, niſi id argentũ debuiſset, quam ut è publicatis Antimachi bonis id poſtularet, atq; reciperet? De mille autẽ drachmis quas mutuò ſumpſit ab Antiphane in Calauria, ut inter Bœotios triremiũ p̃fectos diſtribueret, huc uenturus ad iudiciũ; quas ẽt reddidit Philippo nauiculario

Refutatio effugiorum Timothei.

I. *Antimacho data pecunia.*

II *Antiphani reddita M. drachma.*

rio, hic acceptas à patre meo: Bœotium nauarchum ait fuiſſe mutuatum, & pro ea pecunia patri meo oppignerasse æs. Eum autẽ non uerum dicere, magno uobis argumento demonſtrabo. Primũ cõſtat, iſtũ in Calauria eſſe mutuatum illas mille drachmas, & nõ Bœotium nauarchũ. Deinde Philippũ hic ab iſto repetijſſe mille drachmas, & non à Bœotio nauarcho: & reddidiſſe, iſtum nõ Bœotium nauarchum. Par enim erat ut Bœotius præfectus ab iſto alimoniam in naues acciperet. De cõmunibus enim tributis exercitui ſtipendia ſoluebantur. Pecuniam uerò tu omnem à ſocijs redegeras, & tibi ipſi rationes referendæ erant. Poſt, reuerſis Bœotijs nauibus, & militibus dilapſis, Bœotio præfecto nihil ab Athenienſibus periculi fuiſſet, neq; ullum in iudicium uocatus fuiſſet. Tibi uerò ingens periculũ imminebat, qui metu æſtuans, putabas tibi magnum fore defenſionis præſidium, ſi Bœotiæ triremes manſiſſent, donec iudiciũ de te fieret. Deinde quam'nã ob amicitiam pater Bœotio nauarcho mille drachmas mutuaſſet, quẽ non norat? At oppignerasse eum ait æs. quantum tandem, aut cuiuſmodi, aut unde allatum illud æs Bœotio nauarcho? utrum ex negociatione, an à captiuis acceptum? Iam qui fuere qui æs attulerunt ad patrẽ meum? utrũ mercenarij, an ſerui? aut quis noſtrorũ ſeruitiorũ id accepit? Oportuit enim, ſi ſerui attuliſſent, eos qui attuliſſent dedere: ſin mercenarij, eum è noſtro famulitio, qui accepiſſet æs, & expẽdiſſet, expoſcere. Neq; enim profectò uel is qui oppignerabat abſq; pondere traditurus, uel pater meus ipſe uel geſtaturus uel ponderaturus fuit: ſed famuli ei fuerunt, qui mutuò datę pecuniæ pignora reciperent. Demiror ego etiã, quam'nam ob cauſam Bœotius nauarchus æs illud patri meo oppigneraturus fuiſſet, cũ Philippo mille drachmas deberet? Vtrum q; Philippus inuitus facturus erat, ut uſuram acciperet, ſi argentũ in tuto collocaſſet, & ad pignus? an quod Philippo argentum non fuit? Proinde quid opus erat, ut Bœotius ille nauarchus à patre meo mutuum oraret, & potius Philippo redderet, q̃ æs Philippo oppigneraret? Sed neque æs oppigneratum fuit, Iudices, neque mutuatus eſt Bœotius nauarchus mille

drachmas à patre meo,ſed Timotheus iſte magna ege-ſtate preſſus: quem uerò in uſum conuerterit argentum, dixi uobis. Tantum autẽ abeſt ut gratiam referat pro credita & accepta à patre meo pecunia, ut forte etiam, ſi poſſit,fraudandũ cenſeat. De phialis porrò,& argenti III *Duæ phialæ & argenti mina.* mina quã à patre meo eſt mutuatus,miſſo pediſſequo ſuo Aeſchrione noctu ad patrem meum: rogabam eum apud arbitrũ,an adhuc ſeruus eſſet ſuus Aeſchrio,& poſtulabam ut ex illius corio ueritas exculperetur: qui cũ reſpõdiſſet, eum eſſe liberum, ab expoſtulatione deſtiti: teſtimonium autẽ petij ut proferret,Aeſchrionis tanquã liberi. Sed iſte neq; teſtimonium exhibuit,neq; Aeſchrionem ut ſeruũ tradidit,quò ueritas ex eius corpore exquireretur: metuens ſi eius teſtimoniũ ut liberi exhibuiſſet, ne ego falſi teſtimonij actione contra eum inſtituta, & dicti falſi teſtimonij Aeſchrione conuicto, ſe ob malas artes,ut lege permiſſum eſt,accuſarem. Sin ad quæſtionem dediſſet,ne ueritatem eloqueretur Aeſchrio. Atqui honeſtum ei fuiſſet,ſi reliqui argenti accepti teſtes exhibere non potuiſſet,ut illud ſaltem per Aeſchrionem probaſſet, non acceptas fuiſſe phialas aut minam argenti, neq; miſſum fuiſſe illum ad patrem meum: atque eo uti argumento apud uos,me etiam reliqua,de quibus accuſem,ementiri. Siquidem,quẽ dicam eius famulũ,phialas & argenti minam accepiſſe:is,quæſtionibus habitis,nõ accepiſſe cõperiatur. Quòd ſi firmũ iſti fuiſſet argumentum apud uos deditio Aeſchrionis, quẽ ab iſto miſſum fuiſſe affirmo,& accepiſſe phialas à patre meo,& argenti minam eſſe mutuatum:idem & mihi ſit argumentum apud uos,ueræ accuſationis meæ conſcium iſtum,nõ tradere audere Aeſchrionem. Defenſionis autem loco illud IIII *Naulũ Macedonicũ, & temporum conciliatio.* afferet,in menſarijs rationibus Alciſthene p̃tore ſcriptũ eſſe, ſe & naulum lignorũ accepiſſe, & precium phialarum,quas Timoſtheni pater pro iſto ſoluit:cũ eo tempore non domi,ſed apud Regem Perſarum fuerit. De hoc igitur perſpicuè uos docebo, ut certò ſciatis quo pacto ſe habeant menſariæ literæ. Nam iſte menſe Aprili Aſtio prętore,profecturus ad regem,cõmendauit Philondam patri meo, Sequenti anno, Alciſthene prętore, uenit Phi-

londas,ligna uehens è Macedonia,& naulum lignorum accepit à patre meo,iſto apud Regem abſente. Inſcripſerunt igitur,cum argentũ à menſa darent,iſtum debitorẽ, non cum præſens adhuc patri meo Philondam cõmendaſſet. Quando enim cõmendarat, ligna nondum aderant,ſed propter ea Philondas iter ſuſcepturus erat. Qui cum aduectis lignis rediret,iſte peregrè abfuit. Philondas autem accepit naulum lignorum quemadmodum iſte iuſſerat, & in iſtius ædes in Piræeo ligna uecta ſunt. Iſtum autẽ non pecunioſum hinc profectum eſſe,& ipſi, quibus eius opes oppigneratæ fuerunt,ſcitis,quos nunc defraudat. Vt autem cognoſcatis eum etiam ſine pignoribus debuiſſe quibuſdam ciuibus,cũ non haberet oppigneranda,quæ alicuius momenti eſſent: lege mihi teſtimonium. TESTIMONIVM. De phialis autem, quas Septembri menſe, Aeſchrio pediſſequus iſtius, & Aſtio prætore petijt,cum iſte domi eſſet, & hoſpitio Alcetam & Iaſonem excepiſſet: iſti ut debitori precium inſcriptũ eſt,Alciſthene prætore ea de cauſa,ꝙ interea relaturum eum quas petierat, putauit pater. Poſtquam autem iſte diſceſſerat,phialis non relatis,neque phialæ Timoſthenis apud Phormionem ſitæ erant, atq; is adueniens eas repetebat: tum & precium phialarum Timoſtheni perſoluit, & debitorem iſtum, ad reliquum æs alienum inſcripſit. Quare ſi hac defenſione abutetur,ſe nõ fuiſſe domi temporibus illis,cum ſibi precium phialarum expenſum latum ſit:ſic ei reſpondete, Accepiſti eas,cum adeſſes.Poſtquam uerò non referebas (peregrè enim aberas) phialæ autem quas creditor repetebat, non aderant: inſcriptus es eius precij debitor,quod pro phialis eſt ſolutum. At hercule,fortaſſe dicat, debuiſſe patrem à ſe repetere phialas? ſed te uidebat inopia premi: & cum de cætero ære alieno fidem tibi haberet, & putaret ſe id à te reuerſo,& locupletato recepturum, de phialis tibi diffiſus eſſet ſcilicet? quum precante te, cum ad Regem proficiſcereris, ſe naulum lignorum ſoluturum pollicere tur: de phialis quæ duæ erant,fidem tibi non habuiſſet? cum reliquum debitum à te non repoſceret,reſpectu inopiæ tuæ:phialas repopoſciſſet? Iam uerò uobis etiam de

Phialas cur Paſio non repetierit.

Cur iuſiuran-

delato iureiurando dicam: quod & iſti ego pollicitus ſum,& iſte mihi. Me enim iuſiurandum in echinum coniĳciente,poſtulabat & ipſe dato iureiurando ſe liberari. Ego uerò niſi certò ſciſſem,eum & ciuitatibus & hominibus priuatis,& ſæpe & magnis in rebus datam ſefelliſſe fidem,detuliſſem ei ſanè id iuſiurandum. Nunc,mea quidem opinione,cum teſtes mihi ſint, accepiſſe argentum à menſa eos, quibus id iſte dari iuſſerat, prætereaq; illuſtria argumenta: non cõmittendum uidebatur, ut ei iuſiurandũ deferrem,qui iuriſiurandi religione quid moueretur,quum nec ab aris ipſis præ auaritia manus abſtinuerit? Ac multa ſingulatim referri poſſent,quibus in rebus temerè peierarit. Quæ uerò eius periuria & euidentiſſima,& uobis etiam non ignota ſunt, ea uobis in memoriam redigam. Meminiſtis iſtum pro concione iuraſſe,& imprecatum ſibi internecionem,niſi Iphicratem peregrinitatis accuſaret,& ſuas facultates cõſecraſſe. Quæ cum iuraſſet,& pro concione promiſiſſet,nõ longo tempore pòſt,priuatæ utilitatis cauſa,ſuam filiam illius filio deſpondit. Qui igitur neq; uos ueritus eſt pollicitando decipere,cum leges eum qui populum pollicendo deceperit,publicè capitis accuſari iubeant: neq; deos immortales,quorum inuocato numine diris caput ſuum deuouit,quo minus peieraret,non reformidauit:ei me noluiſſe deferre iuſiurandum,eſt'ne uitio uertendum? Neq; etiã diu eſt,cum rurſus pro concione iurauit, ſibi nõ ſatis eſſe opum ad ſuſtentationem ſenectutis,cũ tantas opes poſſideat. Adeò inexplebile & ſordidum eſt eius ingenium. Ego uerò è uobis quærere uelim, nunquid iraſcamini au fugientibus menſarĳs? Si igitur illis iure iraſcimini,ut qui uos iniuria afficiant: nónne æquũ eſt, ut ĳs qui uos nihil lædunt,opitulemini? At qui propter tales homines mẽſæ conturbantur,qui quum in egeſtate mutuentur, & propter autoritatem fidem haberi ſibi poſtulent:locupletati non reddunt, ſed fraudant. Quarum igitur rerum teſtes uobis producere potui, ĳ mihi teſtimonium dixerunt. Præterea etiam argumentis uobis oſtendi,Timotheum debere argentum patri meo. Vos igitur oro,ut me iuuetis ad ea redigenda,quæ pater mihi reliquit.

dum à Timotheo accipere noluerit.

Periurium Timothei de Iphicrate.

Perfidia procerum perdit argentarios.

Peroratio.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS Polyclem, de ſumptibus, finito naualis præfecturæ tempore factis.

APollodorus Paſionis filius, cum in præfectura nauali præfinitum tempus ſtrenuè præclareq́; ſe geſſiſſet: in eadem alio non paruo tempore perſtitit, ſucceſſore Polycle non ſtatim ad nauem profecto. Qui poſtquã uenerat, cum nauem non ſtatim ſuſcepiſſet, ſed ſimulaſſet, ſe collegam ſuum naualem expectare, atque interim Apollodorus naui præfuiſſet: ſumptus eo tempore à ſe factos à Polycle poſtulat.

DEMOSTHENIS ADVERSVS POLYCLEM ORATIO, DE SVMPTIBVS FINITO *naualis præfecturæ tẽpore factis,* [redacted]

Pertinere hãc cauſam ad rẽpublicam.

TAlium controuerſiarum, Iudices, eos etiam qui cauſam cogniturí ſunt, uel in primis rationem habere decet. Neque enim mea & Polyclis priuata duntaxat, hæc cauſa eſt, ſed & cõmunis ciuitatis. Quarum enim rerum ut priuatæ ſunt actiones, ſic damna publica: eas nonne conuenit auditas à uobis rectè dijudicari? Nam ſi propter diſſenſionem de quopiam alio contractu Polyclem in ueſtrũ iudicium adduxiſſem, mea res & Polyclis ageretur. Nunc de ſucceſſione nauali uerba fiunt, & ſumptibus ſpacio quinque menſium, & ſex dierum, finito præfecturę tempore, factis: & de legibus, utrum eæ ratę ſint nec ne. Neceſſarium autem mihi eſſe uidetur, ab initio rem omnem apud uos exponere. Quare per deos uos oro, Iudices, ne me putetis nugas agere, ſi prolixius narrauero, & ſumptus, & acta, quàm & tempeſtiuè ſingula, & reipublicæ utiliter adminiſtrata ſint. Quod ſi quis me mentiri oſtendere poteſt, ſurgat, atque in mea aqua coarguat quicquid falſò apud uos dicere putauerit. Sin uera erunt, & nemo mihi niſi iſte contradicet: rem iuſtam peto à uobis omnibus, quicunque militaſtis, atque illic affuiſtis: tum ut ipſi recordemini, tum ut ueſtris aſſeſſoribus narretis ſtudium meum, & ea quæ reipublicæ illis temporibus acciderunt, & rerum difficultates: quo inde cogno-

Controuerſia.

Petit attentionem.

ſtatis qualis ego ſim in mandatis ueſtris exequēdis. Qui, autem domi manſiſtis, tacitè me audiatis, apud uos oia cōmemorantem, & in ijs quæ dicam omnibus, & ſenatuſconſulta, & plebiſcita proferentē, & teſtimonia. x calendas Sextilis, Molone prætore, concione conuocata, & multis magniſq; rebus uobis nunciatis, decreuiſtis a præfectis triremium naues in portum trahendas, quorū è numero & ego fui. Ac quæ tum reipublicæ tēpora fuerint, id non mihi narrandum, ſed uobis ipſis recordandū eſt: & Tenum ab Alexādro fuiſſe occupatā & direptā, & Miltocythem à Coty defeciſſe, auxilia poſtulantem, & Cherroneſum reſtituentē: & Proconneſios ſocios noſtros, imploraſſe pro concione opem noſtrā, dicentes, ſe à Cyzicenis & terra & mari bello premi, & petētes ne ſe, perituros alioqui, negligeremus: & mercatores, & nauicularios ſoluturos fuiſſe è Ponto, Bizantijs & Chalcedonijs, & Cyzicenis ꝑpter frumenti penuriā, naues excipientibus: & uidiſſe uos in Piræeo frumenti preciū creſcere, nec magnam copiā uenalem reperiri. Quæ cū uos ex eis tum pro concione audiretis, & patronis eorū: iuſſiſtis præfectos triremiū & naues protrahere, & ad uallū peruehere, & tum à ſenatoribus, tum à tribuniſplebis delectus haberi municipū, & nautas deſignari, & claſſem q; primū ablegari, & ſingula in loca mitti auxilia. Atq; id Ariſtophontis decretum uicit. DECRETVM. Decretum audiuiſtis, Iudices. Ego uerò poſtq; mihi nautæ non uenerunt delecti à municipibus, niſi pauci, ijq; imbecilles: eos quidē miſſos feci, & oppigneratis meis opibus, & mutuatus argentū, primus impleui nauem, cōductis nautis q; fieri poterat lectiſſimis, muneribus & congiarijs datis ſingulis eorū magnis. Præterea proprijs armamentis totam nauē inſtruxi, neq; è publico quicq; accepi, & q; potui pulcherrimè & ſplendidiſſimè inter triremium præfectos, exornaui. Remigiū igitur quod potui, præſtantiſſimū conduxi. Neq; uerò Iudices in triremi tū inſtruenda ſolū tātos ſumptus feci: ſed etiā pecuniæ: quā ad educendā claſſem conferri iuſſiſtis, non minimā partem uobis obtuli. Cum.n. uiſum eēt uobis ad municipū utilitatem, ut referrēt ſenatores eos, qui principes colla-

Narratio hiſtorica.

Nauis inſtructa ab Apollodoro.

Liberalitas Apollodori in conferendo tributo.

turi eſſent, tam inter mu nicipes, quàm inter eos qui in municipijs prædia haberent: relatũ fuit nomen meũ in tribus municipijs, propterea quod manifeſtę erãt meæ facultates. Neque ego in his quicquam cauſatus ſum, uel me triremẽ inſtruere, uel bina onera ſimul ſuſtinere non poſſe, uel legibus id iterdictũ eſſe: prima tributa primus pepẽdi, neque redegi. Nam & tum triremi præfectus reipublicæ cauſa peregrè aberã: & póſt reuerſus, bona noia iam ab alijs exacta, mala, reliqua deprehendi. Hæc ut uere à me dici conſtet, teſtimonia uobis legentur, & eorum qui tũ ſtipendia exigebant, & præfectorum claſſis. Cognoſcetis.n. me ſtipendia remigibus & militibus, ſingulis menſibus dediſſe, à ducibus commeatu duntaxat accepto, excepto duorum menſiũ ſtipendio, toto anno & quinque mẽſibus: & nautas a me conductos, & quantũ argenti ſinguli acceperint: atque ex his & meũ ſtudiũ, & quamobrem iſte à me nauẽ finito trierarchiæ meæ tpe ſuſcipere noluerit, perſpicietis. TESTIMONIA. Me igitur nihil falſi dixiſſe apud uos, Iudices, e recitatis teſtimoniis audiſtis. ea porrò quæ dicã uera eẽ, omnes mihi aſſentiemini: Triremis deſtructionẽ eſſe conſtat primũ, ſi quis ſtipendiũ non ſoluat, deinde ſi qs interea in Piræeũ redierit. Nam & maxima fit deſertio, & nautæ qui remanent, nolunt rurſum conſcendere, niſi quis eis aliud argentum det ad rem familiarẽ conſtituendam. quæ utraque mihi uſu uenerunt, Iudices, unde pfectura pluris mihi cõſtitit. Etenim nulla mercede à duce accepta octo menſibus huc appuli, legatos uehens, propterea quod mea nauis optimè iſtructa erat: & hinc, cum rurſus à populo mihi mãdatũ eſſet, ut Menonem ducem in Helleſpontũ, Autoclis, cui abrogatum erat imperiũ, loco, ueherem: celeriter ſolui, & in eorum nautarum qui me reliquerant, locũ cõduxi alios nautas, donis & autoramentis magnis datis. Veteribus aũt nautis qui remanſerãt aliquid largitus ſum, quod domi relinquerent ad conſtituendã rem familiarem, prẹter id quod prius acceperant: non ignorans quid cuique in præſentia eſſet opus. Cum aũt ipſe ita agerẽ, ut ita me amet Iupiter, & Apollo, nemo ueſtrũ credat qui non uerè cognitum ſtatũ rerum mearum habet, & fundum Thraſylo-

Sũptus et opera in bello.

cho & Archeneo oppigneraſſem, triginta minis ab eis mutuò ſumptis, atq; inter nautas diſtributis: ſolui & pfectus ſum, ut ne qd eo℞ quæ mihi mandarat, ppſs deſi deraret. Quibus ppſs auditis, me & collaudauit, & ad cœnam in curiã inuitauit. Hæc uerè à me dici, lecto teſtimonio & plebiſcito cognoſcetis. TESTIMONIVM PLEBISCITVM. Poſtq; aũt in Helleſpontũ uenimus, & præfecturæ meæ tempus exierat, & ſtipendia nõ niſi duo℞ menſium militibus reddita erant: multi è meis, abiectis animis, naue relicta abierunt: alij in Aſiam militaturi, alij in Thaſio℞ & Maronita℞ naues, magnis adducti ſtipendijs, magnáq; pecunia prius accepta, quia uidebant meos loculos exauſtos, et rempublicã eſſe negligentem, & ſocios inopes, & duces infidos, & præfecturæ naualis tempus iam exire, neq; domũ parari reditum, neq; ſucceſſorem uenire ad nauem, à quo aliqd opis ſperari aut impetrari potuiſſet. Quo enim ſtudioſius, & melius nauem bonis remigibus complerã, eo me plures q̃ ullum alium præfectũ deſeruerunt. Nam cæteris, ut nihil aliud, ſaltem qui è delectibus uenerant ad nauem, remanſerunt, reditum in patriam ſibi reſeruãtes, ſi eos dux miſſos feciſſet. Mei uerò nautæ freti ſuo robore & agendarum nauiũ peritia: quo in loco plurimũ argenti accepturi erant, eò ſe contulerunt: exiſtimãtes, præſentes copias plus ualere impendente metu, ſi quando à me deprehenſi eſſent. Cum igitur in eo loco res meæ eſſent, & ſimul dux Timomachus mihi mandaſſet, ut ad templum nauigarem ad perducendũ frumentũ, & ſtipendiũ nõ ſolueret, ac inſuper nunciatũ eſſet Bizantios & Chalcedonios rurſus exceptare nauigia, & adigere ad frumẽtum exonerandum: mutuatus ego argentum à Charidemo Anaphyliſtio quindecim minas fœnore, ſeptingẽtas autẽ drachmas ad octauas uſuras à Nicippo nauiculario, nauali contractu accepi, qui Seſti erat, ea conditione, ſi nauis incolumis Athenas rediſſet, ut ei & ſortem et uſuras redderem, & miſſo Euctemone ſemicenturione Lãpſacum, dato ei argẽto & literis ad hoſpites patris mei, iuſſi eũ mihi nautas conducere q̃ poſſet robuſtiſſimos. Ipſe autem Seſti moratus, ueteribus nautis, qui remãſe-

Diſceſſus militum.

Pecunia mutua.

rant, dedi quantum potui, poſtq́ mihi præfecturæ tempus exibat: & alios nautas integri ſtipendij accepi, interea dum dux nauigationem ad templum apparabat. Poſtq́ aũt & Euctemon Lampſaco uenit, nautas adducens quos conduxerat, & dux claſſicũ canere iuſſit, ut ſolueremus: accidit ut Euctemon repẽte in morbũ, eũq́ grauiſſimum incideret. Eum igitur, reddito ſtipendio, & adito uiatico domũ remiſi, atq́ ipſe alio ſemicenturione creato, ſolui ad frumentũ peruehẽdũ, ibiq́ moratus ſum quinq́ & quadraginta dies, donec naues è Ponto poſt arcturũ ſoluerent. Cum aũt Seſtũ perueniſſem, ego putabam me domũ iam rediturũ, cum non modo tempus mihi iam exactũ eſſet, ſed & duo mẽſes ad pręfecturã naualem acceſſiſſent, & ſucceſſor ad nauem non ueniret. Dux aũt Timomachus, cũ eum legati Maronitani conueniſſent, ac rogaſſent, ut frumentarias ipſorũ naues tueretur: nobis triremiũ præfectis mandat, ut eas naues ad triremes alligatas Maroneam pertraheremus, curſu & longo & ſpacioſo in mari. Et hęc uobis omnia ꝓpterea expoſui ab initio, ut ſciatis, quantos ipſe ſumptus fecerim, & quantum propter rempublicã onus ſuſtinuerim, quantũq́ poſtea pro iſto inſumpſerim finito præfecturę tempore, cũ ad nauem non ueniret, & quanta ipſe pericula ſubierim, & tempeſtatũ et hoſtiũ. Poſt.n. perducta Maroneam nauigia, cũ Thaſum perueniſſemus: eò profectus Timomachus, rurſus ꝑducebat cũ Thaſiis Strymen frumentũ & ſcutatos, ut ipſe locũ illum occupaturus. Cum uerò Maronitæ claſſe inſtructa nobiſcum de eo loco dimicaturi eſſent: & milites lõga nauigatione fatigati, naues Thaſô Strymen traherent, & hyems eſſet, & locus portũ non haberet, nec excendere & cœnare in hoſtili regione liceret, ac murũ undiq́ & mer cenarij milites & barbari finitimi circũſiderẽt: neceſſe fuit in ancoris in alto fluctuare noctem illã incœnatos & iſomnes et excubias habere, ne Maronitarũ triremes noctu ex inſidiis impetũ in nos facerẽt. Præterea fiebat noctu, propter anni tẽps, ut pluuiæ & tonitrua & uentus magnus orireẽ. Hæc.n. ſub ipſum Pleiadum occaſum facta ſunt. Quas ob res in quam animi ægritudinẽ, nõ incidiſſe mi-

ἀπολογία, ſeu excuſatio prolixioris narrationis.

ſites exiſtimatis? q; multos à me poſtea aufugiſſe rurſus ueterum nautarũ? cum & magnas ærũnas tolerarent, & operæprecia parua facerent, quantũ ſcilicet ego eis ad illa quæ prius à me abſtulerãt, mutuare poterã. Nã dux, ne id quidem quod ad quotidianã alimoniam ptineret, ſuppeditabat, & iam tres menſes legitimo præfecturæ tempori adieceram: & cũ iſte nondũ ad nauem ueniret, ego in deſertorũ loco nautas cõducebã, mutuò ſumpta pecunia. Soli aũt iſte è cæteris ſucceſſoribus nulla relinquitur excuſatio, cur non multo antè ad nauem uenerit. Euctemon.n.ſemicenturio, ut ex Helleſpõto ppter morbum domũ eſt miſſus, cum primũ appulit, & audiit, iſtũ mihi ſucceſſorem datũ, cum ſciret, iam & exiſſe tempus præfecturæ meæ, et me iam ultra terminũ abeſſe: adhibito Dinia genero meo, eũ in foro cõuenit, & quamprimũ ad nauẽ abire iuſſit: impẽſas.n.in dies ſingulos magnas fieri præter cõmeatum, qui à duce in nauem daretur, & ſingulatim ei cõmemorauit, & quæ mercedes remigio militibus in ſingulos mẽſes numerarent, & nautis, quos ipſe Lampſaci conduxiſſet, & iis qui in deſertorũ locum inſcendiſſent: prætereaq; quid ueterum nautarũ ſingulis rogatus addidiſſem, poſtq; mihi pręfecturę naualis dies exiſſet, & cætera, quæ in nauem ſingulis diebus impenderentur: quæ non ignorabat. Per eum enim, dũ ſemicenturionẽ ageret, & emebantur & expendebantur omnia & de armamẽtis retulit, me priuatim ea habere, & è publico nihil. Eam igitur, inquit, inito rationẽ, ut aut ab eo impetres, aut armamenta priuata hinc afferas. Arbitror aũt ei facile tecũ conuenturũ. Illic.n.pecuniã debet, quã diſſoluere uolet de precio armamentorũ. His iſte ex Euctemone & Dinia genero meo auditis, ad ea quæ ei dixerant, nihil reſpondit, ſed eum cũ riſu dixiſſe ferunt, Modò mus picem guſtat: facetus.n.eſſe uolebat. Quũ autẽ Euctemonis & Diniæ uerbis nihil mouereẽ, poſtea rurſus eũ conueniunt Pythodorus Acharnenſis & Apollodorus Leuconenſis, familiares mei, atq; amici, & ad nauem abire iubent, ut ſucceſſorẽ: & de armamentis ei narrant, me priuatim habere omnia, publicũ nihil. Quod ſi illis uti uoles, relinque, inquiũt, argentũ hic, neq; pericu-

Polyclis accuſatio.

lo maris cõmitte illuc uehendo,ut mihi redimerent prę diũ,redditis Archeneo & Thraſylocho triginta minis. De armamentorũ aũt attritione uoluerunt ei literas dare,& ipſi ſpõdere pro me:fore ut eadem mecũ conditione tranſigeret,qua & reliqui triremiũ præfecti cũ ſucceſſoribus. Hæc à me uerè dici ut conſtet, harũ rerum teſtimonia uobis recitabuntur. TESTIMONIA. Multis autem me uobis argumentis oſtenſurũ puto, Polyclem neq; tunc in animo habuiſſe nauem à me ſuſcipere: neq; poſtq̃ à uobis & decreto ueſtro coactus eſt ad nauem abire,cũ eò ueniſſet, uoluiſſe mihi in præfectura ſuccedere. Nam iſte poſtq̃ Thaſum uenit, me iam quartũ menſem,ultra terminũ,pręfecturã gerente: ego teſtibus adhibitis q̃ potui plurimis,tum ciuiũ tum militũ, eum Thaſi in foro conuenio,& nauem à me recipere iubeo ut ſuc ceſſorẽ,& reliqui temporis mihi ſumptus reſtituere. rationem aũt cum eo putare uolui de ſingulis,dum mihi factorũ ſumptuũ teſtes adeſſent,& nautæ,et milites,et remigiũ,ut ſi quid inficiaretur,eũ ſtatim conuincerẽ. Tam enim accuratè à me inſcripta erant omnia, ut non modò ſumptus eſſent annotati, ſed etiã ubi eſſent inſumpti, & quos in uſus,& preciũ, & quanti quicq; eſſet, & cuiate numiſma,& quanti argentũ mutaretur,ut certò poſſem oſtendere ſucceſſori,ſi quid me ſibi falſo imputare duceret,Præterea fide etiam data ſumptus ei computare uolui.Me aũt id poſtulante,reſpondit, ſe nihil curare quicquid dicerem. Interea miniſter à duce miſſus, mihi mandat,ut ſoluã:non iſte ſucceſſori,cuius munus id erat.Eius aũt rei cauſam,in ꝓgreſſu orationis uos edocebo. Tum igitur mihi uiſum fuit ſoluere, & nauigare quò iuberet. Poſtq̃ aũt rurſus Thaſum appuli,pertractis in Strymẽ, quò dux iuſſerat,nauigŷs,iuſſis nautis in naui manere, et militibus & remigibus,ipſe excendi,& in ædes abŷ,ubi Timomachus dux diuerſabatur: uolens etiam corã illo nauem tradere iſti Polycli plenã. Deprehendo igitur & iſtum illic,& triremiũ præfectos & ſucceſſores, et alios quoſdã ciues:& rectà ingreſſus,corã duce uerba ad eum facio,& peto ut nauem à me ſuſcipiat,et ſumptus reliqui tpis mihi ꝑſoluat;deq; armamentis eũ interrogo, utrum

Cõcertatio Polyeas & Apollodori.

ca

ea ſuſcepturus eſſet, an proprijs ſecum allatis, ad nauem ueniret. Quæ cum ab eo poſtularem, rogabat me, cur ego ſolus è triremium præfectis, priuata armamenta haberem? & utrum ciuitas ignoraret, poſſe quoſdam armamenta præbere nauibus, ne ipſa ea præberet? An tibi, inquit, præter cæteros ita libet profundere per ludibrium diuitias, ut & armamenta priuata habeas, & aurata ornamenta ſolus è triremium præfectis? Quis igitur, inquit, poſſet tuam inſaniam tuasque profuſiones tolerare? comitatum corruptum, & multum argenti ante tempus capere & immunem à receptis nauium muneribus & lauare in balneis ſolutum? & cùm milites, tum remiges ob magnum & integrum ſtipendium luxu diffluentes? Malorum, inquit, doctor extitiſti in exercitu, & autor es ex aliqua parte, ut & reliqui præfecti militibus improbioribus utantur, eadem quæ tuis tu largiris, requirentibus. Decuiſſet te cæterorum præfectorum frugalitatem imitari. Hæc eo dicente, reſpondi: Ego propterea, inquam, è nauali non accepi armamenta, quòd ipſe ea perdidiſti. Sed ſi uis, hæc accipito: ſin minus, armamenta ipſe tibi compara. Quod autem ad nautas attinet, & milites, & remiges, ſi eos à me corruptos eſſe dicis, accepta triremi ipſe tibi & nautas, & milites, & remiges cura, qui gratis te comitentur. nauem autem accipe. neque enim me triremi præeſſe decet amplius. Nam & præfecturæ meæ tempus præterijt, & ego iam quatuor menſes ultrà, id onus ſuſtinui. Hæc me dicente, mihi collega, inquit, meus non uenit ad nauem, non igitur ſolus triremem ſuſcipiam. Hæc uere à me dici apud uos, & eum in foro prius mihi reſpondiſſe, ſe mea uerba nihil curare, & in ædibus ubi Timomachus diuerſabatur, ſe ſolum nauem non eſſe ſuſcepturum, uti conſtet: harum rerum uobis teſtimonia legentur. TESTIMONIA. Poſt hæc, *Alia concertatio.* Iudices, cum nec in naue mihi ſuccedere uellet, neque ſumptus reliqui temporis redderet, & me dux ſoluere iuberet: aggreſſus eum Thaſi in portu coram duce, plena iam triremi: ſic cum eo ago, non quod æquum eſſet (erat enim iſte meliore conditione) ſed quia pro re nata ſic agere neceſſe mihi erat. Poſtquam tu ais, ô Po-

lycles, collegam tuum non uenire, impenſas reliqui tem poris, quatuor menſium, ſi potero, ab eo exigam. Tu uerò ſuſcepta naui, primum tuum tempus ſex menſes, obito: deinde ſi interea uenerit collega tuus, eam obito tuo munere, illi tradito. Sin minus, nihil intolerabile tibi accidet, etſi duos menſes adieceris. An cum ego & meum tempus, & collegæ obierim, & pro uobis etiã exacto tẽpore publicum munus ſuſtinuerim: tu qui nullos feciſti ſumptus, grauaris, ſuſcepta naui tuũ ſaltem obire tempus, aut impenſas mihi reſtituere? Hæc me dicente, fabulas me narrare aiebat. Dux autẽ nauim conſcendere me iubebat, & ſecũ ſoluere. Ac ut eum hæc reſpondiſſe conſtet, lege mihi teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Dicam uobis etiã ſignum euidens, ut ſciatis inſignem mihi factam eſſe iniuriã. Nam Hagniæ & Praxicli ſub idem tempus dati ſucceſſores ſunt, Mneſilochus, Perithædes, & Phraſicrides Anaphlyſtius. Phraſicride autẽ ad nauẽ non profecto, Mneſilochus Thaſum uenit, et ab Hagnia triremẽ ſuſcepit, & impenſas reliqui temporis ſoluit Hagniæ, quas pro eis rogatus fecerat, & armamenta conduxit ab Hagnia, & ipſe triremi præfuit. Deinde, qui à Phaſicride miſsi erant, & impenſarũ partẽ reddiderunt Mneſilocho, & deinceps, ſumptus quos nauis requirebat, unà ſuſtinuerunt. Age horũ mihi lege teſtimonium. TESTIMONIVM. Fortaſsis igitur cauſam requiritis, Iudices, cur dux tum iſtũ ſuſcipere nauem non coegerit, qui ſucceſſor ad eam ueniſſet: cum leges id tã ſeuerè præcipiant? Huius ergo rei cauſam perſpicuè uos edocebo. Timomachus, Iudices, triremi uoluit ad omnia bene inſtructa uti. Sciebat autẽ iſtum triremi ſuſcepta, ignauũ futurũ, neque uel armamentis, uel militibus, uel remigibus meis uſurum. Neque enim quiſquã apud eũ manſiſſet. Præterea ſi ei mandaſſet, argento non dato, ut nauigaret, non ita ut me ſoluturũ, ſed moleſtum ſibi futurum. Preterea mutuatus ab iſto erat triginta minas, ea conditione, ne eum cogeret nauem ſuſcipere. Qua autem de cauſa mihi maximè iratus, me inſectatus ſit, ac nunquã mihi uel una de re dicendi poteſtatem fecerit, uolo uobis perſpicuè explicare: ut ſciatis me non feciſſe

Ab exemplo aliorum.

Querela de ducis iniquitate.

pluris illo tẽpore, uel ocium meum, uel illius potentiam, quàm populum Athenienſem, & leges: ſed æquo tuliſſe animo & factorũ iniuriam & contumeliam uerborum, quæ mihi multo erant grauiora impenſis. Vt enim Thaſi claſsis morabatur, è Methona urbe Macedoniæ nauicula uenit, hominem uehens & literas à Calliſtrato ad Timomachum: quibus petebat (ut ego poſtea reſciui) ſibi triremem expeditiſsimã mitti, quo ad eum ueniret. Poſtridiè, cũ prima luce miniſter aderat, qui me nautas in nauẽ uocare iuberet. Quæ cũ plena eſſet, conſcendit Callipus Philonis F. Aexonenſis, & gubernatori indicat, ut uerſus Macedoniã nauigaret. Poſtquam autẽ uenimus ad oppidum quoddã in oppoſita continente, Thaſiorum mercatũ: & egreſsi pranſi ſumus: ad me accedit nautarũ unus Callicles Epitrephis F. Thriaſius, dicens ſe mecũ locuturũ de re quæ mea intereſſet. Cum dicere iuſsiſſem, ſe mihi gratiã relaturũ ait, quantũ poſſet, quòd ſibi in egeſtate ſuccurriſſem. Tu igitur, inquit, hæc nauigatio, ſcis qua de cauſa, quóue ſuſcipiatur. Cum aũt reſpondiſſem, me neſcire: At ego, inquit, tibi dicã. Te uerò, audita re, prudens inire conſiliũ oportebit. Vectutus es hominẽ exulem, quem Athenienſes bis capitis dãnarunt, Calliſtratũ, è Methona in Thaſum ad Timomachum affinẽ, ut ego, inquit, è Callipi pueris audiui. Tu igitur, ſi ſapis, neminẽ exulem nauem conſcendere ſines. Eſt enim legibus interdictũ. Quibus ego è Callicle auditis, accedo ad Callippũ, eũq; rogo quorſum nauiget, quaq; de cauſa. Eo uerò me deridente, & cõminante, ꝙ nec ipſi ignoratis (neque.n. ignotũ uobis eſt Callippi ingeniũ) ei dico: Audio te nauigare ad adducendũ Calliſtratũ. Ego uero neminẽ exulem ueham, neq; ad eũ nauigabo. Leges.n. non ſinunt ſuſcipere ullum exulem: aut eodẽ crimine teneri iubẽt eũ qui ſuſceperit, quo ipſos exules. Reuertar igitur cũ naue ad ducẽ. Cũ conſcendiſſent nautę, gubernatorem iubeo redire Thaſum. Refragante Callippo, & iubente nauigare in Macedoniã, quò dux iuſsiſſet: reſpondet ei Poſidippus gubernator, me & præfectum eſſe triremi, & rationib⁹ reddendis obnoxiũ, & ſe mercedem à me accipere. nauigaturum igĩt Thaſum ad ducẽ,

Calliſtratus exul.

quò iuſsiſſem. Poſtridiè cum Thaſum rediſſemus, acceſſit me Timomachus in ſuũ diuerſoriũ, quod erat extra mœnia. Ego uerò metuens ne in uincula coniĳceret, in calumniam adductus à Callippo: ipſe non pareo, ſed miniſtro dico, ſi quid mecũ agere uellet, me in foro futurũ: & puerũ cum eo mitto, ut ſi quid ille imperaret, mihi renũciaret. Propter has cauſas, quas dixi uobis, Timomachus non coegit iſtũ ſuſcipere nauem, prætereaq́ ipſe naui uti uoluit optimè inſtructa. Nã Thraſylocho Anagyraſio, cuius ipſe triremi uehebatur, perſuadet, ut Callippo præfecturã locet, quo Callippus naue potitus, ſuo arbitratu Calliſtratũ circũueheret. Ipſe, mea naui cõſcenſa, quouis obnauigat, donec in Helleſpontũ perueniſſet. Cum autẽ ei triremibus non amplius eſſet opus, collocato Lycino Pallenenſe duce in meã nauẽ, & iuſſo, ut quotidie argentum nautis daret, abire domum me iubebat. Cum igitur domũ redituri, Tenedi eſſemus, & neq; Lycinus, cui mandarat Timomachus, nautis ſtipendiũ ſolueret: q̃ ſe non habere, ſed Mitylenis accepturũ eſſe diceret: neq; milites haberent unde cõmeatum emerẽt, & ieiuni remos agere non poſſent: rurſus ego ciuibus teſtibus adhibitis, aggreſſus Polyclẽ iſtum Tenedi, iubeo & nauẽ ſuſcipere, ut ſucceſſorẽ, & mihi reddere ſumptus à me finito præfecturæ tempore factos, ne ſpeciẽ defenſionis haberet apud uos, me propterea noluiſſe nauẽ ſibi reddere, ut per ambitionẽ domũ redirem naue bene inſtructa, & apud uos ſumptus oſtentarẽ. Quam cum ipſe ſuſcipere nollet, nautæ autẽ argentum poſtularent ad emenda neceſſaria: rurſus ad eum accedo teſtibus adhibitis, eumq́; rogo num nauim abducturus eſſet, & nũ argẽtum haberet, & à me ſuſcepturus eſſet nauẽ, nec ne: Reſpondente illo, ſe adueniſſe cũ argento: iubeo mihi mutuari oppigneratis armamẽtis, ut poſsem diſtribuere pecuniam inter nautas, nauemq́; domũ deducere, quando eam, quanquã ſucceſsor, ſuſcipere nollet. Hæc me orante, reſpondit, ſe ne teruncium quidem mutuaturum. Ego igitur ab hoſpitibus Tenedĳs patris mei, Cleanacte & Eperato mutuatus ſum, et nautis ſtipendium ſolui. Quia enim & Paſionis eram filius, & eius hoſpitĳ cum mul-

Tertia concertatio cum Polycle.

tis erat, & fides in Græcia habebatur: non deerant qui mihi petenti mutuarent. Hæc ut a' me uerè dici conſtet, teſtimonia uobis exhibebo. TESTIMONIA.

Quorum igitur teſtimonia uobis exhibere potuimus, qui adfuerunt, cum ſæpe nauem Polycli tradere uolui, is uerò recipere noluit: ea uobis legimus. Præterea ſatis multis etiam argumentis uobis oſtendi, quamobrē recuſarit. Curabo etiam, ut lex de ſucceſſoribus uobis legatur, ut ſciatis quantis mulctis propoſitis, ſi quis nauim præfinito tempore non ſuſceperit, iſte non me ſolum, ſed & uos & leges deſpexerit: & quantum in iſto fuit, & reipublicæ & ſociorum conatus omnes fuiſſe irritos, intelligatis. neque enim ad nauim uenit, ut lege iubebatur: neque, cum ueniſſet, eam ſuſcipere uoluit. Ego uerò & meum & collegæ mei tempus, uobis obij: & cū præfecturæ meæ tempus exijſſet, mandante mihi duce, ut ad templum nauigarem: & perduxi populo frumentum ut copiam uænalem haberetis: & quantum in me eſſet, nihil à uobis deſideraretur: & quaſcunque alias ad res dux uèl me uel triremi uti uoluit, præſtò fui: non ſum ſptibus modò faciendis, ſed & corpore periculū adeundo, unaque nauigando: cum in eo tum ſtatu res meæ domeſticæ eſſent, quo uos audito fore putem, ut noſtri miſericordia moueamini. Mater enim mea ægrotabat, & moribunda erat, me abſente, ut non amplius iuuare poſset rem meam familiarem exhauſtam, niſi parum. Vt enim ſexto die poſt acceptum nuncium ueneram, illa me intuita & allocuta, efflauit animā, cū bona ſua iā in poteſtate non haberet, ut mihi quantum uellet, largiretur. Nam ſæpe prius etiā me accerſierat, precata ut ipſe uenirē, ſi cum triremi non liceret. Vxor porrò, quā ego facio maximi, lōgo tempore abſente me decubuit, liberi parui, res familiaris obærata. Tantū autem abfuit ut agri quicquā ferrent, ut eo anno putei etiā aqua deficerentur, quod noſtis oēs, ita ut nec holera in horto creſcerent. Creditores autē ad uſuras exigendas ueniebant, poſtquam annus exierat, niſi eis, ut ſyngraphæ iubebāt, redderentur. Quæ cum ego & nuncijs, & domeſticorū literis cognoſcerem, quo me fuiſſe animo putatis, aut

Criminatur aduerſarij contumaciam.

Commendat ſuā induſtriā.

Deplorat mala ſua domeſtica, amplificandi cauſa.

Mater moribunda.

Vxor ægrotat.

Sterilitas.

Vſura.

quantum fudiſſe lachrymarum: partim præſentes difficultates reputantem, partim uidere deſiderantem liberos, & uxorem, & matrem, quam uiuentem inuenturũ, ſpem tenuem habebã. quibus quid eſt homini dulcius? aut qd eſt cur his orbatus quiſq; uiuere cupiat? Quanquam autem ita mecum agebatur, non pluris feci res meas priuatas, quàm ueſtras: ſed oportere cenſui me nec pecuniarijs ſumptibus, nec detrimẽtis rei familiaris, nec morbo uxoris & matris ſuccumbere: ne quis criminaretur me uel ordines deſeruiſſe, uel triremem meam nulli fuiſſe uſui Reipublicæ. Pro quibus omnibus hanc à uobis repeto gratiam, ut quemadmodum ego, pro meo loco atque officio, me uobis obſequentem atque utilem præbui: ſic uos quoque nunc mei rationem habeatis: utque & omnium eorum quæ dixi uobis, & teſtimoniorum quæ produxi, & decretorũ memores: tum mihi affecto iniurijs ſuccurratis, tum uos ipſos ulciſcamini, tum quæ pro iſto inſumpſi, reſtituatis. Alioqui, quis ſuum erga uos ſtudium declarabit, ſi uidebunt, neque bonis & dicto audientibus referri gratiam, neque improbis & ueſtri contemptoribus pœnas irrogari? Legetur autem uobis & lex, & ſumptus finito præfecturæ tẽpore à me facti, & quem in uſum ſingulatim, & nauis deſertores, quantum argenti quiſque cum fugam caperent, abſtulerit, & quò ſe contulerit: ut cognoſcatis, me neque nunc apud uos mentiri quicquã, neque etiam ſuperiore tẽpore. Ego.n. ſic exiſtimo, & tempus definitum legibus, ſine querela ueſtra obeundum: & contemptores tum ueſtri, tum legũ, & nolentes obtemperare legibus, à me conuictos apud uos iniuriarum, eſſe ulciſcendos. Neque uerò, mihi credite, mea cauſa magis q̃ ueſtra, Polyclem ulciſci ſtudeo: neque mihi tam præteriti triremium præfecti curæ ſunt, quàm futuri, ut neque hi qui munera obeunt, animos deſpondeant, neque ſucceſſores, leges contemnant, ſed ad naues abeant, cum fuerint deſignati. Quæ uobis cogitanda ſunt, ut rectè & uerè de rebus omnibus iudicetis. Perquam autem è uobis quærere uelim, Iudices, quo in me animo futuri eſſetis, ſi finito meo tempore, iſtoq; ad nauẽ non ueniente, naui diutius, iubente im-

Petitio.

Communicatio rerũ cauſam e republica.

Si delinquẽtibus iraſcimur: rectè facientes iuuandi ſunt.

petatore, non præfuiſſem, ſed diſceſſiſſem? nónne irati mihi fuiſſetis, meq́; delinquere putaſſetis? Quod ſi tum irati mihi fuiſſetis, quòd naui diutius non præfuiſſem: nónne conuenit, ut nunc ab iſto, ſumptus mihi exigatis, quos pro eo feci, qui nauem à me non ſuſcepit? Neque uerò mihi ſolùm nõ ſucceſſiſſe, ſed prius etiam cum Euripidis collega eſſet, atque inter ipſos conueniſſet, ut ſex uterq; menſes nauigaret: poſtquam Euripides abijt, & tempus elapſum erat, non ſuſcepiſſe eum nauem, hoc audito teſtimonio cognoſcetis. TESTIMONIVM.

Polycles etiã antea ceſſator.

ARGVMENTVM ORATIONIS DE corona præfecturæ naualis.

Multis & magnis rebus Athenienſes urgentibus, ut triremes complerent, & maritimi imperij curam ſuſciperent: decretum fit, ut qui primus è triremium præfectis nauem inſtructam haberet, coronam acciperet. Qui autem, ante pridie calendarum, hoc eſt poſtremum diem menſis, nauem ad uallum non perduxiſſet, uinciretur. Fuit autem id uallum ſtructura portui præpoſita, ut & naues commodius appelli poſſent, & nautæ ibi forum haberent. Apollodorus igitur, qui nauem primus perduxerat, coronam accepit. Cum autem rurſus probatio propoſita eſſet, ut is etiam qui nauem pulcherrimè inſtruxiſſet, coronaretur, eam quoq; coronam Apollodorus ſibi uendicat.

DEMOSTHENIS DE CORONA PRÆFECTVRAE NAVALIS ORATIO,

[redacted].

SI ei qui plurimos defenſores habet, patres conſcripti, ſenatuſconſulto corona daretur: uæcors ſanè eſſem, qui eam peterẽ, cũ unus Cephiſodotus mihi ſit patrocinatus: iſtis cõplures. Nunc, iuſſit populus q̃ſtorem ei coronam dare, qui triremẽ primus inſtruxerit, id quod ego feci: propterea'q́; me cenſeo coronandum. Demiror autem iſtos, qui

Sibi bene merito, non ignauis & ambitioſis coronam dandam.

triremi neglecta, oratores ſubornarunt, mihiq; illi uiden tur omnino à re aberarare, atq; exiſtimare, uos non ĳs qui officio fungantur, habere gratiam; ſed ĳs qui de eo glorientur. In quo, non ita ut ego, de uobis exiſtimant. atq; ob eam ipſam rem æquum fuerit uos mihi fauere magis. Ego enim uos meliores uiros iudico, quàm iſti. Æquum autem eſſet, Athenienſes, & iuſtum, ut ĳ qui coronã à uobis tribui ſibi uolunt, ea ſe dignos eſſe oſten derent, nõ mihi maledicerent. Quod quando iſti coràm faciunt, oſtẽdam eos in utroque mentiri, et in ſemetipſis commendandis, & in nobis inſectandis, proferendis rebus à noſtrũ utriſq; geſtis. Decreto à uobis facto, quiſquis ante pridie calendarum nauem ad uallum non protraxiſſet, ut uinctus iudicio traderetur, & cõfirmato: ego protraxi, & eam ob rem corona ſum à uobis donatus. Iſti aũt nõ protraxerunt. Proinde uinciri debuerunt. An nõ igitur rem abſurdiſſimam facietis, ſi eos qui tali mulcta ſe obligarunt, coronabitis? Armamenta porrò quæ publicè præbenda ſunt triremium pręfectis, ego priuatis ſumptibus comparaui, & è publico nihil accepi. Iſti autem ueſtris uſi ſunt, & de ſuo in ea nihil erogarunt. Ac ne illud quidem dicere poſſint, ſe ante me conatos eſſe. Priuſquam enim iſti triremem uel attingerent, mea completa fuit, atque compleri eam uos omnes uidiſtis. præterea remigium comparaui præſtantiſſimum, argenti maxima ui erogata. Iſti autem, ſi noſtro deterius habuiſſent, non eſſet mirandum. Nunc prorſus nullum conduxerunt, qui de impenſarum magnitudine contendunt. Enimuero qui æquum eſt, eos, quum illa poſterius reſarſerint, nũc quaſi primi inſtruxiſſent, corona ornari? Equidem exiſtimo in ea ſententia eſſe uos, ut me quoque tacentem iuſtiſſimè coronandum cenſeatis. Solis autem iſtis ne uerba quidem eſſe de corona facienda, id iam oſtendam. Vnde id maximè perſpicitur? ex ipſis iſtorum factis. Inita enim ratione, qua præfectura naualis minimo conſtaret, eam locarunt. Quid eſt autem iniquius, quàm fugiſſe ſumptus: eos uerò honores, qui propter illos decernuntur, haberi ſibi poſtulare? & quo minus nauis protracta ſit, conductorem culpare: eorum uerò quę

Cõparatio factorum Apollodori et æmulorum.

Nauis ad uallũ perducta.

Armamenta priuata.

Remigium.

probè adminiſtrata ſunt, ſibi à uobis ut habeatur gratia, flagitare? Neq; uerò ex his dũtaxat uobis ius ſpectandum eſt, ſed ex ijs etiam quæ ipſi prius feciſtis, cum quidam eodem ſe quo iſti modo geſſiſſent. Cum enim nauali ab Alexandro prælio uicti eſtis, tunc ijs trierarchis qui trierarchias locarant, eam cladem potiſſimùm acceptam ferentes, eos in iudicium adduci curaſtis, cum hoc præiudicio, prodidiſſe eos naues, & ordinem deſeruiſſe: cum Ariſtophon accuſaret, uos iudicaretis. Quod ni minor ueſtra fuiſſet iracundia illorum delicto, nihil obſtitiſſet quo minus occiderentur. Cum autem iſti ſciant, ſe in eodem eſſe cum illis delicto & crimine, ſupplicium apud uos meritum non exhorreſcunt, ſed concionantur in alios, ſeq; coronari iubent. Atqui conſiderate, quæ uobis conſtitiſſe ueſtri conſilij ratio uideri poſſit, ſi ob eandem cauſam alios penè damnaſſe capitis, alios coronis donaſſe uideamini? Neq; uerò eo duntaxat facto peccabitis, ſed tum etiam, ſi poteſtate data, talia facinora non plectetis. Nõ enim cum ueſtras opes perire ſiuiſtis, tum grauiter eſt ferendũ: ſed dum res ueſtræ ſaluæ ſunt, dum eos qui præſunt, propter ſordes, non eam illarum ſuſcipere curam perſpicitis, quam oportebat. Neq; quiſquã ueſtrũ hanc orationem, ut acerbam, grauiter ferat: ſed ijs iraſcatur qui culpam in ſe admiſerunt. Propter illos enim hoc fit. Miror autem ego cum nautas deſertores, quorum tricenas quiſq; drachmas duntaxat accipit, iſti & uinciant, & puniant: cur triremiũ præfectos qui claſſem deſerunt, quorum tricenę cuiq; minæ pro primo ingreſſu maris numerantur, uos non eodem modo tractetis? Itáne ſi pauper aliquis inopia coactus peccarit, extremis ſupplicijs afficietur: ſin diues propter ſordes eadem commiſerit, ueniam conſequetur? Vbi autem æqualitas illa, & populare imperiũ apparebit, ſi uos ad hunc modũ iſta gubernabitis? Iam illud etiam abſurdum mihi uidetur, cum is qui contra leges aliquid dixerit, ſi conuincitur, * tertia parte mulctetur corporis ignominia: illos qui contra leges non dixerunt, ſed fecerunt, nullas dare pœnas? Atqui, Athenienſes, omnes uos fateamini, lenitate iſta cæteros ad iniuriam faciendam incitari. Sed

Ante acceptũ malum ſapiẽdum.

Dat ueniam coruis, uexat cẽſura columbas.

A' minori.

τὸ τρίτον μέρος ἀτιμῶσθαι τοῦ σώματος.

Impunitas.

quandoquidem prodij, ea uos etiam quæ hinc oriuntur, edocebo. Si quis conducta trierarchia hinc ſoluit, oēs homines ſpoliat, & deprædatur, & cum emolumenta priuatim percipiat, pœnas illorum facinorum quilibet ueſtrûm dat, ſolisq́; uobis nuſquam ſine caduceo ire licet, propter inſtitutas per illos, & corporum & bonorum ueſtrorum comprehenſiones. Quare ſi quis rem uerè conſideret, eas triremes non pro uobis, ſed contra uos eſſe miſſas inueniet. Qui enim pro republica militat, eū non ſperare oportet, ſe de publico locupletatum iri, ſed de priuata re ſubuenturum eſſe reipublicæ: ſi modo res ueſtræ erigendæ ſunt. iſti uerò omnes in contraria ſententia hinc ſoluunt. Proinde illorum delicta ueſtris damnis corriguntur. Neq; uerò horum quicquam fit temerè. Dediſtis enim hominibus improbis eam licentiam, ut ſi rapinas texerint, ijs fruantur. Sin deprehenſi fuerint, ueniā impetrent. Proinde ijs qui honeſtate non ducuntur, faciendi quiduis eſt conceſſa impunitas. Ac priuatos quidem homines, qui damno accepto ſapiunt, inconſideratos nominamus. Vos autem qui ne acceptis quidem malis ſapitis, quo nomine quis appellet? Reliquum eſt, ut de aduocatis etiam dicamus. Sic enim quidam ſibi omnem quiduis & dicendi & agendi licentiam ſumunt, ut qui aliquando cum Ariſtophonte accuſarunt, & inuecti ſunt in eos qui præfecturas elocarant, eorum nonnulli nunc iſtos coronare iubeant, atque omnino ipſi nunc ſeſe coarguant, ſe aut tunc illos per iniuriam fuiſſe calumniatos, aut nunc hiſce mercedis cauſa patrocinari. Gratificari nos iubent, quaſi donationes nunc agantur, nō autem uictoriæ præmia. aut etiam quaſi gratiam inire debeatis huiuſmodi rebus apud eos qui uos negligunt, nō autem per uiros bonos ijs qui officio funguntur, gratia referenda ſit. Deinde uſq; adeò exiſtimationis ſuæ nullam rationem habent, & præ accipiendi ſtudio cætera omnia contemnunt: ut non modò priora ſua uerba refellere nunc auſint hiſce concionibus, ſed ne nunc quidem ipſi ſibi conſtent, qui cum nautas triremis eſſe oportere dicant proprios coronam accepturæ: eos triremium præfectos, qui ſe ab eo munere alienarunt, nunc coronari iu-

Locatarū trierarchiarū incommoda.

Animus probi militis.

Licentia militum.

Athenienſes nec ictî ſapiunt.

In æmulorum mercenarios aduocatos.

beant. Neque uerò ullum iſtorum priorem inſtructum fuiſſe dicunt, ſed iubent nos communiter omnes coronari, cum non ſit ea decreti ſententia. Tantum autem abeſt ut iſta ego concedam, quantum ut præfecturam elocarim. neque enim illud feram, neque hoc feci. Simulant ſanè ſe iuſtitię & æquitati patrocinari: ſed uehementius contendunt, quàm ueſtrûm aliquis gratuito faceret. Perinde ac ſi mercedem mereri, non ſententias dicere eis conueniat. Deinde non tanquam in communi ciuitate uerſentur, proptereaq́ cuiuis dicere liceat: ſed tanquam id ipſi ueluti priuatum ſacerdotium obtineant, ſi quis cauſam ſuam apud uos agit, quiritantur, eumq; audacem eſſe clamitant: atque in eum ſtuporem ueniunt, ut putent, ſi quem, qui ſemel apud uos uerba fecerit, impudentem uocarint, fore ut ipſi in omni uita boni uiri exiſtimentur. Enimuero & propter iſtorum conciones multa deteriora ſunt, & per eos qui iuſtitiam oppugnare nõ dubitant, cuncta perierunt. Iſtis igitur patronis aſcitis, cum ſciant tantam in promptu eſſe maledicendi eis materiam, ſi quos conuicium facere iuuat: tamen in contentionem deſcendere, & alicui maledicere non dubitant ij, quos impunitate contentos eſſe oportebat. Vt autem iſti audaces ſint & iniurij, nemo magis in cauſa eſt quã uos ipſi. Ab oratoribus enim, quos ſcitis eſſe mercede conductos, ſciſcitamini, quales quiq; exiſtimandi ſint, non ipſi iudicium facitis. Quid eſt autem abſurdius, quã cum eos ipſos improbiſſimos ciuium exiſtimetis, illos qui ab iſtis laudantur, pro bonis uiris habere? Proinde illi omnia ſuo arbitratu agunt, & rempublicam tantum non ſub præconem ſubijciunt, & coronare quem ipſis uiſum fuerit, & non coronare iubent: & ſuam autoritatem plus ualere uolunt, quàm decreta ueſtra. Ego uerò uos moneo, Iudices, ne ſtudium & liberalitatem eorum qui ſumptus facere uolunt, oratorum auaritiæ ſubijciatis. Alioqui docebitis omnes, à uobis mandata munera quàm utiliſſimè adminiſtrare, & conducere quam plurimos qui pro eis apud uos impudentiſſimè mentiantur.

Refutatio conuiciorum, & recriminatio.

Licentia oratorum.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Callippum.

*LYcon quidã Heracleota genere, Paſionis utebatur menſa. Is in Africam nauigaturus, reliquit argentum, & ut Paſio uiuens dicebat, et Apollodorus nunc dicit, iuſsit id Cephiſiadæ reddi. Callippus autem id ſibi donatum eſſe aſſerit, ut & amico, & omnium Heracleotarum procuratori. Mortuo Lycone argentum Cephiſiadæ redditum eſt. Callippus dicti damni actione inſtituta, perſuadet Paſioni, ut rem Lyſithidæ permittat. Is, Paſione uiuente, nihil pronunciat. Eo mortuo, rurſus Apollodorum in ius uocat de eo argento Callippus: rurſusq́; petit, ut Lyſithidem arbitrum ſumat. Apollodorus arbitrum admittit, ſed ad magiſtratum de Lyſithide refert: ut * iuratus pronunciet, ne ſine iureiurando pronuncians Callippo gratificetur. Lyſithides iuratus pronunciat, & damnat reum. Quare Apollodorus ab arbitro ad iudicium appellat.*

ὡς φησιν, ut ait nihil facit ad ſenſum.

DEMOSTHENIS CONTRA CALLIPPVM ORATIO

Non aduerſarij autoritatē, ſed rem ipſam ſpectandam.

NOn eſt res ulla moleſtior, Iudices, q̃ cũ uir autoritate præditus & eloquẽs, mẽtiri audet, & teſtibus abundat. Tum enim reis neceſſe eſt, non de re tantum dicere, ſed de ipſo etiam aduerſario: ꝓpter autoritatem ei fidem non eſſe adhibendam. Nam ſi hunc morẽ receperitis, ut eloquentibus & autoritate præditis plus fidei habeatis, q̃ imbecillioribus: is mos in ueſtram ipſoꝝ perniciem cedet. Oro igit uos, ut ſi qđ unq̃ negociũ ipſum per ſe diiudicaſtis, animis in neutram partẽ propẽſi, nec reoꝝ, nec accuſatoꝝ, ſed ipſam iuſtitiã intuentes: ut nunc etiã ita pronũcietis. Rem aũt ab initio uobis narrabo. Lycon Heracleota, Iudices, is de quo etiam iſte loquitur, menſa patris mei utebatur, ut & alij mercatores, hoſpes Ariſtonoi Decelenſis & Archibiadę Lamprenſis, homo ſobrius. Is nauigaturus in Libyã, rationibus cum patre meo ſubductis corã Archibiadę & Phraſio: argẽtũ quod relinquebat, ei mandat (fuit aũt id ſedecim minæ, & quadraginta

Narratio.

Lyconis mandatum.

drachmæ,ut ego uobis q̃ accuratiſſimè oſtendam) Cephiſiadæ reddendũ,dicens, ſocium ſuũ eſſe Cephiſiadã, illum,ac Scyri habitare: ſed in præſentia propter aliam negociationem abeſſe. Mandat etiam Archibiadæ & Phraſio,ut eum patri meo monſtrarẽt, & cõmẽdarent, cũ peregrè rediĳſſet. Solent aũt omnes menſarĳ, ſi quis homo priuatus argentum deponit,quod alicui reddi iubet,ſcribere primũ nomen depoſitoris, & argenti ſummam: deinde adſcribere, cui reddendũ ſit. Quod ſi faciẽ norunt hominis cui argentũ reddendũ eſt, id tantum faciunt,ut ſcribant cui ſit reddendũ. Sin ignorant, inſuper eius etiã nomen adĳciũt,qui cõmendaturus eſt,& oſtẽſurus hominem cui argentũ eſt numerandũ. Cum uerò Lycon ea fortuna uſus eſſet,ut ſtatim poſt abitum,circa ſinum Argolicũ, & merces eius à piraticis nauibus exceptæ, Argos ueherentur, & ipſe ſagitta ictus occideret: Callippus iſte ſtatim ad menſam uenit,rogitans Lyconem Heracleotam an noſſet? Reſpondente Phormione hoc,ſe noſſe, Nunquid uobis etiam uſus eſt? Ita,inquit, Phormio. Sed cur interrogas? cur? Ego,inquit,tibi dicã. Ille obiit,ego uero procurator ſum Heracleotarũ oĩum. Peto aũt ut mihi oſtendas tabulas,ut ſciam nunq̃d argẽti reliquerit. Neceſſe.n. mihi eſt omnium Heracleotarũ curã habere. Quo audito,Iudices,Phormio,ſtatim è ueſtigio oſtendit. Oſtenſa tabula, ſolus ipſe eam legit,& nemo alius: cumq́ uidiſſet in ea ſcriptum, Lycon Heracleota M. DC. XL. Cephiſiadæ reddẽdas: Archebiades Lamprenſis oſtẽdet Cephiſiadem: tacitus abĳt,& amplius quinq; menſibus nullum uerbũ fecit. Cum aũt Cephiſiades aduenisset,atq; ad menſam accederet,et pecuniam poſtularet, & Archebiades & Phraſius adeſſent, quos Lycon patri cõmendarat,& Cephiſiadem, cum ueniſſet,patri oſtendere iuſſerat,quinã eſſet: pręſentibus etiã aliĳs,annumeratas ei ſedecim minas & quadraginta drachmas,reddidit Phormio hic. Hęc uerè à me dici ut appareat,harum rerum omniũ teſtimonia uobis legentur. TESTIMONIA. Me uerè omnia dixiſſe apud uos, Iudices,è teſtimonĳs audiuiſtis. Congreſſus aũt longo tẽpore pòſt cum patre meo Callippus iſte in urbe, rogans

Argentariorũ diligentia.

Lyconis interitus.

Callippi percõtatio & mora

Pecunia Cephiſiadæ reddita.

Callippi machinatio de retrahẽda ad ſe pecunia.

num iam adueniſſet Cephiſiades, cui inſcriptū eſſet reddendum argentū à Lycone relictū. Reſpondente patre, opinari ſe: ſed ſi in Piræeum deſcendere uellet, certum ſcituꝝ. Noſti igitur, inquit, Paſio, quid te rogem? (Atq; ita me dii deæq; oēs ament, non mentiar quicq; apud uos, Iudices, ſed quę à patre audiui, narrabo uobis) Licet tibi eſſe in me benefico, ſine ullo tuo detrimento. Sum procurator Heracleotaꝝ. Malis aūt, ut opinor ego, me accipere argentū, q̄ inquilinum hominē, et Scyri habitantē, & nihili. Tale aūt quiddam accidit. Lycon et ortus eſt, & nullū hęredem domi reliquit, ut ego audio. Præterea, ut Argos perductus eſt uulneratus, ꝓcuratori Heracleotaꝝ Argiuo, pecuniam ſecum allatā dedit. In ea ſum igitur & ego ſnīa, ut quæ hic reliquit, mihi reddi oportere cenſeam: idq; mihi meritò reddendū cenſeo. Tu igitur, ſi fortè nondū recepit, dic me eam pecuniā mihi uēdicare, ubi uenerit Cephiſiades. Sin recepit, dic me teſtibus adductis petiiſſe, ut in medium proferretur, uel pecunia, uel is qui eā redegiſſet: & ſi quid uelit auferre, id procuratori mihi eſſe ereptuꝝ. Quod cùm dixiſſet: Ego, inq̄t pater, Callippe, gratificari tibi cupio (inſanirem.n. niſi cuperem) ſic tamen, ne uel exiſtimatio mea minuatur, uel ex iſta re mihi quicq; periculi fit: ac dicere iſta ad Archebiadem & Ariſtonoū, atq; adeò ad ipſum Cephiſiadē, mea nihil intereſt. Veꝝ ſi oratione mea non mouebunt, ut iſta faciant: tute iam cum eis agito. Securus, inq̄t iſte, eſto Paſio. Si uolueris tu, coges eos hæc facere. Quę igiť iſte cum patre meo, pater autē cum Archebiade & Cephiſiade, iſtius rogatu, & in iſtius gratiam diſſeruit: hæc ſunt, è quibus hæc actio paulatim conflata eſt. Quæ me de patre audiuiſſe, iſti ſanctiſſimum dare iuſiurandū uolui. Iſte autē, qui ſibi fidem à uobis haberi poſtulat, ut uera dicenti, triennio interiecto, ex quo pater primùm cum Archebiade, et aliis Cephiſiadę familiaribus egerat, iiq; reſponderant, ſe Callippi uerbis nihil moueri: quum animaduertit iam infirmum eſſe patrē, & uix in urbem aſcēdere, & ab oculo deſtitui: actionē contra eum inſtituit, non ita me dii ament, de argento, ſed de dāno dato, conquerens ſibi dammum ab eo datum, qui argētū Cephi-

Reſponſum Paſionis.

Accuſatio.

ſiadæ reddidiſſet ab Heracleota Lycone relictum: cum pmiſiſſet, ſe id abſq; ipſo nõ redditurũ. Iudiciũ adeptus, apud arbitrum actionẽ ſuſtulit, & ab eo poſtulauit, ut rẽ deferret ad Lyſitidem, Iſocratis & Apharei ſodalem, patris mei familiarem. Cum pater id feciſſet: quãdiu uixit pater, quanq; iſti familiaris eſſet, Lyſithides non quicq; in nos delinquere auſus fuit. Et tamen quidam iſtius familiares ita ſunt ĩpudentes, ut teſtificari auſi fuerint, Callippum patri meo iuſiurandum detuliſſe, ſed patrẽ apud Lyſithidem iurare noluiſſe: ſeq; uobis perſuaſuros autumant, Lyſithidem Callippi familiarẽ, non cõmiſſurũ fuiſſe, ut patrem meum ſtatim condemnaret, ſi pater meus ipſe ſibi per ſe fieri iudex noluiſſet. Me aũt uera loq, iſtos mentiri, primũ uobis hoc ipſum argumento ſit, q futurũ fuiſſet, ut eum Lyſithides condemnaret, & ego nunc iudicio unde ui, non pecuniario reus eſſem. Quod ut conſtet, ego uobis eos qui ſubinde in congreſſibus cũ iſto, patri affuerunt, apud Lyſithidem factis, teſtes producã. TESTES. Eum igitur, quaſi tum patri meo iuſiurandũ detulerit, nunc in eum defunctũ facile mẽtiri, & familiares ſuos falſum in me dicturos teſtimoniũ, facile producere: tum ex argumentis, tum ex hoc teſtimonio facile à uobis intelligitur. Me autẽ pro patre iuſiurandum ei dare uoluiſſe, quẽadmodum lex iubet, ſi quis defunctũ accuſans, cum hærede agat: non uideri mihi uel promiſiſſe patrem, ſe iſti redditurũ argentum quod Lycon reliquerit, uel cõmendatũ iſtũ patri à Lycone: Phormionẽ itẽ dixiſſe, ſe oĩno rõnem ſubduxiſſe cum Lycone ipſum, et in mandatis accepiſſe, ut Cephiſiadæ argentũ redderet: Cephiſiadem autẽ ſibi ab Archebiade eſſe demonſtratũ, & cum Callippus primùm ad mẽſam acceſſiſſet, Lyconẽ obiiſſe dicens, & ipſe literas uidere uellet, quid'ue argenti hoſpes reliquiſſet, oſtendiſſe ſe: iſtum aũt inſpectis literis, cum uidiſſet, ſcriptũ eſſe ut Cephiſiadæ redderetur, tacitè abiiſſe, nullã neq; controuerſiã mouentẽ, neq; quicq; contradicentem de argẽto uti conſtet: harũ rerum teſtimonia utraq;, & lex recitabuntur. TESTIMONIA. LEX. Vobis porrò oſtendã, Iudices, Lyconẽ Callippo nõ eſſe uſum. Arbitror.n. id quoq; cõtra iſtius

Controuerſia Lyſithidæ permiſſa.

Lyconem non uſum eſſe fa-

miliaritate Callippi, ac proinde nihil & legiſſe. inſolentiam mihi aliquid cõmodatum, aſſerentis, argentum illud à Lycone ſibi dono datũ eſſe. Is.n. quadraginta minis in Thraciam Megaclidi Eleuſinio & Thraſyllo fratri eius mutuo datis, cum eò nauigandi conſiliũ illi

1 Coniectura. mutaſſent, & periculum adire nollent: cõqueſtus de Megaclide neſcio quid ꝓpter uſuras ut deceptus, diſcordabat cum eo, & litigabat, mutuum recepturus. Cum aũt de tanta pecunia multũ & ſępe laboraretur: Callippum ſibi Lycon nunq̃ uſquam aduocauit, ſed Archebiadẽ, & Archebiadæ amicos. & qui eos in concordiam redegit, Archebiades fuit. Ac me uera dicerę ut cõſtet, uobis ipſum Megaclidem teſtẽ producã. TESTIMONIVM.

2 Coiectura. Adeò familiariter, Iudices, Lycon Callippo ęſt uſus, ut eum neq; ad res ſuas accerſeret, neq; apud eum unquam diuerteret. atq; iſtuc ipſum ſolum familiares iſtius teſtificari auſi non fuerunt, diuerſatum apud iſtum eſſe illũ: ſatis gnari, ſe ſtatim per ſeruorum quæſtiones conuictum

3 Coniectura iri, ſi quid tale mẽtirentur. Dicam aũt uobis etiam argumentum tantũ, ut ex eo, mea quidem opinione, perſpecturi ſitis iſtũ mentitũ eſſe omnia. Lyconi, Iudices, etiãſi iſtum quoq; cõplecteretur, et familiaris eius eſſet, ut iſte aſſerit, eiq; ſi quid ſibi accidiſſet, argentũ dono dare uellet, nunquid cõmodius fuiſſet, argẽtum rectà apud Callippum relinquere, quod incolumis reuerſus rectè & iuſtè recepturus fuit, ut et ab amico et procuratore ſuo: ſin quid ipſi accidiſſet, ſtatim ei datum uoluiſſe, q̃ in menſa relinquere? Ego quidẽ illud & iuſtius & magnificentius

4 Coniectura exiſtimo. Iam conſtat eũ nihil horum feciſſe, (proinde & hæc uobis argumenta ſint) ſed Cephiſiadæ & inſcripſiſſe, & reddi iuſſiſſe. Illud etiã conſiderate, Iudices, Callippum fuiſſe ciuem noſtrũ, iis pollentem opibus, ut utrũq;

Refutatio. Paſiõi nihil fuiſſe lucri è Lyconis pecunia. & malè & bene facere poſſet: Cephiſiadem aũt et inquilinũ, & inopem. Quare pater minimè contra ius & ęquũ illi fauere, q̃ iſti præſtare quod æquum eſſet, maluiſſet. At hercule dicet fortaſſe patrem meũ priuatim aliquid de argento emolumenti percepiſſe, ꝓptereaq; animo in illum q̃ in ſe fuiſſe propenſiore. Itáne uerò primũ à quo duplo maiore q̃ id lucellum erat, affici damno poſſet, ei faciebat iniuriam? Deinde in eo ſordidus, & turpis lucri

cupidus

cupidus erat: in tributis & muneribus publicis, & largitionibus non item? cũ hoſpiti nemini faceret iniuriã, Callippo faciebat? cũ ei, ut ait, iuſiurandũ detulerit tanquã bono uiro, & nullũ dicturo mendaciũ: nunc tanquã de improbo & depoſita interuertente uerba facit? Nonne uerò cũ nec iurare uellet, ut iſte dicit, neq; pecuniã redderet, ſtatim dãnatus eſſet? Cui ueriſimilia fiant iſta, Iudices? Ego quidem nemini opinor. Ita'ne Archibiades eò uenit improbitatis, ut in Callippũ & popularem ſuũ, & in republica uerſantẽ, & non priuatum hominẽ, teſtimonium dicat: & nos uerũ loqui aſſerat, iſtũ autem mẽtiri? præſertim cum ſciat, ſi iſte falſi teſtimonij reum facere, & nihil aliud niſi ſacro adigere uoluerit: neceſſe ſibi fore id dare iuſiurandũ quod iſte iuſſerit. Deinde ut Cephiſiades argentũ habeat, homo inquilinus, aut Phormio, quẽ iſte aliquid de argento accepiſſe dicit: uobis perſuadebitur, peieraturũ Archebiadem? Minimè id quidem conſentaneum eſt, Iudices. Neque.n. ullius improbitatis condemnandus eſt uel Archibiades, uel parens noſter. Multis enim expèrimentis edocti eſtis, eũ laudis & gloriæ fuiſſe appetentiorẽ, q̃ ut aliquid improbum & flagitioſum ſtudio ſibi haberet. neq; erga Callipũ ita affectũ, ut eũ ulla per cõtemptũ iniuria affeciſſet. neq; enim tã tenues eius opes mihi eſſe uidentur, ut facile contemni poſsit: q tm̃ ualet, ut anno ſuperiore hac actione contra me inſtituta, cum à me poſtulaſſet, ut arbitriũ Lyſithidæ deferrẽ: ego quanquã contemptus ab eo, in ea re mihi rectè conſuluerim. Ex legũ enim pręſcripto detuli, & retuli ad magiſtratum. Iſte uerò arbitro legũ autoritate deſignato pſuaſit, ut iniuratus arbitraretur: me teſtificante, ut ex præſcripto legum iuratus pronunciaret: ut apud uos dicere poſſet, etiã Lyſithidem uirum bonũ & honeſtum de cauſa pronunciaſſe. Lyſithides.n. Iudices, dum pater uiuebat, & ſine iureiurando, & cum iureiurando illũ fortaſſe non offendiſſet, quem magnifaciebat. Me uerò, ſine iureiurando parui faciebat. Cum iureiurando autẽ fortaſſe non offendiſſet, ſuapte cauſa. Quapropter iniuratus pronunciauit. Hæc etiã uerè à me dici, è teſtibus qui interfuerunt, cognoſcetis. TESTES. Quid igitur contra &

Arbitrium.

leges, & æquitatẽ perficere Callippus poſsit, Iudices, è teſtimonio audiſtis. *Perroratio.* Oro aũt uos et mea & patris cauſa, ut memores, me uobis oĩum eorũ quæ dixi, & teſtes, & argumenta, & leges, & probationes exhibuiſſe: & oſtendiſſe iſtũ, cũ ei liceret, ſi quid iuris in id argentũ haberet, à Cepheſiade petere, qui ſe & recepiſſe argentũ illud, et habere fateť, p̃ſertim ſatisfactione à uobis nihilominꝰ acceptа, non tñ petere, gnarũ, non penes nos eſſe argentũ: ut me abſoluatis. Quod ſi feceritis, primũ iuſtè ex legum autoritate ꝓnunciabitis, deinde ut & ur̃a & p̃ris mei dignitas poſtulat. Nã ego uobis oẽs meas fortunas cedere mallem, q̃ per iniuriã & calumniã quicq̃ dependere.

ARGVMENTVM ORATIONIS ADVERSVS Nicoſtratum, de Arethuſij mancipijs.

Apollodorus Arethuſium falſæ citationis reum fecit & peregit. Cum enim Arethuſius talentum ærario deberet, idq; ſoluere non poſſet, deſcribit Apollodorus ſeruos, ut qui Arethuſij non eſſent, ſed eos ut ſuos, et ad illum nihil attinentes ſibi uendicat. Propterea commemorat orator, quanta paſſus ab Arethuſio ſit Apollodorus, ne uideatur malignitate naturæ, ſed ultione iniuriarum hæc agere.

DEMOSTHENIS ADVERSVS NICOSTRATVM, DE DESCRIPTIONE MANCIPIORVM *Arethuſij Oratio,* [redacted]

Aduerſariorũ iniurijs ſe exacerbatum eſſe queritur.

ME nullo calumniãdi ſtudio, ſed per iſtos iniurijs & contumelijs affectũ, & ulciſcendos eos eſſe exiſtimantem, deſcriptionem hanc inſtituiſſe maximo uobis argumẽto ſit, Iudices, et paruitas deſcriptionis, & per meipſum facta deſcriptio. Neq; .n. ſi calumniari uoluiſſem, mancipia quatuor minarũ cũ dimidia deſcripſiſſem, quanti ea æſtimauit ipſe aduerſarius, & ipſe de mille drachmis, & de eo neq; unquã mihi ſubſcriberet, periclitarer. Neq; etiã uſq; adeò uel inops, uel amicoꝝ p̃ſidijs deſtitutus ſum, ut q ea deſcriberet, neminẽ inuenire potuiſſem. Sed quia nihil in rebus humanis omnibus intolerabilius eſſe exiſtimabã, q̃

cum mihi fieret iniuria, aliũ pro me iniurijs affecto nomẽ exhibere, & iſtos ex eo cauſę aliqd hr̃e, ſi ego inimicitias uobis narrarẽ, mendacij me arguendi (necq; .n. unquã aliũ fuiſſe ea deſcripturũ, ſi facta mihi eſſet iniuria) pp hæc de ſcripſi. Cũ uero deſcripſerim, ſi oſtendero mancipia eſſe Arethuſij, cui inſcripta ſunt: tres partes quę hoîs priuati à quo deſcripta ſunt, fiunt, reipub. condono: mihi ipſa ultio ſatis eſt. Quod ſi mihi ſatis aquę eſſet ad narrandũ uobis ab initio, qbus à me affecti beneficijs, quõ mecũ egerint: ſatis ſcio uos iracũdię meę magis ueniã daturos, & iſtos oîum hoîum improbiſsimos eſſe iudicaturos. Nunc nec duplũ aquæ mihi ſufficeret. Maxima igiť & illuſtria facinora & cauſam huius deſcriptionis, uobis explicabo, ſed uulgaria omittã. Nicoſtratus iſte, uicinus in agro, & æqualis meus, mihi uel olim notus fuit. Defuncto autẽ patre, cũ ego in agrũ cõceſsiſſem, ubi ẽt nunc habito: aucta eſt nr̃a familiaritas, ut inter uicinos, et ęquales. Tp̃is aũt pgreſſu, ualde ẽt arctè mutuò cõplexi ſumus. Nã & ego iſtũ feci tãti, ut nullius unquã uoti impotẽ à me dimitterẽ, & iſte mihi ad curã, & adminiſtrationẽ rerũ mearum nõ inutilis fuit: & cũ ego pegrè abibã, ſiue publicè triremi p̃fectus, ſiue priuatim alia de cauſa: iſtius fidei q̃ in agro habebã oîa mãdaui. Accidit igiť, ut cũ triremi ad Peloponneſum accedendũ, inde in Siciliã legati uehendi eſſent, quos ppl's creauerat. Proinde ſubitò ſoluebã, & iſti ſcribebã, me ſoluiſſe, necq; poſſe reuerti domũ, ut ne legatis in mora eſſem. eicq; mandabã, ut rem familiarẽ curaret, & adminiſtraret, ut & ſupiori tp̃e feciſſet. In mea peregrinatione, aufugiũt mancipia tria ex agro, duo ex ijs q̃ ego ei dederã: unum ex ijs, q̃ ipſe cõpararat. Quæ dum perſequiť, capitur à triremi, & in Æginã abductus uenditur. Vt aũt ego è p̃fectura nauali redieram, conuenit me Dino frater iſtius, atq; & caſum eius cõmemorat, & ſe illius literis accerſitũ, eò profectũ non eſſe ait pp uiatici penuriã: ſimul ẽt referens, audire ſe q̃ malè iſte tractaretẽ. Quibus ego auditis, & uicẽ eius miſertus: Dinonẽ fr̃em eius ſtatim ad eũ mitto, in uiaticũ datis trecentis drachmis. Reuerſus iſte, me cõuenit, ac primũ & amplectiť, & laudat, q ſuo fratri uiaticũ p̃buiſſem: & ſuã fortunã miſe-

Narratio.

Familiaritas. Calliſtrati.

Nicoſtrati captiuitas et redemptio.

ratur, & ſimul ēt cognatos ſuos incuſat, meq́ꝫ rogat ut ſe iuuarē, quēadmodū ſupiori quoqꝫ tpe me uerū eſſet amicū exptus: plorās ſimul & dicens, ſe uiginti ſex minis eſſe redēptū, ad eā ſummā me cōferre ſibi iubebat aliqd. Quę ego audiēs, & miſertus eius, & ſimul malé affectū uidēs, & oſtendentē hulcera in tibijs ſub cōpedibus orta, quorū cicatrices adhuc hēt, & ſi uobis oñdere iuſſeritis, nolet: ei rñdi, et ſupiori tpe me uerū eius amicū fuiſſe, et nūc in calamitate opitulaturū: & trecentas drachmas quas fratri ad eū ꝓficiſcēti mutuaſſē, cōdonare, et mille drachmas ei redimēdo gratuitò collaturum. Neqꝫ uerò hoc ei uerbis ꝓmittebā, re uerò ipſa non p̄ſtabā: ſed qm̄ p̄ſentē pecuniā non habebā, ppea ꝙ male mihi cū Phormione cōueniebat, per quē relictis mihi à patre facultatibus ſpoliabar: delatis ad Theoclē, q tū argentariā factitabat, poculis & aurea corona, q̄ ex patrimonio habebā, iuſsi iſti dàre mille drachmas. & hoc gratis argentū ei dedi, et fateor dediſſe. Diebus nō multis pòſt, me conueniens, plorās dicebat, hoſpites q ſibi pecuniā qua redimeretur, mutuaſſent, reliquū argentū repetere: & in ſyngraphis cōtineri, ut aut intra diē trigeſimū redderet, aut duplū deberet. & p̄dium illud mihi uicinū uelle neminē uel emere, uel pignori accipere. Frēm.n. Arethuſium, cuius mancipia hæc ſunt, q̄ nunc deſcripta ſunt, non pati quenquā id uel emere, uel pignori accipere, tanqꝫ in eo ſibi argentū debeatur. Tu igit, inqt, id mihi argenti ſuppedita qđ deeſt, anteqꝫ triginta dies p̄tereant, ne & is cui mille drachmas dedi, pereat, & ipſe in ſeruitutē abducar. Collectas aūt, inqt, ubi collegero, et hoſpitibus ſatisfecero, tibi reddam qcquid mutuaris. ſcis aūt, inquit, leges ēt iubere, ut is qui ei à quo ab hoſtibus redēptus eſt, precium nō reſtituerit, ei addicatur. Hæc ex eo cum audirē, & non mētiri putarē: rñdi ei, ut homo adoleſcens & familiaris, qui nullā iniuriā metueret: Et ante hac ſyncerus tibi amicus fui, Nicoſtrate, & in aduerſis rebus, quantū potui, te iuui. Qm̄ autem nō oēm in præſentia pecuniā nanciſci potes: argentū mihi p̄ſens nō eſt, nā neqꝫ ipſe habeo. De poſſeſſionibus aūt meis tibi concedo, ut quodcunqꝫ uoles, oppigneres pro reliquo argento, qđ tibi deeſt, & in annum

eo ſine uſura utaris, & hoſpitibus reddas: ſed ubi pecuniam de collectis redegeris, id quod polliceris, mihi meã poſſeſsionem redimas. His iſte auditis, méque collaudato, ita me quamprimum agere iubebat, priuſquam præterirent dies, intra quos ſe precium numerare oportere dixerat. Ædes igitur Arceſanti Pambotadæ ſedecim minis oppignero, quem iſthic ipſe mihi conciliarat, o-ctonis obolis in minas in menſes ſingulos mutuanti. Accepto autem argento, tantum aberat ut mihi pro collatis in ſe beneficijs gratiæ aliquid referret, ut ſtatim per inſidias illo argento fraudare me inſtitueret, & inimicitias mecum exerceret, quo ego inops conſilij, ut adoleſcens & rerum imperitus, argentum á ſe non repeterem, quo ædes oppigneratæ erant, ſed condonarẽ: primùm cum aduerſarijs mihi inſidiatur, & fidem eis dat: deinde cum mihi negocia faceſſerentur, & meas rationes, quarum gnarus erat, prodit, * & excribit publico exortem mulctam ex euidentium conſtitutione, ſexcentas & decem drachmas: Lycida Mylothri F. cauſam agente. Viatorem autem contra me, fratrem ſuum Arethuſium inſcribit, cuius hæc mancipia ſunt, & alium quendam: ſéque parabant, ſi cauſas, quarum iudicia eram adeptus, agere inſtituiſſem contra domeſticos, à quibus iniurijs afficiebar, ut me deferrent, & in carcerem conijcerent. Præterea me non citatum, decem drachmis mulctauit Arethuſius, ut ærario debentem, uiatoribus inſcriptis: & ingreſſus in ædes ui uaſa omnia exportauit, quæ uiginti minarum precium ſuperabant, neque quicquam reliquit. Cum autem pœnas ſumendas ducerem, & mulctam ſoluiſſem, poſtquam inſidias audiueram, poſtulabam uiatorem, qui ſe mihi denunciaſſe dicebat Arethuſium, falſæ denunciationis, ex lege. Is autem noctu ingreſſus in agrum meum, quotquot erant ſurculi arboribus generoſi inſerti & arbuſculas execuit: & plantaria olearum obiens, ita miſerè confregit, ut nec ab hoſtibus uaſtarentur. Ad hæc etiam interdiu puerulo ciue intromiſſo, quòd & uicini erant, & prædium contiguum, iubebant roſetum germinans euellere, ut ſi eum deprehenſum ego uel uincirem uel uerberarem, contumeliæ

Ingratitudo et improbitas Nicoſtrati.

* καὶ ἐκγράφει τῷ δημοσίῳ ἀπόκληρον ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως.

Direpta ſupellex.

Vaſtatus ager.

actionem contra me inſtituerent. Quo cōſilio cū fruſtrarentur, & ego iniuriaꝶ teſtes facerem, ſed ipſe nihil in eos delinquerē: tum uerò maximas cōtra me inſidias cōparant. Quū enim falſæ citationis in eum actionē inſtituiſſem, & in iudicium ingreſſurus eſſem, obſeruato me ex Piræeo digrediente ſerò, circa lapicidinas & pugnis petit, & medium arripit: meq́; in lapicidinas deieciſſet, niſi qdā uiatores audito clamore meo, ſuppetias ueniſſent. Diebus nō multo pòſt, ingreſſus in iudiciū ad diem ꝑfinitam, & eo falſę citationis conuicto: & alioꝶ ſcelerum q̇ dixi, reum peregi: & in irroganda mulcta, cū eum iudices capitis damnaturi eſſent, ꝑcatus ego ſum iudices, ne tale qd mea cauſa facerent, ſed ut talentū, quāti ipſi litē ęſtimabant, admitterent, nō ut ne Arethuſius occideret, (mortē.n. ſuis in me ſceleribus cōmeruerat) ſed ne ego Paſionis filius, & ex decreto ciuis, quenquā Atheniēſem occiderem. Hæc omnia uerè à me dici, ex teſtibus audietis. TESTES. Quibus igitur iniurijs ab eis affectus, Iudices, deſcriptionē fecerim, expoſui uobis. Eſſe autem Arethuſij mancipia iſta, & in eius facultatibus eſſe quæ ego deſcripſi, uobis demonſtrabo. Cerdonem enim ab incunabulis educauit: atque eum fuiſſe Arethuſij ut conſtet, eos qui norunt teſtes uobis producam. TESTES. Apud quoſcunq; porrò fecit opus, mercedes accepiſſe Arethuſium, & ius tum dediſſe, tū accepiſſe, ſi quid deliquiſſet, ut herum: earū rerū gnaros uobis teſtes exhibebo. TESTES. Manem autem, mutua pecunia Archepolidi Piræenſi data, cū Archepolis neq; uſuram neq; ſortē omnē reddere poſſet pignori accepit. & ut uera me dicere appareat, horum uobis teſtes producā. TESTES. Pręterea ex his quoq; cognoſcetis, Arethuſij eſſe homines iſtos: quoties uel pomaria redemerunt, uel meſſem demetendam cōduxerunt: Arethuſius pro eis, & emit, & cōduxit. Quę uera eſſe, & ipſa ex teſtibus audietis. TESTES. Quantum igitur teſtimonijs oſtendere potui, Arethuſij eſſe mancipia iſta: ea uobis explicaui. Dicam autē etiam de prouocatione, qua & iſti me, & ego iſtos prouocaui. Iſti, cū prima recognitio fieret, profitebantur ſe paratos eſſe, ipſi mihi mancipia ad quæſtionem dare: eo cō-

Inſidiæ.

Damnatio Arethuſij.

filio,ut id ſibi quoddam teſtimonium eſſet.Ego uerò eis corã teſtibus reſpondi,me paratum eſſe ire cum eis ad ſenatum,& accipere cũ eo uel cum XI uiris,dicens,ſi priuato iudicio cũ eis agerem,aut ipſi ea mihi traderent,me accepturũ fuiſſe:nunc,reipublicę eſſe & mancipia,& deſcriptionem. Quæſtiones igitur publicè habendas eſſe. Neq; enim decere putabã,à me homine priuato,publicos ſeruos torqueri. neq; enim q̃ſtiones in mea poteſtate erant:neq; cõmittendum,ut de ijs q̃ iſti dixerant,ego ſtatuerẽ,arbitrabar. Sed uel à magiſtratu, uel à delectis à ſenatu ſcribi oportere,& obſignatas q̃ſtiones, qcquid homines dixiſſent,iudicibus offerri,ut illis auditis,quod uobis uidereť,decerneretis. Nam ſi homines priuatim à me torti eſſent,illi oĩbus cõtradixiſſent. Sin publicè nos tacuiſſemus,magiſtratus aũt delecti à ſenatu,quoad eis uiſum eſſet,q̃ſtiones habuiſſent. Quæ cũ ego uellem,iſti ſe magiſtratui ſeruos tradituros negabant,neq; in ſenatum ſequi me uolebant. Vt igitur hæc à me uerè dici conſtet, uoca mihi horum teſtes. TESTES. Etſi autẽ multis modis impudẽtes mihi uidentur,qui ea q̃ ueſtra ſunt,ſibi uendicent: tamen qui ſint,è legibus ueſtris,uel in primis apparebit.Iſti cũ iudices capitis dãnaturi eſſent Arethuſium,p̃cabantur iudices,ut pecuniariam mulctam infligerent,& me,ut permitterẽ, & polliciti ſunt ſe unà ſoluturos. Tantũ autem abeſt ut præſtent quæ ſpoponderũt, ut ueſtra etiam ſibi uendicent. Atqui leges iubent eius opes publicari,qui ſponſione facta pro re aliqua publica eam nõ ſoluerit. Proinde tametſi iſtorũ eſſent mãcipia, tamẽ ea publicari oportebat, ſi qua modò eſt legũ autoritas. Ac priuſquam fieret ærarius Arethuſius, in cõfeſſo erat,eum fratrum eſſe locupletiſſimum. Poſtquam autẽ leges iubent illius fortunas uobis tradi,tum pauper exiſtit Arethuſius: atq; alia ſibi mater uendicat,alia ſoror. Decuit autem eos,ſi iuſtè uobiſcum agere uellent,declaratis omnibus illius facultatibus:ſi qs ea quæ ſua eſſent, deſcripſiſſet,ea ſibi uendicare. Si igitur cogitabitis,nunquã deſore qui ueſtra ſibi uendicent (aut enim pupillos aut pupillas ſubornabunt, & ueſtrã miſericordiam implorabunt,aut ſenectutẽ, & inopiã & matris alimoniam

Tergiuerſationes Arethuſij in ſoluenda mulcta.

cõmemorantes & deplorantes,per quę uos facilimè poſſe decipi putant, mulcta etiam rempublicam fraudare ſtudebunt.) his igitur inquam neglectis omnibus,ſi eos condemnabitis, ueſtro eritis functi officio.

ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA Cononem, de uerberatione.

ARiſto Athenienſis Cononem uerberationis accuſat: ſe ab eo & eius filio uerberibus affectum eſſe conquerens,& eius facti teſtes producens.Conon factum negat,& uiciſſim teſtes producit. quibus Demoſthenes fidem adhibendam eſſe negat, quod & improbè uixerint, & expeditè mentiri ſoleant.

DEMOSTHENIS CONTRA CONONEM DE VERBERATIONE ORATIO.

Modeſtiam ſuam commendat,cum conqueſtione iniuriarum.

Contumelijs affectus,et ſic tractatus à Conone iſto,Iudices,ut longo tempore neq; domeſtici mei,neq; medicorum quiſquã me euaſurum putarent: recuperata ualetudine, & præter opinionem cõſeruatus, eum hoc crimine uerberationis poſtulaui. Cũ.n.omnes cognati,& amici quos conſului,eum illis facinoribus & furum abductione & contumelię accuſationibus teneri dicerent, mihi autem ſuaderent & monerent, ne grauiora q̃ ferre poſſem ſuſciperem,néue ſupra ætatem,qua eſſem affectus iniurijs,actionẽ inſtituerem: ſic feci,& propter illos priuatum iudicium ſum adeptus,quanquã cupidiſſimè iſtũ rei capitalis reum feciſſem. Atq; huic acerbitati meæ, uos omnes,auditis iniurijs mihi factis, ueniã eſſe daturos,ſatis ſcio. Quanquam enim magna eſſet facta tum contumelia,nõ minor tamen poſt fuit iſtius improbitas.

Petitio.

Peto autem & rogo uos pariter omnes,primũ ut me de iniurijs conquerentẽ benignè audiatis: Deinde ſi contra iura & leges tractatus eſſe uidebor,ut me ĩ meo iure adiuuetis. Exponam autẽ uobis ab initio rem omnẽ ordine,uti geſta eſt,q̃ potero pauciſſimis.

Narratio.

Abhinc triennium,cuſtodia nobis denunciata, Panactũ ſum egreſſus.

Habuerunt autē iſtius Cononis filij, tabernacula prope nos: quod utinam factum nō eſſet. Primæ enim inimicitiæ & offenſæ, inde nobis ortæ ſunt, ſicut audietis. Potabant iſti quottidie cū primū pranſi erant, totos d es, idq́ dum in prę̨ſidio fuimus, facere nō deſtiterunt. Nos uerò, ut hic ſoliti eramus, ita foris quoq; uiximus. Qua igitur hora cœnā alij parare ſolent, ea iſti iam bacchabantur, plerunq; in pueros noſtros pediſſequos, tandē etiam in noſmetipſos. Dicentes enim, eos dum cibū coquebant, fumo aut conuicijs, quicquid eis in buccā ueniebat, moleſtos ſibi eſſe: & matulis petebant, & pmingebant, neq; ullum petulantię genus aut contumelię p̄termittebant. Quę nos cū uideremus, & ęgrè ferremus: primū diſſimulauimus. Vt aūt nos ſubſannabant, neq; deſinebant: duci rem indicauimus, atq; cōmuniter omnes contubernales cū conuenimus, nō ego ſeorſim ab alijs. Qui cū eos obiurgaſſet, & corū uæcordiā accuſaſſet: nō ob ea ſolum, de quibus nos queſti eramus, ſed propter omnia eorum in exercitu edita facinora: tantum abfuit ut deſinerent, aut erubeſcerent, ut cū primū tenebræ factæ eſſent, ſtatim ad nos eodē die ueſpere impetū fecerint. ac primū maledicebant: tandē uerberibus etiā me affecerūt, & tantū clamorem & tumultū circa tentoriū excitarunt, ut & dux & centuriones uenirent, & aliorū militū quidā, qui obſtiterunt, ne qd in nos grauius cōſulerent, aut à nobis paterētur ea debacchatione iritatis. Re hactenus progreſſa, ut huc rediuimus, iræ, ut fieri ſolet, inter nos & inimicitiæ fuerunt ſanè: non tamē ego uel in ius eos propterea uocādos, uel ullam rationē habendā corū q̄ acciderant, putabam. ſed illud ſimpliciter decreuerā, cauere, ac dare operā, ne poſthac in ſimiles homines inciderē. Exhibito igitur in primis de his q̄ dixi teſtimonio, poſtea q̄ ab iſthoc ipſo paſſus ſim, oſtendam: ut ſciatis, eum cui prima delicta caſtiganda fuiſſent, ipſum priorē multo atrociora cōmiſiſſe. TESTIMONIA. Quę igitur prorſus negligenda eſſe duxi, hæc ſunt. Non multo autem pòſt, deambulante me, pro more meo ueſperi in foro, cū Phanoſtrato Cephiſenſe quodā æqualium: præterit, Cteſias, filius iſtius, ebrius, circa Leocoriū, propè Pythodori ædes. Conſpi-

Veteres offenſæ.

Ariſto à Conone & filijs ad mortem uſq; mulctatus.

catus aũt nos, & clamore ſublato, ſecumq́ murmurans ita ut homo ebrius, ut nõ intelligeremus qd loqueret̃, ſurſum Melitem uerſus aſcẽdit. Potarant aũt ibi (ſic.n. poſtea accepimus) apud Pamphilum fullonẽ, Conon iſte, Theotimus quidã, Archebiades, Spintharus Eubuli F. Theogenes Andromenis F. multi alij. Quibus Cteſias concitatis, in forũ uenit. Sic aũt accidit nobis à Proſerpinę fano reuertentibus, & deambulantibus, ut rurſum prope ipſum Leocorium eſſemus, & in iſtos incideremus. Vt aũt cõgreſſi ſumus, unus eorꝫ, quidã homo ignotus, in Phanoſtratũ irruit, eumq́ detinet. Conon aũt iſte, & filius eius, & Andromenis filius, in me facto impetu, primũ me exuunt. Deinde ſupplantatũ & proſtratũ in cœnũ, ſic tractarunt inſultãdo, & cõtumelioſe uexãdo, ut labrum diſcinderent, & oculos occluderent, & tam malè affectũ relinquerent, ut neq; ſurgere, neq; loqui poſſem. Iacens aũt multa ex eis & acerba audiebã: ac cætera quidẽ conuicia ſunt, & q̃dã apud uos nominare erubeſcerẽ. Quod uero inſòlẽtiæ Cononis ſignũ & argumentũ eſt, ductu eius & auſpicijs facta eſſe omnia: id uobis dicã. Cãtabat.n. gallos uictores imitans. Alij aũt iubebant, eũ alarũ uice latera cubitis plangere. Poſt hæc ego à prætereuntibus ablatus ſum nudus: iſti abierunt, ueſte mea rapta. Vt autẽ ad fores ueni, clamor & ſtrepitus matris & ancillarũ ortus eſt: meq; in balneum ægrè perlatũ & ablutũ, medicis oſtẽderunt. Hæc uti uera eſſe cõſtet, teſtes uobis producã. TESTES. Accidit autem, Iudices, ut & Euxitheus ille Chollides, neq; nobis cognatus, & Midias alicunde à cœna cũ illo rediens mihi obuiam facti, cũ iam prope ædes eſſemus, & in balneũm ferrer, ſequerentur, & medicũ adducentibus adeſſent. Eram autem adeò infirmus, ut ne procul è balneo domũ auferrer, ijs qui aderant, uideretur, me ad Midiam illa nocte eſſe ferẽdum: itaq; fecerũt. Cape igitur & horꝫ teſtimonia, ut uideatis multos eſſe cõſcios, q̃bus iniurijs & contumelijs ab iſtis ſim affectus. TESTIMONIA. Cape & medici teſtimoniũ. TESTIMONIVM. Tunc igitur ſtatim à plagis quas acceperã ita ſui affectus, ut auditis, & omnes q̃ me ſtatim uiderant, teſtificati ſunt. Poſt autẽ de tuberi-

Morbus ex plagis.

bus & hulceribus in facie, ſe nõ adeò ſollicitum eſſe dicę bat medicus. Febres autẽ me cõtinuæ ſequebant, & cruciatus totius corporis perq; & uehemẽtes & atroces, in primis uerò laterũ & imi uentris: & cibũ capere non poterã: & ut medicus quidẽ affirmabat, niſi mihi doloribꝰ afflicto & iam deſperato, purgatio ſanguinis copioſa superueniſſet, me ſanioſum factũ fuiſſe periturũ, nunc is ſanguis receſſu mihi ſuo ſaluti fuit. Hęc igitur uerè à me dici, & talem morbũ mihi ſubortũ, qui me in extremũ periculum coniecit, ex ijs quas ab iſto acceperã plagis, uti cõſtet, medici teſtimoniũ, & eorꝫ q̃ me uiſerunt, recita. TESTIMONIA. Me igitur nõ mediocribus & leuibus plagis acceptis, ſed in extremũ diſcrimẽ adductũ per iſtorꝫ cõtumeliam & proteruitatẽ, actionẽ multo q̃ conueniebat inſtituiſſe leuiorem: perſpicuũ uobis arbitror eſſe factũ. Veſtrũ aũt mirari quoſdã exiſtimo, quid tandẽ illud ſit, quod Conon ad hæc dicere ſit auſurus. In primis igitur dicã uobis ea, per quę eum audio, re à contumelia & ijs q̃ facta ſunt abducta, operã daturũ, ut eam in iocũ ludumq; conuertat: & dicturũ, multos eſſe in urbe honeſtorꝫ uirorꝫ filios, q ludibrij cauſa, ut homines adoleſcẽtes, uaria ſibi mutuò cognomina fecerint, atq; alios uocent Priapos, alios helluones, atq; ex ijs alios meretriculas adamare: ex eorꝫ numero ſuũ quoq; filiũ eſſe, & ſępe ob meretriculã & dediſſe & accepiſſe plagas. & hęc eſſe adoleſcentũ: nos uerò fratres oẽs tum ebrioſos & proteruos, tum moroſos & acerbos dictitabit. Ego uerò, Iudices, cũ accepta mala grauiter ferã, nihilo æquiore animo paterer, neq; (tametſi mirum uidebitur) minore me affectum eſſe contumelia putarem, ſi Conon iſta uerè in nos dicere uideretur: eaq; ueſtra ignorantia eſſet, ut unũquemq; talem, qualis aut ipſe p̃dicatione ſua, aut aliorꝫ criminatione perhiberetur, exiſtimaretis, neq; ulla modeſtis hominibus quotidianæ uitæ & ſtudiorꝫ eſſet utilitas. Nos.n.nec ebrioſi, nec proterui à quoquã uiſi ſumꝰ: neq; nos moroſè facere putamus, ſi factas nobis iniurias iurè ulciſci ſtudemus. Priaporum autem & helluonũ cognomina iſtius filijs non inuidemus. atq; ego deos p̃cor, ut in Cononis filios & hæc, & huius generis omnia uer-

Cõfutatio Cononianæ defenſionis.

Rem non eſſe iocularia.

Defenſio morum.

tantur. Iſti.n.ſunt, qui ſe Priapo initiant, & ea agunt, quę nec ſine magno pudore dici queunt: tantũ abeſt, ut ab hoie modeſto fieri debeant. Sed qd iſta ad me? Ego uerò mirabor, ſi ulla cauſa aut excuſatio talis inuenietur, ut aliqs & factę contumelię & uerberationis cõuictus, pœnas non det. Leges.n.longè cõtraria ſtatuũt, & ne neceſſarię quoq; cauſę plures inciderent, ꝓuiderunt. Veluti (necelſe.n.habeo & hæc quęrere & ſciſcitari, quas ob res ea facta ſint) ſunt conuicij actiones, eas igitur ꝓpterea fieri dicunt, ut ne cõuicijs incenſus, alius aliũ uerberare inſtituat. Rurſus uerberationis actiones ſunt. eas etiã audio ꝓpterea fieri, ne quiſq; ſi ſit imbecillior, lapide aut ſimili aliquo telo ſe defendat, ſed legũ ultionẽ expectet. Rurſus uulneris actiones ſunt, ne aliqbus uulneratis cædes fiant. Conuicium, qđ minimũ eſt, ante poſtremũ et atrociſſimum ea de cauſa ꝓuiſum eſt opinor, ne cędes fieret, neue paulatim à conuicijs à uerbera, à uerberibus ad uulnera, à uulneribus ad cædes ꝓcederetur. atq; ſingulorũ ex his legibus definita eſſe ſupplicia, ne ea cuiuſuis iracũdia, aut arbitratu iudicarentẽ. Et hęc qdem cõſtituta ſunt legibus. At ſi Conon dixerit: Priapi ſumus nos qdam cõgregati, & amatores, & quos nobis uiſum eſt uerberamus & iugulamus: uos eos cum riſu abſoluetis? nõ ſanè opinor. Neq;.n.ueſtrũ cuiq; ridere libuiſſet, ſi pręſens adfuiſſet, cũ traherer & exuerer, & cõtumelijs afficerer: & ſanus egreſſus, domũ deportarer, & mater mea pòſt exiliret: & tantus eſſet apud nos clamor et luctus mulierũ, perinde ac ſi qs obijſſet, ut & uicinorũ qdam nũcios ad nos mitterent percontaturos qd nobis accidiſſet. In uniuerſum, Iudices, nõ decet, ut cuiq; ulla de cã ea licentia detẽ à uobis, impunè pro libidine ſua graſſandi. Sin ulli uenia danda eſt, ijs qui ꝓpter ætatem aut adoleſcentiã tale qd agunt, ea cõfugia reſeruanda ſunt: atq; illis ipſis nõ ad impunitatẽ, ſed ad legitimę pœnę mitigationem. Qui aũt quinquagenario maior, hoibus iunioribus adeſt iiſq; filijs: eos aũt adeò non deterret, aut ꝓhibet, ut ipſe dux & autor, & oium uecordiſſimus ſit, quo iſte digno factis ſuis ſupplicio afficietẽ? egdem, ſi interficiatẽ, nondũ iuſtas dediſſe pœnas exiſtimo. Etenim ſi nihil ipſe cõmiſſ-

Legum ſeueritas, et cauſæ — *πλῆμαξ iniuriarum.* — *Puniendi iniuriæ.* — *Seni proteruo minus ignoſcẽdum.*

ſet,ſed ſi eo aſtante Cteſias filius eius, ea quæ nũc fecit, deſignaſſet: eũ iuſto odio pſequeremini. Si.n.ſic educaſſet filios ſuos, ut in conſpectu eius cõmittere, ea pſertim, quorum nonnulla capite ſancita ſunt, neque timerent, neque erubeſcerent: quam pœnã nõ meruiſſe exiſtimatis? Ego enim ea ſigna eſſe puto, ne iſtũ qdem ſuũ coluiſſe patrẽ. Nam ſi eũ ipſe coluiſſet ac metuiſſet, idem et ab iſtis ſibi tribui poſtularet. Age cape legem de cõtumelia, & alteram de graſſatoribus. Iſtos.n.in harum utrãque cõmiſiſſe uidebitis. LEX. His legibus utriſque Conon ſuis iſtis factis obnoxius eſt. Nã et cõtumeliã fecit, & ueſtibus ſpoliauit. Quas ſi in ulciſcendis iſtis uſurpare noluimus: & nos hoies quieti & modeſti uideri debemus, et iſte ęque improbus. Ac ſi qd mihi accidiſſet, cędis et grauiſſimarum pœnarum eſſet reus. Brauroniæ certè ſacerdotis patrẽ, qui ut in cõfeſſo fuit, ipſe interfectũ non attigerat, ſed interfectorẽ cohortatus fuerat ut cęderet: eiecit in exiliũ ſenatus ex Areopago meritò. Si.n.qui adſunt, adeò non phibẽt eos qui uel per ebrietatẽ, uel ex iracũdia, uel alia quapiã de cauſa peccare inſtituunt, ut ipſi ẽt incitent: nulla ſpes ſalutis ſupereſt ei qui in hoies petulãtes inciderit: ſed tãdiu eorum ferenda pteruitas erit, dũ ipſi defatigenť. id qđ mihi accidit. Iam qd, cũ arbitriũ fieret, egerint, uobis explicabo. Nã uel inde pſpicietis iſtorum petulãtiã. Tps.n. * extra mediã noctem delegerunt, & neque teſtimonia legere, neque exẽpla dare uoluerũt: atque eorum qui nobis aderant ſingulos ad arã adduxerũt, & iurarũt, et teſtimonia ſcripſerunt, nihil ad rẽ attinentia, ſed huius generis: ex meretrice ſibi natũ eum puerum, & paſſum eſſe hæc & hæc. Quæ mediuſfidius, Iudices, nemo qui aderat nõ & uituperabat, & ęgrè ferebat. Denique iſti ẽt ipſi inuiſi ſibi fiebant. Tandẽ iam defatigati & ſatiati iſtis ineptijs, profitenť eludẽdi cauſa, et eò ne echini ſignarenť: dedere uelle ſe ſeruos, ſcriptis eorum noibus: & nũc opinor eos hac de re plurima uerba facturi ſunt. Ego uerò uobis oibus illud cõſiderandũ cẽſeo, iſtos, ſi ppterea puocaſſent, ut quęſtiones haberenť, & eo iure freti fuiſſent, non cũ iam arbiter ferret ſniam, noctu, cũ nulla cauſa reliqua eſſet, fuiſſe puocaturos. Sed primũ anteque cauſa agereť, dum

Pater filios nõ caſtigans.

Exẽpla ſeueritatis iudicum

Arbitrium.

* ἔξω μέσων νυκτῶν

Prouocatio ficta.

ego ęgrotus decũbebam, & ignarus an euaſurus eſſem, apud oẽs qui me uiſebant ꝓfitebar, iſtum primũ uerberaſſe, & plurimarũ cõtumeliarũ quas perpeſſus fuerã, autorẽ eſſe: tum ſtatim multis teſtibus adhibitis, ad ædes uenire debuit, tũ ſeruos tradere, tũ aliquos ex Areopago accerſere. Si.n. obijſſem, apud illos cauſa agenda fuiſſet. Qđ ſi illud ignorauit, et hoc iure fretus, ut nũc dicat, ſe ad tantũ periculũ nõ parauit: ſaltem poſtq̃ ſurrexerã, eumq́ iam accuſabã, in primo cõgreſſu apud arbitrum, tradidiſſet: quorũ iſte nihil fecit. Vt autẽ me uera dicere, atq; eludendi gratia cõparatã fuiſſe ꝓuocationẽ cõſtet: recita hoc teſtimoniũ, ex quo id erit pſpicuum. TESTIMONIVM. Atq; hęc de quęſtionibus. Memineritis horũ qua ꝓuocauit, & qbus de cauſis id fecerit, ut prima tẽpora eluderet, qbus illud ius eum nuſq̃ uoluiſſe ꝓcedere conſtat, neq; uel ꝓuocaſſe, uel poſtulaſſe. Quæ cum oĩa coarguerent apud arbitrum, quæ & apud uos: aperteq́ oſtenderet, eum teneri criminibus oĩbus: interponit falſum teſtimoniũ, & teſtes inſcribit, quos nec uobis ignotos fore cenſeo, poſtq̃ audieritis. Diotimus Diotimi F. Icarienſis. Archebiades Demotelis F. Alæenſis, Chæretius Charimenis F. Pitthenſis, teſtificant ſe abijſſe à cœna cũ Conone, & acceſſiſſe in foro ad Ariſtonẽ & filiũ Cononis pugnantes, & non conſeruiſſe manus Cononem & Ariſtonẽ. quaſi uerò continuò credituri eſſetis, et quid uerũ ſit, haud conſideraturi: primũ neq; Lyſiſtratũ, neq; Paſeam, neq; Niceratũ, neq; Diodorũ, qui palàm teſtificati ſunt ſe uidiſſe me à Conone uerberari, & ueſtib⁹ exui, & cæteris quas perpeſſus ſum, cõtumelijs affici: homines ignotos, quiq́ fortuitò rei interuenerunt, nunquã fuiſſe cõmiſſuros, ut falſa teſtificarentur, niſi me ita mulctatum eſſe uidiſſent. Deinde ego nunq̃ niſi hæc ab iſto paſſus eſſem, omiſſis ijs à quibus ipſi me uerberatũ eſſe confitent, contra eum qui nec attigiſſet, uenire primùm inſtituiſſem. Cur enim? quáue de cauſa? ſed eũ à quo primum uerberatus ſum, & maximis contumelijs affectus, & accuſo, & odi, & perſequor. Et quę ego dico, ita uera ſunt omnia, ut etiã cernant. Iſte aũt, niſi teſtes iſtos ꝓduxiſſet, qđ diceret nihil haberet, ſed è ueſtigio tacitus dã-

Teſtium Cononianorum exagitatio.

nari potuiſſet. Cum aũt eius combibones ſint, & multorum talium facinorũ ſocij: haud ab re falſum in eius gratiam teſtimoniũ dixerunt. Qđ ſi res eò redierit, ut ſi qui ſemel frontẽ perfricuerint, & apertè falſa teſtificari auſi fuerint, nullaq; futura eſt ueritatis utilitas: idigna res erit. At hercule non ſunt tales? Imò ſciunt ueſtrũ, ut opinor, multi, & Diotimum, & Archebiadẽ, & Chęretium, illũ uagabundũ, qui interdiu frontẽ corrugant, & Laconũ imitatores uideri uolunt, & lacernas induunt, et ſimplis ſoleis utuntur: poſtq; congregati ſunt, & inter ſeſe coierunt, nullũ ſceleris & flagitij genus prætermittere: & hęc ſplendida et magnifica eorũ uerba eſſe, An non alijs alij mutua teſtimonia dicemus? An non hæc ſodaliũ & amicorũ officia ſunt? Quid uerò graue contra te afferet? uerberari quidã eum ſe uidiſſe dicẽt? nos uerò te prorſus nõ attigiſſe eum, teſtificabimur. ſpoliatũ eſſe ueſtibus? id illos feciſſe priores, nos teſtificabimur. conſutũ eſſe labrũ? nos caput nobis, aut aliud quippiam eſſe cõminutum dicemus. Ego uerò medicos teſtes exhibeo, id qđ illi non habent. Exceptis.n. iis quæ ipſi inter ſe cõferunt, nullius teſtis contra nos copiã habituri ſunt. Quanta uerò eorũ ſit, & qualis ad omne facinus audacia, equidem ita me dii ament, dicere nequeo. Vt aũt ſciatis qualia facinora deſignantes circũeant, recita eis hæc teſtimonia. Tu uerò ſiſte aquam. TESTIMONIA. Cum igitur parietes perfodiant, & in obuios graſſentur: num dubitaturi uobis uidẽtur, mutuũ in tabellula perſcribere teſtimoniũ? num à tanto & tali odio, & improbitate, & impudentia, & contumelia alieni? hæc in eorũ factis ineſſe puto oía. Quanq; autẽ his alia grauiora deſignarunt, nos tamen exquirere non poſſumus oẽs eos qui affecti ſunt iniurijs. Quam aũt impudentiſſimã eius orationẽ fore audio, de ea uos præmoneri præſtat. Aiunt eum liberis ſuis adductis per eos iuraturũ, & imprecationibus diris, & atrocibus deuoturũ: & talibus, ut eas qdã qui audierat, portenti loco nobis retulerit, Inſuperabilia ſunt, Iudices, talis audaciæ cõmẽta. Nam optimus quiſq;, & minimè ipſe mẽdax, talibus præſtigijs facilimè decipitur. Sed tñ tantiſper ſuſtinendus eſt aſſenſus, dũ uita et mores con-

Egregia deſcriptio collegij nebulonũ. τὸν ἐπιπάλιον

Portentoſum Cononis iuſiurandum.

Præſtigiæ ſimulationis cõſideratiõe morũ refutandæ.

ſiderentur. Iſtius aūt in huiuſmodi rebus leuitatem, ego uobis exponā, qui neceeſſariò pquiſiui. Audio, Iudices, & Canchrū quendā à uobis interfectum, & Ariſtocratem, cui oculi ſunt eruti, & alios ſimiles, et Cononē iſtū, in adoleſcentia ſocios fuiſſe, & Triballos cognominatos. Eos & Hecatę comeſſe cœnas, & auiculas luſtrales in adeundis magiſtratibus, è cœtibus undiq; collegiſſe, & conuiuia celebraſſe, & facilius cùm iuraſſe, tum peieraſſe, q̄ quiduis aliud. Non igitur Cononi iurāti, his moribus eſt habēda fides. Neq; multis uerbis eſt opus. Nā qui uel ſecundū leges ſancti iuraret nihil, is certè per liberos (qđ inuſitatum eſt) iurare non cunctabit̄, ſed quiduis audebit prius. Sin oīno neceſſe eſt, is qui ita iurat, ut receptū eſt, pl⁹ fidei mereretur eo qui liberos deuouet, & per ignem iurat. Ego uerò Conon, cui ꝑpter oīa plus eſt habendū fidei q̄ tibi, iuſiurandum hoc dare uolui, nō ut impunè ferrem delicta, cū nihil tale factitem, qualia tu: ſed ꝑpter ueritatē, & ne contumelijs afficerer: nō ut periurio cauſam uincerem. Recita ꝓuocationem. PROVOCATIO. Hęc ego & tum iurare uolui, et nunc iuro per deos deaſq; omnes, ueſtra cauſa & coronæ circunſtantis: me oīno a Conone perpeſſum ea quæ conqueror, et accepiſſe plagas, & diſciſſum mihi labrū, ita ut cōſuendum fuerit, & contumelijs affectū, hoc iudicio accuſare. Qđ ſi ſanctè iuro, multa mihi bona eueniant, neq; in poſterum quicq̄ tale accidat. Sin peiero, funditus peream & ipſe, & ſi quid mihi eſt, aut futurꝰ eſt. Sed non peiero, & ſi Cononi ilia rumperent̄: A'uobis igitur peto, Iudices, quoniā uobis quæ æqua ſunt, omnia expoſui, & iure iurando firmaui, ut quemadmodū unuſquiſq; ueſtrū in ſimili cauſa eum à quo læſus eſſet, odiſſet, ita & propter me Cononi iraſcamini, neq; quicq̄ horꝝ priuatum putetis, quod cuiuis accidere pōt, ſed cuicunq; acciderit, iuuatote, & qđ iuſtum eſt tribuitote, & infenſi eſtote hominibus ante facinora cōfidentibus, & temerariis: in defenſione facinorꝝ impudentibus & improbis, qui neq; exiſtimationis, neq; morꝝ, neq; ullius rei rationem hn̄t, modò impunè abeant. At ſupplicabit & lamentabitur Conon. Spectate uerò, uter ſit miſerabilior: is ne qui ita eſt mulctatus,

Iuſiurandum Ariſtonis.

Peroratio.

Non ignoſcendum Cononi.

eſt mulctatus, ut ego mulctatus ab iſto ſum, ſi inſuper cum infamia & inultus receſſero: an Conon, ſi pœnas dederit? Vtrum uerò ueſtrũ ſingulis prodeſt? ut uerberare & inſultare liceat, an contrariũ? Equidẽ contrarium arbitror. At ſi abſolueritis, multi erunt: ſi punieritis, pauciores. Multa cõmemorare poſſem, Iudices, quàm utilẽ operam & nos nauemus, & pater, dum uixit, nauarit, & triremibus inſtruendis, & militando, & impatis faciendis: quàm et iſte & ſui nihil, ſed nec aquæ ſatis eſt, neq; nunc hoc agitur. Quod ſi nos iſtis & inutiliores & improbiores eſſemus, non tñ propterea uel uerberandi, uel afficiendi contumelijs eſſemus. Non uideo, plura dicere quorſum attineat: puto enim uos nihil eorum ignorare quæ diximus. *Merita Ariſtonis.*

ARGVMENTVM ORATIONIS CONtra Calliclem, de prædio.

CAllicles reus & accuſator eius, prædia uicina habuerunt, quæ uia interiecta dirimebantur. Hymbre aũt ingenti orto, aqua de uia in prædium Calliclis illapſa, dãnum ei dedit. Quapropter is cum uicino dãni dati agit. Ait.n. in Tiſiæ prædio foſſam, ad aquã de uia illabentem excipiendam, eſſe factã. Quæ nunc obſtructa, ſibi dãni cauſa fuerit. Tiſiæ uerò filius primũ oſtendit, uetus id eſſe opus, & non à ſe factum. Eam enim foſſam etiam uiuente patre Calliclis, à Tiſia fuiſſe obſtructam. Deinde aſſerit, non eſſe foſſam Tiſiæ prædium. Exagitat etiam damnum Calliclí datum, ut paruum, & non tanta lite dignum. Atq; in uniuerſum, ullam factam eſſe negat Calliclí iniuriam: ſed eum prædium ſuum appetere dicit, eaq; de cauſa omnes calumnias machinari.

DEMOSTHENIS CONTRA CALLICLEM DE FVNDO ORATIO,

[redacted].

n Ihil certè moleſtius eſt, Athenienſes, quã in uicinum improbum & auarum incidere: id quod mihi nunc uſu uenit. Callicles enim prædia mea deſiderans, ita obſtinatè me calumniari pergit, ut primũ conſobrinum ſuum ſubornarit, ut prædia ſibi uendicaret. Palàm autem conuictus, refutatoq; per me eorum cõmen *Malus uicinus.* *Petitio.*

Firmamẽtum rei, olim fuiſſe conquerendũ, non nunc demum.

to: rurſus in duabus me cauſis arbitri ſententia condemnauit abſentem: altera ipſe mille drachmis, altera fratre iſto impulſo Callicrate. Precor autem uos omnes, ut me audiatis, & diligenter attendatis, non quòd ipſe dicere poſsim, ſed ut uos ex ipſis rebus cognoſcatis, mihi palã iniuriam fieri. Vna autem mihi contra omnia iſtorũ uerba defenſio eſt, quód prædium illud pater meus maceria ſepſit, prius ferme quàm ego natus ſum, & uiuẽte adhuc Callipide patre iſtorum & uicino, qui rem certius norat quàm iſti, & Callicle iam adulto, atque Athenis uerſante. Annis aũt illis oĩbus nemo uenit qui uel accuſaret, uel quæreretur (quanquam haud dubiè tum etiã ſæpe hymbres fuerunt) uel prohiberet omnino, ſi quem pater ſepiendo noſtro prædio lædebat, imò nec uetuit, nec teſtificatus eſt quiſquã, cum pater meus annos amplius quindecim ſuperſtes fuerit, neque his pauciores pater iſtorum Callipides. Atqui Callicles licuit uobis, tum profectò, cũ foſſam obſtrui uideretis, uenire, ſtatimque indignari, & dicere ad patrem: Tiſia cur iſtud facis? obſtruis foſſam? iam aqua in noſtrũ prædium irruet: ut ſi deſiſtere noluiſſet, ac tale aliqd accidiſſet, teſtibus ijs q tum adfuiſſent, uti licuiſſet. Ac mediusfidius, te oſtẽdere oportuit oĩbus hominibus eſſe foſſam, ut nõ uerbis tm̃, ut nunc, ſed reipſa patrẽ iniuriæ conuinceres. Horũ autẽ nihil quiſque ueſtrũ unquã pſtare uoluit. neque.n. uel abſentem, ut me nũc, dãnaſſetis, neque calumnijs ueſtris quicquã pfeciſſetis. Sed ſi tum teſtẽ adduxiſſetis, & teſtificati eſſetis: ille, rem cõpertam habens, horũ ſingula, ita uti ſunt, declaraſſet, & facilè mercenarios teſtes refutaſſet. Vos autẽ me, nimirũ hoĩem hac ætate & rerũ imperitum, oẽs contẽpſiſtis. Verũ ego contra iſtos oẽs, Athenienſes, ipſorũ facta firmiſſima teſtimonia exhibebo. Cur.n. nemo eorum uel teſtificatus uel cõqueſtus eſt? imò, cur nullũ unquam uerbum fecerunt? cur ſatis eis fuit eas iniurias q̃ eis fiebant, negligere? Ad iſtorũ igit̃ accuſationem refutandã, uel hæc ſatis eſſe multa arbitror. Vt aũt ſciatis, Athenĩẽſes, de alijs etiã, patrẽ nec ſepiendo fundo quicquã peccaſſe, et iſtos oĩa falsò in nos dixiſſe: dilucidius uos edocere conabor. Fundũ noſtrũ eſſe pprium, iſti ẽt confitent̃. Quod cũ ita

Aduerſarios ſuis conuinci teſtimonijs.

παροιγραφία.

ſit, Athenienſes, inſpecto fundo potiſsimū cerneretis calumniā mihi fieri. Quamobrē ēt ego arbitris æquis rem permittere uolui: non iſti, ut nunc dicere audēt. Perſpicuū aūt & hoc ſtatim uobis erit omnibus. attendite, modò per deos, uos oēs oro, animum. Via inter meum & iſtorū fundum intereſt. Cum aūt mons undequaq; prædia cingat, fit ut aqua defluens partim in uiam, partim in pdia feratur. eaq; cum aliqñ in uiam irruit, qua exitum habet, deorſum per uiā fertur: qua aūt aliquid obſiſtit, ibi eam exaggeratā in fundos redundare neceſſe eſt. Atq; adeò in hunc fundū, Iudices, facta inundatione, contigit aquā irruere, ſed neglectum, patre meo nondū tenente, ſed homine cui loca hæc omnino diſplicebant, & magis urbano. Atq; inundatio bis aut ter fundos uaſtauit, ac potius eos ut uiā cōplanauit. Quod pater cū uideret, ut ego ex ĳs q norunt, audio, ac uicini & depaſcerent, & iter p fundum facerent, hac maceria circundedit. Hæc ut uera eſſe uobis conſtet, cū teſtes uobis eos producā qui rem norunt, tū argumenta teſtibus multo firmiora. Callicles ait me obſtructa foſſa damnū ſibi dediſſe: ego uerò fundum eū eſſe, nō foſſam oſtendā. Quod ni cōcederet, noſtrū eſſe ꝓpriū, in eo fortaſſe peccaremus, q̃ locū publicū extrueremus. nūc neq; de eo litigāt, et fundus cōſitus eſt arborib. uitib⁹ & ficis. Quis uerò eas in foſſa inſerere uelit? nemo ꝓfectò. Quis aūt i eo loco maiores ſuos ſepeliret? ne id qdē quiſq; faceret opinor. Atq Athenienſes utraq; hęc cōtigerūt. Nā & arbores plantatę ſunt, priuſq; pater meus ſepem circūdaret: & monumēta uetera, prius ēt q̃ nos agrū emimus, facta. Quę firmior, Athenieſes, afferri probatio queat? Res. n. ipſæ oēm controuerſiā tollunt. Age cape iā oia teſtimonia, & recita. TESTIMONIA. Auditis Athenieſes è teſtimonĳs, & fundū arboribus eſſe refertū, & habere monumēta q̃dam, & cætera quę in alĳs fundis eſſe ſolent? atq; iterum, ſeptū fuiſſe fundū, uiuente adhuc patre iſtorū, nō aduerſantibus uel iſtis, uel ullo uicinorum? Operæprecium aūt eſt, Athenienſes, ēt cætera quæ Callicles dixit, audire atq; conſiderare. Primùm an ueſtrū quiſquā uel uiderit, uel audierit unquam iuxta uiam eſſe foſſam? arbitror in hac tota regione eſſe

Fundum eſſe, non foſſam.

nullam. Quamobrem enim aliquis, ea aqua quæ per publicam uiã abitura eſſet, foſſam per ſuũ fundum feciſſet? Deinde quis q̃ſo ueſtrũ ſiue in agro, ſiue in urbe per uiã fluentem in fundũ ſuum aut ædes reciperet? ac non cõtrarium potius ageret? Quod ſi nonnunquam uiolenter ingruit, excludere oẽs atq; obſtruere ſolemus. Iſte igit̃ poſtulat, ut aquam de uia in meum fundũ recipiam: & cũ ea ad iſtius fundum acceſſerit, ut rurſus in uiam deriuem. Proinde quiſquis poſt iſtũ fundum habet, rurſus me accuſabit, eadẽ enim profectò quã iſte & ille cauſam, oẽs afferre poterũt. atqui ſi in uiã educere aquam dubitabo, confidenter ſcilicet eã in uicinum fundum emitterẽ? Qui enim nunc inæſtimatis litibus uexor, quòd aqua de uia in iſtius fundũ irruit, quid quæſo mihi facient illi, quibus aqua è fundo meo eiecta, nocitura eſt? Qñ autem aquam exceptam, nec in uiam nec in agros emittere licebit: qd reliquum erit, ò Iudices? nec enim utiq; me coget Callicles, eam ebibere. Hæc ego cum ab iſtis feram, & multa alia atq; acerba, tantũ abeſt ut pœnas de eis ſumam, ut bene mecum agi putarẽ, ſi non inſuper mulctarer. Nam ſi, Iudices, foſſa eſſet, quæ olim aquam excepiſſet, & eã ego non exciperem: fortaſſe peccarem, quemadmodum in aliis quibuſdã uicinis prædiis ſunt foſſæ, de quibus cõſtat, quibus aquã primus quiſq; excipit, quemadmodũ torrentes qui ex ædibus educuntur. Ab iſtis uerò alii excipiunt ſimiliter. hanc uerò neq; mihi dat, nec à me accipit priuſquam. Qui igitur foſſa eſſe poteſt? Aqua autem, quæ irrupit, ſæpe nimirũ nocuit multis ẽt cautis, nocuit nunc iſti etiã. Quod autem omniũ iniquiſsimum eſt: Callicles, cũ aqua in ſuum fundum irrupit, ingentibus ſaxis aduectis obſtruxit: quod aũt pater, cum idem ſuo fundo accidiſſet, ſeptũ fecit, quaſi in eo peccaſſet, mihi dari dãni actionẽ impegit. Quod ſi oẽs quibus aqua iſtac defluẽs, nocet, me accuſabunt: etiamſi fortunæ meæ multiplicentur, non omnibus potero ſatisfacere. Tanto aũt iſti ſunt aliis iniquiores, ut nullo damno affecti, ut ego uobis ſtatim oſtendã, cum aliis multa & magna damna data ſint, ſoli ipſi mihi negociũ faceſſere auſint: etſi quibuſuis id potius agere licuiſſet. Nam iſti ut maximè paſsi aliquid ſint

Nihil damni datum aduerſariis.

ipſi ſua culpa læſi, me calumniantur: illi aũt ut nihil aliud, at nullum tale crimen habent. Sed ne rerũ ordine perturbato, ſimul dicam omnia: cape mihi uicinorum teſtimonia. TESTIMONIA. Nónne indignum eſt, Iudices, cum hi tantis dãnis acceptis, neq; ullus alius ex ijs q̃bus aduerſa acciderunt, quicquã quæratur, ſed æquo animo fortunã ferant: iſtum calumniari? quem ipſum deliquiſſe primũ, quód foras educta maceria uiã anguſtiorem fecit, ut arbores quæ in uia fuerant amplecteret̃: deinde, quód eluuie in uiam proiecta, uiã exaggerauit & coarctauit: é teſtimonijs ſtatim euidentius cognoſcetis. Iã eos nihil perdidiſſe, nullumq́; feciſſe damnũ, quod alicuius momenti ſit, & tñ tantam contra me actionem inſtituiſſe: mox oſtendere conabor. Cum mea mater iſtorũ matre familiariter uteretur, priuſquã iſti me calumniari cœpiſſent, & altera ad alterã accederet, ut fieri ſolet, cũ ambæ & ruri habitarent, & inter ſe uicinæ eſſent, & inter uiros etiã, dum uiuebãt, familiaritas intercederet: Cũ igitur mea mater ad iſtorum matrẽ ueniſſet, atq; illa calamitatẽ deploraret, ſic nos audiuimus omnia, Iudices. & ſi dico quæ de matre audiui, ſic mihi multa bona eueniant: ſin mentior, contraria horum: ea ſe omnino uidiſſe, & ex iſtorum matre audiuiſſe dicebat, hordei cõplutos fuiſſe, quos ipſa ſiccari uiderit, tres medimnos, farinæ circiter ſemimedimnũ, olei auectam eſſe amphorã eam dixiſſe, neq; tñ ei quicquam accidiſſe. Tantas iſti clades acceperunt, Iudices, pro quibus mille drachmarum mulctam ſine legũ autoritate à me petunt. Neq;.n. ſi parietinam ueterem adſtruxit, id mihi quoq; imputandum eſt, quæ neq; corruit, neq; quicquã grauius paſſa eſt. Quare ſi faterer, me eis omnium maloꝝ autorem eſſe: tamẽ quæ commaduerint, hæc fuerunt. Cum autẽ pater nec ab initio, cũ fundũ muniret, eis iniuriã fecerit, nec iſti unq̃ queſti ſint, tanto tpe interiecto, & alij multa et grauia paſsi, nihilo plus me accuſent, uosq́; oẽs aquã ex ędibus & fundis in uias educere ſoleatis, non aũt, ita me amet Iupiter, eam quæ in uia eſt, intró admittere: quorſum plura dicenda ſunt? Neq;.n. ex his obſcurum eſt, mihi manifeſtè calumniã fieri, quũ neq; iniuriam illis faciã, neq; cũ eis tã

malè actum ſit,ut dicunt. Vt autē ſciatis,eos & eluuiem in uiam proieciſſe,& ſępe circumducta uiam anguſtiorem effeciſſe,& me iſtorum matri iuſiurandum detuliſſe, & à mea poſtulaſſe,ut idem iuſiurandū daret:cape mihi hæc teſtimonia, & prouocationem. TESTIMONIA. PROVOCATIO. Quid iſtis hominibus fieri poſſit impudentius? quæ calumnia manifeſtior? qui quum ipſi ſepem produxerint,& uiam exaggerarint, alios dati dāni accuſant,& mille drachmas dari ſibi poſtulant,quorum uniuerſa iactura nō eſt quinquaginta drachmarū? Atqui conſiderate, Iudices, ꝙ multis agris ab aqua damnum datum ſit: partim Eleuſine,partim in alijs locis. Neque tamen, ô dij immortales,eorum quiſque damnum à uicinis penſari ſibi poſtulat. Ac ego quidem, quem indignari oportebat propter uiam, & anguſtiorem & altiorem factam,quieſco. Iſtis autem ea licentia datur, ſi ita ſit,ut affectos iniurijs etiam calumnientur. Atqui Callicles, ſi uobis munire licet ueſtrum fundum, nobis utiqꝫ noſtrum quoque licuit. Sin pater meus muniendo uobis iniuriam fecit, & uos nunc mihi facitis iniuriam ſic muniendo. Cum enim ueſter fundus magnis ſaxis munitus ſit,ſatis apparet aquam rurſus in meum fundum uenturam. Deinde, ſi ita ceciderit, inopinato murum proſternet. Sed ego propter hoc eos nihilo magis accuſo,ſed fortunam boni conſulo,& ut mea tuear,operam dabo. Nā & iſtum qui ſua ſepiat ſapere exiſtimo: & ꝙ mihi litem mouet, & improbiſſimum, & mentis errore affectum. Ne uerò miremini, Iudices, iſtius improbitatem,neque in impingendo falſo crimine audaciam. Nam prius etiā, cū conſobrino ſuo perſuaſiſſet,ut mihi litem moueret de fundo: pactiones cōmenticias protulit, & nunc ipſe me alio iudicio abſentem cōdemnauit arbitri ſententia,Callari nomine,propter meos ſeruos. Nam præter alia ſcelera, etiam hoc commentum excogitarunt: Callarum eiuſdem criminis reum agunt. Quis autem ſeruus iniuſſu domini agrum ſepto circumdaret? Cum autem quod Callaro obijciant,nihil aliud habeant, propter id ſeptū, quo facto pater annos amplius quindecim uixit,eum in ius uocant. Quod ſi ego prædijs his ceſſero,uenditis,aut

Et Callicli fundus circūſeptus.

Inſectatio morum Calliclis.

Actio in ſeruū Callarum.

cum aliis prædiis permutatis, nihil iniuſti facit Callarus. At ſi ego iſtis condonare mea nolo, ſummis iſti à Callaro iniuriis afficiuntur: atque etiam arbitrum quæritant, qui eis fundum adiudicet, & tales tranſactiones, p quas fundos obtineant. Et quidem, Iudices, ſi inſidiatores, & calumniatores meliore conditione ſunt: nihil proderunt ea quæ diximus. Sin uos & tales oderitis, & iuſta decernetis, cum Callicles nec perdiderit quicquam, nec ulla ſit affectus iniuria uel à Callaro, uel à patre: nõ uideo quorſum attineat plura dicere. Vt aũt ſciatis eum prius etiam meis fundis inſidiantem, conſobrinum ſuum ſubornaſſe, & nunc altero hoc iudicio Callarum arbitri ſententia condemnaſſe, ut mihi inſultet, q eum hominem magnifacio, & rurſus Callaro alium dixiſſe diem: harum omnium rerum teſtimonia uobis recitabuntur. TESTIMONIA. Ne igitur per deos oro, Iudices, me iſtis hominibus proiiciatis inſontem. Neque enim mulcta me tantopere ſollicitat, quanquam ea grauis eſt omnibus qui re ſunt tenuiore. Sed illud, q me ita exagitant & calumniantur, ut exterminaturi eſſe municipio uideantur. Vt autem appareret, nos nullam facere iniuriam, parati fuimus & legitimũ iuſiurandum dare. Nec enim alia firmiora nos exhibituros uobis argumenta putauimus, qui ipſi iurati eſſetis. Age cape & prouocationem, & adhuc reliqua teſtimonia. PROVOCATIO. TESTIMONIA.

ARGVMENTVM ORATIONIS CONTRA Dionyſodorum dati damni.

Darius & Pamphilus Dionyſodoro mutuant ter mille drachmas, ut in Aegyptum nauiget, atque inde rurſus Athenas, pignori accepta naue. Perſcribunt etiam in pactione uſuras quas debebat Athenas uſque reuerſo Dionyſodoro recipiendas. Dionyſodorus ex Aegypto Rhodum appulſa nãue, illic merces expoſuit: propterea (ut ipſe quidem dicit) quòd nauis rupta & putris eſſet. ut autem Darius, quòd audierat laxatam Athenis annonam. Nauem enim eſſe integram, & adhuc nauigare ait. Creditores igitur accuſant Dionyſodorum uiolatæ pactionis, quòd pignus, hoc eſt, nauem non palàm exhibuerit, & ab eo repetunt promiſſas uſuras integras. Is uerò non uult omnes reddere.

DEMOSTHENIS CONTRA DIONYSODORVM DATI DAMNI ORATIO,

Debitorũ melior conditio, quàm creditorum.

SOcius ego ſum, Iudices, & particeps mutuò datæ pecuniæ. Vſu uenit autem nobis qui per mare negociari decreuimus, & noſtrã pecuniam credentibus alijs, ut illud certò ſciamus, debitorẽ in rebus omnibus eſſe meliore ꝗ̃ nos condition. Accepto enim argento manifeſto & certo, in tabellula duobus teruncijs empta, & libellulo admodum paruo promiſſionẽ relinquit, ſe quę æqua ſint, facturum. Nos autẽ non pollicemur daturos, ſed mutuanti ſtatim damus pecuniam. Qua igitur refreti, quo confiſi pignore, eam amittimus? Vobis Iudices, & legibus ueſtris, q̃ iubent, quæ alter alteri ultrò promiſerit, ea rata eſſe. Sed mihi neque legum, neque ſyngraphæ ullius ulla uidetur eſſe utilitas, niſi is qui pecuniam accipit, uir omnino ſit bonus, atq; aut uos metuat, aut eum qui cum contraxit, uereatur. Quorum neutrum eſt in iſto Dionyſodoro. Is enim eò uenit audaciæ, ut à nobis mutuatus ad nauẽ ter mille drachmas, ea conditione ut nauem Athenas reduceret, cumq; ſuperioris anni tempore noſtrũ nobis reddendum fuiſſet: nauem Rhodũ appulerit, atque illic exoneratas merces contra tabulas uendiderit, & leges ueſtras: Rhodoq; rurſus in Ægyptum miſerit nauem, atq; inde Rhodum. Nobis uerò, qui Athenis ei pecuniam credidimus, ne nunc quidẽ uel pecuniam reddit, uel pignus exhibet. ſed annum iam alterum noſtro fruens, tum mutuum, tum quæſtum, tum nauem uobis oppigneratam cum habeat: nihilominus in conſpectum ueſtrũ prodijt, nobis pœnam temerè litigantium nimirum irrogaturus, & in domicilium plebis coniecturus, fraudaſſe non contentus. Oramus autem, Athenienſes, & obteſtamur uos pariter omnes, ut nos iuuetis, ſi affecti uidebimur iniuria. Principium autem contractus primũ uobis explicabo: ſic enim uos quoque cauſam rectiſſimè intelligetis. Dionyſodorus iſte, Athenienſes, & ſocius eius Parmeniſcus,

Accuſatio Dionyſodori.

Petitio.

Narratio.

congreſſi nobiſcũ anno ſuperiore, menſe Quintili: ſe mutuari uelle ad nauẽ dixerunt ĳs conditionibus, ut in Ægyptum nauigarent, & ex Ægypto Rhodũ, aut Athenas: ſtipulati ſe uſuras in alterutro horum mercatuum ſoluturos. Nobis autem reſpondentibus, Iudices, nos haudquaquam in alium mercatum ꝙ Athenas mutuaturos: ſic pollicentur ſe huc nauigaturos, atque his pactis mutuantur à nobis ad nauem ter mille drachmas ultrò citroꝗ́, & ea de re ſyngrapham conſcripſerunt. In pacto igitur creditor inſcriptus eſt Pamphilus hic. Ego uerò extra ſyngrapham particeps cum eo creditæ pecuniæ fui. In primis autem uobis ſyngragha ipſa recitabitur. SYNGRAPHA. Ex hac ſyngrapha, Iudices, acceptis à nobis pecunĳs, Dionyſodorus iſte & ſocius eius Parmeniſcus, nauem hinc in Ægyptum miſerunt. Ac Parmeniſcus in naue eſt uectus, iſte hic remanſit. Fuerunt enim, Iudices, ne hoc ignoretis, miniſtri & adiutores Cleomenis illius *Cleomenes.*
qui in Ægypto imperauit: qui, ex quo principatum ſuſcepit, nõ paucis malis affecit rempublicam ueſtram, ac potius reliquos etiam Græcos uendendo & reuendendo, & precio frumenti ſtatuendo, cũ ipſe per ſe, tum iſti cum eo. Nam alĳ merces ex Ægypto mittebant, alĳ ad negociationem adnauigabant, alĳ hic manentes, allatas merces curabant. Deinde pro conſtituto precio literas mittebant ĳ qui hic erant, ut ſi apud nos carum eſſet frumentũ, huc ueherent: ſin uilius eſſet factum, ut ad alium mercatum appellerent. Vnde annonæ precium non parum auctum eſt per tales literas & mutuas operas. Cũ igitur hinc mitterent nauem, ſatis carum frumentum reliquerunt. Quamobrem etiam in ſyngrapham inſcribere non recuſarunt, ſe Athenas nauigaturos, & in nullum alium mercatum. Pòſt, cum Siculæ naues appuliſſent, & frumenti precia paulatim minuerentur, & nauis iſtorum in Ægyptum perueniſſet: ſtatim iſte quendam Rhodum mittit ad Parmeniſcum ſocium, qui ei noſtratis annonæ rationem explicaret. ſatis enim ſciebat, nauem neceſſariò Rhodi appulſuram. Vt finiam, acceptis ab iſto Parmeniſcus literis, & ſtato hic frumenti precio cognito: frumentum Rhodi exonerat, & ibi diſtrahit, neglecta

& ſcriptura, Iudices, & mulctis quas ipſi in ſe ſtatuerũt, ſi quid uiolaſſent: neglectis item legibus ueſtris, quæ iubent nauicularios & uectores, in eum appellere mercatum, de quo inter ipſos cõuenerit. Sin aliter fecerint, maximis teneri pœnis. Nos, cum primum id factum audiuimus, ea re perculſi, iſtum totarum inſidiarum architectũ conuenimus, indignantes, ut par eſt, & conquerentes, cum nos in pactione uerbis apertis pepigiſſemus, ne nauis uſquam alió quàm Athenas appelleret, & nos argentum ea conditione credidiſſemus: nos ab eo in ſuſpicionem adductos apud eos, qui nos criminari uellent, & dicere, nos quoque fuiſſe ſocios frumenti Rhodum uecti: grauiter ferentes, quod nauem in noſtrum mercatum, ut pacti eſſent, nõ perduxiſſent. Cum autem de ſyngrapha & de iure diſputando nihil proficeremus, ſaltem mutuũ & uſuras ab initio promiſſas reddi nobis poſtulauim⁹. Iſte autem ita inſolenter nobiſcum egit, ut uſuras in ſyngrapha ſcriptas ſe daturum negauerit. Si autem uultis, inquit, accipere partem emenſæ nauigationis, dabo uobis uſuras Rhodum uſque, plures non dabo: ipſe ſibi leges ſanciens, non in ſyngrapha perſcriptis conditionibus parens. Vt uerò nos nihil iſtorum conceſſuros diximus, reputantes, ſi id faceremus, uiſum iri & nos Rhodũ uexiſſe frumentum: magis etiam inſtabat iſte, multiſq́ teſtibus adhibitis, accedebat, ſe paratum eſſe dicens ad reddendam & ſortem, & uſuras Rhodum uſque: non ꝙ in animo haberet quicquam reddere, ſed ꝙ exiſtimabat, nos argentum non accepturos, ad uitandam ſuſpicionẽ. idq́ res ipſa declarauit. Poſtquam enim, Athenienſes, ueſtrorum ciuium quidã, qui forte fortuna interuenerant, nobis ſuadebant, ut quod daretur, acciperemus, de controuerſijs in iudicium ueniremus, uſuras Rhodias non admitteremus, donec iudicium fieret: nos illa concedebamus, non ignari, Iudices, quid ex ſyngrapha nobis deberetur: ſed exiſtimantes, damni aliquid faciendum, & concedendum eſſe, ne rixoſi uideremur. Sed iſte, ut nos ad rem accedere uidit: Tollite igitur, inquit, ſyngraphã: nos, nihil minus facturos, reſpondemus. ſed quod ad argentum attineret, quod redderet, antiquaturos coram

menſario ſyngrapham.in uniuerſum aũt non antiquaturos,anteꝗ̃ de controuerſiis diſceptatũ eſſet.quo.n.iure, quo firmamẽto in foro niteremur,ſiue ad arbitrum, ſiue ad iudicẽ uentũ eſſet, ſyngrapha ſublata, in qua fundamenta noſtri iuris ſita eſſent? Hęc nobis dicẽtibus. Athenienſes,& à Dionyſodoro iſto petentibus ne ſyngraphã cõmoueret,nec irritã faceret,quã & ipſi ratã habuiſſent, & cõfirmaſſent,ſed tantũ pecunię quãtũ ipſe obtuliſſet, redderet:de cõtrouerſiis aũt paratos eſſe nos,ſiue uni,ſiue pluribus ipſe uellet in mercatu iudiciũ pmittere:recuſauit Dionyſodorus iſte oia. et cũ ſyngraphã totam non aboleremus,ut ipſe mãdabat, ſecundũ iam annũ noſtra habet, & pecuniis utiť. & qđ eſt oium grauiſſimum,Iudices,ipſe ab aliis nauales uſuras exigit de nr̃a pecunia, quã non Athenis mutuauit,nec Athenas, ſed Rhodũ & in Ægyptũ. Nobis uerò,qui in ueſtrũ mercatũ mutuauimus,nihil ęqui pręſtandũ cẽſet. Hęc ut à me uerè dici cõſtet,recitabimus uobis ꝓuocationẽ, qua hæc ab eo poſtulauimus. PROVOCATIO. In hũc modũ, Iudices. cum Dionyſodorũ iſtũ ſępe ꝓuocaſſemus, & per cõplures dies ꝓuocationem ꝓpoſuiſſemus: ſimplices nos penitus ait hoies eſſe, ſi ſe putaremus uſꝗ adeò inconſideratum eſſe,ut ad arbitrũ iret, cum in aperto eſſet ſe cõdemnatum iri ad ſoluendã pecuniam:cum ſibi argentũ ferenti,uenire in iudiciũ liceret. Deinde ſi nos deludere poſſet, abiturũ cum aliena pecunia:ſin minus, tum demũ pecuniam ſoluturũ:ut homo nõ iure fretus,ſed ueſtri periculũ facturus. Quę igiť à Dionyſodoro facta ſunt,audiſtis,Iudices: quæ dũ auditis,iamdudũ uos mirari arbitror hois audaciã: quá ue re fretus,huc ſit ingreſſus,cogitare. Nõ enim audacia eſt, ſi qs ex mercatu Athenienſiũ pecuniã mutuatus,ſyngraphã apertis uerbis conſcripſit, ſe nauẽ in ueſtrũ mercatum reducturũ: qđ niſi fecerit,duplum ſoluturũ:nauem nec in Piræeo appulit,neꝗ pecuniã creditoribus reſtituit,& frumentũ Rhodi exoneratũ uẽdidit, et his facinoribus tñ audet ueſtros uultus atꝗ ora intueri? Quid aũt ad hęc rñdeat,quęſo audite. Nauẽ ex Ægypto redeuntẽ ruptã eſſe dcit, eaꝗ́ ſe de cauſa coactum, Rhodũ appellere, atꝗ ibi frumentũ exonerare. Eius rei

Exageratio culpæ Dionyſodori.

Defenſiones Dionyſodori.

argumentum illud eſſe dicit, ꝙ Rhodi nauigia conduxerit, & merciũ partẽ huc miſerit. Hęc defẽſionis illius una pars eſt. Altera illa: ait cęteros creditores, cõceſſiſſe ſibi uſuras Rhodũ uſq;: iniquũ igitur fore, ſi nos eadem quæ illi, cõcedere nolimus. Tertia: iubere ſyngraphã, conſeruata naue, reddi pecuniã: nauem aũt in Piręeum perduci non potuiſſe. Vos igit̃, Iudices, noſtras cõtra hoꝝ ſingula rõnes, audite. Primũ ꝙ ruptam eſſe nauem dicit, liquere oĩbus arbitror, eũ mentiri. Nam ſi id naui accidiſſet, ne Rhodum quidẽ incolumis perueniſſet, neq; poſtea nauigationi fuiſſet idonea. Nunc eã Rhodum pueniſſe cõſtat, & rurſus inde miſſam in Ægyptũ, & nunc etiam quóuis nauigare, pręterq̃ Athenas. Nónne uero abſurdum eſt, cum in Athenienſiũ mercatũ perducẽda eſt nauis, dicere, fractã eſſe: quum aũt Rhodi frumentũ exonerandum eſt, eandẽ nauim nauigationi exiſtere opportunam? Cur igitur, inquit, alia nauigia conduxi, & merces tranſlatas huc miſi? ꝙ, Athenienſes, nec ipſe, nec eius ſocius, merces oẽs in ſua ptãte habebat, ſed uectores ſuas res in aliis nauigiis neceſſarió nimirum huc mittebãt, cũ iſti nauigationẽ interrumperent. Quaꝝ aũt reꝝ iſti erant dñi, eas uerò non oẽs huc miſerunt: ſed eas demum elegerunt, quaꝝ precia creuerant. Alioqui, cum alias, ut dicitis, naues conduceretis, cur non oẽs merces in eas tranſtuliſtis? ſed frumentum Rhodi reliquiſtis? q̃m, Iudices, eis expediebat, illud ibi diſtrahere. Precia.n. hic laxata eſſe audierant: cęteras uerò ſarcinas huc miſerũt, unde lucrum ſperabant. Cum igit̃ de conductione nauiũ loqueris, nullum ruptę nauis, ſed ueſtri cõpendij non nullũ argentum affers. Ac de his ꝗdem hęc dixiſſe ſufficiat. Qđ aũt creditores aſſenſiſſe dicit, ſenſuras Rhodum uſq; accepturos: id nihil ad nos. Si qs.n. de ſuo uobis condonauit aliqd, nulla fit iniuria uel condonanti, uel accipienti. Sed nos neq; tibi quicq̃ condonauimus, neq; conſenſimus in Rhodiã nauigationẽ, neq; quicq̃ plus apud nos ualet q̃ ſyngrapha. Ea uerò qd ait? aut quò nauigationẽ ſuſcipi iubet? Athenis in Ægyptum, & ex Ægypto Athenas. Qđ niſi fiat, duplum ſolui iubet. Hęc ſi feciſti, nullã iniuriam facis. Si non feciſti, neq; nauem Athenas redu-

Refutatio 1. Nauem non fuiſſe ruptã.

Refutatio II. Non quid alij fecerint, ſed quid fieri ſyngrapha iubeat ſpectãdum.

xiſti:ea te pœna mulctari decet,quę in ſyngrapha continetur.Id.n.ius non quiſq̃ alius, ſed tute tibi deſcripſiſti. Alterutrũ igitur oſtende iudicibus: aut uos ſyngraphã ratam non habere,aut non eſſe æquũ,ut ex eius præſcripto geras oĩa.Qđ ſi qui tibi aliquid remiſerunt, & Rhodias uſuras conceſſerunt, quocunq̃ tãdem pacto adducti:Proptereáne nullã nobis iniuriã facis, uiolata ſyngrapha?Non equidem opinor. Neq̃.n.hi nunc de aliorũ cõdonationibus,ſed de pactionibus tuis nobiſcũ factis ius dicunt.Nam uſurarũ remiſſionem,ſi qua modò,ut iſti dicunt,facta eſt,cum utilitate creditorũ eſſe factam,uobis oĩbus perſpicuũ eſt. Nam qui ex Ægypto iſtis argentũ, Athenas uſq̃ duntaxat mutuarant, ut Rhodũ uenerũt, & iſti nauem eò appulerũt:nihil opinor eorũ interfuit ſolutis uſuris,& Rhodi recepto mutuo,rurſus eo negociari in Ægyptum. Imò id multo magis ꝓfuit,q̃ huc appellere.Illuc.n.breuis eſt & expedita nauigatio,& bis aut ter eis negociari licuit eodẽ argento. Quòd ſi huc rediſſent,hybernandũ fuiſſet hic, & nauigatio uerna expectãda.Proinde illi creditores non modò nihil remiſerũt,ſed lucrũ etiam fecerũt.Nos aũt,ut interim de uſuris taceamus,ne ſortem q̃dem recuperare poſſumus. Ne igiť auſcultetis iſti uos decipienti, & tranſactiones cum reliq̃s creditoribus huc conferenti;ſed ad ſyngrapham eũ reuocate,& ad ea iura quæ in ſyngrapha continenť. Nam illud mihi amplius edocendi eſtis, quo iſte potiſſimũ nititur,aſſerens,cõſeruata naue reddendũ eſſe mutuum: nos quoq̃ cõtendere, ſic eſſe faciendũ. Lubet aũt ex teipſo quærere, utrũ de naue ut perdita, an uerò ut de incolumi diſſeras?Nã ſi nauis corrupta eſt atq̃ interiit, q̃d de uſuris contendis: & petis,ut uſuras Rhodiẽſes accipiamus? quũ nec uſuras,nec ſortẽ nos recipere conueniat.Sin incolumis eſt nauis, & nõ interiit:cur nobis pecuniã non reddis,quam in ſyngrapha promiſiſti?Vnde igiť certiſſimè cognoſcetis,Athenienſes,nauẽ eſſe conſeruatã?Maximè ex eo ipſo,q̃ nauis in nauigatione eſt: neq̃ minus tñ ex ipſis iſtorũ uerbis. Poſtulant.n.à nobis, ut ſortem recipiamus,& partem quandã uſurarũ,ut quę cum euaſerit,non tñ oẽm curſum abſoluerit.Spectate aũt Athe-

Cur alij Rhodi receperunt mutuum.

III Refutatio Nauẽ eſſe conſeruatam. διλημμα.

nienſes,nos'ne,an iſti ſyngraphæ iure utanť, qui neq; in conſtitutū mercatum nauigarūt,ſed Rhodū,& in Ægyptum, & conſeruata naue, non perdita,ſe remiſſionem uſurarꝝ inuenturos ſperant, ſyngrapha uiolata:cum ipſi pp nauigationem frumētariā magnos quæſtus fecerint, noſtrāq; pecuniā alterꝝ iam annū teneant & exerceant. Nouum aūt & inuſitatum quiddam iſti moliunť. Nam cum ſortem pecunię mutuę,nobis,ut ſeruata naue,reſtituant:uſuris fraudandos cenſent,tanq; perdita. At ſyngrapha nō aliud dicit de uſuris, aliud de ſorte mutui:ſed cōmunia iura de his utriſq; ſunt,& eadē repoſcendi poteſtas.Recita mihi denuo ſyngraphā. SYNGRAPHA. Athenis in Ægyptum,& ex Ægypto Athenas. Auditis Athenienſes:Athenis,inqt,in Ægyptum,& ex Ægypto Athenas. Dic reliqua. SYNGRAPHA. Incolumi reuerſa naue in Piræeū. Iudices,facilis oīno ratio uobis eſt,huius cauſæ diiudicādę:neq; multis uerbis eſt opus. Nauem.n.fuiſſe conſeruatā,et eſſe incolumem,ēt iſti ipſi confitenť. Alioqui neq; ſortē redderent, nec uſurarꝝ partem ullā. At non pducta eſt in Pirçeū?eo ipſo nos creditores iniuriā dicimus fieri nobis,et uos accuſamus,q in conſtitutū mercatum nō appulit. Dionyſodorus autē ſe peccare negat pp hoc ipſum. Neq;.n.reddendas eſſe uſuras oēs,cum nauis in Pirçeū nō appulerit. Quid aūt ſyngrapha dicit?nō,ita me amet Iupiter,eadē quę tu Dionyſodore. ſed niſi reddideris ſortē,& uſuras, aut mihi exhibueris pignora manifeſta & libera:aut ſi qd aliud cōtra ſyngrapham cōmiſeris: duplā ſoluere pecuniā te iubet. Age hoc ipſum mihi ſyngraphę caput. SYNGRAPHA. Niſi aūt manifeſta exhibuerint pignora, & libera, aut ſi qd ſyngraphę contrariū cōmiſerint, pecuniā duplā reddunto. Eſt ne ubi nauē nobis manifeſtam exhibueris,ex quo pecuniā à nobis accepiſti?ipſe cōfitens eā eſſe incolumē? an ex eo tpe in Athenienſiū mercatum appuliſti, cū ſyngrapha pſpicuis uerbis dicat, nauē eſſe in Pyręeū perducendā,& manifeſto exhibendā creditoribus? Nā & hoc ſpectate Athenienſes, q̄ ſit mirificum. Rupta eſt nauis,ut iſte ait,ppterea'q; cum in Rhodū appulit. Proinde poſt reſarta eſt,& ad nauigationē reparata. Cur igi-

Inūerſio.

tur eā, ô uir optime, in Ægyptū, cęteroſq; mercatus mittebas: Athenas aūt nōdum miſiſti, ne nūc qdem, ad nos creditores, qbus eam ſyngrapha te iubet manifeſtā & liberā exhibere? pſertim nobis id petentibus, & à te ſæpe poſtulantibus? Sed tu ita fortis es, uel potius impudēs, ut cū è ſyngrapha pecuniā nobis duplā debeas, nec legitimas uſuras reddendas exiſtimes, Rhodias nos recipe iubeas: perinde ac ſi mandati tui maior q̄ ſyngraphæ ſit autoritas: ac dicere audeas, nauē in Pyręcū nō pductam eſſe incolumem. qđ ob factū iure perimêris à iudicibus. Per quē.n. ſtetit quo minus nauis in Piræeum incolumis perduceret? num per nos, qui aptè mutuauimus in Ægyptum & Athenas? an uerò per iſtū, eiuſq; ſociū? qui his cōditionibus mutuati ut Athenas redirent, Rhodū nauē appulerunt: idq; feciſſe eos de induſtria, nulla neceſſitate cōpulſos, multis ſignis colligit. Nam ſi caſus ille re uera fuit fortuitus, & nauis rupta fuit: poſt, cū eā inſtauraſſent, nō utiq; in alios mercatus elocaſſent, ſed ad nos miſiſſent, ad corrigendū euentum non uoluntariū. Nūc tantum abeſt ut caſum illum fortuitū correxerint, ut ad primas iniurias delicta longè grauiora adiecerint, & tanq̄ per deriſum cōtra nos in iudiciū uenerint: quaſi in ipſorū poteſtate futurum ſit, ſi eos damnaueritis, ſortem dūtaxat reddere & uſuras. Vos igit̃, Athenienſes, ne iſtam eis licentiā detis: neq; permittatis, ut duabus uelut ancoris nitantur: ut, ſi uicerint, pecuniam alienā detineāt: ſin uos decipere non poſſint, ut ea duntaxat reddant, quę debēt: ſed mulctas eis irrogate, quę ſyngrapha cōtinent. Nam cum ipſi duplam ſibi mulctam dixerint, ſi qd in ſyngrapha perſcriptum uiolarint: iniquum fuerit, uos in eos eſſe leniores, præſertim uobis non leuiore q̄ nobis facta iniuria. Iura igitur cauſæ breuia ſunt, & facile memoria queūt comprehendi: Mutuauimus Dionyſodoro iſti & ſocio eius ter mille drachmas Athenis in Aegyptum, et ex Aegypto Athenas: nō recepimus neq; ſortē, neq; uſuras: ſed illi nr̃a tenent, ĥſq; utuntur iam alterū annū: non perduxerunt nauem in ueſtrū mercatum: nōdum ne nūc quidem, neq; nobis eam manifeſtò exhibuerūt: cum ſyngrapha iubeat, niſi manifeſtò nauem exhibuerint, du-

Nauē de induſtria non miſſam Athenas.

Cōſilium aduerſariorum.

Peroratio κατ' ἀνακεφαλαίωσιν.

plam ſoluere pecuniã: eãq́ uel ſingulis nobis, uel utriſq; redigere licere. His firmamentis freti, ad uos ingreſſi ſumus, ac noſtra per uos recupare ſtudemus, q̃m ab iſtis ipſis id impetrare nõ poſſumus. Et hęc noſtra eſt oratio. Iſti aũt, ſe q̃dem eſſe mutuatos confitent̃, et non reddidiſſe: de eo aũt litigant, non oportere ſe pendere uſuras in ſyngrapha perſcriptas, ſed Rhodienſes, quæ nec in ſyngrapha inſunt, nec à nobis ſunt conceſſæ. Q̃d ſi in Rhodiorũ foro litigaremus, melior eſſet iſtorũ fortaſſe conditio, q̃ ad eos frumentũ uexiſſent, & in eorũ mercatum appuliſſent. Nũc cum ad Athenienſes ingreſſi ſimus, & ſyngrapha mercatum ueſtrũ deſignarit: poſtulamus ne nobis minus tribuatur q̃ ijs qui & uos & nos iniurijs affecerũt. Pręterea nec illud uos lateat, Athenienſes, in hoc uno iudicio de toto mercatu legẽ ſancire uos, multoſq́ aſſiſtere qui in mari negociari decreuere, uoſq́ intueri, q̃d de hac cauſa pronunciaturi ſitis. Nam ſi uos ſyngraphas & pactiones mutuas firmas eſſe oportere ſtatuetis, neq; earũ uiolatoribus quicq̃ ueniæ dabitis, alacrius qui in mercatu mutuant, officio ſuo fungẽtur, atq; ex ea re augebit̃ mercatus ueſter. Sin nauicularijs licebit conſcripta ſyngrapha de nauigando Athenas, deinde nauẽ in alios mercatus appellere, ruptam eſſe dicentes, et ales cauſas cõminiſcentes qualibus Dionyſodorus iſte utit̃, & uſuras diuidere pro eo curſu quẽ ſe nauigaſſe dicent, non pro ſyngrapha: nihil obſtabit quo minus omnes cõtractus diſſipentur. Quis.n. ſuum abiicere uolet, ſi uiderit ſyngraphas eſſe irritas: tales aũt orationes et cauſas iniuriorũ hominum, æquitati præualere? Abſit hoc, Iudices. Id.n. neq; multitudini ueſtræ conducit, neq; ijs qui quæſtum facere inſtituerunt, quiq́ utiliſſimi ſunt tum in uniuerſum nobis omnibus, tum ſeorſim cuilibet, qui eorũ operam ſequirit. Quapropter eorum uobis habenda ratio eſt. Ac ego quidem quæ potui, dixi. Peto autem, ut et amicorũ aliq̃s mihi patrocinetur. Aſcẽde Demoſthenes.

Circumſtantia loci.

Cauſam hanc ad rempublicam attinere.

TOMI III. FINIS.

VITA DEMOSTHENIS È SVIDA,

[redacted]

DEmoſthenes Athenienſis, filius Demoſthenis & Cleobulæ, orator, è Pæanienſi municipio, fuit, Hermippo autore, diligentior, ꝗ ingenioſior: &, ut idem ait, ad uoluptatem propenſior. Vnde factū eſt, ut adoleſcens Battalus uocaretur, ut qui ueſte muliebri ſæpe eſſet uſus: uirili autē toga ſumpta, Argas, quod eſt ſerpentis genus. Animū ad eloquentiam appulit, cum Calliſtratum cauſam Oropiorū agentem ſpectaſſet. Fuit & Iſæi, diſcipuli Iſocratis, aſsiduus auditor. Vſus etiam eſt orationibus Zoili Amphipolitæ, qui Athenis docebat: & Polycratis, & Alcidamantis, Gorgiæ diſcipuli, atq; ipſius etiam Iſocratis. In eloquentiæ ſtudio ſodalem habuit Æſionem Athenienſem, & Theopompum Chium * philoſophum. Sedulò etiā Eubulidem dialecticum & Platonem audiuit. Obijt, cū propter Macedonem Antipatrum in Calauriam profugiſſet, in æde Neptuni, hauſto ueneno quod in annulo geſtabat, anno ætatis ſecundo & ſexageſimo.

ALITER, EX EODEM.

DEmoſthenes orator, uir fuit & prudentia in excogitando, & in ijs quæ excogitaſſet, eloquentia mirabili. Vnde ſua ætate ſummus orator eſt habitus, cū & obſcura coniecturis indagandi, & res cognitas explicandi maxima ſolertia eſſet præditus. Ac ijs quidem temporibus, quibus habere conciones & rempublicam adminiſtrare cœpit, magiſtratus non admodū bene audiebāt. Sed cum unus hic uir inter ſui temporis Atheniēſes Macedonum tyrannis magna libertate plurimum eſſet aduerſatus, abſtinentiæ & integritatis laudē cōſecutus, neque ab eis accepiſſe ulla munera uiſus eſt. Nam aliarum ciuitatum principes ea tempeſtate, priuati emolumenti quā boni publici cupidiores, redempti pecuniæ largitionibus, quo rem ſuam, ut putabant, in præſentia ſtabilirent: ſui lucri cauſa publicam utilitatem negligere ſolebant. Quamobrem, Athenienſes illis etiam delictis, quo

rum pòſt accuſatus eſt, ignouerunt: eiusq́ ab exilio reuocati conſiliјs, omnibus in rebus uſi ſunt. Pòſt, conſecutus eius præclarus obitus, effecit ut eos decretorum ſuorum non obſcurè pœniteret. Certè non multo pòſt, nunciato Demoſthenis interitu, reſciderunt ea quæ metu Macedonum magis, quàm ex æquo & bono ſtatuerant: & tũ immunitatem natu maximo é familia Demoſthenica, tum ipſi æream in foro ſtatuam decreuerunt, his elegiacis uerſibus baſi eius ſubſcriptis:

Si magnis uires animos Demoſthenis æquent,
Græcia non Macedum Marte ſubacta foret.

ALITER, EX EODEM.

DEmoſthenes gladiorum faber, Pęanięſis, Demoſthenem oratorem filium habuit: cui pupillo tutores dati ſunt tres, Aphobus, Demophon, Therippides. Qui cũ & ipſum & patrimonium eius negligerent, ipſe Iſæo ſe erudiendum tradidit. Fuit autem adeò induſtrius, ut domi ſe includeret, raſa parte capitis, ut neque prodiret in publicum, neque ad ſe quenquam accedere pateretur. Eruditus, curatores reos tutelæ peregit. Rhetoricam docere cum uellet, ab eo inſtituto receſsit, propter calumniam de Moſchi filio, nobili adoleſcente, ſubortam. Pòſt, orationes ſcribere aggreſſus, cum ibi quoque crimini daretur, contrarias eum edere orationes Phormioni & Apollodoro, eo etiam ſtudio relicto, rempublicam capeſsit. Quanquam autem balbus erat, & humerum indecorè mouebat, & imbecillis auditu, & ſpiritu infirmo: hæc tamen incommoda correxit omnia exercitatione: actionem item & pronunciationem eius, quæ præclara non erat, Andronicus excoluit. Functus eſt ædilitate, triremes inſtruxit, captiuos redemit, puellis elocandis adiumento fuit. In ædilitate autem à Midia uerberatus, ter mille drachmis, ut aiunt, placatus eſt. Cum Demeneto item conſobrino, quem uulneris inflicti accuſarat, in gratiam rediјt. Poſt Chabriæ ducis obitum, uxoris eius, * Cteſippi filiæ nuptias ambiјt, & adeptus eſt. In gerenda republica Philippo eſt aduerſatus: q cũ Thebanos inuaderet, autor fuit, ut ſocietas cũ eis iniret: qbus ad Chęroneã uictis, mille & quadraginta interfe-

ćti,bis mille capti ſunt. Habuit chariſsimã filiã: eã elatã luxit, ſeptimoq́ poſt eã calamitatẽ die, accepto nuncio Philippũ à Pauſania eſſe occiſum: mutata ueſte rẽ diuinã fecit. Aduerſatus eſt ẽt Philippi F. Alexandro. Cui quũ Harpalus magna pecunia ſurrepta, ad Athenienſes cõfugiſſet: Demoſthenes, q & ipſe partem accepiſſe uidebat, Trœzenẽ in exiliũ profugit. Alexandro Babylone mortuo, in patriã reuocatus eſt: ſed Antipater, ſuſcepto Græciæ principatu, decẽ oratores ſibi dedi, per legatos poſtulauit. Quos cum dedidiſſent Athenienſes, Demoſthenes in Calauriã fugit. Archias autem ab Antipatro contra eum miſſus, ui eũ auellit à Neptuni æde, quæ aſylum erat. At hic ueneno, quod ſub annuli pala habebat, exućto, mortuus eſt. Fuit alius Demoſthenes Thrax, q ſoluta oratione tum Homericam Iliadem, tũ Heſiodi Theogoniam expoſuit, & compẽdium Demageti Heracleotæ, & opus de Dithyrambopœis conſcripſit.

LVCIANI LAVDATIO DEMOSTHENIS,

[redacted]

IVxta porticum iſtam, quæ ad læuam eſt, hinc egreſsis, eunti mihi XVII. Cal. Ianuarias, paulo ante meridiem, Therſagoras fit obuiam. Fortaſſe ueſtrũ quidam eũ norunt: paruus eſt, adunco naſo, ſubalbus, uirili natura. Conſpicatus igitur eũ adhuc accedentem, Therſagoras, inq̃, poeta eſt: quó, & unde? T. Domo, inqt, huc. L. Verũ, inquã, deambulaturus? T. Propemodũ, inquit, & iſta re mihi eſt opus. Nam intempeſta nocte ſurrexi, & natali Homeri poeticæ primitias offerendas eſſe cenſui. L. Rećtè, inquã, facis, qui uelut alumnus, inſtitutionis ei præmium ſoluas. T. Inde igitur, inquit, auſpicatus, nõ animaduerti me ad hoc meridiei tẽpus euećtum eſſe. Vt igitur, inquit, dixi, ẽt deambulatione mihi eſt opus: ſed multo prius tamẽ, inquit, ſalutare iſtũ neceſſe habeo: Homero manu demonſtrato. (noſtis nimirum eum qui ad dextram ſtat in fano Ptolemæorum, illum promiſſo capillo.) Eum igitur, inquit, ſalutatũ uenio, & precatũ, ut uerſuum, mihi copiã impertiat. L. At, inq̃, ſi res precibus cõfici poſſent, iampridẽ et ego fortaſſe Demoſthenẽ appellaſſem, ut mihi ad natalẽ ſuum celebrandum adiumento

Locus.

Tempus.

Poetæ Phyſiognomonia.

Homero primitiæ uerſuũ oblatæ.

Vota Homero facta.

eſſet. Si uota igitur nos adiuuarent, precari uellē unà te-
cum. Communis.n.eſſet utriq; cōmoditas. T. Equidē, in
quit, quos uerſus & noctu & interdiu feci, eos Homeri
beneuolentiæ acceptos fero. Diuino.n. quodam impetu
ſui more uatū ad poeſim cōcitatus. Sed iudiciū erit tuū.
Nā de induſtria pugillares hos tuli mecū, an fortè in ſo-
daliū aliquē ocioſum inciderē. Ac tu ſanè opportunè ui-
Victor. deris uacare. L. Tu uerò, inquā, beatus es, & lōgi curſus
Certator. uictori ſimilis, q iam abluto puluere, ſpectaculi uolupta-
te fruitur, & cū pugile fabulari inſtituit, cui iamiam ſit in
arenā deſcendendum. Verū ad carceres, dicat ille, nec tu
fabulatus eſſes. Quare tu quoq; mihi, q uiceris longū il-
lum curſum uerſuum, inſultare uideris, ſtadij fortunā ue-
Homerus. hementer perhorreſcenti. T. Tum ridens ille, Quaſi ue-
Demoſthenes rò, inqt, ardui quiddā ſuſceperis. L. Fortaſsis, inquam, ti-
bi Demoſthenes poſt ferendus Homero uideť. ac tu q-
dem, qui Homerum laudaris, ſuperbis: mihi uerò Demo
ſthenes parui, ac nihili potius eſt faciēdus. T. Calumnia-
ris, inqt. Nunquam.n.ego heroes illos (etſi magis ad Ho-
merum animo propendeam) in contentionem adduxe-
Afflatūs Poeti rim. L. Rectè ſanè, inquam. Me uerò non cenſes ad De-
cus, Oratorius moſthenem? Verū, quandoquidem orationis argumen-
tum non contemnis, apparet te in poetica ſola eſſe diffi-
cultatem & operæprecium arbitrari: Oratorium autem
dicendi genus planè deſpicere, inſtar equitis pedites prę
teruehentis. T. Abſit, inquit, ut ita furam, quanquā poeti
cæ fores adeūtibus magno furore eſt opus. L. Etiam ijs,
inquam, qui ſolutam ſcribunt orationem, diuino quodā
afflatu eſt opus, niſi humiles uideri et ſocordes uelint. T.
Demoſthenes Equidem ſcio, inquit, ſodalis: & ſępe mihi iucundum eſt,
Homerum æ- cùm aliorum ſcripta, tū Demoſthenis, cum Homero cō
mulatus. ferre: uehementiam dico, & acerbitatē, & diuinitatem:
& illud, Vinoſe, cū Philippi perpotationibus, & ſaltatio
nibus, & petulantia.* Illud aūt, Augurium non eſt me-
lius, cum hoc, Decet igitur fortes uiros ſpe bona ſubni-
xos. Item illud, Heu quantos edas gemitus fortiſsime Pe
leu? cum hoc, Quantopere ſuſpiraturi ſint uiri illi qui pro
gloria & libertate occubuerūt. Comparo ēt torrentem
illum Pythonis, cum niuibus Vlyſſeæ facundiæ. Et illud,

Quod ſi nos neq; mors neque curua ſenecta domaret: cum illo, Vita enim mortalium omnium, tametſi te corte concluſum tueri ſtudeas, morte finitur. Infinitis deniq; in locis illorum ſententiæ conſentiunt. Delector etiam, cum perturbationes, & affectiones, & dictionis tropos, & faſtidium adimentes mutationes, & à digreſsionibus reditus, & tempeſtiuam ſimilitudinum rotunditatem, et eius ingenium ubiq; Barbaris infeſtum conſidero. Ac ſæpe mihi uiſus eſt (neque enim diſsimulabo ueritatem) decentius Atticam ſocordiam taxare Demoſthenes, cuius ſumma in dicendo libertas eſſe dicitur, quàm is qui Achæos Achæas nominat: & ſolidiore contentione ſpiritus Græcas abſoluere tragœdias, eo q in acerrimo conflictu colloquia comminiſcitur, & fabulis impetum diſſipat. Sæpe me etiam & menſuræ membrorum, & numeri, & circumſcriptiones ſic afficiunt, ut poetica ſuauitate frui mihi uideat. quemadmodum nec Homero deſunt contentiones, aut comparia, aut figuræ aſperitatis aut puritatis. ſed natura ſic comparatum eſſe uidetur, ut harum facultatum ornamenta inter ſe implicentur. Quo pacto igitur tuam Calliopen aſpernarer, quam talem eſſe intelligam? Sed tamen meum hoc inſtitutum Homeri celebrandi, duplo plus requirere laboris ſtatuo, quàm tuam Demoſthenis laudationem. Neq; iam de uerſibus loquor, ſed de ipſo argumento, quod nullũ firmum laudationis meæ fundamentum ſuppeditat, præter ipſam poeticam. Nam cætera pleraque incerta ſunt, patria, & tempus, & genus. Nã ſi quid his de rebus conſtaret, non eſſet anceps lis inter mortales, qui patriã ei tribuunt Ionicam Colophonem, aut Cumam, aut Chiũ, aut Smyrnam, aut Thebas Ægyptias, aut alias infinitas: patrem autem Mæonem Lydum, aut fluuium: & matrem Melanopen dicunt, aut nympham Dryadem, ob humani generis penuriam. Tempus uel heroicum, uel Ionicum: adeò ut etiam quæ fuerit eius ad ætatem Heſiodi ratio, non certò conſtet. Quinetiam nomen Meleſigenis, huic uſitato anteponunt, quod ſiue ob fortunã paupertatis, ſiue ob cladem oculorum acceperit. Sed præſtat fortaſſe hæc incerta, ita ut ſunt, relinquere. In angu-

Ornamenta.

Reprehenſio ſocordiæ.

Colloquia hoſtium.

Poeta oratori multis ornãdi generibus ſocius, ac penè par.

Homericæ laudationis difficultas.

Homeri patria.

Pater.

Mater.

Tempus.

Nomen.

Demoſthenicæ laudationis ubertas.

ſtiȷs igitur uerſatur mea laudatio, ociosam poeſim celebratura, & ſapientiam, quæ per coniecturas è uerſibus indagatur, collectura. Tuum autem, inquit, ad manum eſt, expeditum & planum, in rebus definitis & notis, a te uerba duntaxat, ueluti paratum obſonium, condimenta poſtulans. Quid enim niſi magnum & ſplendidum, quid niſi celebre fortuna Demoſtheni largita eſt? Nónne patria ſunt Athenæ illæ fœlices & decantatæ, & Græciæ munimentum? Quód ſi ego nactus eſſem Athenas, pro poetica licentia inſeruiſſem amores deorum, & cauſæ dictiones, & habitationes, & munera, & Eleuſinem. Iam leges & celebritates, & Piræeus, & coloniæ, & triumphi terra marí que parti, quæ nemo eſt qui dicendo æquare poſsit, ut ait Demoſthenes, copiã mihi prorſus inexhauſtam ſuppeditaſſent. Neque uerò uiderer laudationem diſtorquere, cum receptum in hoc genere ſit, eos qui laudantur augere patriæ ornamentis. Iſocrates autem additamenti uice Theſeum Helenæ interpoſuit. Ac poetarum quidem natio libera eſt: tu autem uereberis, ne prouerbiȷ iocus propter prolixitatem immodicam in te locum inueniat, & acceſsio ſacco dicatur eſſe maior. Quód ſi Athenas omittas, ſuccedit orationi pater trierarchus, aureum, ut Pindari uerbis utar, fundamentum. Neque enim cenſus Athenis fuit ſplendidior trierarchico. Qui ſi Demoſthene admodum puero deceſsit, non ea eſt exiſtimanda calamitas, ſed gloriæ argumentum, ingeniȷ præſtantiam retegentis. Homeri quidem neque inſtitutio, neque exercitatio ab hiſtoricis memoriæ prodita eſt: ſed ſtatim eas attingere laudes cogimur, quas ipſe fabricauit, cum neque educatio, neque meditatio, neque diſciplina materiam ullam ſuppeditet: neque etiam ad Heſiodiam laurum confugere liceat, quæ ignauis etiam paſtoribus carmina inſpirat. Hic autem copiam tibi ſuppeditat Calliſtratus, & illuſtris eſt catalogus, Alcidamas, Iſocrates, Iſæus, Eubulides. Quum autem infinitæ Athænis uoluptates, eos etiam qui paternarum legum neceſsitatibus ſubȷciuntur, attrahant, & procliuis ſit adoleſcentum ætas ad libidinem, eíque liceret, propter tutorum negli-

Athenæ. *Poetica licẽtia* *Pater Demoſthenis.* *Magiſtri.*

gentiam indulgere genio:philoſophiæ & ciuilis uirtutis amor eum detinuit,qui non ad Phrynæ,ſed ad Ariſtotelis & Theophraſti,& Platonis fores ducebat. Atq; hic, uir optime,diſputare licebit,duas eſſe amorum uias: alteram marini cuiuſdam amoris;præcipitem & agreſtē, ueneris plebeiæ fluctum, æſtuantes adoleſcentum cupiditates,rem ultró mari enatam:alteram cœleſtis,quæ aurea quadam cathena trahit, quæ non igni & arcu incurabiles uulnerum morbos ingerit, ſed ad ipſius pulchritudinis impollutā & purā formā rapit,ſobrio furore animorum,qui Ioui ſunt uicini,& diuino,ut ait tragicus,ſemine procreati. Amori igitur peruia ſunt omnia,raſura,ſpelunca,ſpeculū,enſis,linguę diſtinctio,actionis grādiiam ætate excultio,memorię exercitatio,tumult⁹ contēptio, noctiū cū laborioſis diebus cōtinuatio. Quibus reb⁹ qs ignorat, inquit, qualis in eloquentia tibi Demoſthenes euaſerit? q quidē ſententijs & uerbis cōdenſet orationē, & affectibus interponēdis probabilitatē accuratė cōfecerit:magnitudine ſplendidus,ſpiritu uehemens, continentia uerborum & ſententiarum modeſtiſſimus, figurarum mutatione maximė uarius. Solus certė quidē oratorum uiuā (ut Leoſthenes dicere auſus fuit) nō malleo fabrefactam exhibuit orationē. Nō enim,quod Caliſthenes de Æſchylo, quodā loco dicit,eum in uino ſcribere tragœdias,animo cōcitato & efferueſcente:nō ſic inquam Demoſthenes per ebrietatē cōponebat orationes,ſed aquā potans. Vnde & Demadē ferunt in eius aquæ potationē luſiſſe:alios ad aquā dicere,ſed Demoſthenē ſcribere ad aquā. Pytheæ uerò, Demoſthenicarum orationū plauſus nocturnā redolere lucernā uidebatur. Et hic quidē, inqt, orationis locus cū argumēto meo tibi cōmunis eſt. Non minorē enim orationis ubertatem etiam Homeri poeſis mihi ſuppeditat. Verū ſi ad humanitatis officia & munificentiam,& geſtæ reipub. totius ſplendorē trāſieris: Ac is quidem pergebat tanquam adiecturus cætera: L. Ego uerò cum riſu, Nunquid,inquam,in animo eſt more balneatoris haurire aquam,& aures meas reliqua oratione perfundere? T. Mehercule,inquit,cōmemorabo etiā publicas epulas,& ædilitates uoluntarias,& trierarchias,

Geminæ amorum uiæ.

Inuia amori nulla eſt uia.

Demoſthenis eloquentia.

Sobrietas.

Lucubratiōe.

Munificentia.

& mœnia, & foſſam, & redemptiones captiuorum, & uirginũ elocationes, optimã degendæ in republica uitæ rationem, & legationes, & legum conſtitutiones. Poſtquã igitur magnitudo geſtarũ rerum incidit, ridere mihi ſubit eũ qui ſupercilia cõtrahat, & uereatur, ne ſibi ad ꝓdicãda facta Demoſthenis uerba deſint. L. Fortaſſe, inquã, bone uir, exiſtimas meas ſolius eorum qui in eloquẽtiæ ſtudijs ætatẽ conſumpſerunt, aures, actis Demoſthenis nõ perſonuiſſe? T. Siquidem, inquit, in oratione ſubſidijs alijs quibus, ut tu ais, indigemus: niſi fortè contrarium tibi accidit, ut ceu fulgore quodam collucente, nõ poſſis in illuſtri gloria Demoſthenis oculos defigere. Nã ſimile quippiam in Homero principiò mihi uſu uenit: certè parũ abfuit quin abijcerẽ animum, & de illo argumento mihi ne cogitandum quidem exiſtimarẽ. Pòſt, neſcio quomodo me collegi, ac mihi uideor paulatim aſſueſcere contrà intueri, ne auertẽdis tanquã à ſole oculis, nothus in Homeridarũ genere deprehendar. Tibi aũt, mea quidẽ opinione, hoc etiã multo ꝙ mihi uidetur eſſe facilius. Cũ enim Homeri gloria, una poeticæ facultatis tanquã ancora nitatur, eã uniuerſam cõfertim apprehendere neceſſe fuit. Tu uerò ſi tuum animũ ſemel ad totũ Demoſthenẽ conuerteris, uehementer æſtuabis huc illuc oberrando uerbis, nec habebis quod nã primũ apprehendas: id quod guloſis in Syracuſijs menſis accidit, aut audiendi ſpectãdiq; auidis, qui ubi in plurimas auditionum ſpectaculorumq́; uoluptates inciderint, ignorant ad quã ſeſe cõferant, animo ſubinde alternãtes. Arbitror igitur te quoq; huc illuc ſaltitare, nõ habentem ubi inſiſtas, cũ undiq; te attrahant, ingenium magnificũ, ardens impetus, uita modeſta, eloquentiæ uis, actionũ conſtantia, largitionũ multarum & magnarum contẽptio, iuſtitia, humanitas, fides, magnitudo animi, prudentia, ſingula, q̃ multę magnæq́; ſunt, actiones. Fortaſſis igitur cũ uides hinc decreta, legationes, cõciones, leges: inde claſſes, Eubœam, Megara, Bœotiam, Chium, Rhodum, Helleſpontũ, Byzantium: non habes quò inclines animo, ipſa te copia rerum huc illuc rapiente. Quemadmodum igitur Pindarus, cũ animo multa complecteretur, hoc ferè modo dubitauit:

Rerum geſtarum fulgor ꝑſtringit oculos.

Ipſa copia facit inopes.

Cõgeries laudum Demoſthenis.

Iſmenum'ne, an ſplendidam Meliam.
An Cadmum, an Spartorum ſacrum genus,
An cæruleam Thebam,
An imperterritum robur Herculis,
An Bacchi lætum honorem,
An nuptias candidæ Harmoniæ celebrabimus?

Sic & tu dubitare uideris, oratione an uita, eloquẽtia an eruditio, adminiſtratio reip. an mors uiri ſit celebranda? Sed haudquaq́, inquit, difficile eſt, effugere errorẽ. nam quodcunq; unũ apprehenderis, uel eloquentiam ſolam, in eam cõfer orationem. Ac Periclea quidẽ illa cõtentus eſſe potes. Nam de illius quidẽ fulgoribus & tonitruis, & Suadelæ ſtimulo quodã, opinionẽ accepimus. ſed quia eam ipſam non uidemus, ex eo conſtat, illã ultra ſpeciem durabile nihil habuiſſe, quæ temporis cotem & iudiciũ ſuſtinere non ualuerit. At oratio Demoſthenis. Sed tibi hoc explicandum relinquo, ſi huc te conuerteris. Quòd ſi ad animi uirtutes, aut res ab eo geſtas aggreſſus fueris, præclarum tibi fuerit unam quãcunq; tandẽ reſecare diſputationẽ: ſin lautius uoles, binas ternas'ue deligere, ad iuſtum orationis argumentũ. Magnus.n.in omnibus eſt ſplendor, ſi quidem non uniuerſè, ſed ex parte laudabimus. Moris.n.Homerici eſt, Heroum laudes ex partibus conficere, pedibus, aut capite, aut capillo: iam etiam ex geſtaminibus, aut clypeis. Ac ne dijs quidem & deabus turpe fuit, à poetis ob colum, aut arcũ, aut ægidẽ, nedum partẽ corporis, aut animi, celebrari. Beneficia uerò ſimul ne referri quidẽ poſſunt. Itaq; nec Demoſthenes q̃retur, ſi unum aliquod ſuum bonum ſeorſim laudetur. Nam uniuerſè ne ipſe quidẽ ad ſe laudandum ſatis uiriũ haberet. Hæc cum Therſagoras cõmemoraſſet. L. Arbitror te, inquam, unum oſtentare mihi uolentẽ, te non tantum præſtantem poetam eſſe, Demoſthenem tanquam mercis alicuius acceſſionem ſermoni tuo inſeruiſſe, ac pedeſtrem orationem cũ uerſibus coniunxiſſe. T. Tibi quidem, inquit, dum oſtendere conor q̃ res ſit facilis, ad percurrendam hanc orationem ſum prouectus, an laxata ſolicitudine, te nobis auditorem præberes. L. Nihil igitur, inquam, crede mihi, promouiſti. ſed uide, ne retroceſſeris

Eloquentia Periclea.

Noũa laudandi ratio difficilior.

etiam. T. Bellum uerò, inquit, iſtuc remedium fuerit. L. Tu enim inquam, ignoras opinor præſentem difficultatem. deinde inſtar medici, qui ęgroti malū ignorat, aliud curas. Iis quidem quæ eum qui primus ad hanc orationem accederet, turbarint, mederi es aggreſſus, quæ multis abhinc ſeculis ſunt abſumpta. Quare huius difficultatis obſoleta medicamenta iam attuliſti. T. Hoc igitur, inquit, eſto tibi remediū: Debet profectò ut uia tritiſſima, ſic iſta etiam ratio, tutiſſima eſſe. L. Ego contrariam, inquam, inſtitui, ꝙ aiunt Annicerdem Cyrenęum habuiſſe ſtudio apud Platonem & ſodales, aurigandi peritiam oſtentantē, qui multos circum Academiam agitauit curſus in orbita eadem omnes, nihil deflexus, ut unius curſus in terra ueſtigia relinquerentur. Sed contrariū mihi eſt propoſitum, orbitas declinare. Neque uerò facile eſſe arbitror, nouam moliri uiam, tritas auerſantem. T. At Paſſonis, inquit, factum illud eſt callidum. L. Quale inquam? non enim audiui. T. Paſſoni pictori aiunt equum ſe uolutantem locatum eſſe depingendum: eum uerò pinxiſſe currentem, & multum pulueris circa equum. Vt uerò pingenti interueniſſet is qui locarat, expoſtulaſſe cum eo: ſe enim non ita iuſſiſſe. Paſſonem igitur iuſſiſſe puerum, ut ſuperiorem tabulæ partem deorſum uerteret: ita eſſe factum, ut equus uice uerſa iacens uolutari uideretur. L. Suauis, inquam, homo es Therſagora, ſi unam me conuerſionem machinatum eſſe putas tot annis, ac non potius omnes conuerſiones & ambages expertum, inuertendo & tranſmutando, ac uereri, ne tandem idem quod Proteo mihi eueniat. T. Quid iſtuc inquam? L. Id quod ei accidit, humanæ figuræ diſſimulationem molienti. Nam cum omnes formas beſtiarum, plantarum, & elementorum conſumpſiſſet, ob inopiam aſciticiæ formæ, rurſus Proteum eſſe factum dicunt. T. Tu, inquit, etiam Proteum tergiuerſando ſtudes uincere, dum id efficias, ne tibi me audire neceſſe ſit. L. Non ita eſt, inquā, ô bone. Præbebo enim tibi aures, urgente cura omiſſa. Fortaſſis enim, ubi tui partus ſolicitudinem ex parte depoſueris, meorum etiam laborum curam aliquam ſuſcipies. Quod cum probaſſet, in uicina crepidine conſedi-

Anniceridis aurigatio.

Paſſonis equ'.

Protei μεταμορφώσεις.

mus: ac ego quidem auſcultabam, is uero egregia poëmata recitabat. Interim uero tanquam diuino afflatu percitus, complicatis pugillaribus. T. Cape, inquit, auſcultationis mercedem, ſicut Athenis concionalem, aut iudicialem. ſed fac gratiam mihi habeas. L. Gratiam, inquam, habebo tibi, priuſquam quid dicturus ſis, intellexerim? Quid uero eſt quod dicis? T. In Macedonicos, inquit, regiæ domus incidi cõmentarios, quibus eo tempore cum ſupra modum delectarer, eos magno ſtudio mihi comparaui: & nunc in mentem mihi uenit, eos domi me habere. Continent autem cũ alia Antipatri domeſtica facta, tum de Demoſthene nonnulla: quę te audire, fore puto operępretium. L. Enimuero, inquam, de læto iſto nuncio, hanc tibi refero gratiam, ut cæteros etiã uerſus audire uelim. Equidem te non prius miſſum faciam, ꝗ̃ promiſſa tua ad rem conferantur. Tu uero & ſplendido me natali Homeri die conuiuio excepiſti, & uideris in Demoſthenico facturus idem. Vt igitur e tabula cętera recitarat, pauliſper morati, quantũ ſatis eſſet ad meritas poemati laudes tribuendas, domũ Therſagoræ petijmus: ac uix ille quidẽ, ſed inuenit tamen libellũ. quo ego accepto tum, diſcedebã: lectoꝗ; ſic fui affectus, ut nulla re mutata, ĳſdẽ uerbis uobis uelim recitare. Neque enim minus honoris habetur Æſculapio, ſi, qui ſupplicatũ ueniunt, nulla ipſi cantica fecerint, ſed ab Aliſodemo Trœzenio & Sophocle facta recitarint. Ac Baccho nouã facere poeſin comœdię tragœdię ue, eſt deſitũ: ſed ab alĳs cõpoſita, ĳs a quibus nunc p tempus afferuntur, non minus gratię cõciliant, ob opinionẽ de cultu numinis. Is igitur libellus (hoc eſt, ea cõmentarioꝝ pars, quæ ad nos attinet) actione conſtat. In eo igitur ſcribitur, indicatum eſſe Antipatro, adeſſe Archiã. Archiæ aũt (ſi quis id fortaſſe iunioꝝ ignorat) id munus erat datum, ut exules cõprehenderet: & mandatũ, ut Demoſthenem a Calauria pelliceret magis, ꝗ̃ cogeret uenire ad Antipatrum. Ac Antipater quidem in eam ſpem erectus erat, ut ſubinde aduentum Demoſthenis expectaret. Vt eũ igitur e Calauria redire audĳt; ſtatim iuſſit intro uocari. Poſtquam uero ingreſſus eſt, quid acciderit, ipſe libellus explicabit.

Macedonici regiæ domus cõmentarij.

Archias ὁ φυγαδοθήρας.

AR. Saluus ſis Antipater. AN. Quid ni uerò ſaluus' ero, ſi Demoſthenem adduxiſti? AR. Adduxi, ut potui, urnam.n.affero reliquiarum Demoſthenis. AN. Spem meã fruſtratus es, ô Archia. Quorſum enim oſſa & urna, quæ Demoſthenem non habet? AR. Nam eius animus ui retineri non potuit, ô rex. AN. Non * Bœotiæ & ſi hic à me aliquid accepiſſetis? AR. Nos uerò mœnia Byzãtiorum cęperimus facilius, quàm Demoſthenem auro. Ego uerò, ô Parmenio, inquit, ſi quis Athenienſis ciuis, cum Athenis uerba facit, me patriæ anteponit, ei ego pecuniam numero, ſed amicitia mea non dignor. Si quis autem me pro patria odit, eum oppugno eqdem ut arcẽ, et caſtellũ & naualia & foſſas: ſed idem admiror ob uirtutẽ, & urbẽ de poſſeſſione illa beatã iudico. Ac illos, cum eis non amplius eſt opus, ſumma cum uoluptate in crucem agerẽ: hunc aũt longè malim hic apud nos eſſe potius, quàm Illyrium equitatũ, & Triballorum, & omnes cõducticios exercitus. Armorum enim uiolentia uim orationis & animi grauitatem nequaquàm poſteriorẽ duco. Ad Parmenionem igiť hæc, ſed eodem ferè modo ad me quoque aliquando uerba fecit. Nam quum Diopithis exercitus Athenis miſſus eſſet, ego eram ſolicitus. Ipſe uerò ſuauiter admodum ridens: Tu uerò nobis Atticũ ducem aut militem metuis? Triremes ſanè & Piræeus & naualia, nugæ mihi ac fabulæ uidentur. Quid uerò facerẽt homines Bacchanalia celebrãtes, & uiſcerationibus & choris inhiantes, atque inde uictitantes? At niſi unus Demoſthenes inter Athenienſes eſſet natus, urbe facilius potiti eſſemus, quàm Thebis & Theſſalia decipiendo, cogẽdo, anteuertendo, largiendo. Nũc unus is uigilat, & omnes occaſiones urget, & noſtros conatus aſſectatur, & artibus noſtris fortiter ſe opponit. Latemus autem eũ, neque cum fraudem ſtruimus, neque cum aggredimur aliquid, neque cum deliberamus: Denique is homo nobis obſtaculum quoddam eſt, & cautes, ne omnia primo impetu capiamus. Nam quantũ in eo quidem fuit, nec Amphipolim cæpiſſemus, nec Olynthum, nec Phocenſes: non Pylum haberemus, non Cherroneſum, non Helleſpõti oram in poteſtatem redegiſſemus. Sed expergefa-

Videntur hic uerba nonnulla, & paulo pòſt uerſus cõplures deeſſe.

Philippi elogium de Demoſthene.

cit inuitos tanquam mandragora ſopitos ciues ſuos,ue luti ſectione aut uſtione ſocordiæ libertate dicendi utẽs, ac parum admodum dans gratiæ. Trans fert autem & pecuniæ commeatus à ſpectaculis in caſtra, & claſſem cõſtituit legibus trierarchicis, ob confuſionẽ tantũ non funditus deletam. Excitat abiectã hoc tẽporis ad drachmam & triobolũ urbis dignitatẽ, ciues olim inclinatos ad maiores reducit, & ad æmulationẽ rerum, in Marathone & ad Salaminem geſtarum, cõiungit eos ad ſocietates & contributiones Græcorum. Hunc latére nõ licet, non decipere:ſed corrũpere largitionibus nihilo magis, quàm Ariſtidem illum rex Perſarum corrupit. Hic igitur, Antipater, magis metuendus eſt, quàm omnes triremes, & omnes claſſes. Qui.n. olim Atheniẽſibus Themiſtocles fuit, & Pericles, cum ijs nunc Demoſth. æquali ſpacio decurrit: Themiſtocli prudentia, Pericli magnitudine animi par. Hoc igit effecit, ut eis auſcultet Eubœa, Megara, ora Helleſpõtia, Bœotia. Et rectè ſanè, inqt, faciũt Athenienſes, qui Charetẽ & Diopithẽ & Proxenum, & eius generis alios quoſdã duces creent, Demoſthenẽ aũt domi in ſuggeſto cõtineãt. Quòd ſi huius hominis fidei arma & naues & exercitus & occaſiones & pecunias credidiſſent, uereor ne de ipſa Macedonia mihi diſputandũ eẽt, cũ nunc per decreta nobiſcũ contendens, quocunq; nos aſſectetur, anteuertat, cõmeatus excogitet, copias colligat. Quid uerò? non uiuentẽ deprehẽdiſtis? AR. Deprehendimus. AN. Quid igit? in itinere obijt? AR. Non: ſed quo in loco fuit, in Calauria. AN. Fortaſſe negligentia ueſtra in cauſa eſt, qui hominem nõ curaueritis? AR. At nec in noſtra poteſtate fuit. AN. Quid ais? ambages quaſdam narras, ò Archia: cum uiuũ cœperitis, non habuiſtis? AR. Nónne uerò iuſſeras, ei primũ nõ afferre uim? quanq; nihilo plus ꝓmouiſſemus etiã ui allata, id qđ facturi fuimus. AN. Ne in eo qdem rectè feciſtis, quod facturi fuiſtis. Fortaſſis igit uiolẽtia ueſtra periit. AR. Nos qdem eũ non occidimus, ſed uim ei afferre, cũ perſuadere non poſſemus, neceſſe habuimus. Tibi uerò, qd, ò rex, cõmodi acceſſiſſet, etiamſi uiuus huc perueniſſet? Omnino certè nõ aliud quàm eum occidiſſes. AN. Bona

Demoſthenes cur uiuus non adductus.

Antipatri animus in Demoſthenem. uerba, o Archia. Non intellexiſſe mihi uideris neq; quis
Demoſthenes fuerit, neq; meã ſnĩam: ſed exiſtimare, nõ
aliud eſſe Demoſthenem inueniſſe, q̃ iſtos indagare ho
Himereus. mines qui male perierũt, Himereũ Phalereum, & Mara
Ariſtonicus. thoniũ Ariſtonicũ, & Piręenſem illũ Eucratẽ, á torrenti
Eucrates. bus nihil differẽtes, hoĩes humiles occaſione ſubito; tu
multuũ elatos, & ad paruã pturbatiõis ſpẽ audacter cõ
citatos, deinde paulo póſt timore pculſos, inſtar ueſper
Hyperides. tinorũ uentorũ: & perfidum Hiperidẽ, & amicitiæ uiola
torẽ, aſſentatorẽ publicũ, qui ſibi turpe nõ eſſe duxit, ad
captandã aurã popularẽ, calũniari Demoſthenem, & in
his rebus ſuã locare operã, quarũ eos ipſos pœnituit, qb⁹
gratificabať. Non multo certe poſt eam calũniã, ſplendi
dius eũ q̃ Alcibiadẽ reuocatũ eſſe accepimus. Iſte uero
non uerebať, nec erubeſcebat in ſummos olim amicos
lingua uti, quæ utiq; illi execanda fuit ꝓpter uæcordiam
Virtus etiam in hoſte diligitur. atq; ingratũ animũ. AR. Quid uero? Nónne omniũ ini
micorum nobis Demoſthenes eſt inimiciſſimus? AN.
Non ſi cui fides & integritas curæ eſt: ſi quis omne frau
dis expers & cõſtans ingenium, ſibi amicũ ducit. Hone
ſta enim etiã apud hoſtes honeſta ſunt, & natura uirtu
Xerxes. tis ubiuis eſt magnifacienda. neq; ſum ego Xerxe dete
Bulis. rior, qui Bulidẽ & Sperchidem Lacedæmonios admira
Sperchis. tus eſt, & cũ occidere liceret, dimiſit. Sed ſi quem oĩum,
Demoſthenẽ certè, & ipſe, bis Athenis (quanq̃ nõ ſatis
uacabat) cũ eo cõgreſſus, & ex aliis pcõtatus: ob ipſam
reipub. adminiſtrationẽ admiratus ſum, nõ ut aliqs exi
Eloquentia. ſtimet, ob eloquẽtiæ facultatem, etſi nihil ad eũ erat Py
thon: & alii Attici oratores, ludus & iocus, ſi cum huius
plauſu & cõtentione, & uerborũ cõcinnitate, & ſenten
tiarũ circũſcriptionibus, & frequentatione demonſtra
tionũ, & cõciliandi percellendiq; tõnibus conferrent.
Pœnituit ſanè nos cõuocaſſe Græcos Athenas, q conui
cturi eſſemus Athenienſes, Pythone & Pythonis pollici
tationibus freti, et póſt á Demoſthene ac Demoſthenis
argumentis oppreſſi. Nobis autẽ nullus patebat aditus
ad eius eloquentiæ uim. Ego uero ſecundo eam loco nu
merabã, inſtrumenti uice: ſed ipſum Demoſthenẽ ſupra
modũ admirabar, ob et animi et igenii magnitudinẽ, qui

pectus immotũ & erectum in oĩbus fortunę decumanis fluctibus retineret, nulliſq; terroribus à ꝓpoſito dimoueret. Ac philippũ in eadem fuiſſe mecum de hoc uiro ſnia memini. Nam is cum aliqñ concio Athenis huc nũciata eſſet, qua Philippus perſtringebat, & Parmenion indignaret, atq; etiam dicteriũ quoddã in Demoſthenẽ adieciſſet: ó Parmenion, inqt, æquũ eſt Demoſtheni dicendi libertatẽ dari. Solus etenim e Græciæ gubernatoribus nuſq; inſcriptus eſt tabulis expenſi noſtris. Verùm malim me ei fidẽ habuiſſe, ꝙ ſcribis triremiũ. Nũc eorũ quemq; inſcriptũ eſt, aurũ, ligna, reditus, pecudes, agros accepiſſe. At hic longas claſſes mittit, conſtruit copias, contra nos inſurgit. Talia & tum & ſæpe ad me Philippus de uiro dicebat: & in quadã ſuæ felicitatis parte numerabat, ꝙ Demoſthenes nõ eſſet imperator: cuius etiã orationibus Athenis erũpentibus tanq; arietibus, aut catapultis ſua quaſſarent & ꝓſternerent cõſilia. Nã de pugna ad Chæroneã, ne poſt uictoriã qdem ad nos dicere deſiſtebat: in quantum non periculum homo coniecit? Etſi enim, præter ſpem & ignauia ducum, & militũ confuſione, & admirabili fortunæ nutu, quę multis in rebus conficiendis ſæpe nobis adiumento fuit, uicimus: uno tamen certè quidem hoc die me in periculum & imperij & uitæ amittendæ coniecit, præſtantiſſimis urbibus conuocatis, & omni Græciæ potentia cõgregata: atq; Athenienſibus ſimul & Thebanis, cæteriſq; Bœotis, et Corinthijs, Eubœenſibus, & Magarenſibus, & Græciæ præſtãtiſſimis uiris adire periculum coactis, me in Atticam penetrare paſſus non eſt. Tales is de Demoſthene cõtinenter habebat orationes, & ad eos qui dicebãt eũ habere grauem aduerſariũ, ppłm Athenienſem: Mihi uerò, inquit, aduerſarius eſt Demoſthenes. Athenięſes autem ſine Demoſthene, ſunt Aenianes & Theſſali. Et cum legatos ad urbes mittebat, ſi reſpub. Athenięſium cæterorũ oratorũ aliquos miſerat, legationem facilimè uincebat. At ſi Demoſthenes, inquit, interueniſſet, fruſtrà legatos miſiſſemus. Neq; enim de Demoſthenis eloquentia trophæũ erigi põt. Hæc Philippus. Nos uerò, * omnino deteriore conditione eſſemus, ſi talem uirũ cæ

Animi et ingenij magnitudo.

Teſtimonia Philippi.

Inſtructiones.

Pugna ad Charoneam.

Demoſthenes ſolus Philippi aduerſarius.

* καὶ πάντως ἔλαττον ἂν ἔχωμεν.

piſſemus.Per deos,Archia quid cenſes?Nunquid ut bo-
uem ad macellũ duceremus, an potius eius conſilijs de
ſtatu Græciæ, ac totius imperij uteremur? Eum.n.cùm
natura complectebar ꝓpter ipſum reipub. gerendæ ra-
Ariſtotelis teſtimonium. tionẽ,tum uerò multo magis ꝓpter Ariſtot.teſtimoniũ.
Nam is q̃dem & ad Alexandrũ,& ad nos ſubinde dice
re nunq̃ deſiſtebat:cũ tanta eſſet multitudo eorũ qui ſua
inſtitutione uſi eſſent,ſe neminẽ unq̃ ita eſſe admiratum,
cũ ob ingenij magnitudinẽ, tũ ob exercitationis cõtinen
tiã,& grauitatẽ,& celeritatẽ, & libertatẽ orõnis,& to-
lerantiã.Vos uerò,inquit,putatis eũ Eubuli & Phryno-
nis & Philocratis eſſe ſimilẽ,et muneribus eũ quoq; ſtu
detis allicere, hoiem qui & patrimoniũ in Athenienſes,
cũ priuatim eos qui eius opẽ implorarũt,tum publicè in
rẽpub.cõtulit? Quòd ſi nõ ſucceſſerit,putatis uos ei ter-
rorem icuſſuros, cui iam olim deliberatũ eſt,caput obij
cere incertis patriç fortunis?Et indignamini cũ ueſtra fa-
cta reprehẽdit? Is uerò neq; Athenienſem populum re-
formidat. An ignoratis, inquit,eum ob beneuolentiam
erga patriã uerſari in repub.ſibi uerò adminiſtrationem
reipub.philoſophiæ exercitationẽ ꝓpoſuiſſe?Huiuſmo-
di de cauſis,ò Archia, perq; uoluiſſem ex eius congreſſi
bus audire,tum q̃d de ſtatu rerũ præſentium ſentiret: tũ
relictis, qui ſe quouis tꝑe nobis ingeſſerunt, adulatori-
bus,ſimplicem aliquã ex ingenuo animo audire oratio-
Amor patriæ. nẽ,& conſilij ueritatẽ ſpectantis fieri particeps. Atq; ẽt
eum admonere eſſet æquum, q̃ pro ingratiſſimis Athe-
nienſibus omnẽ ſuam uitam in diſcrimen & pericula cõ
ieciſſet, cum licuiſſet humanioribus & conſtantioribus
uti amicis. AR. Cętera q̃dem, ò rex,fortaſſe,cõſecutus
eſſes:iſta uerò fruſtrà dixiſſes. Adeò ad inſaniam uſq; fla
grabat amore Atheniẽſium. AN. Sic eſt,Archia. Quid
enim dicamus aliud? Sed quomodo mortuus eſt? AR.
Interitus Demoſthenis. Magis etiam rex te admiraturum puto. Nos enim qui
ſpectauimus, ita attoniti & increduli eramus, ut ab ijs
qui non uiderant,nihil differremus. Verùm apparet eum
olim de extremo ſuo die hoc iniſſe conſilium,idq; appa
ratus eius declarat. Sedebat intus in æde:nos, ſuperiorũ
dierum uerba fruſtrà conſumpſeramus. AN. Quæ ue-

rò ueſtra

ro uestra uerba fuerant? AR. Multa & humana ei offerebam, & clementiā tuā ei pollicebar: quā quidē non admodum expectabam (necp.n.ſciebam quo animo eſſes, ſed te uehementer iraſci homini putabam) ſed tn̄ utile id ad perſuadendum arbitrabar. AN. Vt uero accipiebat ueſtra uerba? neqꝫ me quicquā celes. Nam cum primis me nunc ipſum interfuiſſe atqꝫ audiuiſſe uellē. Tu uero nihil prætermittito. Neqꝫ.n. parua res eſt, generoſi uiri mores circa ipſum uitæ finē cognoſcere, utrum ne remiſſus & ſegnis fuerit, an uero animum prorſus immotum & erectum conſeruarit? AR. Nihil ille quidem diſsimulabat, adeo ut ſuaui cū riſu, meamqꝫ priorē uitā inceſſendo, me ineptum tuorꝫ mendaciorum hiſtrionē eſſe diceret. AN. Cum igit̄ pollicitationibus fidem non haberet, numquid * abijciebat animū? AR. Non: Quod ſi cætera audieris, non modo tibi diffiſus eſſe uidebit̄. Sed quando, rex, dicere, iubes: Macedonibus, inqt, neqꝫ religio ulla, neqꝫ inuſitatum fuerit, Demoſthenem ita capere ut Amphipolim, ut Olynthū, ut Oropū. Talia multa dicebat. Nam notarios conſtitui, ut tibi dicta eius conſeruarent̄. Equidē, inquit, Archia, etiā cruciatuum & mortis metu, in conſpectum Antipatri uenire nolim. Sed ſi uere iſta dicitis, multo magis ēt mihi cauendū eſt, ne ipſam uitā largitionis loco ab Antipatro accepiſſe: neue, quam mihi ſtationē delegi, Græca deſerta, in Macedonicā tranſeam. Præclarū enim eſſet, Archia, ſi mihi uitā Piræeus ipſe præberet, & triremis quā largitus ſum, & mœnia, & foſſa, meis ſumptibus elaborata, & Pādionia tribus, cuius ego ultro ſui ædilis & præbitor: & Solon et Draco, & ſuggeſti libertas, & liber populus, et decreta militaria, et leges trierarchiæ, & præclara facta maiorū, & triumphi, et ciuiū beneuolentia, q me ſæpe coronis ornarūt, et copiæ Græcorum, quos ego ad hoc uſqꝫ tp̄s cōſeruaui. Quod ſi uiuēdū eſt miſericordiā cōſecuto, tolerabilis eſt miſericordia apud domeſticos eorꝫ quorū captiuos redemi, aut apud patres, quorꝫ filias elocaui, aut quos in ſoluēdis collectis adiuui. Verū ſi me nō cōſeruabit imperiū inſularū, et mare: à Neptuno hoc ſalutē expeto, & ab hac ara, & ſacris legibus. Quod ſi Neptunus fani ſui uiolationē ꝓhibere

προῖετο τὴν ψυχὴν, uel necē ſibi conſciſcebat.

Demoſthenes uitam Antipatro debere nō uult.

non poterit, neq; Demoſthenẽ Archiæ ꝑdere erubeſcett moriar, neq; Antipatro potius q̃ Deo eſt aſſentandum. Licuiſſet mihi Macedones amiciores habere q̃ Athenien ſes. & nunc ueſtræ fortunę eſſe ſociũ, ſi cũ Callimedonte & Pythea et Demade me coniunxiſſem. Licuiſſet.n. uel ſeró mutare ingeniũ, niſi me filiarum Erechthei & Codri puduiſſet. Nõ igit̃ unà cũ fugitiua fortuna fidem mutare uolui. Præclarus.n. receptus eſt, mortẽ ſine ꝑiculo ullius turpitudinis oppetere. Et nunc Archia non dedecori ero Athenis, ultró ſeruitute amplectenda, & ſepultura pulcherrima, libertate ꝓijcienda. Sed ęquũ eſt, inqt, te meminiſſe id, qđ eſt á te in tragœdia ꝓclarè dictũ: At illa morte iã premente, ſeduló. Cauebat in cadendo turpitudinẽ: idq; puella. Demoſthenes aũt honeſtę morti uitã indecorã præferat, Xenocratis & Platonis diſputationũ de animi immortalitate oblitus? Ac acerbiora q̃dam dicebat in eos, cũ incaluiſſet, q fortunæ ꝓſperitate inſoleſcerent. Sed quorſum ea nũc á me referri attinet? Tandẽ me partim orãte, partim minitante, & mollẽ cantilenã aſpera tẽperante: Mouerer, inqt, iſtis, ſi eſſem Archias. Sed cũ Demoſthenes ſim, ignoſce mihi q̃ſo, cũ natura mea non ferat, ut ſim ignauus et malus. Tũ ueró, tũ, ui eũ inſtituebã abſtrahere. Quod ubi ſenſit, apparebat eum deridere. & Deũ ituitus: Apparet, inqt, Archiã arma ſola et triremes et mœnia et exercitus, eſſe uires et aſyla humanis animis exiſtimare, meãq; inſtructionẽ contẽnere. quam nõ coarguent Illyrij, nec Triballi, nec Macedones, cũ ſit firmior ligneo illo muro quo nos olim Apollo fore dixit inexpugnabiles. Hac ego ꝓuidẽtia ſecurè geſsi rempub. & ſecurè Macedonibus ſum aduerſatus: neq; mihi curæ fuit Euctemõ, nec Ariſtogitõ, nec Pytheas, nec Callimedõ, neque tũ Philippus, neq; nũc Archias. His dictis, Ne, inqt, inijce mihi manũ. Nã quantũ in me quidẽ erit, fanũ non uiolabit̃: et ſalutato, Deo, ultro ſequar. Ac ego in hac ſpe erã, & cũ ori manũ admouiſſet, nõ aliud q̃ adorare putabam. AN. Id ueró quid erat? AR. Póſt, per qõnes ex ancilla comperimus: olim eum ſibi uenenum comparaſſe, quo animum ad retinendam libertatẽ, corporis uinculis ſolueret. Quum primum ueró limen tranſit, me intuitus:

Oratio ante obitum.

Duc ſane hunc ad Antipatrum, Demoſthenem autem non duces. Nõ ita me. ac adiecturus mihi uidebatur, eos qui in Marathone occubuerunt. Is uerò nobis ualere iuſſis, auolauit. Hunc tibi finem, ô rex, Demoſthenicæ obſidionis referre poſſum. AN. Demoſthenis ô Archia, & hæc ſunt. Pappæ: ô inuictum animum & beatum: quàm forte fuit eius ingenium? quanta in repub. prouidentia? quanta uigilantia in tuenda fide libertatis? Sed is quidẽ abit uicturus in beatorum inſulis, heroum ſede: aut eas uias ambulaturus, quæ in cœlum ducere putantur, genius quiſpiam futurus in comitatu Liberalis Iouis. Nos uerò corpus Athenas remittamus, pulchrius ei terræ donarium futurum, quàm ij qui in Marathone occubuerunt.

ἐπιφώνημα
ἐπιλογικόν.
ἀποθίωσις.

VITA DEMOSTHENIS EX PLVTARCHO, [redacted]

[redacted]

QVi olympicam equeſtris certaminis uictoriam Alcibiadis celebrauit, ſiue Euripid. ut pleriq; ſentiunt, ſiue quis fuerit alius, Soſsi, ait homini fortunato in primis opus eſſe celebri ciuitate. ego uerò eius qui uerè fortunatus ſit futurus, cuius fœlicitatis potiſsima pars in ingenio ſita eſt, & moribus nihil intereſſe cenſeo, ſiue ex obſcura & humili patria, ſiue ex deformi & parua matre ſit natus. Ridiculũ. n. fuerit, ſi qs exiſtimet Iulidẽ paruam inſulæ nõ magnę Cei partẽ, & Æginam, quam Atticorum quidam tanquã lemam quandam amouere iubebat à Piræeo, hiſtriones præſtantes & poetas poſſe alere: uirum uerò ſuis rebus contentum, & prudẽtem, & magnanimum nunquam proferre poſſe. Nã cæteras artes ad quæſtum aut gloriam comparatas, probabile ſanè eſt in obſcuris & humilibus oppidis marceſcere: uirtutẽ autem, tanquam robuſtam & opis alienæ non egentem plantam, in quouis radices agere ſolo, ſi & ingenium bonum, & à labore non abhorrentem animum inuenerit. Quare neque nos, ſi uel prudentia, uel uitæ integritas in nobis deſideratur, culpã paruitati patriæ, ſed nobiſmetipſis iure aſcribemus. Ei uerò q opus hiſtoricum compò

Vrbs celebris non tã ad uirtutem, quã ad ſcriptionem rerum geſtarũ neceſſaria.

nere inſtituerit,idq; non ex ijs quæ in promptu, ac quaſi domi ſuæ ſunt,ſed è peregrinis pleriſq; & diſsipatis apud alios lectionibus coiens:ei reuera opus eſt primũ ac maximè urbe celebri & eleganti, & populoſa, ut & librorum omnis generis copiã habeat, & quæ à ſcriptoribus præterita,memoriæ poſteritatis cum fide quaſi per manus tradita ſunt,auribus excipiens,et paſsim percontãs, opus ſic abſoluat, ne multa & neceſſaria in eo requirantur. Nos autem,qui paruum incolimus oppidum, & ne minus etiam fiat, libenter in patria nos continemus: cũ autem Romæ, & in Italia uerſati ſumus, cum non daretur ocium exercendi nos in lingua Romana, propter & publicas functiones, & philoſophiæ docendæ occupationes:ſerò tandẽ prouectaq; ætate, latinas literas attigimus:& res mira quidẽ illa,ſed uera tamen nobis accidit, ut non tam è uerbis res intelligeremus & aſſequeremur, quàm è rebus,pro mediocri noſtra peritia, etiam uerba perciperemus. Etſi autem elegantiam Romanæ dictionis,& celeritatem, & translationes, & concentum, & cætera orationis ornamenta percipere,pulchrum & non iniucundũ eſſe ducimus:eius rei tamen meditatio & exercitatio non eſt facilis, niſi ijs qui & ocio abundant, & ea ſunt ætate, quæ ab huiuſmodi ſtudio non abhorreat. Quapropter cũ in hoc libro, qui de Parallelis(hoc eſt, rebus Græcorum & Romanorum inter ſe collatis)quintus eſt,de Demoſthene & Cicerone ſcribamus:ex actionibus eorũ & rebus geſtis, quæ naturæ eorum fuerint,et quæ ſimilitudo inter ipſos,conſiderabimus. Sed orationes inter ſe cõparare,& pronunciare utra ſit ſuauior, aut uehementior, ſuperſedebimus. Nam ea planè fuerit, quod dixit Ion, Delphinis in terra uis; qua re Cecilius homo in rebus omnibus immodicus, ignorata,comparationẽ Demoſthenis & Ciceronis edere iuueniliter auſus eſt. Sed,ſi ſemetipſum noſſe cuiuſuis eſſet,præcipi diuinitus fortaſſe non uideretur.Demoſthenẽ enim & Ciceronem eundẽ qui primũ finxit genius,multas uidet ſimilitudines eorũ ingenijs inſeruiſſe,ut honoris libertatiſque ſtudiũ in republica,in periculis autem & bellis timiditatem; ac multa etiam de rebus fortuitis admiſcuiſſe.

Querela de ſuis incommodis.

Verba è reb. intellecta.

Comparationem Demoſthenicæ et Ciceronianæ eloquentiæ repudiat.

Cecilij temeritas.

Seipſum noſſe

Multæ Ciceronis et Demoſthenis ſimilitudines.

Nam duos alios oratores poſſe reperiri, non exiſtimo, q̃ & ex obſcuris & paruis, potentes magniq́; facti ſint, & reges ac tyrannos oppugnarint, & filias amiſerint, eiectiq́; patria honorificè ſint reuocati, & rurſus fugerint, et ab hoſtibus capti, unà cum interitu libertatis ciuium, uitam etiam amiſerint. Quare ſi natura & fortuna tanquã artifices certamen inſtituerent, haud facilè futurum ſit iudicium, utrum hæc moribus, an illa rebus geſtis eos ſimiliores effeciſſet. Dicendũ autem eſt de antiquiore primũ. *Natura. Fortuna.*

Demoſthenes, Demoſthenis pater, uir bonus & honeſtus fuit, ut narrat Theopompus. Cognominabatur autem gladiorum faber, quòd officinam magnã habebat, & ſeruos id opificium exercentes. Quod uerò Æſchines orator dixit de matre eius, natam eam eſſe Gylone quodam, qui ob crimen proditionis urbe exularit, & barbara muliere: de eo pronunciare non poſſumus, ueréne dixerit, an maledicendi ſtudio, & per mendacium. Relictus autem à patre Demoſthenes ſeptennis in opulentia (parum enim uniuerſus eius cenſus à quindecim talentis abfuit) à tutoribus iniurijs eſt affectus: qui alia ſurripuerunt, alia neglexerunt, adeò ut magiſtros etiã eius mercede fraudarent. Et cũ hac de cauſa uidetur elegantis & ingenuo puero conuenientis diſciplinæ fuiſſe rudis, tum propter imbecillitatem & teneritatem corporis: quod nec mater eum labores capere patiebatur, neque pædagogi ad eos adigebant. Erat enim in prima ætate extenuato & morbido corpore. & probroſum Battali cognomen à pueris corpus eius deridentibus ei factum eſſe dicitur. Fuit autem is Battalus (ut quidam aiunt) tibicen effœminatus, cuius perſtringẽdi cauſa fabellam Antiphanes edidit. Quidam autem Battali, ut poetæ, qui delicata quædã & compotationibus apta carmina ſcriberet, meminerunt. Videtur etiã particula corporis quædam, quæ honeſtè nominari non poteſt, tum ab Atticis Battalus eſſe dicta. Argas autem, (nam & hoc tributũ eſſe Demoſtheni cognomen ferunt) aut propter ingenij feritatem & acerbitatem eſt appellatus (ſerpentem enim quidam poetæ Argam uocant) aut propter orationem, quæ moleſta eſſet auditoribus. Fuit etiam poeta *Pater. Mater. Tutores. Exercitatiões corporis omiſſæ. In pueritia tenuis ualetudo. Battali cognomen. Argæ cognomen.*

cuiuſdam nomen Argas, qui malos & aſperos modos faciebat. Atque hæc hactenus. Impetum autem & ardorem ad eloquentiæ ſtudium, ſic in eo excitatum eſſe ferunt: Cum Calliſtratus orator cauſam Oropiam acturus eſſet apud iudices, expectatio iudicij magna fuit, cũ propter oratoris facultatem, qui maxima tum gloria florebat, & propter ipſius rei celebritatem. Demoſthenes igitur, cum inter magiſtros & pædagogos conueniſſe audiret, ſe uelle intereſſe iudicio: precibus & alacritate, ſuo pædagogo perſuaſit, ut ab eo ad audiendum adduceretur: qui, cum ſeruis publicis prætoria aperientibus, familiaris eſſet, nactus eſt locum in quo puer occultè ſedens, audiret ea quę dicerentur. Cum uerò proſperè peroraſſet Calliſtratus, & in magna eſſet admiratione: tum illius gloriam præclaram duxit, quem deduci à multitudine, & cuius felicitatem prædicari uideret: tum multo magis eloquentiæ uim eſt admiratus, omnia uincere & manſuefacere ſolitæ. Quare omiſſis cæteris diſciplinis, & puerilibus exercitationibus, ipſe ſeſe exercebat & declamitabat, tanquam & ipſe futurus orator. Vſus autem eſt Iſæo eloquentiæ magiſtro (quanquam tum Iſocrates docebat) ſiue quòd, ut quidam aiunt, ſtatam Iſocrati mercedem pendere non poſſet decem minas, propter orbitatem: ſiue quòd Iſæi dictionem, ut acriorẽ & callidiorem ad cauſas agendas, pręferret. Hermippus autem ait, ſe in cõmentarios incerti autoris incidiſſe, in quibus ſcriptũ eſſet, Demoſthenem Platone pręceptore eſſe uſum, & ex ea re multum profeciſſe in eloquẽtia. Meminit & Cteſibij, dicentis, Demoſthenem à Callia Syracuſio, & quibuſdam alijs artes Iſocratis & Alcidamantis clam acceptas, perdidiciſſe. Quum primũ igitur adoleuit, actionem in tutores inſtituit, & ſcribere aduerſus eos, effugia multa quæritantes, & iterandi iudicij rationem cõminiſcentes, orationes cœpit. Sic aſſiduitate ſtudij (ut Thucydides loquitur) exercitatus, quanquã non ſine periculo, nec per ignauiam, tandem uictoriam eſt adeptus: tamen uix perexiguam patrimonij partem recuperare potuit: ſed ad dicendi audaciam conſuetudine ſatis confirmatus, guſtataq; forenſium certaminum

Occaſio ſtudij eloquentiæ. *Calliſtratus.* *Magiſtri.* *Iſæus.* *Iſocrates.* *Plato.* *Artes Iſocratis & Alcidamãtis.* *Actiones tutoriæ.*

& oratoriꝫ facultatis dulcedine ac gloria, prodire in mẽdium, & rempublicã capeſſere inſtituit. & quemadmodum Orchomenium Laomedontem ferunt, cum ad corrigendum ſplenis quoddam uitium, longioribus curſibus iuſſu medicorum uteretur, eum ſibi habitum exercitatione illa comparaſſe, ut in curriculis de coronis certaret, atque in ſummum curſorem euaderet: ſic & Demoſtheni uſu uenit, ut cum ad rei ſuæ familiaris detrimenta ſarcienda in forum ueniſſet, eaq́; re dicendi facultatem & uim adeptus eſſet, in ciuilibus tanquam coronariјs certaminibus, princeps ciuium pro tribunali decertantium haberetur. Verũ quum primũ ad populum uerba faceret, tumultu excipiebatur & deridebatur ob inſolentiam ſermonis, quꝫ & confuſas habere circumductiones, & argumentis acerbè nimium, & ad faſtidium uſq; contorta uidebatur. Huc accedebat, uocis quædam, ut uidet̃, imbecillitas, & linguæ obſcuritas, & interruptio ſpiritus, q̃ ſenſum orationis conturbabat, propter diuulſionem circumductionum. Tandem cum omiſſo populo æger animo in Piræeo obambularet, Eunomus Thriaſius, homo admodum prouectæ ætatis, eum cõſpicatus, obiurgauit, ꝙ cũ eius oratio ad Pericleam proximè accederet, ipſe ſibi ob ignauiam & mollitiem deeſſet, qui neq; turbas audacter ſuſtineret, neq; corpus ad certamina cõpararet, ſed delicijs obſoleſcere pateretur. Rurſus aliquando aiunt, cum excidiſſet, domumq́; iret obuoluto capite, ac grauiter ferens, Satyrum hiſtrionem familiarem eius eum aſſectatum, & cum eo cõgreſſum eſſe: Demoſthene autem apud eum quiritante, ſe, cum omnium oratorum laborioſiſſimus eſſet, ac propemodum corporis uigorem in ea re conſumpſiſſet, nullam habere gratiam apud populum, ſed homines guloſos, nautas, & indoctos audiri, & obtinere ſuggeſtum: ſe uerò deſpici. Verum, inquit Satyrus, dicis, Demoſthenes. Sed ego cauſæ celeriter medebor, ſi mihi ſententiam aliquam Euripidis, aut Sophoclis uolueris pronunciare. Quod cum feciſſet Demoſthenes, Satyrum repetijſſe eandẽ ſententiam, & ſic formaſſe, atq; eo uultu & geſtu pronũciaſſe, ut alia prorſus eſſe Demoſtheni uideretur.

Laomedon Orchomenius.

Conciones primæ Demoſthenis.

Ab Eunomo & Satyro confirmatus Demoſthenes.

Pronunciationis uis.

Poſtquam igitur perſuaſum ei fuit, quantum orationi ex actione ornamenti & gratiæ accederet: eum parui, ac nihili potius duxiſſe exercitationẽ eius, qui pronunciationem, & geſtum uerborum negligeret. Atque ex eo ſubterraneum cõclaue, in quo ſe exerceret, ædificaſſe, quod noſtra etiamnũ ætate extabat: eoq́ quotidie deſcendentem, & actionẽ formaſſe, & uocẽ exercuiſſe: ſæpe etiam menſes duos, aut tres continuos coniunxiſſe, raſa altera parte capitis, ea gratia, ne, tametſi omnino uellet, egredi præ uerecundia liceret. Quin & è congreſſibus aliorum, & ſermonibus, & negocijs, argumẽta & occaſiones ſtudij petebat. Domũ enim reuerſus, ſtatim in cõclaue ſuũ deſcendebat: & cũ ipſa negocia ordine recenſebat, tum eorundem * defenſiones. Atq; etiam orationes quas audierat, animo complectens, in ſententias & circũductiones redigebat, & omni ratione corrigere, nouoq́; & alio genere ſermonis explicare nitebatur, tum ea q̃ ad ipſum alius, tum quę ad alium ipſe dixiſſet. His rebus factũ eſt, ut non ingenioſus eſſe putaretur, ſed eloquentia & ui labore cõparata uti putaretur. Et eius rei magnũ ſignũ eſſe uidebatur, ꝙ non temerè quiſquã Demoſthenem ex tempore dicentem audiſſet: ſed cum ſæpe in concione ſederet, & à populo nominatim citaretur, nõ prodiſſe, niſi meditatus, & ad eam rem paratus eſſet. Quare cùm alij multi populares oratores eum deridebant, tũ Pytheas lucernam olere, per deriſum dicebat, eius enthymemata. Et huic quidẽ acerbè reſpondit Demoſthenes: Non, inquit, earundem tibi & mihi rerum conſcia eſt lucerna. Apud alios autem non prorſus negabat, ſed ſe neq; de ſcripto, neq; ſine ſcripto prorſus dicere fatebatur. Atque etiam eum popularem hominem eſſe pronunciabat, qui ad dicendum meditaretur. Eam enim colendi populi eſſe præparationem. Negligere autem, ut acceptura eſſet orationem multitudo, paucorum eſſe potentiæ ſtudioſi, qui cogere potius, q̃ perſuadere uellet. Illud etiam ſignũ eſſe putant, q̃ ab extemporali dictione abhorruerit, ꝙ ei populi aduerſa occlamatione debilitato, ſæpe Demades ſubitò ſit ſuffragatus, ipſe autem Demadi nunquam. Cur igitur, dicat aliquis, Æſchines hominem admirabili

Marginalia: *Exercitationes mirabiles.* — *ἀπολογισμούς.* — *Diligentior quàm ingenioſior.* — *Demoſthenes meditationis quàm extemporalitatis ſtudioſior.* — *Scomma Pythee.* — *Aeſchines.*

ad dicendum audacia, uocabat? Quomodo Pythoni By- *Python.*
zantio ſe iactanti, & magno impetu in Athenienſes inue-
henti, ſolus reſpondit? Aut quo pacto, cum Lamachus *Lamachus.*
Mirrhenæus laudationem ſcripſiſſet Philippi & Alexan-
dri regum, quæ multa in Thebanos & Olynthios male-
dicta contineret, eamq́; Olympię recitaret, inſurrexit: &
cum percenſuiſſet, atque ex hiſtorijs demonſtraſſet, q̃
præclarè ſe Thebani & Chalcidenſes erga Græciã geſ-
ſiſſent, & contrà, quantis malis aſſentatores Macedo-
num, cauſas prębuiſſent: ita cõmouit eos qui aderant, ut
rethor ille tumultu perterritus, è celebritate ſe ſubduce-
ret. Enimuerò uidetur hic uir cætera quidem Periclis in- *Demoſthenes*
ſtituta, ſibi aliena iudicaſſe: habitum autem & confor- *Periclis exem*
mationem eius, & neque celeriter, neque de re qualibet *plo cautus ma*
quicquid in buccam ueniſſet dicendi conſuetudinem, ut *gis quàm ti-*
qui his rebus magnus euaſiſſet, æmulando atq́; imitan- *midus aut tar*
do, * neque prorſus aſpernatus extempore dicendi glo- *dus.*
riam, neq́;, uolens quidem, ſubinde fortunæ cõmiſiſſe fa- τὸ πάνυ προΐε-
cultatem ſuam. Nam audaciam & fiduciam maiorẽ di- σθαι τὴν ἐν τῷ
ctæ ab eo q̃ ſcriptę orationes habuerunt, ſi qua fides ha- καιρῷ δόξαν.
benda eſt Eratoſtheni & Demetrio Phalereo & Comi- *Oratio Demo*
cis, quorum Eratoſthenes eum ſæpe ait in dicendo eſſe *ſthenis liber-*
quaſi furore percitum: Phalereus autem, iuſiurandum il- *rima.*
lud uerſu conſtans, eum aliquando iuraſſe ad populum, *Iuſiurandum*
tanquam numine afflatum, *iambicum.*

μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμοὺς, μὰ νάματα.

Teſtor terrã, teſtor fontes, teſtor fluuios, teſtor riuos.
Comicorum autẽ alius eum uocat ῥωποπερπερήθραν, quaſi
dicas, faſciculos ſarmentorũ uolutantem. Alius irridens,
ut * utentem contrapoſito: Sic, inquit, recepit, quemad-
modum cæpit. Libuit enim Demoſtheni uerbum hoc * ῥωποπερπερήθρα.
extrinſecus aſſumere. Niſi fortaſſis Antiphanes in his e- οὕτως ἀπέλαβεν, ὥσπερ ἔλαβεν.
tiam orationem de Haloneſo irriſit, cuius Demoſthenes
autor fuit Athenienſibus, non accipiendę à Philippo, ſed
recipiendæ. Verum Demadem omnes fatebantur, ſi ſuo *Demadis in-*
ingenio uteretur, inuictum eſſe, & extemporali faculta- *genium.*
te meditationes & apparatus Demoſthenicos ſupera-
re. Sed Ariſto Chius, Theophraſti etiam ſententiam *Theophraſti*

de Demoſthe. et Demade iudicium. quandam de his oratoribus retulit, qui rogatus, qualis ei Demoſthenes orator uideretur? dixerit, Dignus urbe, qualis Demades? urbe ſuperior. Is idem philoſophus, *Polyeucti de Demoſth. ſententia, et Phocione.* Polyeuctum narrat Sphettium, uirum Athenis eo tempore uerſantem in Republica, pronunciaſſe, Summum oratorem eſſe Demoſthenem: Phocionem autem maxima dicendi ui præditum, qui paucis uerbis multos ſenſus complecteretur. Atque ipſum etiam Demoſthenem ferunt, quoties ei contradicturus Phocio ſuggeſtum conſcenderet, ad familiares dicere ſolitum,

Orationis gladius inſurgit meæ.

Atque incertum eſt, utrum Demoſthenes de oratione uiri, an de uita & autoritate ita ſenſerit, plurimis & prolixis circumductionibus unum uerbum & nutum hominis, cui fides habetur, plus ualere exiſtimans. Ad incommoda corporis corrigenda, talem adhibuit exercitationem, ut Demetrius Phalereus narrat, qui ſe id ex ipſo Demoſthene iam ſene audiſſe dicit. *Incōmoda naturæ quo pacto emēdata à Demoſthene.* Obſcuritatem & balbutiem linguę euiciſſe, & diſtinxiſſe, calculis in os indendis, & orationibus interim recitandis. Vocem autem in curſibus exercuiſſe, & arduorum locorum aſcenſu inter diſſerendum: & ſermones aliquos, aut uerſus, increbreſcente anhelitu protuliſſe. Fuiſſe item magnum ei domi ſpeculum, & ad id è regione ſtantem, ſe declamationes abſoluiſſe. *Læſi ſegnis oratio.* Ferunt, quum quidam eum acceſſiſſet, patrocinium eius petens, & cōmemorans, ut à quodam plagas accepiſſet: At tibi, dixiſſe Demoſthenem, eorum quę dicis, nihil accidit. Cum autem homo uoce contentiore diceret, & clamaret: Mihi uerò, Demoſthenes, nihil accidit? Nunc equidem, inquit, uocem audio hominis affecti iniurĳs, & male tractati. Tantum ad fidem faciendam ualere putabat, in dicendo, contentionem & actionem. *Actio Demoſthenica inferior, oratio ſuperior ueteribus.* Ac uulgo quidem mirū in modum eius actio probabatur: Eruditi autem humilem putabant eius geſtum, & degenerē, & mollem: quod & Demetrius Phalereus ſentit. Aeſionem autem, ait Hermippus, interrogatum de antiquis, & ſui temporis oratoribus, dixiſſe: Si quis illos audiuiſſet, admiraturum fuiſſe, modeſtè & magnificè cū populo diſſerentes: ſed Demoſthenis orationes,

ſi legantur, multũ inſtructu & apparatu antecellere. Etſi autem ſcriptas eius orationes plenas eſſe ſeueritatis & acrimoniæ, ſic in promptu eſt, ut dicere ſit ſuperuacaneum facetijs tamen etiam, in congreſſibus, per tempus uſus eſt. Cum enim dixiſſet Demades, Me Demoſthenes, ſus Mineruam: Iſta, inquit, Minerua nuper in Colytto, in adulterio deprehenſa eſt. Ad furem autem qui χαλκοῦς, id eſt Aereus uocabatur, quum & ipſe in eius uigilias & nocturnas ſcriptiones aliquid dicere conaretur: Scio, inquit, meam lucernam moleſtam tibi eſſe. Vos autem, Athenienſes, ne miremini ea furta quę facta ſunt: quum fures ęreos, parietes luteos habeamus. Sed de his, quanquam plura dicere poſſemus, hic deſinemus. Cæteri autem mores eius, & ingenium, ex eius actionibus & rebus geſtis ſpectari debent. Ad Rempublicam igitur acceſſit, Phocenſi bello conflato, ut ipſe ait, & ex Philippicis orationibus conijci poteſt: quarum aliæ Phocenſibus iam deletis, habitæ ſunt, antiquiſſimæ autem res ei bello maximè uicinas attingunt. Apparet eũ etiam orationem in Midiam habere inſtituiſſe, cũ annos duos & triginta eſſet natus, nec dum autoritatem & potentiam in Republica obtineret. eiuſq; rei metus fuiſſe in cauſa potiſſimum uidetur, ut accepta pecunia, ſuſceptam cum homine ſimultatem deponeret:

Feſtiuus nec enim fuit, aut homo pectore blando,

Sed uehemens, & in perſequendis inimicitijs accerrimus. Sed quum uideret non eſſe leue, nec ſuarum uirium opus, hominem & opibus & eloquentia & amicis probè munitum, Midiam expugnare: ceſſit ijs, qui pro eo deprecabantur. Nam ter mille drachmæ per ſe, mea quidem opinione, Demoſthenis retundere acerbitatem nõ potuiſſent, ſi quam ſpem habuiſſet, facultatemq́; uictoriæ. Nactus autem præclarum adminiſtrationis ſuæ fundamentum, defenſionem Græcorum, & de ea pro dignitate contendere ſolitus, celeriter gloriam reperit: & ob eloquentiam, dicendiq́; libertatem ita illuſtris factus eſt, ut & Græciæ admirationi eſſet, & à Rege Perſarum coleretur, & inter Reipublicæ gubernatores neminis apud Philippum ratio maior haberetur: & eius

Facetiæ Demoſthenis.

In Demadẽ.

In Aereum.

Oratio Midiana.

Gloria & autoritas.

etiam inimici faterentur, ſibi cum homine magnæ autoritatis certamen eſſe. Nam & Aeſchines, & Hyperides, in accuſando talia de eo quædam dixerunt. Quare neſcio quid in mentem Theopompo uenerit, ut diceret, eum fuiſſe hominē ingenio leui, qui nec hoībus ijſdem, nec rebus diutius poſſet inſiſtere, cum res ipſa docuerit, quam partem, quemq; ordinem rerum ab initio ſibi delegit in Republica, eum ad finem uſq; retinuiſſe: neq; uitæ duntaxat rōnem nō mutaſſe, ſed uitam etiam, ne mutanda eſſet, proieciſſe. Neq;.n. ut Demades in excuſanda mutatione geſtæ Reipublicæ dicebat, ſe ſibi quidem ipſi ſępe dixiſſe contraria, Reipublicæ aūt nunq̃. Neq;, ut Melanopus: qui cum Calliſtrato aduerſaretur, & ab eo ſæpe ab inſtituto pecunia deduceretur, ad populum dicere ſolebat: Homo ſanè inimicus eſt, ſed publica uincat utilitas. Neq;, ut Nicodemus Meſſenius, qui, cū antè Caſſandro ſtuduiſſet, ac pòſt, mutato animo, Demetrij partes defenderet, negabat ſe ſibi non conſtare. Semper.n. expedire, ĳs obedire, qui rerum potirentur: Non, inquam, ſic poſſumus dicere de Demoſthene, eum uel exorbitaſſe, uel ſeu uocem, ſeu actionem inflexiſſe, quū in una & immutabili deſcriptione Reipublicæ eandem in rebus gerendis ordinem ſeruare nunq̃ deſtiterit. Panætius autem philoſophus ſic ait: Maximam orationū eius partem eſſe ſcriptam, ut honeſtatē per ſe dicat eſſe expetendam, ut orationem de Corona, ut Ariſtocrateā, ut Leptinianā de īmunitatibus, ut Philippicas: in q̃bus oībus nō iucūdiſſima, aut facilima, aut utiliſſima ꝑponit ciuibus, ſed multis in locis tutas rationes & ſalutē honeſtati poſtponēdam eſſe putat, & decoro. Itaq; ſi ad argumentorꝝ, quæ tractauit, præſtantiam, & orationis generoſitatem, bellica etiam fortitudo acceſſiſſet, & in rebus gerendis abſtinentia: non in Mœroclis, & Polyeucti, & Hyperidis numero habēdus eſſet, oratorꝝ: ſed inter ſuperiores, Cimonem, & Thucididem, & Periclem meritò referendus. Ex ĳs certè qui eum ſecuti ſunt, Phocionſi, etſi non laudatam Reipublicæ gerendæ rationem tuebatur, cum Macedonibus ſtudere uideretur, tamen ob fortitudinem & iuſtitiam, nihilo uir deterior habitus

Theopompi calumnia de leuitate Demoſthenis.

Aliorum incōſtantia.

Demades.

Melanopus.

Nicodemus.

Demoſthenis conſtantia.

Panætius philoſophicas eſſe teſtatur Demoſthenis orationes.

Abſtinētia & bellica fortitudo in Demoſthene deſiderata.

Phocion.

Largitiones Perſicæ.

eſt, ꝙ Ephialtes, & Ariſtides, & Cimon. Demoſthenes autem, cum non eſſet in armis magnæ fidei, ut ait Demetrius: necꝗ prorſus contra largitiones munitus, ſed auro quidem Philippico & Macedonico inexpugnabilis: ei uerò, quod Suſis & Ecbatanis deferebatur, non inacceſſus, ac eo potius obrutus: egregius ſane laudator fuit prę ſtantiæ maiorꝝ, ſed imitator nõ perinde ſtrenuus. Nam ſui quidem tpis oratoribus (Phocionem tñ excipio) etiã uita præſtitit. Apparet item, eum ſumma cum libertate orationes ad populum habuiſſe, & uulgi cupiditatibus aduerſatum eſſe, & delicta eorꝝ acriter inſectatũ, id qđ ex orationibus perſpicitur. Refert item Theopompus, cum aliqñ ad quendam accuſandum delectus, refragaretur, eum tumultuante populo ſurrexiſſe, ac dixiſſe: Vos, Athenienſes, cõſiliarium me habebitis, tametſi noletis: calumniatorem, nec ſi uoletis. In illo etiam facto contra Antiphontem ita ſe geſſit, ut præſtantem in optimatiũ Republica uirum decet: quem à concione dimiſſum, cõprehendit, & ad ſenatum Areopagiticum perduxit, contempta indignatione populi: & oſtendit, eum Philippo eſſe pollicitum, ſe naualia incenſurꝝ. Is igitur homo ſenatui traditus, iterfectus eſt. Accuſauit & ſacrificulã Theoridem, ut quæ tum alia ſcelera faceret, tum ſeruos impoſturam facere doceret: eamꝗ capitis condemnatam interfecit. Dicitur etiam orationẽ in Timotheum ducem, qua uſus Apollodorus, hominẽ ęris alieni reum peregit, ſcripſiſſe Demoſthenes Apollodoro: quẽadmodũ etiã illas aduerſus Phormionẽ & Stephanũ, ob quas nõ iniuria malè audijt. Nam & Phormio contra Apollodorꝝ certabat oratione Demoſthenis. planè haud aliter ꝙ ſi ex eàdem officina pugiones uenderet aduerſarijs, qbus ſeſe inuicem confoderent. E publicis autẽ orationibus, Androtioniana, & Timocratea, & Ariſtocratea ſcriptę ſunt alijs, anteꝗ acceſſiſſet ad rempub. Illas .n. orationes anno ætatis uiceſimo ſeptimo, aut uiceſimo octauo ediſſe uidetur. Cauſam Ariſtogitonianam ipſe egit, & Leptineam de imunitatibus, ꝑpter Chabrię filium Cteſippum, ut ipſe ait: ſed ut alij dicunt, ꝑpterea ꝙ matrẽ eius ambiebat. Eam tñ non duxit, ſed aliã quandã Samiam

Integritas & libertas.

Magnanimũ dictum.

Antiphontis ſupplicium.

Theoris ſacrificula.

In Timotheũ.

Pro Phormiõe
In Stephanũ.

Androtioniana.
Timocratea.
Ariſtocratea.
Ariſtogitaniana.
Leptinea.

habuit in matrimonio: ut Demetrius Magnes refert in opere de Synonymis. Oratio falſæ legationis in Æſchinem, haud conſtat an ſit habita: quanquam Idomeneus ait, Æſchinem triginta duntaxat ſuffragijs ſuperiorē, euaſiſſe. Sed aliter uideť habere rei ueritas, ſi è ſcriptis utriuſque de Corona orationibus coniectura capienda eſt. Neuter.n.eorū aperte atque rotunde illius controuerſię ita meminit, ut quæ in iudiciū ſit deducta. Sed hæc alijs potius diſceptanda erunt. Demoſthenis aūt ratio in repub. manifeſta fuit, etiā durante adhuc pace. Nihil.n.qđ à Macedone gerebatur, non reprehendebat, ſed ſingulis in rebus turbabat Athenienſes, & contra hominē inflāmabat. Quare & apud Philippum plurima de eo uerba fiebant: & quū inter decem legatos in Macedoniam ueniſſet, etſi omnes audiuit Philippus, ſummo tñ ſtudio Demoſthenis orationi cōtradixit: ſed in cęteris honoribus, & humanitatis officijs nō eūdem ſeſe erga eum prębuit, ſed Æſchinem & Philocratem ſibi magis conciliauit. Quare, quū hi Philippum laudarent, ut & eloquentiſſimum, & formoſiſſimū, atque etiam mehercule egregium cōbibonem, iuidia compulſus, eas laudes exagitauit: ac primā rhetoris, alteram mulieris, poſtremā ſpongiæ, regis aūt nullam eſſe dixit. Cum aūt res iam ad bellū ſpectarent, quod nec Philippus quieſcere poterat, & Athenienſes à Demoſthene excitabantur, primū eos in Eubœam concitauit, quæ à tyrānis Philippo ſubiecta erat, eò quę traiectu ex ſenatuſcōſulto Demoſthenis, Macedones expulerunt. Deinde Byzantijs opem tulit, & Perinthijs, qui bello à Macedone petebantur: & populo perſuaſit, ut, omiſſis inimicitijs, & abiecta delictorū, quæ utrique in ſociali bello admiſiſſent, memoria, copias eis mitteret, à quibus conſeruati ſunt. Deinde legationibus obeundis, & appellandis Græcis, & concitandis, eos ferè omnes paucis exceptis, eò perduxit, ut contra Philippū conſpirarēt, ita uti exercitus colligeretur peditum quindecim millium, & equitū bis mille, abſque urbanis copijs: & pecunia & ſtipendia peregrinis militibus alacriter conferrentur. Quo tpe, Theophraſtus autor eſt, quum ſocij iuberent tributa definiri, Crobylum magiſtratum dixiſſe

Oratio falſæ legationis.

Demoſthenes Macedonum adverſarius

Irriſio laudū Philippi.

Eubœa.

Byzantij. Perinthij.

Cōcitatio Grætiæ in Philippum.

Bellum demenſo nõ paſci. Excitata Græcia expectatione futurorũ, et nationibus atq; urbibus conſpirantibus, Euboeenſibus, Achæis, Corinthijs, Megarẽſibus, Leucadijs, Corcyræis, maximum Demoſtheni certamen reſtabat, Thebanos ad belli ſocietatem adducendi, qui & agrum Atticæ finitimum, & iuſtas copias haberẽt, & eo tpe militaris rei gloria maximè inter Græcos florerent. Neq; uerò facile erat, recẽtibus adhuc beneficijs in Phocenſi bello à Philippo cicuratos, ad defectionem impellere Thebanos: Præſertim quum propter controuerſias uicini agri, ſubinde bellicæ inter urbes diſſenſiones excitarentur. Sed tamen, poſtq; Philippus Amphiſſenſi ſucceſſu elatus, in Elateam ſubitò fecit impetum, & Phocidem occupauit: perterritis Atheniẽſibus, & audente nemine ſuggeſtum conſcendere: nec habẽte quid dicendũ eſſet, in ſilentio & inopia cõſilij: progreſſus ſolus Demoſthenes, autor fuit coniungendi cum Thebanis. Et quũ cæteris in rebus cõfirmaſſet, atq;, ut ſolebat, in ſpem erexiſſet populũ, legatus unà cum alijs Thebas miſſus eſt. Miſit & Philippus, ut Marſyas ait, Amyntam & Clearchum Macedones, ac Daochum* & Thraſydęũ Theſſalos, qui contradicerent. Ac utilitatis quidem ratio non latebat Thebanos, ſed ob oculos quiſq; habebat belli clades, quum recens accepta Phocenſia uulnera nondũ conſonaſſent. ſed oratoris uis, ut Theopompus ait, extimulans eorũ animos, & laudis ſtudium inflãmans, tenebris inuoluit cætera omnia, ut & rationẽ, & metũ, & beneficij memoriam ex animis eijcerent, oratione ad honeſti ſtudium, quaſi diuino quodã afflatu concitati. Id aũt oratoris facinus ita magnum & ſplendidum extitit, ut & Philippus ſtatim caduceatoribus miſſis pacem peteret, & Græcia erecta eſſet, et expectatione futurorũ ipſa etiam concitaretur, neq; duces ſolum Demoſtheni parẽrent, mandataq; eius exequerẽtur, ſed & Bœotorũ principes, atq; uniuerſæ Thebanorũ conciones eo tpe nõ minus q̃ Athenienſium, à Demoſthene regerent: cũ utriſq; charus eſſet, & autoritate ualeret, non iniuria, neq; præter meritum, ut Theopompus pronunciat, ſed omnino ita uti decebat. Sed caſus quiſpiam fatalis, ut apparet, in

Bellũ demẽſo non paſcitur.

Thebanorum cum Atheniẽſibus conciliatio.

Eloquẽtia uis

Autoritas Demoſthenis.

Fatalis græcæ libertatis interitus. conuerſione rerum, qui illius tpis termino Græciæ libertatem concluſerat, conatibus eius aduerſabatur: multa item futuræ cladis omina extabant, atq; inter cętera terribilia oracula à Pythia edebantur, & antiqua uaticinatio è Sibyllinis libris cantabatur,

Omina atque oracula.

Aeris alta ferar per nubila ceu Iouis ales,
Ne Thermodontis uideam lacrymabile bellum.
Flet uictus, ſed uictorem uictoria perdit.

Thermodon. Thermodontem autem, ferũt riuulum eſſe apud nos Chæroneæ, qui in Cephiſum influit. Nos uerò, nullũ ſcimus flumen, quod hac ætate ſic nominetur: ſed eum qui *Hæmon.* Hæmon nunc dicitur, tunc appellatum fuiſſe Thermodontem, qui Herculanũ fanum præterlabitur, ubi caſtra metati fuerunt Gręci, coniicimus: factaq; pugna, sanguine (quod αἷμα Græci dicunt) & cadaueribus oppletum fluuiũ, mutato nomine, ſic eſſe appellatum. Duris aũt, negat eſſe Thermodontem fluuium: ſed cum quidã tabernaculum erecturi, circùm foderent, eos paruam reperiſſe lapideam ſtatuã, Thermodontis inſcriptione, q Amazonem uulneratam ulnis geſtaret. Hac de re etiã aliud oraculum, in hanc ſñiam cantatum memorant.

Corue mane Thermodontis miſerabile bellum.
Tunc humana tibi caro pinguia fercula præbet.

Demoſthenes oracula negligit. Sed hæc quo pacto ſe habeant, difficile eſt arbitrari. Demoſthenes autẽ Græcorũ armis fretus, & robore & alacritate tot uirorũ hoſtes prouocantiũ elatus atq; illuſtris, nec oraculorũ haberi rationẽ, nec uaticinatiões audiri paſſus eſſe dicitur: ſed & Pythiam, ut Philippi ſtudioſam, ſuſpectã habuiſſe, ac tum Thebanos Epaminõdę, tũ Athenienſes Periclis cõmonefeciſſe, qui talia ignauiæ prætexi exiſtimantes, rationibus uſi fuerint. Et ha- *Phrigida bello dextera.* ctenus quidẽ uir ſtrenuus fuit, ſed in pugna nullo pręclaro, aut uerbis ſuis conſentiente facinore edito, relictis ordinibus, turpiſſimè fugit, atq; armis abiectis: nec inſcriptionem clypei, ut Pytheas aiebat, ueritus, in quo aureis *Philippi exultatio & moderatio.* literis exculptum erat. Quod felix fauſtumq; ſit. Ac ſtatim quidẽ Philippus ob uictoriam lætitia exultans, per ebrietatem ad cadauera comeſſatũ iuit, principiumq; ſenatuſconſulti Demoſthenici cecinit, redactum in pedes metricos

metricos cũ ſupploſione: Demoſthenes Demoſthenis F. Pæanienſis retulit. Factus autem ſobrius, cum periculi, quo circumuentus fuerat, magnitudinem animo perpenderet, horrebat eloquentiam & uim oratoris, à quo in parua unius diei parte diſcrimen adire principatus et capitis coactus eſſet. Penetrarat etiã eius autoritas uſq; ad regẽ Perſarũ, adeò ut literis ad ſatrapas miſsis, pecuniam Demoſtheni dare, & eũ potiſsimũ inter Græcos colere iuberet, ut qui retrahere poſſet, ac Grȩcis tumultibus detinere Macedonẽ. Et hæc quidem Alexãder pòſt deprehendit, Sardibus literis quibuſdã Demoſthenis repertis: & ſcriptura regioꝝ ducum, ſignificante magnitudinem datæ ei pecuniæ. Tum autẽ, quum eã Græci cladem accepiſſent, alij oratores aduerſȩ factionis in Republica, Demoſtheni inſultabant, rationibus poſtulandis, & accuſationibus uexãtes. Populus autẽ ijs criminibus eum non tm̃ abſoluebat, ſed & conſtanter honorabat, & rurſus ut bonum ciuẽ, ad rempublicã capeſſendã inuitabat. Itaq; oſsibus è Chæronea allatis, & ſepeliẽdis, laudationẽ hominum ei mandauit: non humiliter, neq; ignauiter euentum ferens, ut ſcribit, & tragicè uociferatur Theopompus: ſed honorando, & ornãdo maximè conſiliario, declarans, ſe non pœnitere conſilioꝝ. Ac orationem quidẽ Demoſthenes habuit, ſed decretis non ſemetipſum, ſed per uices quemq; amicoꝝ aſcripſit, fatum ſuum atq; fortunã, ut inauſpicatam & ominoſam uitans, donec fiduciã recepit Philippo mortuo. Perijt is autem, neq; diu poſt Chæronenſem felicitatẽ uixit: idq; uidetur oraculum ultimo uerſu prædixiſſe:

Persica largitiones. *Demoſthenes etiam poſt cladem acceptus populo.* *Funebris oratio.* *Demoſthenis cautio.* *Philippi obitũ*

Flet uictus, ſed uictorem uictoria perdit.

Ac obitũ quidẽ Philippi clã cognouit Demoſthenes: ſed cum occupare uellet Athenienſes, ut ad ſecutura negocia eſſent alacriores: prodijt hilaris in ſenatũ, quaſi uidiſſet ſomnium, à quo magnũ quoddam bonũ expectaret euenturũ Athenienſibus. Neq; multo pòſt aderant, qui Philippi nunciarent interitum. Statim igitur ſacra faciunt, ob lætũ nuncium, & coronam Pauſanię decernũt: & Demoſthenes ſplendida ueſte ꝓdit corona inſignis,

Fictum Demoſthenis ſomnium. *Exultatio Athenienſium.*

ſeptimo antè die filia eius defuncta, ut Æſchines ait: qui hac de cauſa ei maledicit, & odium liberorum obijcit, cum ipſe ſit mollis & degener, ſi luctum & lamentationes manſueti pijq́ animi ſigna eſſe putat, & tales caſus ferre leniter & æquo animo improbat. Ego uerò, an decuerit Athenienſes, ob mortem Regis, qui ſecundis ſuis rebus eos in calamitate tã manſuetè humaniterq́ tractarat, coronas geſtare, atq; etiam ſacrificare, non pronuncio. Præterq́ enim quòd inuidioſum, minimè etiam generoſi eſt animi, uiuenti honores & ciuitatem decernere: eoq́ ab alio interfecto, lætitiam non ferre moderatè, ſed inſultare cadaueri, & triumphare, perinde ac ſi ipſi rem fortiter geſsiſſent. Sed q domeſticũ caſum & lacrymas & lamentationes mulieribus reliqt Demoſthenes, atq; ea egit quæ è republica eſſe putabat, laudo, & ciuilis ac uirilis animi eſſe puto, ſemper rempub. ſpectãtem, caſusq́ domeſticos et negocia poſthabentẽ: reipublicę multo magis tueri dignitatẽ, q̃ hiſtriones faciunt, q regum & tyrannorũ perſonas repreſentãt: quos uidemus nec plorare, nec ridere, ut ipſi uolũt: ſed, ut actio poſtulat, pro ratione argumenti. Præterea ſi non cõmittendum eſt, ut calamitoſus ſine ulla conſolatione malo ſuo conflictetur: ſed & uerbis leuãdus eſt dolor, & animus ad iucũdiores cogitationes traducẽdus, ut eos q ex oculis laborant, à ſplendidis & ſolidis ad uirides & molles colores uiſum conuertere iubent: unde cõſolatio melior petetur, q̃ ſi quis in patriæ calamitatibus, cõmunia mala cum domeſticis contẽperet, atq; ita deteriora melioribus obſcuret? Atq; ad hæc dicenda eò cõmoti ſumus, q multos uidimus frangi uerbis Æſchinis, atq; effœminari ad commiſerationem. Vrbes autem rurſus, Demoſthene concitante, ſeſe coniungebant. Ac Thebani aggreſsi præſidium Macedonicum, multos ſuſtulerũt, quum eis Demoſthenes arma comparaſſet, & Atheniẽſes ut opẽ eis in bello laturi ſe parabant, & pro ſuggeſto regnabat Demoſthenes, & ad Aſianos regis Perſarum ſatrapas ſcribebat, atq; inde bellum Alexandro concitabat, quem & puerum & Margiten nominabat. Sed cũ, regno domi conſtituto, ipſe cum exercitu Bœotiã ingreſ-

Reprehenſio Athenienſium cum excuſatione Demoſthenis.

Græci denuò à Demoſthene concitati.

Thebarũ excidium.

ſus eſſet: tum Athenienſium reſecta eſt audacia, tum reſtinctus ardor Demoſthenis, tũ Thebani ab his deſerti, ſuo marte cõmiſſo prælio, urbem amiſerunt. Atheniẽſes igitur magnis terroribus circumuenti, Demoſthenẽ unà cum alijs ad Alexandrum, legatum miſerunt. Sed is regis iram ueritus, è Cithærone retrò ceſsit, omiſſa legatione. Statim autem Alexander miſsis legatis, decem, ut Idomeneus & Duris: octo ex magiſtratibus, ut plurimi & probatiſsimi referunt, dedi ſibi poſtulauit, hos nimirum: Demoſthenem, Polyeuctum, Ephialtem, Lycurgum, Myroclem, Damonem, Calliſthenem, Charidemum. Atq; eo tẽpore Demoſthenes fabulã de ouibus recenſuit, eas lupis canes dedidiſſe: ſe quidem & ſuos canibus pro populo propugnantibus, cõparans: Alexandrum autem μονόλυκον, hoc eſt, lupum ſolitarium appellans. Præterea mercatores, inquit, uidemus, cum ſpecimen in patella circumferunt, paucis granis multum frumenti uendere: ſic non animaduertitis uos, dum nos deditis, uoſmetipſos omnes unà dedere. Hęc Ariſtobulus Caſſandrenſis cõmemorat. Deliberantibus aũt Atheniẽſibus, Demades acceptis quinq; talentis ab hominibus, pollicitus eſt ſe legationẽ obiturum, & deprecaturũ apud regẽ pro eis, ſiue eius amicitia fretus, ſiue ſperans ſe eum iam ſaturum reperturũ, tanquam leonem cæde ſatiatum. Perſuaſit ei certè Demades, & uiros illos excuſauit, & rempublicam reconciliauit. Digreſſo Alexandro, magni erant iſti: Demoſthenes autem obſcurus & humilis. Cum autem Agis Spartanus ſe commouiſſet, rurſus paululũ et ipſe ſe cõmouit: ac poſtea quieuit, cũ nec Athenienſes cõſurrexiſſent, & Agis cecidiſſet, et Lacedæmoniorum uires fractæ eſſent. Sub id tp̃s etiã in forũ deducta eſt actio in Cteſiphontem de Corona, ſcripta quidẽ Chæronide prætore paulo ante cladẽ Chæronenſem, ſed decennio pòſt dijudicata, ſub Ariſtophonte: q̃ fuit ita celebris, ut nulla cauſa publica, tũ ob gloriã oratorum, tũ ob iudicũ generoſitatem, q Demoſthenis exagitatoribus, tũ potentiſsimis, ut Macedonũ ſtudioſis, ſuffragia dãnando Demoſthene non condonarunt: ſed cũ ita ſplendidè abſoluerunt, ut Æſchines quintã ſuffra-

Legatio ad Alexandrum miſſa.

Oratores ab Alexandro poſtulati.

Fabula de ouibus.

Demades conſeruat oratores.

Agis.

Actio de Corona.

giorum partẽ non ferret. Is igitur ſtatim ex urbe ſe proripuit, & uitã Rhodi atq; in Ionia docendo exegit. Non multo autem póſt fugam cœpit Harpalus ab Alexandro, & Athenas uenit, tum quód ob luxum res ſuas male ſe habere erat conſcius, tum quód Alexandrum iam ſæuientem in amicos metuebat. Quum autem ad populum confugiſſet, unaq; cum pecuniis & nauibus ſeſe dederet: cæteri oratores ſtatim in diuitias coniectis oculis, eum adiutabant, & conſuadebant Athenienſibus, ſupplicem & recipiendum eſſe, & conſeruandum. Demoſthenes autem principió autor erat repellendi Harpali; & cauere iubebat, ne urbem in bellum conijcerent, nulla neceſſaria, & iniuſta de cauſa. Paucis diebus póſt, cũ pecuniæ perquirerentur, atque Harpalus eum uidiſſet delectari regio calice, & cælaturam atq; formam conſiderare; iuſsit eum, ſublato calice, pondus auri æſtimare. Admirante autẽ Demoſthene grauitatem, & ſciſcitãte quantũ penderet: Harpalus cum riſu, Tibi, inquit, talenta uiginti pendet, & cum primũ nox facta eſſet, miſit ei calicem cum uiginti talentis. Peritus ſcilicet fuit Harpalus uultum hominis auri cupidi cognoſcendi, atque ex oculorum motu & nutu, ingeniũ indagandi. Neq; enim reſtitit Demoſthenes, ſed ictus largitione, non aliter q̃ ſi præſidium ei eſſet impoſitum, in partes Harpali conceſsit: ac poſtridie bene ac probè lana & uittis obuoluto collo, in concionem prodijt: ac populo iubente ſurgere & dicere, innuit: ſibi uocem eſſe interciſam. At homines faceti, non angina, ſed argentangina correptum eſſe noctu oratorem, dicebant. Póſt cum uniuerſus populus corruptelam animaduertiſſet, & eum ſe defenſurum audire nollet, ſed & indignaretur, & tumultuaretur: quidã ſurrexit, eumq; deriſit, his uerbis: Non audietis, Athenienſes, eum qui calicem habet? Tum igitur ex urbe ablegarunt Harpalum, ac ueriti, ne ratio eius pecuniæ à ſe repoſceretur, quam oratores diripuiſſent, ſtrenuè inquiſiuerunt, & ædes ingreſsi, indagarunt, excepta Calliclis Arrenidæ filij domo. Solam enim eius, quód nuper uxorem duxiſſet, atq; ſponſa intus eſſet, ꝑquiri non ſiuerunt, ut narrat Theopompus. Demoſthenes autẽ ſerenò ſu-

Harpali largitio Demoſtheni occaſio exilij.

Argẽtangina.

Sponſæ uerecũdia.

ſcepta, decretū fecit, rē ab Areopagitico ſenatu eſſe cognoſcendam, q quos deliquiſſe iudicaſſet, eos eſſe puniēdos. Cum autē ſenatus in primis eum condemnaſſet, in iudicium ſanè uenit, & quinquaginta talētis mulctatus, & in carcerē coniectus, pudore criminis, ut aiunt, & ob corporis imbecillitatem, ꝙ carcerem ferre non poſſet, aufugit, cū cuſtodes alios feſelliſſet, aliȷ elabendi poteſtatem ei dediſſent. Fertur ſanè, eū cum non procul ab urbe fugeret, ſenſiſſe quoſdā ciues ſibi inimicos, perſequi, ac ſe uoluiſſe occultare. Vt autē illi nominatim eum compellarint, & congreſsi propius, rogarint, ut uiaticum á ſe acciperet, qui ea ipſa de cauſa domo argentum attuliſſent, eaq́ gratia eum perſecuti eſſent, & hortati ſint, ut bono eſſet animo, & caſum illum non grauiter pateretͣ: magis etiam eiulaſſe Demoſthenem, ac dixiſſe: Qui poſſim non ferre grauiter, cū ea urbs mihi deſerenda ſit, quę tales habet inimicos, quales in alia amicos reperire difficile eſt? Exilium tulit molliter, in Ægina & Trœzene ferè ſedens, & Atticam intuens lacrymis oppletus, ita ut uoces eius parum humanæ aut conſentaneæ eius in republica iactationibus cōmemorentur. Dicitur enim ex urbe diſcedens, ſublatis ad arcē manibus, dixiſſe, O' cuſtos urbis Minerua: Cur uerò tribus īfeſtiſsimis belluis delectaris, noctua, dracone, & populo? Adoleſcētes autem qui ad eum accedebant, & familiariter cum eo colloquebantur, dehortabatur à capeſſenda Republica, dicens: Si principiò duæ ſibi uiæ fuiſſent propoſitæ, altera ad ſuggeſtum & concionem, altera quæ rectà ferret ad interitum, atq́ ipſe mala publicæ adminiſtrationis præſciuiſſet, timores & inuidam & calumnias & accuſationes, ſe magno impetu eā fuiſſe iturū, quæ rectà ad necem ferret. Sed enim dū adhuc in eo exilio uerſaretur, & Alexander obierat, & Græcia conſpirabat rurſus, Leoſthene ſtrenuè rem gerente, & Antipatrum Lamiæ concluſum, operibus cingente. Ac Pytheas, et Callimedon Carabus, Athenis exultantes, cum Antipatro ſe coniunxerant, & cum eius amicis & legatis paſsim obeuntes, uetabant Græcos deficere, & ſe coniungere cum Atheniēſibus. Demoſthenes autem, ſe Atheniēſium legatis im-

Damnatio. *Vincula.* *Fuga.* *Inimicorū benignitas.* *Exilij moleſtia.* *Querelæ de iniquitate populi.* *Demoſthenes exul, patriæ patronus.*

miſcuit,& cōtendit,atq; adiutauit,ut urbes cōmuni ope Macedones inuaderēt,& eijcerent è Græcia: atq; in Arcadia Pytheam & Demoſthenem conuicia dixiſſe inuicem in concione ſcribit Phylarchus, quū alter Macedones,alter Athenienſes defenderet. Fertur autē dixiſſe Pytheas: Quemadmodum eam domum,in quā lac aſininū infertur,omnino aliquid habere mali exiſtimamus:ſic eā urbē laborare neceſſe eſt, in quā uenit Athenienſium legatio. Demoſthenes aūt inuertit exemplum,ac dixit: Et lac aſininū ſanitatis gratia inferri, & Athenienſes aduenire propter ſalutem laborantium. His delectatus populus Athenienſium,Demoſtheni reditum decernit. Ac plebiſcitum Demon Pæanienſis fecit,Demoſthenis conſobrinus,& triremis in Æginam ei miſſa eſt: E' Piræeo aūt in urbem aſcendit,omnibus & principibus & ſacerdotibus comitantibus: ſed & cæteris ſimul omnibus ciuibus obuiam prodeuntibus,& alacriter excipientib9. Ac tum eum refert Demetrius Magnes ſublatis manib9 ſibi gratulatum eum diem,q felicius q̄ Alcibiades rediſſet. ſe enim à ciuibus excipi,uolentibus,non à ſe coactis. Cū autem pecuniaria mulcta ei maneret (neq; enim condonare licebat,quo quis damnatus eſſet) tali cōmento legem eluſerunt: Cum ſolerent in ſacris Iouis Seruatoris, argentum pendere ijs qui inſtruerent & ornarent aram: ei tum illa ſacra facienda & exhibenda locarunt quinquaginta talentis,quæ erat æſtimatio mulctæ. Sed poſt reſtitutionem, ei non diu patria frui licuit, cū ſtatim res Græcorū concidiſſent. Menſe enim Quintili prelium ad Cranonē cōmiſſum eſt, Sextili præſidium Munychiam eſt ingreſſum, Octobri Demoſthenes perijt,hoc modo. Vt nunciabatur Antipatrum & Craterum ad Athenas accedere,Demoſthenes unà cū alijs,ante aduentum eorum clam ex urbe ſe ſubducit:populus autem eos ex ſenatuſconſulto Demadis,capitis damnarat. Cū uerò alij aliò dilapſi eſſent,Antipater paſſim lictores dimittebat, qui eos comprehenderent, quorum lictorum dux erat Archias cognomento φυγαδοθήρας, quaſi fugitiuorum indagatorem dicas. Hunc genere Thurium, fama erat, aliquando actitaſſe Tragœdias: & Aeginetam Polum,

Lac aſininū. Athenienſiū legatio.

Honorifica Demoſthenis reuocatio.

Eluſio mulctæ.

Secunda fuga & interitus Demoſthenis.

Archias ὁ φυγαδοθήρας.

qui arte omnes ſuperauit, eius fuiſſe diſcipulum memorant. Hermippus autem Archiam inter Lacriti oratoris diſcipulos recenſet. Demetrius autem eum Anaximenis fuiſſe diſcipulum perhibet. Is igitur Archias, Hyperidem oratorem, & Ariſtonicum Marathonium, & Demetrij Phalerei fratrem Imeræum, qui in Aegina ad Aeaci ſacellum confugerant, inde auulſos, Cleonas miſit ad Antipatrum, atq; ibi illi perierunt. Hyperidi etiam linguam exectam eſſe ferunt. Demoſthenem autem, quũ audiſſet in Calauria in æde Neptuni ſedere ſupplicẽ, nauigijs actuarijs traiecit, & cum Thracijs ſatellitibus excenſu facto, ei ſua ſit, ut ſecum ad Antipatrum iret, nihil mali paſſurus. Demoſthenes autem ea nocte uiſum in ſomnis uiderat mirificum. Viſus enim ſibi erat certare cum Archia, tragœdia repræſentanda. Cum autem proſpero fortunę flatu uteretur, & theatrum obtineret: ob penuriam apparatus & ſumptuum ſuccumbere. Quare quum Archias multa perhumaniter diſſeruiſſet, intuitus eum ex eo loco in quo tum ſedebat: O' Archia, inquit, neq; mihi unquã, dum hiſtrionem ageres, perſuaſiſti, neq; nunc pollicendo perſuadebis. Cum uero Archias iracundè cõminatus eſſet: Nunc, inquit, oracula dicis Macedonici tripodis, modò autem hiſtrionem agebas. Parum igitur differ, ut domeſticis aliquid mandem. Atque his dictis, intrò in fanum conceſſit: & acceptis tabellis tanquam ſcripturus, admouit ori calamum, eoq; morſo, ut inter cogitandum & ſcribendum facere conſueuerat, aliquandiu tenuit. Deinde obuoluit caput, & inclinauit. Ac qui ad fores aſtabant ſatellites, eum deridebant, ut metuentem: & mollem uocabant, atque effœminatum. Archias autem aggreſſus, eum hortabatur ut ſurgeret: & iiſdem uerbis repetendis, rurſus ei reconciliationem Antipatri promittebat. Quum uerò ſenſiſſet Demoſthenes iam conceptum uiſceribus uenenum uim ſuam exercere, retexit faciem, & Archiam intuitus: Quamprimum, inquit, ages Tragicum Creontem, & cadauer hoc inſepultum abijcies. Ego uero, alme Neptune, uiuus adhuc ſurgo è fano tuo. Sed Antipater & Macedones fanum tuum inuiolatum non reliquerunt. Hæc quum dixiſſet,

Viſum Demoſthenis.

Venenum.

Exprobatio impietatis.

Obitus.

ac iuſſiſſet excipere ſe iam trementẽ & labantem: inter progrediendum, & aram prætereundum concidit, & cum gemitu emiſit animã. Venenũ autẽ, Ariſton ait, eum è calamo hauſiſſe, ut dictum eſt. Pappus autẽ quidam, cuius hiſtoriam repetijt Hermippus, ait, cum ad arã concidiſſet, in tabella ſcriptæ epiſtolæ repertũ eſſe initiũ: Demoſthenes Antipatro: & nihil aliud. Cũ autẽ admirationi eſſet mortis celeritas, narraſſe Thraces q ad fores ſteterant, eum è panniculo quodam indidiſſe manui, admotumq; ori uenenũ deglutiſſe: ſe uerò putaſſe aurũ eſſe qđ deglutiret. ſed ancillam miniſtrã eius, Archiæ pcontanti reſpondiſſe: longum eſſe tempus, ex quo Demoſthenes * faſciculum illum ferret tanquã amuletum. Eratoſthenes autem & ipſe in circulo cauo eum ait uenenum ſeruaſſe, quem circulũ Demoſthenes in brachio geſtare ſolitus fuerit. Cæterorũ aũt qui de eo ſcripſerunt (ſunt aũt cõplures) diſſenſiones recenſere neceſſe nõ eſt: niſi quòd Demochares Demoſthenis cognatus, opinari ſe dicit, eum non ueneno, ſed benignitate & prouidentia deorũ imortalium, Macedonũ crudelitati eſſe ereptũ, morte celeri, & haud moleſta. Obijt autẽ XVII Cal. Nouẽbris, quo die religioſiſſimũ Cerealiorũ diem agẽtes mulieres, apud diuã ieiunant. Ac ei paulo pòſt, populo Athenienſis, ut pro dignitate gratiam referret, tũ æream ſtatuam erexit, tũ natu maximo in eius familia uictũ in Curia decreuit, tũ celebrẽ illam inſcriptionẽ baſi ſtatuę addidit:

Controuerſia de ueneno & obitu.

ϕυλακτήριον

Honores poſt obitum.

Si magni uires animos Demoſthenis æquent,
Haud Macedum poſſit Græcia Marte premi.

Aurum in ſtatua Demoſthenis ſeruatum.

Nam qui ipſum Demoſthenẽ hoc feciſſe dicunt, uenenum in Calauria hauſturũ, ineptè nugantur. Paulo autẽ antè q̃ nos Athenas ueniremus, tale quiddam accidiſſe fertur: Miles qui à duce ad iudicium quoddã uocabaẽ, quantum auri habuit, in ſtatuæ manus impoſuit: quæ ita erat facta, ut digitos inter ſe implexos cõtineret. & iuxtà platanus non magna enata erat. ex ea multa folia, ſiue à uento fortuitò deiecta, ſiue ab eo ipſo qui aurũ depoſuerat, paſſim eodẽ in loco iacentia coaceruata, effecerunt, ut latẽret aurũ tẽpore non paruo. Vt autẽ homo is reuerſus id reperit, & ea fama ſparſa eſt: homines ingenioſi

argumento inde ſumpto, epigrãmatis inter ſe de abſtinẽtia Demoſthenis aſſiduè certarunt. Demadẽ autem non diu fruentẽ adoleſcente gloria, Demoſthenis ultio perduxit in Macedoniam, ab ĳs quibus turpiter aſſentabatur, meritò interiturũ. quibus quũ iam antea inuiſus eſſet, tũ in crimẽ incidit ineuitabile. Literæ enim ei exciderant, quibus Perdicã hortabatur, ut Macedoniam inuaderet, & ſeruaret Græcos, ut qui à putri & uetere ſtamine (Antipatrũ aũt innuebat) pendêrent. Ea re Caſſander, accuſatore Dinarcho Corinthio, iritatus, in eius ſinu filium iugulauit, ac tum demum ipſum tolli iuſſit è medio: & in maximis malis docuit, Proditores ſemetipſos primos uendere, quod ſæpe prædicente Demoſthene non crediderat. Ac Demoſthenis quidẽ, Soſſi, uitam habes, quantum nos uel lectione uel auditione per manus tradita cognoſcere potuimus.

Demadis interitus.

Proditorũ conditio.

VITA DEMOSTHENIS ALITER A' PLVTARcho *adoleſcente, ut uidetur, congeſta potius quàm digeſta: quã qualis qualis eſt, tamen non eſſe omittendam cenſuimus.*

DEmoſthenes, Demoſthenis F. & Cleobulæ, filiæ Gylonis, è Pæanienſi municipio, relictus à patre pupillus ſeptennis, cum ſorore quinquenni, quandiu ſub tutela fuit, cum matre uixit, atque Iſocratem audĳt, ut quidam dixerunt: ſed ut plurimi, Iſæum Chalcidenſem, qui erat Iſocratis diſcipulus, uiuentem Athenis. Studioſus fuit Thucydidis & Platonis philoſophi, à quo eum quidam in primis eruditum eſſe ferunt. Vt autem Hegeſias Magnes refert, pædagogum orauit, ut Calliſtratum * Empædum Aphidnæum, probatum oratorem, qui & magiſter fuit equitum, & Mercurio Forenſi aram dedicauit, quum is ad populum uerba facturus eſſet, audire liceret: eoq; audito, eloquentiæ amore captus eſt. ac eũ quidẽ, dum fuit Athenis, exiguo tẽpore audiuit. Quum uerò is exulatum iſſet in Thraciam, & Demoſthenis ex ephebis exceſſiſſet: tum ſe ad Iſocratem & Platonem cõtulit. Deinde Iſæo etiam quadriennium in ædes ſuas recepto, ſemetipſum exercuit, eius orationes imitando.

Magiſtri.

Cteſibius autem autor eſt in libro de Philoſophia, eum
per Calliam Syracuſium Zethi Amphipolitæ, per Cha
riclem Caryſtium, Alcidamantis orationes nactum, in
Actiones. eis ſe exercuiſſe. Adultus, quum à tutoribus pauciora re-
cepiſſet, eos tutelæ reos fecit, Timocrate prætore, nu-
mero tres: Aphobum, Therippidem, Demophontem
aut Demeam: & hunc potiſſimum accuſauit, ꝙ auuncu-
lus ſuus eſſet: & ſingulas actiones decem talentis æſti-
mauit, & reos peregit: ſed iudicatum non exegit, alijs
pecunia accepta, alijs gratuitò abſolutis. * Quum autē
Ariſtophon ob ſenectam patrocinium iam deſeruiſſet,
ædilis etiam factus eſt: & Midiam Anagyraſium, à quo
in theatro in ædilitate plagas acceperat, in iudiciū addu-
ctum, tribus millibus drachmarū acceptis, periculo libe
Exercitationes. rauit. Aiunt eum, adoleſcentem etiamnum, in antrum in-
greſſum, dimidia parte capitis raſa, ſtuduiſſe, ne egrede-
retur: & in anguſto lectulo dormiſſe, ut celeriter ſurge-
ret: * atq; ita ſe exercuiſſe, ut dicēdi laborē ferre poſſet.
& quū humerum in declamando indecorè moueret, pe-
puliſſe id uitium, ſuſpēſo ueru: aut, ut quidā tradunt, enſe
de lacunari, ut ob plagæ metum quieſceret. In progreſſu
autem facultatis eloquentię, ſpeculum ſua magnitudine
ſibi cōparauit, & in id intuens declamauit, ut uitia corri
geret. & ad Phalericū deſcendit, atq; ad fluctuum impe
tum declamauit, quo minus, ſi quando tumultuaretur
populus, percelleretur. Cū autem ſpiritu eſſet infirmio-
re, Neoptolemo hiſtrioni decies mille drachmas dedit,
ut integras conuerſiones citra reſpirationem * recitare
Adminiſtratio reipub. diſceret. Poſtquā ad rēpub. acceſſit, ciuibus in duas par-
tes diuiſis, atq; alijs Philippo ſtudentibus, alijs libertatē
defendentibus: eam factionē quæ Philippo aduerſaba-
tur, elegit, perpetuoq; fuit autor, ut populus ijs quibus à
Philippo periculū imminebat, opem ferret: atq; in hac re
ſocios habuit Hyperidem, Nauſiclem, Polyeuctū, Dio-
timū. Quare etiam Thebanos, Eubœenſes, Corcyræos,
Corinthios, Bœotos, & pręter hos alios cōplures, ad ſo
Actio. cietatem Athenienſium adiunxit. Cum in concione ali-
quādo excidiſſet, & mœſtus iret domū, Eunomus Thria
ſius homo prouectę ætatis: eum cōfirmauit: ſed in primis

Andronicus hiſtrio, quum diceret, orationes eſſe bonas, ſed actionem eis deeſſe, et quædam pro concione ab eo dicta recenſuit. Ea re adductus Demoſthenes, Andronico ſe tradidit. Vnde quum rogaretur, quid in eloquẽtia primum eſſet? actio, reſpondit: quid ſecundũ? actio: quid tertium? actio. Rurſus in cõciones progreſſus, quũ noué quædam pronunciaſſet, exploſus eſt, & ab Antiphane Comico exagitatus, & Timocle.

μὰ γῦν, μὰ κλύνας, μὰ ποταμοὺς, μὰ νάματα. *Iuſiurandum inſolens.*

Per terram, per fontes, per fluuios, per amnes. Cũ hoc modo iuraſſet apud populum, tumultum cõmouit. Iurauit etiam per Æſculapiũ, nec ἀσκληπιὸν, ſed acuta antepenultima, ἀσκλήπιον pronũciauit: atq; oſtendit rectè ſe dicere. eſſe enim deum illum ἤπιον, hoc eſt, ꝓpitiũ: atq; ob hoc ſæpe exploſus eſt, ſed inſtitutione uſus Eubulidæ dialectici Mileſij, correxit omnia. Et profectus etiã in Olympicam celebritatem, auditoq; Lamacho * Therinæo, Philippi & Alexandri laudationẽ recitante, Thebanos aũt & Olynthios perſtringente: contra eum ſurrexit, ac recitatis ueterꝫ poetarꝫ teſtimonijs de rebus Thebanorꝫ et Olynthiorꝫ bene geſtis, effecit, ut Lamachus & taceret, & è celebritate aufugeret. Philippũ etiã aiũt, quum Demoſthenis contra ipſum habitæ orationes ad eum afferrentur, dixiſſe: Ego ſi dicẽtem Demoſthenem audiuiſſem, et ipſe eũ ad bellũ mihi inferẽdũ delegiſſem. *Eubulides.* *Lamachus.* *al. Mirrhenæo* *Philippi de Demoſthenis iudicia.*

Ac Demoſthenis orationes, ꝓpter * bellicã uim: Iſocrateas pugilibus comparabat, q̈ oblectationem theatralem afferrent. Si à Dexitheo ad Callimachum numeres, quo prætore Olynthij, quũ bello à Philippo premerentur, legatos auxilia petitum miſerunt, annos ſeptem & triginta natus, perſuaſit, ferendam eſſe opem. Anno ſequente, quo Plato obijt, Philippus Olynthios euertit. *ꝓ προμαχίαν legendũ uidetur πολεμικὴν* *Olynthij.* *Notitia.*

Notus fuit & Xenophonti Socratico, uel adoleſcẽs, uel adultus. Is. n. libros de rebus Grecorꝫ, et prelio ad Mantineam * Charicl de prætore abſoluit. hic uerò antè ſub Timocrate tutores reos peregerat. Cũ Æſchines poſt damnationem ſolum uerteret, eum equo perſecutus eſt. Is uerò quum putaret ſe cõprehendi, ꝓcidit, atq; faciem obtexit: eũ erexit, ac conſolatus eſt, & argenti talentum *Aeſchines.*

Thaſus. ei dedit. Autor populo fuit, ut Thaſi peregrinũ militem aleret, & ea de cauſa trierarchus abijt. Frumentator crea-*Abſolutio.* tus, et peculatus reus factus, abſolutus eſt. Philippo Ela-*Fuga e ꝑlio* team occupante, & ipſe cum ijs qui ad Chæroneam pugnarunt, egreſſus eſt, atq; ibi deſeruit ordinem. Cum aũt inter fugiendum chlamys rubo adhæſiſſet, conuerſus, ζώγρει clamauit: hoc eſt, uiuũ cape. In clypeo bonæ Fortunæ inſigne geſſit, ſed funebrem tñ orationem de inter-*Liberalitas* fectis habuit. Poſtea urbis inſtaurãdę munere ſuſcepto, & muroꝝ curator delectus, de ſuo argentum qđ inſum-*Exactio.* ptum erat, contulit, centũ minas. Largitus eſt & ſacroꝝ curatoribus decies mille drachmas: & trireme cõſcenſa, & circumuectus argẽtum à ſocijs exegit: quibus de cau-*Coronæ.* ſis ſæpe corona eſt donatus, prius à Demomele, Ariſtonico, Hyperide, aurea corona. Poſtremò à Cteſiphonte. Qđ decretum quum à Diodoto & Æſchine uiolataꝝ legum eſſet accuſatum, ita ſe defendit, ut uinceret, & accuſator quintam ſuffragioꝝ partem nõ ferret. Poſt, quũ *Harpalus.* Alexander expeditionẽ in Aſiam moueret, & Harpalus cum pecunijs Athenas confugere uellet: primũ eum recipi uetuit. quũ uerò is appuliſſet, mille Daricis acceptis, mutauit ſñiam. & quum Athenienſes hominem Antipatro tradere uellent, refragatus eſt, & decreto iuſſit pecuniam in arcem referri, * & populo pecuniæ numerũ indicari. Harpalus aũt dixit, ſeptingẽta & quinquaginta talenta & paulò plus eſſe, ut ait Philochorus. Poſt hæc *Exilium.* elapſo Harpalo è carcere, in quo cuſtodiebatur, donec aliquis ab Alexandro ueniſſet, & in Cretam profecto, aut, ut alij, Laconiæ Tenarum, corruptela crimini data eſt Demoſtheni, quaſi ob acceptã pecuniam * neq; numerum receptæ pecunię indicaſſet, neq; cuſtodum negligentiam: & in iudicium adductus ab Hiperide, Pithea, Meneſęchmo, Himeręo, Patrocle: atq; ita accuſatus eſt, ut ab Areopagitico ſenatu damnaretur. Damnatus, fugam cæpit, uel ꝙ quintuplum non poſſet ſoluere (daba-*Reuocatio.* tur autem crimini, eum * triginta talenta accepiſſe (uel, ut quidam aiunt, ꝙ uenire in iudicium non auderet. Poſt hoc tempus, quum Athenienſes Polyeuctum legatũ ad cõmune Arcadum miſiſſent, ut à ſocietate Macedonum

recederent, atq; eis Polyeuctus perſuadere non poſſet: Demoſthenes prodijt, eiq; ſuffragatus, perſuaſit. Ob hoc factum quum in admiratione eſſet, aliquanto poſt reſtitutus eſt, decreto ſcripto, triremi miſſa. et populus decreuit, ut triginta illis talentis aram Iouis Seruatoris ornaret, & mulcta ſic ei remiſſa eſſet. Hoc ſenatuſconſulto in Demônis conſobrini eius ſniam facto, iam rurſus acceſſis ad rempublicam. Antipatro autẽ à Græcis Lamiam concluſo, Athenienſibus ob rei bene geſtæ nuncios ſacrificantibus; ad ſodalium quendam Egiſtratum dixit: Se nõ ita ſentire de rebus, quemadmodũ cæteri ſentirẽt. Scire enim ſe, Græcos ſtadiũ belligerare & poſſe & ſcire, dolichum aũt non item. Cum aũt Pharſalum cępiſſet Antipater, & minitaretur Athenienſibus obſidionẽ, niſi oratores dederent, relicta urbe Demoſthenes fugit primũ in Æginam * ad Acræum ſeſſurus: ſed metu perterritus, in Calauriam tranſijt. Et quum decreuiſſent Athenienſes, dedendos eſſe cùm reliquos oratores, tũ ipſum etiam, ſedit ſupplex in æde Neptuni. profectoq; ad eum Archia cognomine Phygadothera, quaſi exulum uenatorem dicas, qui Anaximenẽ oratorem audierat, & ſuadente ut ſurgeret, q in Antipatri amicitiam recipiendus eſſet: Tu neq; cũ tragœdias, inquit, ageres, mihi perſuaſiſti unquam: neq; nunc perſuadebis, cum das cõſilium. Illum aũt uim parantem, ciues prohibuerunt. Tum Demoſthenes: Non inquit, ſalutis adipiſcendæ ſtudio in Calauriam fugi: ſed ut arguerem Macedones, qui deos etiã uiolare non dubitent. ac tabellis poſtulatis, ſcripſit, ut Demetrius Magnes ait, eos uerſiculos, qui poſt ab Athenienſibus eius ſtatuæ ſunt aſcripti,

Conſilio tua uis Demoſthenes æqua fuiſſet,
Nunquam te Macedùm Græcia Mars premeret.

Sita eſt eius ſtatua prope circum & aram duodecim deorum, à Polyeucto factam. ut autem quidam dicunt, hoc ſcriptũ reptũ eſt: Demoſthenes Antipatro χαίρειν, hoc eſt, ſalutẽ, uel, ualere. Mortuũ eum eſſe Philochorus dicit, ueneno hauſto. Satyrus aũt hiſtoricus, calamum quo ſcribere cœperit epiſtolam, ueneno fuiſſe imbutum, quo guſtato ſit extinctus. Eratoſthenes, cũ lõgo tpe, me

στάδιον breue tps δόλιχον belli morã nominat. uocabula curſuum ſunt.

Secũdum exilium.

Archias.

Verbũ ambiguũ eſt, ut ẽt ὑγιαίνειν.

Obitus.

tu Macedonũ, in brachio circulum geſtaſſe uenenatum. Sunt etiã qui dicant, eum ſuppreſſo ſpiritu expiraſſe: alij, hauſto ueneno qđ ſub annuli ſigno habuerit, * anno ętatis ſecundo & ſexageſimo. Poſt obitum Philippi, ſplẽdida ueſte ꝓdiit, quanq̃ filia nuper defuncta, lętus de obitu Macedonis. Adiumento fuit & Thebanis bellũ cum Alexandro gerentibus, & cęteros Gręcos ſemꝑ confirmauit. Quare Alexander euerſis Thebis, eũ dedi ſibi poſtulauit, interminatus ni feciſſent. Eſt aũt ei expeditionẽ in Perſas mouenti, & claſſem petenti ab Athenienſibus, refragatus: Incertum eſſe, dicens, an nauibus aduerſus eos uſurus eſſet, qui præbuiſſent. Reliquit duos liberos ex una muliere * Eudocimi, Heliodori cuiuſdam filia. Filiam unã habuit, quę imatura ętate cęlebs periit. Habuit & ſororẽ, è qua & Lache Leuconenſi nepos ei Demochares natus eſt, uir & bello ſtrenuus, & eloquentia in repub. nemine inferior. Eſt aũt eius ſtatua in Curia, ſi ad arã accedas, ad dextrã: * is qui primus unà cũ ueſte gladium etiã accinxit. Sic. n. concionatus eſſe dicić, quũ Philippus oratores dedi ſibi poſtularet. Inſecutis tꝑibus & uictum in Curia cognatis Demoſthenis dederũt, & ipſi defuncto ſtatuã poſuerunt in foro, Gorgia pręrore: quũ ei dona hæc Demochares nepos petiiſſet. cui & ipſi rurſus filius Laches Democharis, Leuconẽſis, dona petiit, Pitharato pręrore, decẽnio poſt * inſtatuæ baſim in foro, & uictũ in Curia tum ipſi, tum ex familia eius ſemper natu maximo, & principem in oĩbus ludis locũ: & decreta de utroq; facta, inſcripta ſunt. Democharis aũt ſtatua in curiam tranſlata ęſt, de qua ſuprà diximus. Feruntur eius orõnes genuinę ſexaginta quinq;. Quidam dicũt eũ luxurioſe uixiſſe, tum muliebri ueſte utentẽ, tum ſubinde comeſſantem: atq; ex ea re Battalum cognominatũ. Alij per diminutionem, à noĩe nutricis, hoc conuiciũ in eum dictum eſſe aiunt. Diogenes canis cõſpicatus eum aliqñ uerecundantẽ in caupona, & intrò ſe proripiẽtem: Quo magis, inqt, proceſſeris, eo magis intus eris. Quin et hoc dicterio eum taxabat: In orationibus Scytam, in præliis urbanum eſſe dicens. Accepit & ab * Alphiato, uno è magiſtratibus, aurum, qui legatus ad regem Perſarũ miſ

Obitus Philippi. *Thebani.* *Nauiũ petitio.* *Liberi.* *Demochares.* *Honores poſt obitum.* *Orationes.* *Luxuriæ crimen.* *Diogenis dicteria.* *Perſicæ largitiones.*

ſus,clàm pecuniã attulerat: qua inter proceres diſtribu-
ta,bellum Philippicum accenderet. Priuatim etiam aiũt
eum à rege ter mille Daricos muneri accepiſſe. Anaxilã *Anaxilas.*
Oritam quendam,hoſpitem ſuum,cõprehenſum torſit
ut exploratorem. Qui cum nihil fateretur,decreuit eum
undecimuiris eſſe tradendum. Cum Athenienſes eum ali
quando in concione dicere prohiberent, pauca ſe dixit
apud eos uelle dicere. Cum igitur tacuiſſent: Adoleſcẽs, *Fabula de aſi*
inquit,æſtiuo tp̃e Megara profecturus, conduxit aſinũ. *ni umbra.*
Circa meridiem aũt in maximo ardore ſolis,eorũ uterq;
ſubire umbram aſini uoluit, atq; alter alterũ prohibuit:
hic ſe locaſſe aſinum,non umbrã,dicens: is uerò qui con
duxerat, ſe oẽm habere poteſtatem. His dictis,abibat.
Detinentibus autem eum Athenienſibus,et rogantibus,
ut ſermonem concluderet:Itáne,inquit, de aſini umbra
uultis audire,de grauibus autem rebus diſſerentem non
uultis? Cum Polus hiſtrio aliquando ad eum dixiſſet,ſe
bidui certamine talentũ meruiſſe:Ego uerò,inquit,quinq; *Silentiũ quin*
talenta unius diei ſilentio. Cum aliquando in concione *que talẽtũm.*
irrauſiſſet,atq; exploderetur: De hiſtrionibus, inquit,è *Rauis oratoris*
ſono:de oratoribus, è conſilio eſt iudicandum. Cũ Epi- *Lucubratiões*
cles ei obieciſſet ꝑpetuas meditationes: Puderet me,in-
quit,cum tanto populo ſuadeam,temerè uerba fundita-
re. Memorant eum non extinxiſſe lucernam ad annum
ætatis uſq; quinquageſimum, * ut perpoliret ſuas ora- *ἵπτων αὐτοσχεδιάσας.*
tiones: & ipſe ait ſe aquam potare ſolitum. Cognouit eũ
& Lyſias rhetor, & Iſocrates uidit rempublicam admi-
niſtrantem uſq; ad Chæronenſem pugnam, & quidam
à Socraticis philoſophis.* Pleraſq; orationes habuit ex
tempore,quum apto eſſet ad eam rem ingenio. Primus
ei decreuit auream coronã Ariſtonicus Nicophanis F.
Anagyraſius,* interceſſit Diondas. *ὑπωμόσατο.*

DEMOSTHENIS VITAE,
Plutarcho autore, Finis.

Cicero in Bruto:

Nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodũ deſit, Demoſthenẽ facilè dixeris. Nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis, quas ſcripſit, nihil (ut ita dicã) ſubdolè, nihil uerſutè, qđ ille non uiderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſſe, nihil enucleatè, quo fieri poſſit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatũ uel uerborum grauitate, uel ſnia℞, quo quicq̃ eſſet elatius.

Idem in Oratore:

Demoſthenes qdem, cuius nuper ĩter imagines tuas, ac tuorum, q̄ eum credo amares, quum ad te in Tuſculanum ueniſſem, imaginem ex ære uidi: nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit, nihil argutijs & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æſchini, & ſplendore uerbo℞. Multæ ſunt eius totæ orationes ſubtiles, ut contra Leptinem: multę & totæ graues, ut quædam Philippicæ: multæ uariæ, ut contra Æſchinem falſæ legationis, ut contra eundẽ pro cauſa Cteſiphontis. Iam illud medium quoties uult arripit, & à grauiſſimo diſcedens. eò potiſſimum delabitur. Clamores tamen tum mouet, & tum in dicendo plurimum efficit, quum grauitatis locis utitur.

Ibidem paulo antè:

Nulla eſt ullo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua ſi non pfectio, at conatus tñ, atq; adumbratio. Non aſſeqmur, at qd deceat uidemus. Nec. n. nunc de nobis, ſed de re dicimus: in quo tantum abeſt ut noſtra miremur, ut uſq; eò difficiles ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanq̃ unus eminet inter omnes ĩn omni genere dicẽdi, tñ non ſemper implet aures meas: ita ſunt auidæ, & capaces, & ſemper aliqd ĩmenſum infinitumq́; deſiderãt. Sed tñ, quoniam & hunc tu oratorem cum eius ſtudioſiſſimo Pammene, quum eſſes Athenis, totum diligentiſſimè cognouiſti, nec eũ dimittis è manibus, & tñ noſtra etiam lectitas, uides profectò illum multa perficere, nos multa conari: illum poſſe, nos uelle, quocũq; modo cauſa poſtulet, dicere. Sed ille magnus, nam & ſucceſſit ipſe magnis, & maximos oratores habuit æquales: nos ma-

gnum

gnum feciſſemus, ſi quidem potuiſſemus quò contendimus peruenire, in ea urbe, in qua (ut ait Antonius) auditus eloquens nemo erat.

Et paulò antè, ibidem:

Sed ego idem, qui in illo ſermone noſtro, qui eſt expoſitus in Bruto, multum tribuerim Latinis, uel ut hortarer alios, uel quòd amarem meos, recordor longè omnibus unum anteferre Demoſthenem, qui uim accommodarit ad eam quam ſentiam eloquentiam, non ad eam quã in aliquo ipſe cognouerim. Hoc nec grauior extitit quiſq͏̃, nec calidior, nec temperatior. *De Oratore.* II.

Imitetur illum, cui ſine dubio ſumma uis dicendi conceditur, Athenienſem Demoſthenem, in quo tantum ſtudium fuiſſe, tantuſq͏́ labor dicitur, ut primũ impedimenta naturæ diligentia, induſtriaq͏́ ſuperaret: quumq͏́ ita balbus eſſet, ut eius ipſius artis cui ſtuderet, primam literam nõ poſſet dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur: deinde, quũ ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſequutus, ut una continuatione uerboꝝ (id quod eius ſcripta declarant) binæ ei contentiones uocis, & remiſſiones continerentur. Qui etiam (ut memoriæ proditũ eſt) coniectis in os calculis, ſumma uoce uerſus multos uno ſpiritu pronunciare cõſueſcebat, neq͏̃ is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atq͏̃ aſcenſu ingrediens arduo.

In Bruto:

Lectitauiſſe Platonem ſtudioſe, audiuiſſe etiam, Demoſthenes dicitur. Idq͏́ apparet ex genere & granditate uerborum. Dicit etiam in quadã epiſtola hoc ipſe de ſeſe. Sed & huius oratio in philoſophiam translata pugnacior (ut ita dicã) uidetur, & illoꝝ in iudicio pacatior.

Ad Atticum lib. II.

Fuit mihi cõmodum, ꝗ in eis orationibus, q̃ Philippicę nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes, & ꝗ ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, ut σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος uideretur, curare, ut meę quoq͏̃ eſſent orationes, q̃ conſulares nominarentur.

De Finibus V.

Tum Piſo, Quoniam igitur aliquid omnes, quid L. no

ſter,inquit,an eum locum libenter inuiſit,ubi Demoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt? Suo enim quiſq; ſtudio maximè ducitur. Et ille quum erubuiſſet: Noli,inquit,ex me quærere,qui in Phalericum etiam deſcenderim,quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem,ut fremitũ aſſueſceret uoce uincere.

Tuſculana V.

Leuiculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat, aquam ferentis mulierculæ, ut mos in Græcia eſt,inſuſurrantiſq; alteri: Hic eſt ille Demoſthenes. Quid hoc leuius? At quãtus orator? Sed apud alios loqui uidelicet didicerat,nõ multum ipſe ſecum.

De Diuinatione II.

Multi etiam naturæ uitium meditatione atq; exercitatione ſuſtulerunt,ut Demoſthenẽ ſcribit Phalereus,quũ Rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſimè diceret. *Ibidem paulo pòſt:*

Demoſthenes quidem,qui abhinc annos propè CCC fuit,iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat: ideſt,quaſi cũ Philippo facere. Hoc autem eò ſpectabat,ut eam à Philippo corruptam diceret.

De Officijs ſtatim initio:

Equidẽ & Platonẽ exiſtimo,ſi genus id forenſe dicendi tractare uoluiſſet, grauiſſimè & copioſiſſimè potuiſſe dicere: & Demoſthenem,ſi illa q̃ à Platone didicerat,tenuiſſet,& pronunciare uoluiſſet,ornatè ſplendideq; facere potuiſſe.Eodemq; modo de Ariſtotele & Iſocrate iudico, quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum. *Quintilianus lib. X.*

Sequitur oratorum ingens manus,ut cũ decem ſimul Athenis ætas una tulerit, quorũ longè princeps Demoſthenes,ac penè lex orandi fuit,tanta uis in eo,tam denſa omnia,ita quibuſdam neruis intenta ſunt,tam nihil otioſum,is dicendi modus,ut nec quod deſit in eo,nec quod redundet, inuenias.

Eodem lib. paulo pòſt:

Oratores uel præcipuè Latinam eloquentiam parem facere Grææ poſſunt:nam cuicunq; eorum,Ciceronem fortiter oppoſuerim. Nec ignoro quantam mihi concitẽ

pugnam, cum præſertim id non ſit propoſiti, ut eum Demoſtheni comparem hoc tempore: neque enim attinet, cum Demoſthenem in primis legendum, uel ediſcendũ potius putem. Quorum ego uirtutes pleraſq; arbitror ſimiles, conſilium, ordinem diuidendi, præparandi, probandi rationem, omnia deniq; quæ ſunt inuentionis. In eloquendo eſt aliqua diuerſitas: denſior ille, hic copioſior: ille concludit adſtrictius, hic latius: pugnat ille acumine ſemper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adijci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certè, & cõmiſeratione, qui duo plurimum affectus ualent, uincimus. Et fortaſſe epilogos illi mos ciuitatis abſtulerit: ſed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diuerſa Latini ſermonis ratio minus permiſerit. In epiſtolis quidem, quanquam ſunt utriuſq;, nulla contentio eſt. Cedendum uerò in hoc quidem, quod & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronem, quantus eſt, fecit. Nam mihi uidetur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe uim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis. Nec uerò quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum: ſed plurimas, uel potius omnes ex ſeipſo uirtutes extulit immortalis ingenij beatiſſima ubertas. Non enim pluuias, ut ait Pindarus, aquas colligit, ſed uiuo gurgite exundat, dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas uires ſuas eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius, mouere uehementius poteſt? cui tanta unquam iucunditas affuit, ut ipſa illa quæ extorquet, impetrare eum credas, & cum tranſuerſum in ſua iudicem ferat, tamen ille non rapi uideatur, ſed ſequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta autoritas ineſt, ut diſſentire pudeat: nec aduocati ſtudium, ſed teſtis aut iudicis afferat fidẽ. Cum interim hæc omnia, quæ uix ſingula quiſquam intentiſſima cura conſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa, qua nihil pulchrius auditu eſt, oratio, præ ſe fert tamen feliciſſimè facilitatem. Quare non immeritò ab hominibus ſuæ ætatis regnare in iudicijs dictus eſt: apud poſteros uerò id conſecutus, ut Cicero iam non hominis, ſed eloquentię nomen habeatur. Hunc igitur ſpecte-

mus:hoc propoſitũ nobis ſit exemplum. Ille ſe ꝑfeciſſe ſciat, cui Cicero ualde placebit.

[redacted] *in Præfatione Demoſthenis.*

Demoſthenes plus artis habet in receſſu, q̃ prima frõte pręſe ferat. Hic.n. qđ honorifico ioco dixit Demades, ſcripſit ad aquá, nec niſi à ſobrijs ac uigilãtibus põt intelligi. Proinde qđ de M. Tullio ſcripſit Q. Fabius, pari iure de Demoſthene dici põt: Is ſe ſciat in arte dicendi ꝑfeciſſe, cui Demoſthenes ualde placere cœperit. Quẽadmodũ tabula magno artificio depicta, nemo magnoꝑe delectaĩ artis imperitus: ita Demoſthenis diuinũ illud, et qđ facundiſſimi qq; ſemꝑ in eo miratu ſunt, τὸ δεινὸν, non ſentiĩ, niſi & rhetoricis ꝓceptionibus exercitatis, & hiſtoriarꝫ cognitione inſtructis. Itaq; patiar, ut puer q̇dem deguſtet Demoſthenẽ, ſed ad eũ ſeriò redeat, iam factus oculatior, quo ꝑſpiciat illam uerè Atticã Venerẽ, illud excuſſum iudiciũ, illa ſũmo artificio cõtorta enthymemata, poſtremò uim illã oĩbꝰ admirabilẽ uix ulli imitabilẽ. Elegãs interim fuerit exercitatio, qđ à ueteribus nõnullis factũ eſt in Homero ac Vergilio, ſi q̇s idẽ faciat in Demoſthene & M. Tullio, ut ex collatiõe locorꝫ deprehẽdat, q̇d hic ab illo ſit mutuatꝰ, et ubi noſter ſit Grę co par, ubi ſuꝑior, ubi ab exẽplari nõnihil degeneret imitatio. Vix alia res ęquè cõducit ad parandũ iudiciũ. Nõ hic ſumpturus ſum oꝑam in laudando Demoſthene, ad quẽ pro dignitate ꝓdicandũ opus eſſet eloquẽtia Demoſthenica: imò nulla potius opus eſt eloquentia, ad eum laudandum, quem uno ore in cœlum ferunt omnes.

Io. Lod. Viues lib. de Tradendis diſciplinis tertio:

In Demoſthene, quem crebrò habebit in manibus, abſoluta eſt linguæ illius uis ac gratia: non aliter quàm de Ciceronis orationibus diximus.

Idem de Cicerone.

In orationibus Ciceronis, ſunt ornamenta, lumina & uirtutes omnes dicendi.

Idem Rhetoricum. I I.

Idcirco Demoſthenes Ciceroni à quibuſdam eò anteponitur, qđ minus artem præferat, minuſq; ſapiat ſcholam, communi ſermoni accommodatior.

ABRAHAMVS LEOSCHERVS LECTORI
Demoſthenis ſtudioſo.

ECquid ut innumeras Demoſthenis aſpicis artes,
Lector ab aſpectu gaudia multa capis?
Ecquid ubi primos uaria dulcedine uerſus
Perlegis, immenſum dicis adeſſe decus?
Y quàm non falsò, quæ ſunt celeberrima laudas,
Et quibus haud aliquid pulchrius orbis habet.
t ſimul eloquij uires, & pondera rerum
Cultaq́; natiuo uerba lepore notas:
Ecquid inexhauſta rerum grauitate moueris?
Et trepidant ſubito corda ſubacta metu?
Fallor? an aſſiduos dum cernis ineſſe labores,
Atq; putas humeris id fore grande tuis:
Deſeris altiloquas magni Demoſthenis artes?
Nec, quod cœpiſti carpere, carpis iter?
Dij melius: longè cur te ſententia fallit?
Cur tuus in primo limine ceſſat equus?
Quàm non iſte graues è meſſe reducit ariſtas,
Qui prius ignaua ſpreuit aratra manu:
Tam nequit æternos doctrinæ tollere fructus,
Qui deſperatis ocia rebus agit.
Intendas neruos, animo ſtimulante labores
Suſcipe, ſuſceptos perfice, magnus eris.
Quo minus ingenij eſt, maiores adijce curas:
Natura quicquid non datur, arte datur.
Aſpice quàm uehemens fuerit Demoſthenis ardor,
Quo ſtudio ætatem uicerit ipſe ſuam.
Qui, licet attigerit ſummæ faſtigia laudis,
Ingenium iuuit ſedulitate tamen.
Vix bene maturis ætas adoleuerat annis,
Finieratq́; ſuos prima iuuenta dies:
Cum iam Cecropiam timidè prodiret in urbem,
Doctus & illuſtri ſolueret ora foro.
Hic quia non potuit ſtrepitus tolerare uirorum,
Protulit & blæſo ſtridula uerba ſono:
Riſit inurbano temeraria turba tumultu,
Battalus, & dixit, quid feret iſte boni?

Huic Demoſthenei maieſtas illa nitoris
Natiuum tota tradidit arte decus.
Tradidit ornatum, Graijq; inſignia faſtus:
Et mea iam Latium gloria, dixit, erit.
Hinc quoq;, dum meritas capiet facundia laudes,
Vuolfius inſigni nomine notus erit.

AD CANDIDVM LECTOREM.
N. Stopius.

Græcia, quæ tantis ſua tempora laudibus olim
Extulit, hoc merito dico fuiſſe ſuo,
Nulla uiros etenim tam doctos protulit ætas
Hactenus, aut ſimilis pars fuit ulla poli,
Sed deſerta modo merito iacet, atq; relicta
Cordatos potuit, quæ male ferre uiros.
Quantos exilio petulantia punijt atrox
Extrema innocuis dans quoq; ſupplicia?
Cuncta perire uides, falſo moderamine ducta
Hoc uſus rerum, comprobat ipſe ſatis,
Fęlix ter fęlix, præclaraq; publica res eſt
Dum ſequitur canum prouida conſilia,
Attica auum cœpit ſapientum incognita tellus
(Ah nimis imprudens) ſpernere conſilia
Mutua cœperunt inter ſe iurgia naſci
Iurantes dirum mutuum in exitium,
[illegible]ſi omnem mouit lapidem Demoſthenes audax
Tam prauos potuit, nil moderare animos.
Gratia nulla fuit, tanto pro munere digna
Hunc ſed in exilio ſumpta uenena necant,
equa tamen remanet uirtus, & gloria lucens
Donauit uita ~~Vuolfius~~ ecce noua,
Doctiloqui puras cui iam Demoſthenis artes
Eſt perdiſcendi cura, uel ullus amor
Huc properet, poterit uarios haurire lepores
Vuolfius ad fontem, dulce parauit iter,
Reddidit è Græco, latio ſermone latinum
Romanus prodit, Græcus ut ante fuit

Nudior aſt aliqua ſi in parte uidebitur eſſe
Cum uenia fiet, cauſa ubi iuſta datur.
Multa ſub ornata talari ueſte recondit
Natiuumq; habitum, Græcus ubiq; cupit.
Verborum uarijs ambagibus innumerato
Et lenocinijs perpetuoq; ſcatet,
Quum latijs non ſit uerborum copia tanta
Non habitus talis, ſic dare uerba putas?
Crede mihi poterit nemo hoc præſtare quod optas
Natura abſimilem fecit utrumq; nimis,
Quicquid præſtari puto poſſe, uolumine in iſto
Præſtitit, eximio ~~Vuolfius~~ ingenio.

τέλος.

400.684

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Google